

Digitized by Google

COLLECTIO

LATINORVM SCRIPTORVM

CVM NOTIS.

TAVRINI

PER IOSEPHVM POMBA.

BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
Racc.
de Marinis
34
NAPOLI

Digitized by Google

Rau Di Marini C. 34

C. PLINII SECVNDI

HISTORIA NATVRALIS

Digitized by Google

R. 9. 4. 2

CAII

PLINII SECVNDI

HISTORIA NATVRALIS

EX RECENSIONE I. HARDVINI

ET

RECENTIORVM ADNOTATIONIBVS

TOMVS SEPTIMVS.

AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS IOSEPHI POMBA
ANNO MDCCCXXXII.

Digitized by Google

PARS QVARTA

CONTINENS

REM HERBARIAM

CVRANTE L. DESFONTAINES

REGIAE SCIENTIARVM ACADEMIAE SOCIO, NECNON IN HORTO REGIO PARISIENSI BOTANICES PROFESSORE

Digitized by Google

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XXI.

I.

(1.) In hortis seri et coronamenta iussit Cato, inenarrabili florum maxime subtilitate: quando nulli potest facilius esse loqui, quam rerum naturae pingere, lascivienti praesertim et in magno gaudio fertilitatis tam variae ludenti. Quippe reliqua usus alimentique gratia genuit; ideoque saecula annosque tribuit iis. Flores vero odoresque in diem gignit: magna, ut palam est, admonitione hominum, quae spectatissime floreant, celerrime marcescere. Sed ne pictura quidem sufficiente imagini colorum reddendae, mixturarumque varietati, sive alterni atque multiplices inter se nectantur, sive privatis generum funiculis in orbem,

I. *Pingere.* « Tot fuerant illic, quot habet natura colores; Picta que dissimili flore nitebat humus. » De campis Aetneis, in quibus rapta Proserpina est. Dalec.

Reliqua. Arbores nempe frugesque et hortensia, utilitatibus hominum; flores vero voluptatibus tantum genuit. Conf. XXII, 1. Mox *variae*; Gron. et al. *varie*. Ed. P.

Vero. Gron. et Al. *vere*. Ed. P.

Sive alterni. Sive alterni flores atque multiplices nectantur in coronam; sive singulorum generum diversi funiculi modo in orbem ducantur, modo in obliquum: etiam quandoque toto coronae ambitu, coronae compluses in una corona ductae videantur. Hard.

Sive privatis generum funiculis. Bis

in obliquum, in ambitum, quaedam coronae per coronas currunt.

II. (II.) Tenuioribus utebantur antiqui, stroppos appellantes: unde nata strophiola. Quin et vocabulum ipsum tarde communicatum est, inter sacra tantum et bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. Quum vero e floribus fierent serta a serendo

tentavit hunc locum Salmasius ad Solinum: p. 371, reddit *sive privati generis funiculis*: pag. 1068, *sive pro brevitate generis funiculis*: quod sit in Thuaneo *privati generis*. Nostri quinque *generum*, sed ἀμύμων cod. *privati*. Vide an fuerit: *Sive alterni atque multiplices inter se nectantur, sive privorum generum fasciculi, in orbem, in obliquum, in ambitum*. Eam enim vocem huic rei aptarunt Cicero, Tuscul. lib. III: *Fasciculum ad nares admovebie*. Tertullianus, de Coron. militar. cap. v: *Coronam si forte fascem existimas florum per seriem comprehensorum*. Gron.

II. *Tenuioribus*. Coronis videlicet, non e floribus quidem, sed duabus tribusve taeniis, sive corollis invicem tortis; sic ut e pluribus una fieret. Στρόφια dicebantur, hoc est, fasciae capitis. Nomen ex eo, quod essent eae tortiles. Virgil. in Copa: *Et gravidum roseo necte caput strophio*. Hard.

Antiqui, stroppos. Sic et Chifflet. *stropos* Turn. *strophia* Gron. et al. Ed. P. — *Antiqui*. Ianum omnium primum nummum percussisse, rates et naves invenisse, coronas reperisse, illisque fuisse usum, tradit Athenaeus, lib. XV, ac ideo multas civitates Italiae ac Siciliae in sua pecunia, altera parte bicipitem eum cudere, altera vel navem, vel ratem, vel coronam. Victorius, lib. XXXVI, cap. 16. Dal. — *Stroppos*. Hoc est, strophia. Sic *stroppos* priore loco exhibent MSS. Regg. Colb. Chiffl. etc. Et vero Festus: *Stroppus est*, inquit, *ut Atteius Philologus existimat, quod graece* στρόφιον *vocatur, et quod sacerdotes pro insigni habent in capite. Quidam coronam esse dicunt, aut quod pro corona insigne in caput imponatur, quale sit strophium. Itaque apud Faliscos diem festum esse, qui vocatur Strupearia, quia coronati ambulent*, etc. Alio longe significatu, *strophium dactylicum* Prudentius cecinit hymno 3 ante cibum, vers. 26: *Sperne, Camena, leves ederae, Cingere tempora quae solita es: Sertaque mystica dactylico Texere docta liga strophio, Laude dei redimita comas. Dactylicum strophium* vocat carminis genus, quod grammatici dactylicum, a dactylo pede, quo fere constat, appellarunt. Sic idem hymno tertio, περὶ στεφάνων, vers. 208: *Ast ego sera choro in medio Texta feram pede dactylico*. Strophium vero pro carmine usurpavit, quod στροφὴ Graecis, ut ᾠδή, carmen est, quo deorum laudes continentur. Hard. — *Stroppos*. Brot. ex MSS. Regg. 1, 2, et Camerac. *strippos*. Ed. P.

Inter sacra tantum. Quae coronati peragebant. Dalec.

E floribus fierent serta. Apud Apul. X Asini, Gratiae et Horae Venerem

serviae appellabantur: quod apud Graecos quoque non adeo antiquitus placuit.

III. Arborum enim ramis coronari in sacris certaminibus, mos erat primum. Postea variari coeptum mixtura versicolori florum, quae invicem odores coloresque accenderet, Sicyone, ex ingenio Pausiae pictoris atque Glycerae coronariae, dilectae admo-

deam suam propitiant iaculis floris serti, et soluti. Coronas ex floribus, στεφάνους λοθαλέας Philoxenus vocat apud Athen. lib. IV, pag. 203. Apud eumdem σπορινοὺς Dromon vocat, quae singulis convivis dispertiebantur. Dalec.

A serendo serviae. Serere porro intellige *ligare*: unde et conserere. — Ita MSS. omnes proxime appellati. Forte rectius tamen *a serendo sericve.* Nam et a *sero*, hoc est, necto, seriea dicta est. Rationem etymi Tertullianus subindicat de Corona mil. cap. v: *Coronam si forte fascem existimas florum per seriem comprehensorum.* Et quoniam hic Tertulliani mentio incidit, iuvat obiter alterum eius locum afferre, quem Rigaltius et perperam edidit, et praepostere intellexit; libro nimirum de Idololatria, c. x: *Florae scholae coronandae*; ubi Rigaltius: *Floralibus scilicet, Florae sacris.* Sed quid ad Floram referri haec opus est? Lege, *Flore scholae coronandae*: nam ad eum modo morem alludit, quem Plin. c. 8 libri huius significat, quum ait coronas Larium publicorum privatorumque honorem quondam fuisse. Hard. — In MSS. Reg. 1, Camerae, Lang. *serive*, unde Brod. edidit *sericve.* Eo. P.

Quod apud Graecos. Σπάρτα recentiores Graecos, a σπείρω, quod et *sero* seu *necto* significat, pro sertis dixisset inquit. Quod et stabilire Hesychius videtur, quum σπάρτα interpretatur ῥάμματα et βοστρύχια. Hard.

III. *In sacris certaminibus.* Archiae epigramm. Anthol. I, 1: Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί, Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων Ζηνός, Ἀητοῖδαο, Παλαιμόνος, Ἀρχεμόροιο. Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Ludi li et sacra certamina fuerunt, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Dal.

Postea variari coeptum. » Pancarpiae, inquit Festus, dicuntur coronae ex vario genere florum factae. » Hard.

Mixtura versicolori florum, etc. Gronov. et al. *mixtura versicolori. Florumque invicem.* Eo. P.

Accendere Sicyonii (sic libri ante Harduinum editi). Strabo in Brutiis, circa Vibonem agrum scripsit tanta florum copia scatere, ut et collectura Proserpina e Sicilia diverterit, et coronae a floribus illic primum textae sint. Dal. — *Sicyone.* Sic MSS. Regg. Colbert. etc. De Glycera coronaria, Pausiaque pictore, haec multo tradentur uberius lib. XXXV, cap. 40. Hard.

Coronariae, Strophiarios vocat Plautus, strophiorum, id est, coronarum artifices. Dalec.

dum illi, quum opera eius pictura imitaretur, et illa provocans variaret, essetque certamen artis ac naturae: quales etiam nunc exstant artificis illius tabellae, atque in primis appellata Stephaneplocos, qua pinxit ipsam: idque factum est post Olympiadem centesimam. Sic coronis e floribus receptis, paulo mox subiere, quae vocantur Aegyptiae, ac deinde hibernae, quum terra flores negat, ramento e cornibus tincto: paulatimque et Romae subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox et corollariis, postquam e lamina aerea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

IV. (III.) Crassus dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit; accesseruntque et lemnisci, quos adiici ipsarum coronarum honos erat propter Etruscas, quibus iungi nisi aurei

Stephaneplocos. Ita MSS. laudati, non *stephanoplocos.* Στεφανηπλόκος, ut apud Theophr. legitur Hist. lib. VI, cap. 7, qui, vel quae neclit, et texit coronas. De hac pictura seu tabula dicetur fusius loc. proxime cit. Hard.

Aegyptiae. Ex edera, narcisso, mali punicae floribus, aliisque, quas Athenaeus enumerat, lib. XV, pag. 679 sq. Hard.

Hibernae. Quales nunc fiunt e charta picte atque concisa, flores multiplices repraesentante. H. — Immo et ex lino sericove textili pictoque; vel ex lamina tenuissima, quam vulgo vocant *baleine*, pro *fanon de baleine.* Ed. P.

IV. *Lemnisci.* Festus: *Lemnisci sunt fasciae coloriae dependentes ex coronis, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum.* Hesychius: Λημνίσκους, τὰς στεφανὰς Συρακούσιοι ταινίας. Capitol. in Vero, pag. 37: *Coronas quas etiam datas, lemniscis aureis interpositis, et alieni temporis floribus.* Nempe ad imitationem Veterum, ex lauro foliisque nexae coronae: quibus lemnisci aurei additi. Antiquitus ex auro, nunc e serico fasciolae sunt, quibus lemniscorum possit appellatio tribui, *des rubans.* Non coronis, sed et palmis, quae praemia Circensis victoriae lemnisci addebantur: unde utraeque lemniscatae dictae. Hard.

Propter Etruscas. Tertullianus, de Cor. mil. Etruscas duas ex auro, quae in triumphis ferebantur, describit, alteram civicam quernam, alteram victricem lauream: *Coronant,* inquit, *et publicos ordines laureis publicae causae: magistratus vero insuper aureis, ut Athenis et Romae. Praeferuntur etiam illis Etruscae. Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis et*

non debebant. Puri diu fuere ii. Caelare eos primus instituit P. Claudius Pulcher; bracteasque etiam philyrae dedit.

V. Semper tamen auctoritas vel ludicro quaesitarum fuit. Namque ad certamina in Circum per ludos et ipsi descendebant, et servos suos quique mittebant. Inde illa XII Tabularum lex: « Qui coronam

foliis ex auro quercinis, ob Iovem insignes ad deducendas tonsas, cum palmatis togis sumunt. Ac rursum: *Triumphi laurea foliis struitur, haec adumbratur lemniscis, et inauratis laminulis, unguentis delibutur*, etc. Dalec.

P. Cl. Pulcher. Is qui consulatum Romae gessit ann. V. C. 570, L. Porcio Licinio collega, ex Fastis. H. — *Bracteas*, etc. Legendum puto ex Vet. cod. *Bracteasumque etiam philyras dedit.* Dalec. — *Bracteasque.* Tenuibusque iam, philyrae instar, ex auro argentove laminis, quibus lemnisci constabant, adiecit tenuiores bracteas alias, quae taeniarum instar adtextae ac pendulae forent. Hard.

V. *Auctoritas.* Semper magne fuit auctoritas coronarum, etiam earum quae ludo parabantur. Hard.

Per ludos. Ludos Consuales significat a Romulo institutos in honorem Neptuni equestris, qui artem equitandi docuit. Illis equi ac muli, tum juncti, tum soluti, magno spectatorum studio, per circum decurrebant, mulusque pro victima sacrificabatur. Alii Equitia intelligunt eb eodem reperta, quae in Martio campo celebrabantur. Vide Alexend. ab Alex. lib. V, cap. 26. Dal.

Et servos suos quique mittebant. Lege: *Servos suos equosque mittebant. Inde illa XII Tabularum lex: Qui coronam parit, ipse pecuniave eius, virtutisque ergo dutur ei*, pro *detur* ἀρχαϊκῶς. Addit Plinius, interpretane verba legis: *quam servi equive meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitavit.* Et post sequitur, *dum intus positus esset*, dele *intus*: coronam igitur virtute partam et ei qui peperisset, et eius parenti sine fraude essa impositam lex iubet, et dum *positus* est, id est, collocatus, et dum foris effertur. Tota ergo lex ita fuit concepta: *Qui coronam parit ipse pecuniave eius, virtutisve ergo duitur ei, ut ipsi mortuo parentique eius, dum positus esset, forisve feretur, sine fraude siet imposita.* Salmasius, p. 122. Gron. — *Illa XII Tabularum lex.* Sic eb Vrsino emendata: QVEI. CORONAM. PARET. IPSIVS. PECVNIAEVE. EIVS. VIRTVTIEVE. DIDITOR. IPSEIQVE. MORTVO. PARENTALIBVS. EIVS. QVOM. EITVS. POSITOS EST. QVONQVE. FORIS. FERETOS. IMPOSITAD SE. FRAVDE. ESTOD. Sententia est: ut qui coronam vel ipse virtute peperisset, vel servorum ministerio et quadrigis, eidem ea donaretur: eique etiam mortuo acquisita corona sine fraude imponeretur: non tantum illis septem diebus, quibus intus, id est, domi positus esset, sed eo etiam die, quo cum pompa et ornatu in forum ad Rostra efferretur. Hard.

Qui coronam. Hic duplicis coronae mentio fit. Prioris, virtute partae:

parit ipse, pecuniave eius, virtutis ergo duitor ei.» Quam servi equive meruissent, pecunia partam lege dici, nemo dubitavit. Quis ergo honos? ut ipsi mortuo, parentibusque eius, dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude esset imposita. Alias in usu promiscuo ne ludicrae quidem erant.

VI. Ingensque et hic severitas. L. Fulvius argentarius, bello punico secundo, cum corona rosacea interdiu e pergula sua in forum prospexisse dictus,

de qua Cicero libris de Legibus: *Iam illa significatio est laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam, et ei, qui peperisset, et eius parenti sine fraude esse lex impositam iubet*, etc. Posterioris, quam pecunia comparasset, nimirum vel equus, vel servus, superiore minus honorata et laudata. Imperator Alexander civilium munerum vacationem iis non permisit, qui semulis corruptis et redemptis coronali fuerant. Quod autem pertinet ad mortuorum coronas, Servius adnotavit, olim cadavera per dies septem domi servari solita, rogo dari octavo die, sepeliri nono. Pint.

Virtutis ergo arguitur (sic lib. ante Hard. editi). Vexatissimus locus. Vossianus primus, *virtutisve ergo duitur ei*, Sic manus vetustissima. Sed sollicitavit eam posterior, et ex *d* fecit *g*, relicta tamen, ut satis apparet, exstante virgula. Itaque scribas censeo: *Qui coronam parit ipse pecuniave eius, virtutis suae ergo duitor ei.* Vt fere Pintianus et Salmasius ad Solin. pag. 122, quibus hoc testimonium praebendum erat. Gron. — *Duitor ei.* Αρχαϊκῶς, more vetusto, pro *dator ei.* In MSS. Reg. 2, etc. *dividitur*: non, ut editi, *arguitur*. Hard.

Vt ipsi mortuo, etc. Graecis mos etiam fuit coronatos mortuos efferre. Cicero in orat. pro L. Flacco, Smyrnaeorum plebiscito decretum fuisse narrat, ut mortuus Castricius in oppidum introferretur, quod aliis non concedebatur: deinde, ut ferrent ephebi: postremo, ut aures corona imponeretur mortuo. Apud Aristophanem ἐν Εκκλησιαζούσαις, maritus uxorem increpans, quod se in lecticulo dormiente, veluti cadaver reliquisset: ὤχου καταλιποῦσα ὡσπερεὶ προκείμενον, μονονουχὶ στεφανώσασ', οὐδ' ἐπιθεῖσα λήκυθον. Dal. — *Parentibus.* Haud legisse satis diligenter eam legem Vrsinus, vel ex eo loco intelligitur, quum PARENTALIBVS, pro PARENTIBVSQVE scripsit. Nam praeter Plinium accedit Tullii ipsius auctoritas, ita legem referentis, de Legib. lib. II: *Illa iam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam, et ei qui peperisset, et eius parenti sine fraude esse lex impositam iubet.* Vide et Suidam verbo κατάγειν. H.

VI. *Et hic severitas.* Brot. ex MSS. Regg. 1 et 2, *et hinc seo*, et sic quoque Gron. et sl. Ed. P.

Argentarius. Τραπεζίτης, *un banquier*. Hard.

ex auctoritate Senatus in carcerem abductus, non ante finem belli emissus est. P. Munatius, quum demptam Marsyae coronam e floribus capiti suo imposuisset, atque ob id duci eum in vincula Triumviri iussissent, appellavit tribunos plebis. Nec intercessere illi: aliter quam Athenis, ubi comessabundi iuvenes ante meridiem conventus sapientium quoque doctrinae frequentabant. Apud nos exemplum licentiae huius non est aliud quam filia Divi Augusti, cuius

Marsyae coronam. Capiti eius dei impositam. Marsyas, minister Liberi Patris, per civitates liberas in foro positus, libertatis indicium est, qui erecta manu testatur, nihil urbi deesse, inquit Serv. in Aen. lib. IV, v. 58. Hand.

Nec intercessere illi, etc. Sensus est, tribunos non intercessisse, sed castigandum censuisse Munatium, severiore et longe alia disciplina Romanorum, quam Atheniensium, apud quos iuvenes comessabundi, poti, vino madidi licenter ac insolenter philosophorum scholas adeunt, illos audituri. Nam corruptissimi et perditissimi fuerunt Atheniensium mores, ut inquit Theopompus apud Athenaeum, lib. XII: iuvenibus apud tibicines et scorta versantibus: aliquanto grandioribus occupatis in tesserarum lusu et eiusmodi petulantia: universoque populo plus sumptus faciente in publicas epulas ac viscerationes quam in gubernanda civitate. Eo vero crimen probrosius, quod philosophis operam darent, quorum monitis ac praeceptis revocari debuerant ab ea intemperantia, quum Romae philosophi nulli essent, qui iuvenes ad virtutem et probitatem erudirent. Putat Cuiacius hic significari Polemonem, qui quum, auctore Laertio, comitatus sodalibus aliquando ebrius ac coronatus scholam disputantis de temperantia Xenocratis ingressus fuisset, ab eo nihil deterrito, sed acrius et animosius rem quam coeperat, tractanti, sic est castigatus, et ad saniorem mentem reductus, ut eam vitae impuritatem perosus, philosophiae se totum tradiderit, et vita functo Xenocrate, eius scholae praefuerit. Horat. Sat. II, 3, v. 253: *quaero, faciasne, quod olim Mutatus Polemon? ponas insignia morbi, Fasciolas, cubital, focalia: potus ut ille Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas.* Dal.

Filia Divi Augusti, *cuius*, etc. Iulia nempe, de qua diximus l. VII, cap. 46. Vt ad statuam Marsyae in foro positam, meretriculae convenirent, impudicitiaeque suae testem corollam alicui minorum gentium deo imponerent, malo te a Lipsio, si pudor suadet, edisceré, de Ant. Lect. III, pag. 120, quam immorari me in ista tenebris Stygiis digna foeditate. De Iulia Seneca de Benef. lib. VI, cap. 32: *Augustus flagitia principalis domus in publicum emisit, admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus urbem .... quotidianum ad Marsyam concursum,*

luxuria noctibus coronatum Marsyam, litterae illius Dei gemunt.

VII. Florum quidem populus romanus honorem Scipioni tantum habuit. Serapio cognominabatur, propter similitudinem suarii cuiusdam negotiatoris. Ob id erat in tribunatu plebi admodum gratus, dignusque Africanorum familia. Nec erat in bonis funeris impensa. Asses ergo contulit populus, ac funus elocavit; quaque praeferebatur, flores e prospectu omni sparsit.

quum ex adultera in quaestuariam versa, etc. Hard.

Litterae. Ita MSS. omnes. Sic dolenter scriptas litteras eas innuit, ut ingemiscere quodammodo viderentur. Deum autem vocat, ut lib. VII, cap. 46: *In summa deus ille, caelumque nescio adeptus magis, an meritus*, etc. Hard.

VII. *Serapio cognominabatur*. Is est videlicet, quem Serapionem quoque cognominatum vidimus lib. VII, c. 10. Quem quum et tribunum fuisse plebis et dignum Africanorum familia, Plinius dicit, servili origine fuisse eum, sed manumissum ab aliquo e Scipionibus, propterea que Scipionem cognominatum, oblique significat. Hard.

Asses ergo contulit populus, ac funus elocavit. Factitatum id et alias, ut in funere Valerii Publicolae regum exactoris: Menenii Agrippae, qui populum cum senatu in gratiam adduxerat: Q. quoque Fabii Maximi, ut Val. Max. prodidit, lib. V, cap. 2. His aere collato a populo rom. iusta sunt peracta. Huc pertinet vetus inscriptio apud Gruter. pag. 489: M. VINICIO. P. F. POST. MORTEM. MVNICIPES. SVI. AERE. CONLATO. PIETATIS. CAVSA. PP. Hard.

Flores e prospectu omni sparsit. E pergulis, e fenestris, unde prospectus in vicum. Supra libro XIX, cap. 19: *Praefigi prospectus omnes coegit*, hoc est, obstrui fenestras. Has ἀνθέων βολάς, florum sparsiones receptas in eos, quos honore volebant affectos, Lipsius ad Taciti lib. XV, iam olim ex variis auctoribus adnotavit. Id observatum quoque in Bruti funere, auctor est Dion. Halic. lib. V. In funere etiam filiae Virginii, lib. XI. H. — *Flores*. Rosa, myrto, et aliis omne genus floribus ornata coronataque sepulchra olim fuisse, e multis scriptorum locis cognoscimus. Anacreon oda in Rosam: Τόδε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ, Τόδε καὶ νεκροῖς ἀμύνει. Sophocles in Electra: Καὶ δὴ λέγω σοι πᾶν ὅσον κατειδόμην, Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον, Ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεορρύτους Πηγὰς γάλακτος, καὶ περιστεφῆ κύκλῳ Πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός. Serta illa, ut videre est in urnis ac sepulchris antiquis, taeniis lanei coloris, id est, suo tantum et nativo colore tinctis, implicabantur et nectebantur. Magius, lib. II, cap. 17. Dal.

VIII. Et iam tunc coronae Deorum honos erant, et Larium publicorum privatorumque, ac sepulchrorum, et Manium; summaque auctoritas pactili coronae. Sutiles Saliorum sacris invenimus, et solemnes

VIII. *Et iam tunc coronae Deorum honos erant*, etc. Vetus inscriptio: CORONAE. CENTENAE. FORTVNAE. PRIMIGENIAE. DEDICATAE. in Thesauro Goltzii, pag. 272. HARD.

Larium. Lar apud Plautum in Aulularia: *filia una est; ea quotidie mihi Aut thure, aut vino, aut aliquo semper supplicat: Dat mihi coronas.* DAL. — *Larium publicorum.* Compitalium scilicet. De privatis etque domesticis, Cato de Re Rust. cap. CXLIII: *Villica focum purum circumversum, quotidie priusquam cubitum eat, habeat, kalendis, idibus, nonis, festus dies quum erit, CORONAM in focum indat, perque eos dies Lari familiari pro copia supplicet.* Plautus in Trin. act. I, sc. II, v. 4: *Larem corona nostrum decorari volo.* Iuvenal. Sat. IX, va. 137: *O parvi nostrique Lares, quos thure minuto, aut farre, et tenui soleo exornare corona!* H.

Ac sepulchrorum, etc. Decemviri olim sustulerunt sumptuosam respersionem, id est, murretam potionem: et longas coronas, quibus ornabantur busts, sepulchra, sellae curules, theatra, currusque triomphantium: nam rotundis homines utuntur. DAL. — *Sepulchrorum.* Idem Tibull. lib. II, 4, v. 47: *Atque aliquis senior, veteres veneratus amores, Annua constructo serta dabit tumulo.* Aram sepulchralem coronari solitam, ex veteri inscriptione scito, quae apud Gruterum exstet, p. 715. H.

Summaque auctoritas pactili coronae. Plectilis coronae meminit et Plautus in Bacchidibus: *Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis.* Πλεκτός Xenophani Colophonio apud Athenaeum, κυλικτός Eubulo comico. Apud Graecos sponsae, quae ed virum iturae erant, ex obviis floribus coronam sibi texebant, quam sub flammeo capiti imponerent. Probrosum enim fuisset emptam gestare. Alexand. ab Alexand. lib. II, cap. 5. DALEC. — *Pactili.* Seu plectili, quod idem est. E multiplici flore, foliosque textee. *Plexa*, inquit Festus, *colligata significat, ex graeco* πλέκω, id est, concinno, texo, necto. Πλεκτὸν Graeci dicunt, et πηκτὸν a πηγνύω, compono. H.

Sutiles aliorum sacris invenimus (sic lib. ante Harduin. editi). Leg. *Saliorum.* De horum institutione, ritu, saltationibus, carmine, encyliis et conviviis sumptuosis abunde multa Alexand. ab Alexand. lib. I, c. 26. Salius Arcas, Aeneae comes, sallorum Marti Gradivo sacrorum saltationem instituit; eb eo dicti Salii. In denariis romanis Selius effingitur amictus veste longa, dextra manu caduceum tenens, sinistra clypeum, capite galea tecto prominenti, ad utramque aurem apice oblongo et acuto. Vrsinus. DAL. — *Sutiles.* Hae pectilibus opponuntur, e rosarum foliis consutae. Martialis, lib. V, epigr. LXIV: *Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo, Lassenturque rosis tempora sutilibus.* Et lib. IX, ep. XCI, ad Flaccum: *Perfundas glaciem triente nigro, Frontem sutilibus ruber coro-*

coenis. Transiere deinde ad rosaria; eoque luxuria processit, ut non esset gratia nisi mero folio: sutilibus mox petitis ab India, aut ultra Indos. Lautissimum quippe habetur e nardi folio eas dari, aut veste serica versicolores unguentis madidas. Hunc habet novissime exitum luxuria feminarum.

IX. Et apud Graecos quidem de coronis privatim scripsere Mnesitheus atque Callimachus medici, quae nocerent capiti: quoniam et in hoc est aliqua valetudinis portio, in potu atque hilaritate praecipue odorum vi surrepente fallaciter, scelerata Cleopatrae solertia. Namque in apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginae Antonio timente, nec nisi praegustatos cibos sumente, fertur pavore eius lusisse,

nis. Et ibid. ep. XCIV: *Sutilis aptetur decies rosa crinibus.* Sic et *lapillos sutiles* Prudentius appellat, hymno VII, vers. 158, et *hyacinthos sutiles* in Hamartigenia, v. 268. H.

Saliorum. Salii Sacerdotes Romae fuere, a saliendo dicti, quod vage per urbem cursitantes salire soliti. Varro de Ling. Lat. *Salii a saltando, quod facere in comitio in sacris, quotannis et solent, et debent.* Iode salisres epulae, pro lautis et opiparis, quia tales erant Saliorum. Vide Festum. H.

Rosaria. Coronas scilicet e solis rosis. DAL.

Nisi mero folio. Rosarum foliis, e quibus sutilas coronae: quom antiquitus totae rosae sutilibus intererentur. Sed eo tandem luxuria processit, ut fastidita gratia floris pulcherrimi, eius tantum folia relenta sint, quae ut alia aliis veluti squamatim intererentur, inventa est conditurae ratio, qua sic macerarentur, ut manus artificis, et puncturas quibus necterentur, pati possent. Tradit eam rationem Apic. de Re Cul. c. 1. H. — *Folio.* Rosarum. Male quidam *Folium* Indicum intellexerunt. ED. P.

IX. *Quae nocerent capiti.* Aristot. ἐν τοῖς φυσικοῖς προβλήμασιν, inquit Athen. XV, pag. 692, hoc quaerit, cur magis canescant homines, qui unguento magis caput illinunt, causasque aliquas affert, quae in Problematum libro hodie non leguntur. HAAD.

In potu atque hilaritate. In epulis coronatos accubuisse osteodunt Aristophanes in Equitibus, Plaut. in Pseud. Ovid. Fast. 337: *Ebrius, incinctis philyra conviva capillis, Saltat, et imprudens utitur arte meri.* Confer. Rhodiginus, lib. XXVII, c. 26 et 28. Huc spectat quaestio apud Plutarch. in Sympos. I, 3: an inter pocula coronis et sertis utendum sit. DAL. — *Scelerata Cleopatrae solertia.* Qua odorum vi solerter ac scelerate uti novit Cleopatra. ED. P.

Fertur pavore eius lusisse. Sic quidem Vet. sed placet magis legatur, *pavori eius illusisse.* DAL.

extremis coronae floribus veneno illitis, ipsaque capiti imposita, mox procedente hilaritate invitavit Antonium, ut coronas biberent. Quis ita timeret insidias? Ergo concerpta in scyphum incipienti haurire opposita manu: « En ego sum, inquit, illa, Marce Antoni, quam tu nova praegustantium diligentia caves: adeo mihi, si possim sine te vivere, occasio aut ratio deest. » Inde eductum custodia bibere iussit, illico expirantem. De floribus supra dictos scripsit Theophrastus apud Graecos. Ex nostris autem inscripsere aliqui libros Anthologicon: flores vero persequutus est nemo, quod equidem inveniam. Nec nos nunc scilicet coronas nectemus; id enim frivolum est; sed de floribus, quae videbuntur digna, memorabimus.

X. (IV.) Paucissima nostri genera coronamentorum inter hortensia novere, ac paene violas rosasque tantum. Rosa nascitur spina verius, quam frutice, in rubo quoque proveniens, illic etiam iucundi odoris,

Marce. Gron. et al. *chare*; praeiverat emendationi Dal. Ed. P.

Adeo, Εἰρωνικῶς. Hard.

Eductum custodia, etc. Reum unum aliquem. H. — *Exspirantem.* Gron. et al. *exspirante.* Ed. P.

Supra dictos. Lib. ante Hard. editi, *extra supradictos*; nobiscum tamen facit Gron. in notis. Ed. P. — *Supra.* Praeter dictos ante scriptores. H.

Theophrastus. Theophrast. de hoc argumento scripsit in primis Histor. Pl. VI, 6. 7. Hard.

Anthologicon. Ἀνθολογικῶν. Vox ea florilegium, seu librum collectaneorum sonat: non quod de floribus hortorum hi libri tractarent, sed quod sententiarum flores ex variis scriptoribus collectos continerent. H.

X. *In rubo quoque proveniens.* In cynosbato de quo XVI, 74. Hard. — Cynosbatos est *rosa canina* (*Icosand. polyand.* gen. 1237 Pers. *Rosac.* Juss.) Plures hoc ipso capite aut varietates Noster enumerat, de quibus, in tanta rosarum, quas novimus, copia, vix certi aliquid quisquam pronuntiare audeat. Praenestina, Brot. iudice, est rosa Praenestina, alba et versicolor. J. Bauh. Campana, rosa candida, plena et semiplena. I. B. An *Rosa bifera* Pers. vel *R. damascena?* Milesia, rosa rubra, flore valde pleno et semipleno. I. B. vulgo, *rose rouge*, *rose de Provins.* Trachinia eadem atque rosa rubello flore maiore, pleno, incarnata vulgo. I. B. *rose de France*, *rose pâle*, *rose couleur de chaire.* Alabandica, ros. eglantina, flore pleno. I. B. *rosier églantier.* (*R. rubiginosa*

quamvis angusti. Germinat omnis primo inclusa granoso cortice. Quo mox intumescente, et in virides alabastros fastigato, paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit, in calycis medio sui stantis complexa luteos apices. Vsus eius in coronis prope minimus est. Oleo maceratur, idque iam a Troianis temporibus, Homero teste. Praeterea in unguenta transit, ut diximus. Per se medicas artes praebet. Emplastris atque collyriis inseritur mordaci subtilitate. Mensarum etiam

est vere ros. eglanteria Veterum, auctore Pers. *Synops.* II, pag. 49.) Spineola, ros. minor, rubello plano flore, asperis spinis armata I. B. *rose canelle.* Centifolia, ros. lacteola I. B. Graeca vel lychnis, ros. campestris, spinis carens, biflora. C. B. *Graecula*, ros. silvestris, odorata, flore. albo C. B. De pulcherrimo omnium flore qui plura discere velit, quam verbis unquam exprimi queat, novum adeat et luculentissimum opus Cl. nostratis Redoute, qui post *Liliaceas*, non sibi impar *Rosas* nuper ad vivum depingere aggressus est. Ed. P.

Angusti. Late se non spargentis. Dalec.

Granoso cortice. Intus veluti quibusdam granis scabro. Nodum enim, seu globulum eum, quo semen continetur, corticem Plinius nuncupat, non semel. Nam infra: *Tardissime proveniunt semine, quod in ipso cortice est.* Μῆλον Theophr. appellat Histor. VI, 6. Vmbilicum, ὀμφαλὸν, Aristot. Probl. s. 12, quaest. 8. H.

In virides alabastros fastigato. Alabastrum vocat rosae calycem, antequam ea sit expansa: a similitudine nimirum cum alabastro, vase unguentario, cuius est longitudo fastigata, in pleniorem orbem desinens, ut Plinius ipse ait IX, 56. Poeta quidam pyramides vocat, quos Plinius alabastros; et calathos, quos ille calyces: *prima dies ostendit spicula florum, Altera pyramides nodo maiore tumentes: tertia iam calathos.* H. — *Fastigato.* Gron. et al. ut semper alias, *fastigiato.* Ed. P.

Ac sese pandit, in calycis, etc. Forte sincerius (ut praemonuerat Salmas. Ed. P.), *sese pandit in calyces, medio sui stantes complexa luteos apices.* Calyx vocatur, qui lutea stamina seu apices, et floris folia continet. Hard.

Vsus eius in coronis prope minimus est. Prae caeteris nempe utilitatibus, quas rosa praebet: nam et oleo praeterea maceratur, at in unguenta transit, et emplastris inseritur, etc. Hunc locum Barbarus prave intellexit: dum *nimius*, contra codicum fidem, et mentem scriptoris reposuit. H.

Homero teste. Iliad. Ψ, v. 186, ubi oleum rosaceum memoratur: ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ. H.

Vt diximus. Scilicet lib. XIII, cap. 2. Hard.

Mensarum etiam deliciis. Solebant Romani non solum mensas ad convivia structas, ut nunc fit, rosarum foliis contexere, sed etiam epularum

deliciis perungendis minime noxia. Genera eius no-2
stri fecere celeberrima, Praenestinam et Campanam.
Addidere alii Milesiam, cui sit ardentissimus colos,
non excedenti duodena folia. Proximam ei Trachi-
niam minus rubentem. Mox Alabanticam viliorem,
albicantibus foliis. Vilissimam vero plurimis, sed mi-
nutissimis, spineolam. Differunt enim multitudine
foliorum, asperitate, laevore, colore, odore. Paucis-3
sima quina folia, ac deinde numerosiora: quum sit
genus eius, quam centifoliam vocant: quae est in
Campania Italiae, Graeciae vero circa Philippos: sed
ibi non suae terrae proventu. Pangaeus mons in vi-
cino fert, numerosis foliis ac parvis: undae accolae
transferentes conserunt, ipsaque plantatione profi-
ciunt. Non autem talis odoratissima est, nec cui latis-

ferculis ea inspergere, tuta et minime noxia voluptate. Quidam exponunt mensas citreas in summis deliciis habitas inungi rosarum succo, qui ob amarorem intactas et illaesas eas servaret a carie et tineis. Heliogabalus in recumbentes convivas per laquearia, veluti per impluvium, rosas effundi iubebat. Quidam et pulvinos trichiniares ac cubitorios rosis farciebant. Dal.

Perungendis. Gron. et al. *inungendis*; et mox, *cuius sit ard. col. non excedentis.* Ed. P.

Praenestinam. Ea est quam vulgus Provincialem appellat, *rose de Provins*, ut quidem Clusius arbitratur Histor. Rar. plant. I, 114. H.

Campanam. Vbi *biferi*; ut Maro cecinit, Georg. IV, 119, *rosaria Paesti.* H. — An rosa alba, vulgaris maior, C. Bauh. ut quidam volunt? Ed. P.

Trachiniam. Ab Heracleae agro, quae Trachin appellata est, ut vidimus IV, 11. H.

Vilissimam. Ita MSS. Reg. Colb. Ch. non *utilissimam.* Recte: antecedit enim *viliorem.* Spineola a spinarum densitate, quibus est obsita, nomen traxisse videtur. H.

Differunt, etc. Theophrast. Histor. VI, 6. H. — *Foliorum.* Floris nempe, quae recentiores *petala* vocant. Ed. P.

Centifoliam. Et nos trecentifoliam maximam in horto Regio vidimus, flore, ut aiunt, incarnato: eamque odoris periucundi. Centifoliam quoque Batavicam, qualis a Clusio delineatur, Histor. Rar. plant. lib. I, pag. 113. H. — Servat nomen; plures *R. centifoliae* in hortis coluntur varietates. Ed. P.

Pangaeus. Theophr. ἐκ τοῦ Παγγαίου. Hand.

Non autem talis odoratissima. Theophrast. l. c. Hand.

simum maximumque folium: breviterque indicium est odoris, scabritia corticis. Caepio Tiberii Caesaris principatu, negavit centifoliam in coronas addi, praeterquam extremos velut ad cardines. Nec odore, nec specie probabilis est, quae Graeca appellatur a nostris, a Graecis lychnis, non nisi in humidis locis proveniens, nec umquam excedens quinque folia, violaeque magnitudine, odore nullo. Est et alia Graecula appellata, convolutis foliorum paniculis, nec dehiscens nisi manu coacta, semperque nascenti similis, latissimis foliis. Alia funditur e caule malvaceo, folia oleae habente, mosceuton vocant. Atque inter has

Breviter. Theophr. Ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις εὐώδη μᾶλλον, ὧν τραχὺ τὸ κάτω: *Odoratiores sunt inter amplas quibus pars ima scabra.* H.

Extremos. MSS. Regg. et editio princeps, *extremas.* Sic Gratius apud Nonium dixit: *Sonat impulsa cardo regia* Brot.

Nec odore. Minus commode prius legebatur, *nec odore, nec specie probabilem, et quae Graeca*, etc. oratione nec satis apte cohaerente, nec quae similitudinem veri ullam habeat. Quis enim centifoliam rosam, de qua proxime aulea sermo, ad quam prior sententiae huius pars referebatur olim, si minus odore, at specie saltem, quodcumque demum genus illud rosae sit, negaverit esse commendabilem probabilemque? H.

Lychnis. Quidam inodoratam et pusillam rosam rubram indicari volunt, vere et autumno prodeuntem, quam vulgo vocamus *Damas rouge.* Alii lychnidem Dioscoridis coronariam herbam, flore violae purpurascente, a Plinio intempestive recenseri putant inter rosarum genera. Nostrates certe ob similitudinem, quam is flos habet cum rosa, lychnidem vocant, *pasierose.* Dalec. — *Lychnis.* Dioscoridis haec coronaria lychnis est, sive sativa, de qua concisa brevitate graecus auctor III, 144: Λυχνὶς στεφανωματική, ἄνθος ἐστὶν ὅμοιον λευκοῖς, ἐμπόρφυρον δέ, πλεκόμενον εἰς τὰ στεφάνια. H. — *Agrostemma coronaria* (*Decand. pent.* gen. 1145 Pers. *Caryophyll.* Iuss.). Ed. P.

Paniculis. Quidquid sublonga et subrotunda forma tumet, ut hic rosae foliorum globulus, panicula appellatur. Harp.

Alia. Forte althaea, *rose d'outre-mer*, sed peregrina, ab unicauli malva, de qua diximus superiore libro, diversa etsi commune nomen utrique vulgus imposuit. Vidimus in horto Regio. H. — *Folia oleae.* Vel. apud Dal. *ulmi.* Ed. P.

Mosceuton. In quibusdam MSS. *muceuton.* In aliis *aceton.* H. — *Mosceuton.* Haec certe non est *la rose muscadè.* Ex Plinii descriptione potius videtur esse, *la rose d'outre-mer*, de qua iam sup. lib. XX, 84. Brot. —

media magnitudine autumnalis, quam coroneolam vocant. Omnes sine odore, praeter coromeolam et in rubo natum: tot modis adulterantur. Et alias 5
vera quoque plurimum solo praevalet. Cyrenis odoratissima est, ideoque ibi unguentum pulcherrimum. Carthagine Hispaniae, hieme tota praecox. Refert et caeli temperies. Quibusdam enim annis minus odorata provenit. Praeterea omnis siccis quam humidis odoratior. Seri nec pinguibus vult, nec argillosis locis, nec riguis, contenta raris, proprieque ruderatum agrum amat. Praecox Campana est; sera Milesia. Novissime tamen desinit Praenestina. Fodiuntur altius quam fruges, levius quam vites. Tardissime prove- 6
niunt semine, quod in ipso cortice est, sub ipso flore, opertum lanugine: ob id potius caule conciso inseruntur: et ocellis radicis, ut arundo; unum genus inseritur pallidae, spinosae, longissimis virgis, quinquefoliae, quae e Graecis altera est. Omnis autem recisione atque ustione proficit: translatione quoque, ut vitis, optime ocyssimeque provenit, surculis quaternum digitorum longitudine, aut ampliore, post

Althaea (*Alcea*) *rosea?* (*Monadelph. polyand.* gen. 1632 Pers. *Malv.* Juss.). Ed. P.

Cyrenis. Theophr Hist. 6: Εὐοσμότατα δὲ τὰ ἐν Κυρήνῃ· διὸ καὶ τὸ μύρον ἡδίστον. H.

Praeterea. Omnis rosa scilicet. Didymus in Geop. XI, 19: Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὡς ἐν τοῖς ἀνύδροις ῥόδα, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κρίνα εὐωδέστερα ἔσται. H.

Ruderatum. In quo rudera, veterumque aedificiorum materies plurima inest Hard.

Quod. Sic Theophr. l. c. Φύεται μὲν οὖν ἡ ῥοδωνιὰ καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος ἔχει δὲ ὑπὸ τὸ ἄνθος ἐν τῷ μήλῳ... ἔχον δέ τινα χνοῦν. Quid cortex sit, superius diximus H.

Caule conciso inseruntur. Seu malleolis a caule decisis. Theophr. Hist. VI, 6: Καταπόπτοντες τὸν καυλὸν φυτεύουσιν. Hard.

Et ocellis radicis. Quid sint in arundine oculi, diximus XVI, 67. Quod genus illud sit rosae pallidae spinosae, graeculae, quinquefoliae, non satis compertum. H.

E Graecis. Quae paulo ante graecula appellata. Hard.

Omnis autem recisione, etc. Theophrast. l. c. Hard.

Vergiliarum occasum sata: dein per Favonium translata, pedalibus intervallis, crebroque circumfossa. Qui praecocem faciunt, pedali circa radicem scrobe aquam calidam infundunt, germinare incipiente calyce.

XI. (v.) Lilium rosae nobilitate proximum est, et quadam cognatione unguenti oleique, quod lirinon appellatur. Et impositum etiam maxime rosas decet, medio proventu earum incipiens. Nec ulli florum excelsitas maior, interdum cubitorum trium, languido semper collo, et non sufficiente capitis oneri. Candor eius eximius, foris striati, et ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo et semine, stantibus in medio crocis. Ita odor, colorque duplex et alius calycis, alius staminis, differentia angusta. In unguenti vero oleique usu, e folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba, quam convolvulum

Qui praecocem faciunt. Pall. III in Februar. t. 21: *Si rosam temperius habere volueris, duobus palmis ab ea in gyrum fodies, et aqua calida bis rigabis in die.* Sic Didymus in Geop. l. c. Hard.

XI. *Quod lirinon.* Λειρινόν: nam aeque Graeci λείριον lilium appellant. Idem et σούσινον nuncupavere, ut diximus XIII, 2. Dioscor. III, 16, de lilio: ἀφ' οὗ καὶ τὸ πρόσμα κατασκευάζεται, ὃ τινες λειρινόν, οἱ δὲ σούσινον καλοῦσι. Hard.

Et impositum. Malleem *interpositum.* Intelligit enim, opinor, gratiam hortorum, vel coronarum, non esse levem, quemadmodum Maro cecinit Aeneid. XII, vs. 69: *mixta rubent ubi lilia multa Alba rosa.* H.

Candor eius eximius foliis foris striatis et... sese laxantibus, etc. (sic Gron. et al. ante Hard. Ed. P.) Legend. *Candor eius eximius, foris striati et ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi*, etc. Post: *Tertio genere caetera eadem, calix herbaceus*: posuit *herbaceum* pro eo quod in Dioscoride est, χλοώδες: lege ergo *helvaceus*, pro *herbaceus*. Idem mendum infra cap. 19: *Narcissi duo genera in unum medici recipiunt: unum purpureo flore, alterum herbaceum.* Scribendum, *helvaceum.* Color *helvaceus* et *helveus* est inter russum et album: ita Festus: *hic plane est melinus et luteus color, vel croceus.* Salmas. 102. — *Lilium candidum* (Hexand. *Mon.* gen. 791 Pers. *Liliac.* Juss.). Ed. P.

Convolvulum. Gallis, *liseron.* Sani-

vocant, nascens per frutecta, nullo odore, nec crocis intus: candorem tantum referens, ac veluti naturae rudimentum lilia facere condiscentis. Alba lilia iisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa: et hoc amplius lacryma sua, ut hipposelinum; nihilque est fecundius, una radice quinquagenos saepe emittente bulbos. Est et rubens lilium, quod Graeci crinon vocant. Alii florem eius cynorrhodon. Laudatissimum in Antiochia, et Laodicea Syriae, mox in Phaselide. Quartum locum obtinet in Italia nascens.

XII. Sunt et purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, maiorisque bulbi, sed

lax laevis minor a Dodonaeo vocatur, apud quem iconem eius vide Hard. — *Convolvulus sepium* (*Pentand. Monog.* gen. 416 Pers. *Convolvul.* Juss.) Ed. P.

Nascens per frutecta. Ea est, quae lasione a Theophrasto, et ab auctore dicitur posthac lib. XXII, cap. 17 et 22. Dal.

Alba. Haec pariter Theophr. Hist. II, 2: Ῥοδωνία δὲ καὶ κρινωνία, etc. Hard.

Lacryma. Theophrast. Histor. VI, 6: Ποιεῖ δέ τινα καὶ δακρυώδη σύρριον, ἣν καὶ φυτεύουσι. *Reddit lilium lacrymarum confluxum quemdam, quem et serunt.* Et lib. II, eiusdem operis, cap. 2: Ἰδιωτάτη δὲ γένεσις ἡ ἀπὸ δακρύων; καὶ γὰρ οὕτω δοκεῖ τὸ κρίνον φύεσθαι, ὅταν ξηρανθῇ τὸ ἀπορρύεν· φασὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἱπποσελίνου· καὶ γὰρ τοῦτο ἀφίησι δάκρυον. *Peculiaris generatio, quae ex lacryma fit: quippe lilium ita exire videtur, quum id quod defluxit, sole exsuerit*, etc. Hard.

Vt hipposelinum. Theophrast. de Caus. lib. I, c. 4, lilio et hipposelino addit et alia quaedam, quae tamen non recenset nominatim. Ὀπογενεῖς vocat has plantas auctor librorum de Plantis, qui Aristoteli adscribuntur, cuius vocis loto in exemplari depravato legitur *opigais.* Dal. — *Hipposelinum.* Est *Smyrnium Olusatrum* (*Pentand. digyn.* gen. 719 Pers. *Vmbellifer.* Juss.), de quo XIX, 48. Ed. P.

Est et rubens lilium. Lilium illud purpureum maius Dodonaei est pag. 198, quod in horto Regio vidimus. Galli vocant, *lis orangé.* Dioscor. III, 116: πορφυρὰ ἄνθη κρίνου. Hard. — Nobis, auctore Sprengelio, *Lilium Chalcedonicum.* Ed. P.

Cynorrhodon. Ita libri omnes: et Hesychius: κυνόρροδον, κρίνον ὅμοιον ὑακίνθῳ. Hard.

Phaselide. Convallis est Iudaea, ut Plinius admonet, XII, 9, unde lilium Phaselidis olim appellatum est *lilium convallium*, Cantic. Cantic. II, 1. H.

XII. *Sunt et purpurea lilia.* Cave accepta haec putes a Theophr. VI, 6, ut visum iis, qui censoriam animadversionem distringere in Plinium, ponunt in lucro. H.

unius: narcissum vocant. Huius alterum genus flore candido, calyce purpureo. Differentia a liliis est et haec, quod narcissis folia in radice sunt, probatissimis in Lyciae montibus. Tertio generi caetera eadem, calyx herbaceus. Omnes serotini. Post Arcturum enim florent, ac per aequinoctium autumnum.

XIII. Inventa est et in his ratio inserendi, monstrificis hominum ingeniis. Colliguntur namque mense iulio scapi arescentes, liliaque suspenduntur in fumo.

Narcissum. Purpureus hic Virgil. narcissus, Ecl. V, v. 38. Nondum id a nobis genus animadversum. H. — *Narcissus poëticus* vel *Pseudonarcissus* (*Hexandr. mon.* gen. 780 Pers. *Liliac.* Juss.). Conf. D. Fée, *Flore de Virgile*, tom. VIII, pag. CXVII sq. edit. nost. Ed. P.

Calyce. Calicem id vocat, quod in medio flore, circuli instar, et stamina, et apices continet. Narcissum medio purpureum Dodonaeus vocat, et delineat pag. 223. Nascitur pleriscque Galliae locis, in pratis, *narcisse*. Dioscorides commendat eum, qui ἐν ὁρεινοῖς τόποις gignatur lib. IV, cap. 161. Hard.

In radice. Bulbo, non cauli, haerent. Quare narcissi caulem Theophr. Hist. VI, 6, ἄφυλλον vocat. H.

Tertio generi caetera eadem. Lego, *alteri generi*. Nam tantum duo genera narcissi sunt, alterum quod florem in medio purpureum habet, πορφυροειδές: alterum quod croceum, κροκοειδές. Dal. — Narcissi autem genus, cui circulus est luteus aut croceus, vel ad *Narcissum Tazettam*, vel ad *N. orientalem*, ut nonnulli malunt, commode referri potest. Ed. P.

Omnes serotini. Sic Theophr. l. c. de narcisso universim: Ὀψὲ δὲ ἀνθεῖ, μετὰ γὰρ Ἀρκτοῦρον ἡ ἄνθησις, καὶ περὶ ἰσημερίαν. Post Arcturi occasum, de quo XVIII, 74. H. — At vernos etiam habemus narcissos; autumnales vero illos ad *N. serotinum* referas licet. Ed. P.

XIII. *Inventa est et in his ratio inserendi*. Hoc est, nova serendi ratio excogitata est, non e bulbo, sed e radicula quam caulis emittit, ut mox dicemus. Ita MSS. omnes: nullus Pintiano favet, qui *infoiendi* malvult. Hunc porro modum totidem fere verbis expressit Anatolius in Geop. XI, 21. Hass.

Colliguntur namque scapi arescentes, liliaque suspenduntur in fumo. Scribo, *Colliguntur namque scapi arescentes libi, qui suspenduntur in fumo*; tum ex scripto exemplari, tum etiam ex graeco auctore, de Re rustica, quem alii Constantinum, alii Heronem appellant Geoponicon lib. XI, qui hoc idem docet eisdem ferme verbis. Pinv. — *Suspenduntur in fumo*. Aliud in liliis a nobis observatum est, de quo Ch. Tournefort, Instit. Rei herbar. p. 371: *Lilii albi caulis cum floribus amputatus et suspensus, auctore Gesnero, semen profert, quod feliciter etiam Parisiis saepe expertus sum*. Bror.

Dein nudantibus se nodulis, in faece nigri vini, vel graeci, mense martio macerantur, ut colorem percipiant, atque ita in scrobiculis seruntur, heminis faecis circumfusis. Sic fiunt purpurea lilia; mirumque, tingi aliquid, ut nascatur infectum.

XIV. (VI.) Violis honos proximus; earumque plura genera. Purpureae, luteae, albae: plantis omnes, ut olus, satae. Ex iis vero, quae sponte apricis et macris locis proveniunt, purpureae, latiore folio, statim ab radice carnoso, exeunt: solaeque graeco nomine a

Nodulis. E singulis enim nodis radiculae quaedam tum enascuntur, quae seri debent. Anatolius, l. c. H.

XIV. *Violis honos proximus.* A rosis et liliis. Hard. — De violis vid Excurs. I ad calcem huius libri, ubi luculentissime quae sint veterum auctorum λευκόϊα καὶ μελάνια, Spreng. disquirit et enucleat. Ed. P.

Earum plura genera. Nicander in Georgicis duo tantum genera facit, ὠχρόν et χρυσεῖον, pallidum et luteum: Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπείροις, τὰ δὲ καὶ ὠρεῖα φυτεύοις· Ἄνθη ἰασανίωθε γένη γε μὲν ἰάσι δισσά Ὠχρόν χρυσεῖόν τε φύειν τὴν ὦπα ἔοικεν Στεῦται. Ἰωνιάδες νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ἰωνὶ Πιερίδες προθέασκε ἐνὶ κλήροισιν, ὄρεξαν. Ἠνοπὶ γὰρ χλοῦνον μετὰ δ' ἐσσυμένος, σκυλάκεσσιν Ἀλφειῶ καὶ λύθρον ἑῶν ἐπλύνατο γυίων Ἐπείρους νύμφαισιν Ἰωνιάδεσσι νυχεύσων, Scal.

Purpureae. Sic auct. lib. de Simp. med ad Patern. tom. XIII Opp. Galeni, pag. 1002: *Viola,* inquit, *species habet tres: est enim alba, e purpurea; et aureo colore, floresque de radice eius excrescunt: quibus melior habetur quae est purpurea.* Purpurea, quae Theophr. Hist. VI, 6, nigra dicitur, τὸ μελάνιον; Virgilio quoque Ecl. X, 39; caeteris ἰὸν πορφυροῦν, a Dodonaeo pingitur, p. 156; *violette.* Candida, quae Graecis λευκόϊον; vita a nobis in horto Regio, ab eodem Dodonaeo delineatur, p. 159. Luteam Clusius exhibet, Histor. Rar. pl. III, pag 309, quam violam montanam vocat. Galli, *giroflée jaune.* Adde his et tricolorem, quae hos simul colores in se una colligit, purpureum, luteum, candidumque apud eumdem Clusium, pag. 310, saepius a nobis observatam in horto tolies appellato, cum generibus violarum aliis fere duodecim. Hard. — *Purpureae:* nobis *Viola odorata* (*Pentand. monogyn.* gen. 582 Pers. *Violae* Juss.); *luteae* vero: *Cheiranthus Cheiri* (*Tetrad. siliq.* gen. 1370 Pers. *Cruciffr.* Juss.); *albae*: *Cheiranthus incanus* Vid. Excurs. I ad calc. huius libri. Ed. P.

Plantis omnes, ut olus, satae. In nostris regionibus nec lutea, nec alba, planta propagatur, sed semine: nigra vero, seu purpurea etiam plantis. Hard.

Ex iis. Sic Theophr. l. c. ubi viola nigra dicitur πλατύφυλλος, καὶ ἐγγειόφυλλος, καὶ σαρκόφυλλος. H.

Carnoso. Grou. et al. *carnosa*; et paulo post, *appellata ia, ut ab his iant vestis. Sed sativis*, etc. Ed. P.

caeteris discernuntur, appellatae ia, et ab his ianthina vestis. E sativis maxima auctoritas luteis. Genera iis: Tusculana, et quae marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum vero sine odore, minutoque folio Calathiana, munus autumni, caeterae veris.

XV. Proxima ei caltha est concolori amplitudine.

Et ab his ianthina. Hoc est, purpurea ac violacea. *Violet pourpre.* Mart. lib. II, ep. XXXIX: *Coccina famosae donas et ianthina moechae.* Hinc *violarii* apud Plautum, in Aulular. act. III, sc. 5, qui vestes violaceas purpura infectas distraherent. Hard.

Genera iis Tusculana. Scriptum exemplar, *genera autem Tusculana*, et paulo post *calatina*, non *calathiana*, ut forte neutro modo scribendum sit, sed *caltiana*, permutatis litteris, a similitudine caltae, ut sequentia statim ostendunt, nisi quis deduci malit a calatho. Pint.

Folio. Folia intellige, quibus flos constat; quae nobis *petala*. Ed. P.

Calathiana. Calathianam alli esse volunt thylacitidem, a Dodonaeo pictam calathianae titulo: alii eiusdem campanulam. Ut utraque enemlea est, calathiana vera lutea, si calthae concolor est: nam caltham luteam esse monstrant hi versus Virgilii et Columellae: *Mollia luteola pingit vaccinia caltha.* — *Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha.* Calathianam ego puto esse digitalem luteam, flore luteo, calatho simili, caltham vero nostram calendulam. Dioscoridi caltha chrysanthemum, sive buphtalmos dicitur. Dal. — *Calathiana.* A calathi effigie. Alii *caltiana* legunt, a similitudine caltae. Pintianus, et ex illo Salmasius in Solin. pag. 1160, *calatina*, a Calatia oppido Italiae. His favet codex Reg. 2. Hard. — *Calathiana.* Brol. ex MS. Reg. 1 et edit. principe, *calatiana*. Ed. P.

XV. *Concol. amplitudine.* Quid quaeso amplitudo ad colorem, aut color ad amplitudinem? Pro voce ultima notant *similitudine*. Sed alteram retinet egregius codex: quod autem praecedit, pro eo habet: *concilari. Fortassis: et cochleari amplitudine.* Sic lib. XXI, 27: *cochlearis mensura.* Item XXIV, 1. Gron. — *Proxima.* Et haec e violarum lutearum genere est, non ut a Ruellio primum, deinde a Salmasio creditum est, loc. cit. flos ille, quem solsequium dicimus, le soucy, plane diversi generis. Nam et in indice huius loci sic legitur: *Violae colores III, luteae genera V. De caltha: regius flos.* Genera porro violae luteae tria dumtaxat appellantur hoc loco, Tusculana, marina, calathiana: nisi ad eum numerum caltha quoque, et regius flos, seu regia scopa accesserint. Et sane inferius, quum singulorum florum medicinae narrantur, quorum modo tractantur naturae, de violis universim, sigillatimque de luteis, atque purpureis, longissima habetur oratio: de caltha scopaque regia, ne γεῦ quidem: satis probabili argumento eas scilicet ideirco

Vincit numero foliorum marinam, quinque non excedentem. Eadem odore superatur: est enim gravis calthae. Non levior ei, quam scopam regiam appellant: quanquam folia eius olent, non flores.

XVI. Bacchar quoque radicis tantum odoratae est,

taceri, quod lutearum nomine censeantur, quod et fecisse Columella videtur in hortulo, duo violarum genera carmine uno complexus: candidum, luteumque, *Candida leucoia, et flaventia lumina calthae.* Caltham nos suspicamur esse, aut certe ei affinem, quae viola lutea multiplex a Dalec. appellatur, Hist. plant. VII, pag. 803, quae cultu mangonioque evadit in florem densissimis foliis stipatum atque congestum, praestantissimi ac suavissimi odoris. H. — *Caltha.* An *Calendula officinalis?* (*Syngenes. polyg. aec.* Linn., *Corymb.* Juss.). Conf. D. Fée, *Flore de Virgile*, §. VIII, pag. xxix, edit. nost. Ed. P.

Non levior. Perinde gravis, atque calthae, odor est ei luteae violae generi, quam scopam regiam, sive, ut est in Indice, regium florem vocant: qui quo nomine hodie appellatur, certo statui non potest. Porro quum gravis odor dicitur, cave inluendum dici continuo putes; nam, ut Plinius ait, cap 18, quorumdam florum suavitati etiam gravitas inest, ut liliis. Hard.

Quam scopam regiam appellant. Sideritim quidem esse puto, sed Achilleam, cuius folia odorem multum spirant, non insuavem, verum medicatum, auctore Dioscoride, ut pro *latissimo folio* lib. XXV, cap. 5, legendum sit *tenuissimo*, nisi latissimum folium intelligamus totius plantae comam latissima se spargentem. Nam multis virgis multumque spatii occupantibus ea planta subrigitur. Coronis autem expetitur flos ex albo aureus. Quamobrem inter luteos flores hic a Plinio recensetur. Dat. — *Scopam regiam.* Sprengelio auctore, est *Chenopodium scoparium* (*Pentand. digyn* gen. 657 Pers. *Chenopod.* Juss.); habitat in Graecia, Carniola, etc. Ed. P.

XVI. *Bacchar.* Dioscor. III, 51: Βάκχαρις, βοτάνη ἐστὶ θυμώδης, εὐώδης, καὶ στεφανωματική, etc. Idem et Cratevas habet, cuius fragmentum antea ineditum recitat Aloys. Anguillara, part. I, pag. 25, quamvis de asaro sermonem ibi esse falso contendit, quum et asaron στεφανωματικὸν esse Plinius paulo post neget: et quae vires ei herbae tribuuntur a Crateva, eas ipsas idem infra cap 77, bacchari adiudicet. H. — Bacchar Dioscorid. est *Gnaphalium sanguineum* (*Syngen. superfl.* gen. 1840 Pers. *Corymbifer.* Juss.). *Eam speciem invenerunt Rauwolfius*, *Itin.* pag. 285, *et circa Aleppum Russelius*, *Aleppo*, pag. 195. *Male autem interpretati sunt, qui vel* Digitalem Thapsi, *ut Lacuna, et Matthiolus*, pag. 538; *vel* Inulam Vaillantii, *ut Clusius*, *Hist. II*, 24; *vel* Salviam Sclaream, *ut Leonicenus et Caesalpinus*, xi, 37; *vel* Baccharidis *speciem, ut Linnaeus, crediderunt.* Sprengel. Hist. Rei Herb. tom. I, p. 187. Ed. P.

a quibusdam nardum rusticum appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes priscae comoediae poëta testis est. Vnde quidam errore falso barbaricam eam appellabant. Odor est ei cinnamomo proximus: gracili solo nec humido provenit. Simillimum ei, combretum appellatur, foliorum exilitate usque in fila attenuata, et procerius quam bacchar: haec sunt tantum. Sed eorum quoque error corrigendus est, qui bacchar rusticum nar-

A quibusdam. Lib. XII, 27: *Baccharis vocatur nardum rusticum; de quo dicemus inter flores.* Dodonaeus, a quo delineatur, pag. 169, et Fuchsius, Digitalem vocant: Galli interdum etiam, *digitale*. Vidimus in horto Regio, purpureo, luteo, rubente, candido, ferrugineoque colore conspicuam. Hard. — D Fée, baccharidem de qua Dioscorides loco supra laudato, eamdem esset censet cum bacchare, quod Maro cecinit Ecl. IV, v. 19, et VII, vers. 27, et ad *Digitalem purpuream* L. retulit. Cf. *Flore de Virgile*, tom. VIII, p. xxiv ed. nost. Spreogelius vero Virgilianam speciem a nostra baccharide distinguit, nihilque aliud esse pronuntiat, quam *Valerianam celticam*. Lis adhuc sub indice. Ed. P.

Aristophanes. In fabula cui titulum fecit, Θεσμοφοριάζουσαι, teste Athenaeo, XV, pag 690, haec poetae carmina recitante, quae ad propositum attinent: Ω Ζεῦ πολυτέμητ', οἷον ἔπνευσε ὁ μιαρὸς Φάσκωλος εὐθὺς λυόμενός μοι τοῦ μύρου, Καὶ βακχαρίδος. *O veneranda Iupiter, ut obolum soluta confestim pera unguentum mihi, et baccharim.* Adde et Galen. tom. I, in Expl. vocum Hipp. pag. 88: Βάκχαρις, Αὐδίον τι μύρον. Hipp. ipsum de Natur. mulier, text. 6, pag. 362, βακχάριον ἔλαιον vocat. Erotianum ibidem, p. 115: Βάκχαρις, εἶδος βοτάνης καὶ μύρου, οὗ καὶ Αριστοφάνης μέμνηται. Adde Hesychium, Iul. Poll. VI, 19, pag. 296; Simonidem poëtam apud Clem. Alex. Paedag. II, pag. 177, etc. Hard.

Barbaricam. Ita MSS. omnes: hoc est, exoticam et peregrinam, nec in orbe romano natam. Medicamenti meminit Marcellus Emp. c. VIII, quod barbaricum similiter vocat: nempe ex rebus conflatum extra hunc orbem romani imperii natis. Error falsus Veterum in eo fuit, quod barbaricam radicem vocarent, quae foret domestica. Hunc locum, ut interpolet, explicetque, Salmasius frustra desudat in Solin p. 1068, quum *baccharida* pro *barbaricam* reponit. Hard.

Odor. Radici scilicet. Diosc. III, 57: Ῥίζαι δὲ ὅμοιαι ταῖς τοῦ μέλανος ἐλλιβόρου, ἐοικυῖαι τῇ ὀσμῇ κιννα-μώμῳ. Hard.

Gracili. Dioscor. loc. cit. Φιλεῖ δὲ τραχέα χωρία, καὶ ἄνικμα. H.

Combretum. In indice *Combetrum*. In Tuscia, *herba luziola*, inquit Anguillara P. XI, p. 179. Hard. — *Iuncus maximus* (*Hexand. monog.* gen. 846 Pers. *Iunc.* Juss.). Ed. P.

Haec sunt tantum. Hac re solum, inquit, affinitatem habet combretum

dum appellavere. Est enim alia herba sic cognominata, quam Graeci asaron vocant, cuius speciem figuramque diximus in nardi generibus. Quin immo asaron invenio vocitari, quoniam in coronas non addatur.

XVII. Crocum silvestre optimum: serere in Italia minime expedit, ad scripula usque singula areis de-

cum baccbare: caetera absunt: odor, unguentique in radice dos. — *Haec.* Sic MSS omnes. Reg. Colbert. etc. Libri vero editi, *Nec haec sunt tantum.* Salmas. in Solin. p. 1068. *nexui;* quasi sententia sit, combretum nexui tantum esse, id est, ad corollas necti. Id vero nec aures latinae ac teretes ferunt, et scriptoris menti aptissime adversatur. Nam in medicinis praeterea quem usum id habeat, ipse inferius admonet, cap. 77, non igitur tantum in coronas utile. Hardi.

Graeci asaron. Servat nomen: *Asarum Europaeum.* De quo iam lib. XII, cap 28 Ed. P.

Quoniam in coronas, etc. Asaron a particula negativa α, et σαίρειν, ornare, verrere, mundare: γῆ σαιρομένη Plutarcho in Catone, floribus ornatus ager: νεμομένη, pascens: σπαρομένη, sationalis, vel seminalis, arvum: ῥαινομένη, riguus etc. Dal. —

Quoniam, etc. Quoniam coronas non ornet. Ἄσαρος, non ornatus. Vide Lexicon Constantini, et Voss in Etym. Hard.

XVII. *Crocum silvestre optimum.* Non quidem sponte nascens, agreste, inurbanum, exoticum vero, aliunde invectum. Italicum enim fructuosum et quaestuosum non est. Dal. — *Crocum.* Est *Crocus sativus* (*Triand. monog.* gen. 95 Pers. *Irid.* Juss.). Habitat in Oriente; nunc in hortis ob usum colitur. Ed. P.

Scripula usque singula, etc. Areae singulae vigesima quarta parte minus fructus reddunt quam impensae factum est. Scripulum vigesima quarta unciae pars est. Quod si ad drachmam id exigas, cuius scrupulum tertia pars est, sensus est: tertia parte minus fructus percipi, quam impensa constiterit. Dal. — *Ad scripula usque singula areis decoquentibus.* Hoc quid sit, palam se fatetur nescire ὁ πάνυ: inquinatissima esse tantum scire: neque ignorare quomodo explicent; legendum autem omnino, *ad scripula usque singula areis decoquens;* aut *ad scripula usque in singulos denarios decoquens*, ad Solin. pag. 106. Haec posterior tamen coniectura et explicatio Dalecampii eodem redeunt, nempe tertia parte minus fructuum percipi, quam impensa constiterit; pro tribus, quae impensa sunt, scripula tantum reddi bina. Haec multis confutare possem: sed quaeramus sensum vulgatae, quam integrum servant optimae membranae. Primo areae quid habent molesti? An non ipse restituit lib. XIX, c. 8, et vere opinor: *Cardiuos apud Carthaginem magnam, Cordubamque praecipue, sestertium sena millia e parvis reddere areis?* An non Columella lib. X: *circum areolas et septem ducitur horti?* Idem lib. XI, 3: *Circa idus ianuarias humus refossa in areis dividitur: quae tamen sic informandae sunt, ut facile rancantium*

coquentibus. Seritur radicis bulbo. Sativum latius, maiusque, et nitidius, sed multo lenius, degenerans ubique, nec fecundum etiam Cyrenis, ubi semper flores laudatissimi. Prima nobilitas Cilicio, et ibi in Corycò monte: dein Lycio monte Olympo: mox Centuripino Siciliae. Aliqui Phlegraeo secundum locum dedere.

manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant: ne qui persequantur herbas, semina proculcare cogantur; sed potius per semitas ingrediantur, et alterna vice dimidias areas eruunent. Iam cur non iusta eleganter *areolae*, quae male respondent, neque reddunt; quod acceperunt, *decoquere* dicuntur, atque ipsum crocum? Multis hoc illustrare possem, si ratio scribendi pateretur. *Decoquere* autem *ad scripulum*, quum latine loquimur, non est eo usque ut scripulum consumatur, sed ut scripulum tantummodo supersit: quemadmodum quod medici iubent *decoqui ad tertias*, in eo duae tertiae consumuntur, una manet; non una consumitur, et duae restant. Super omnia, qui quodve *decoquere ad scripulum* dicitur, in eis *scripulum* non consideratur pro tertia parte denarii (qui Dalecampii error est), sed pro quarta et vicesima parte unciae, assis ducentesima octogesima octava. As est *area*, vel totum quod seritur in area. Ea area *decoquit ad singula scripula*, id est, ad quartam et vicesimam partem unciae, (ut vix ea supersit ex tota area. Hard.) Haec latine, si mens ea Plinio fuit, melius dici non possunt, nec planius. Quod si cui nimium videtur et *scripulum* potius pro tertia parte denarii vel drachmae accipiendum, legerem initius tractatis verbis et sensu meliore: *ad singula usque scripula denariis decoquentibus*; quod esset de pondere denarii sato tantum redire scripulum, sive partem tertiam. Gron.

Sativum latius. Ita MSS. forte *laetius* (ut Salmasio prius visum est. Ed P.). Depictum vidi in Eystettensi hortò. Hard.

Lenius. Gronov. et al. ante Hard. *Sed multo levius degenerans. Sed nec ubique fecund.* Ed. P.

Etiam Cyrenis, etc. Haec pariter Theophrast VI, 6, cuius oratio ex Athenaeo corrigenda est XV, p. 682. Hard.

Fl. laudatissimi. Reliqui flores, praeterquam croci. Athen. l. c. H.

Prima nobilitas, etc. Dioscorid. I, 25. Transcripsit haec Solin. c. XXXVIII. Hard.

Dein Lycio monte Olympo. Brot. ex MS. Reg. 1, *dein Lyciae monte Olympo.* Scilicet in MS. Reg. 2 et edit. principe *Lyciae Olympo.* Fuit enim et Olympus mons in Lycia. Ed. P.

Aliqui Phlegraeo secundum locum dedere. Vocem *Phlegraeo* agnoscit in Plinio Hermolaus in Corollario Dioscoridis. In archetypo tamen nostro non *Phlegraeo* legitur, sed *Heraeo*. Legendum puto *Aegaeo*, ab Aegis, Aetoliae urbe, ex Dioscoride, libro primo, qui primam bonitatem tribuit croco Corycio: secundam Lycio: tertiam ei quod est ex Aegis, urbe Aetoliae. Quare in Plinio malim legere, *tertium locum dedere*, quam *secundum*. Hermolaum autem profiteor me de-

Adulteratur nihil aeque. Probatio sinceri, si imposita manu crepat, veluti fragile. Humidum enim, quod evenit adulteratione, cedit. Altera probatio: si manu prolata ad ora leniter faciem oculosque mordeat. Est per se genus sativi blandissimum vulgo, quum sit mediocre, dialeucon vocant. Contra Cyrenaico vitium, quod omni croco nigrius est: et celerrime marcescit. Optimum ubicumque quod pinguissimum, et brevis capilli: pessimum vero, quod situm redolet. Mucianus auctor est, in Lycia anno septimo aut octavo transferri in locum subactum, atque ita degenerans renovari. Vsus eius in coronis nusquam. Herba enim est folio angusto paene in capillamenti modum. Sed vino mire congruit, praecipue dulci; tritum ad thea-

mirari, qui in Dioscoridis tralatione, *ab Aegybus urbe Aetoliae* scribat, cum γ in secunda, et tertia inflexione, non *ab Aegis*, ut rectius convertit Marcellus: praesertim quum constet ex Stephano et aliis Aegas primi ordinis, Aetoliae esse urbem; Aegys autem tertii, non Aetoliae, sed Laconiae. Pint. — *Aliqui Phlegraeo.* Phlegra, oppidum Macedoniae maritimum. Phlegraeus ager Campanus, sive Laboriensis, Puteolis vicinus, fertilissimus panici, farris, rosarum. Ex iis duobus locis vel alterutro fortassis, crocus nobilis et excellens fuit. Dal. — *Aliqui.* Cave hic Plinium ex Dioscoride corrigas, quod Turnebus tentavit Adv. XVI, 16. H.

Adulteratur. Vide Galen. de Antid. I, 14. Hard.

Veluti fragile. Quum inaruit: sic Dioscorid. ex optima ed. Aldi, κρόκος εὔθραστος laudatur: improbatur ἐκμάζων, humidus. Hard.

Quum sit mediocre. Ita MSS. omnes Regg. 1, 2, Thuani, et alii: non, ut editi hactenus: *quam sit medio candidum.* Quin etiam in R. 1 cod. *dileacon*, et in Colb. 3 *dialeacon* legitur, forte pro *Deliacon.* H.

Brevis capilli. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. Chifflet. *brevibus capillis* Gron. et al. Ed. P.

Transferri in locum subactum. Ita fit et in Gallia passim. Nullibi vegetius est, quam in Agennensi agro et Narbonensi provincia. H. — Nostratibus *départemens de l'Aude*, et *Lot et Garonne.* Ed. P.

Vsus. Nisi in conviviis ad arcendam ebrietatem, ut dicetur cap. 81. Hard.

Herba. Haec totidem verbis Theophrast. Hist. VI, 6. H.

Vino. Hoc illud est fortasse, quod idem paulo explanatius cap. 81: *Qui crocum prius biberint, crapulam non sentiunt: ebrietati eo resistunt.* Vel potius, dilui croco trito commode vinum innuit, ad theatra replenda. Hard.

tra replenda. Floret Vergiliarum occasu paucis diebus, folioque florem expellit. Viret bruma, et colligitur; siccatur umbra, melius etiam hiberna. Carnosa et illi radix, vivaciorque quam caeteris. Gaudet calcari et atteri; pereundoque melius provenit. Ideo iuxta semitas ac fontes laetissimum. Troianis tempo-

Tritum ad theatra replenda. Seneca epist. XCI: *Hodie utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat*, etc. Spartianus in Hadriano: *In honorem Traiani balsama et crocum per gradus theatri fluere iussit.* Brod. lib. V, cap. 6. Theophr. lib. de Odoribus: Ἀλλὰ συμβαίνει τῷ ὄντι καθάπερ ἥδυσμα γίνεσθαι τῷ πώματι τὴν ὀσμήν, τῷ μέν γε γλυκεῖ καὶ μάλιστα δεομένῳ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν. Seneca Quaest. natur. I, II, cap. 9, id *sparsionem* vocat. Dal. — *Ad theatra.* Subintellige, congruit. Lucretius II, 416: *Et quum scena croco Cilici perfusa recens est.* Et aqua crocata, qua Veteres uti pro rosacea soliti, et vinum crocatum, et crocus per se spargebatur in theatris. H. — Martial. de Spectaculis, epigr. 3, v. 8: *Et Cilices nimbis qui maduere suis;* nempe Cilicio croco. Ed. P.

Floret. Haec apud Theophr. Hist. VI, 6. Hard.

Folioque. Cum folio florem emittit: Εὐθὺς δὲ ἅμα τῷ φύλλῳ καὶ ἄνθος ὠθεῖ, δοκεῖ καὶ πρότερον. Theophrast. Sic etiam Florent. in Geop. XI, 27. Hard.

Viret bruma, etc. Theophr. loc. cit. Hard.

Siccatur. Diophanes in Geop. XI, 37: Διοφανὴς δὲ φησὶν ὅτι τὸν κρόκον ἐν σκιᾷ χρὴ ψύχειν. Hunc ipsum Diophanem Plinius in huius libri indice laudat auctorem. H.

Carnosa. Theophr. loc. cit. Ῥίζα δὲ πολλὴ, καὶ σαρκώδης, καὶ τὸ ὅλον εὔζωος. Hard.

Gaudet calcari et atteri. Nam foliis attritu et calcatu corruptis, et necatis, totum alimentum in radicem absumitur, quae anno sequenti plenior, flores plures et meliores edit: adde et quod radix alimento turgida, quod in in folia exhaustum non est; diutius vivit, et tardius flaccescit. Dalec. — *Gaudet.* In MSS. Reg. 1, etc. *et atteri pedeque melius.* Forte, *et atteri pede, quo melius provenit.* Sic Theophr. Hist. VI, 6: Φιλεῖ δὲ καὶ πατεῖσθαι, καὶ γίνεται καλλίων κατατριβομένης πάτῳ τῆς ῥίζης. At in R. 2 tamen, *pereundoque*, hoc est, dum perire videtur. Quare nihil moveo. Vt ut est, quod Veteres illi de croci natura cultuque tradunt, magnopere discrepat a consuetudine nostri temporis, curaque quam nunc in eo tuendo rustici homines adhibent. Illi namque loca, ubi sererent, eligebant pressa vestigiis hominum; arbitrabantur que, quanto magis solum tereretur, tanto melius provenire. Nunc vero nihil tam inimicum putant, quam pedibus terram eam calcari, summoque studio inde et belluas, et homines arcent. Hard. — *Atteri, pereundoque.* Brot. ex R. 1, et edit. princ. *atteri pede, quo melius.* Ed. P.

Ideo iuxta semitas ac, etc. Theophr. loc. cit. Hard.

Digitized by Google

ribus iam erat honos ei. Hos certe flores Homerus tres laudat, loton, crocon, hyacinthum.

XVIII. (VII.) Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum differentia est in colore, et odore, et succo. Odorato sapor raro ulli non amarus: e contrario dulcia raro odorata. Itaque et vina mustis odoratiora, et silvestria magis omnia sativis. Quorundam odor suavior e longinquo, propius admotus hebetatur, ut violae. Rosa recens a longinquo olet, sicca propius. Omnis autem verno tempore acrior, et matutinis: quidquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur. Novella quoque vetustis minus odorata. Acerrimus tamen odor omnium aestate media. Rosa et crocum odoratiora, quum serenis diebus leguntur: et omnia in calidis, quam in frigidis. In Aegypto ta-

Homerus. Iliad. Ξ, v. 348: Λωτὸν θ' ἐρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον. Hard.

XVIII. *E contrario.* Sic Theophr. de Causs. VI, 22. Τῶν δὲ γλυκέων οὐδεὶς, ὡς εἰπεῖν (εὔοσμος), ἢ ἐπὶ μικρόν. Ἐπεὶ καὶ τὰ μῆλα τὰ γλυκέα πάντων ἥκιστα εὔοσμα, καὶ ὅσῳ ἂν γλυκύτερα, ἧττον. Rationem eiusce rei diligenter investigat. Hard.

Itaque Theophr. loc. cit. Hard.

Et silvestria Theophrast. de Causs. VI, 24: Διὰ τί δ' οἱ ἄγριοι καρποὶ τῶν ἡμέρων εὐοσμότεροι τῶν ὁμογενῶν, οἷον μῆλά τε, καὶ ἀχράδες, etc. H.

Quorundam odor suavior, etc. Theophr. VI, 23. Hard.

Rosa. Theophr. loco proxime citato. Hard.

Omnis autem verno tempore, etc. Haec quoque Theophrast. de Causs. VI, 25. Hard.

Quidquid ad meridianas horas diei vergit. Vossianus optimus cum Andeg. *dies.* Ita iuio lege: et notavit olim e suo codice Gelenius: sed spreverunt. *Quidquid dies vergit*, est dictum, ut apud Livium notavimus, *Quidquid progrediebantur, quidquid longius proferrent arma.* Plinius ipse l. XVIII, 17, de medica: *Quidquid in caule adsurgit, folia contrahuntur.* Quod etiam in superioribus editionibus vexarunt. Gron.

Novella. Theophrast. l. c. Hard.

Et omnia. Theophr. de Causs. VI, 22. Hard.

In Aegypto. Theophr. de Causs. VI, 27: *In Aegypto flores, coronamentaque deterrima fere omnium generantur: quia caelum caliginosum ac roscidum est.* Ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ χείριστα τὰ ἄνθη, καὶ τὰ στεφανώματα ὡς εἰπεῖν· ὅτι ὁ ἀὴρ ὁμιχλώδης, καὶ δροσοβόλος. Hard.

men minime odorati flores, quia nebulosus et roscidus aër est a Nilo flumine. Quorumdam suavitati gravitas inest. Quaedam, dum virent, non olent, propter humorem nimium: ut buceros, quod est fenum graecum. Acutus odor non omnium sine succo est, ut violae, rosae, croco. Quae vero ex acutis succo carent, eorum omnium odor gravis, ut in lilio utriusque generis. Abrotonum et amaracus acres habent odores. Quorumdam flos tantum iucundus, reliquae partes ignavae, ut violae ac rosae. Hortensiorum odoratissima quae sicca: ut ruta, menta, apium, et quae in siccis nascantur. Quaedam vetustate odoratiora, ut cotonea; eademque decerpta, quam in suis radicibus. Quaedam non nisi defracta, aut ex attritu olent: alia non nisi detracto cortice: quaedam vero non nisi usta, sicut thura myrrhaeque. Flores triti omnes

Quia nebulosus et roscidus, etc. Non consentit haec ratio cum eo quod scripsit lib. V, cap. 9: Nilum, unum omnium nullas auras exspirare, quod et Lipsius animadvertit lib. II Variarum, Plinium excusare conatus, sed aequiore animo, quam iusta causa. Dal. — *A Nilo*, In Reg. 1, *a multo flamine*; Reg. 2, *a multo flumine*. Nullus *a Nilo*. Hard.

Quaedam. Theophrast. de Causs. VI, 22: Συμβαίνει δὲ καὶ τῶν ποωδῶν ἔνια, χλωρὰ μὲν ὄντα μὴ ὄζειν διὰ τὴν ὑγρότητα· ξηρανθέντα δὲ, καθάπερ ἄλλα, καὶ τὸ βούκερας. H.

In lilio. Albo, quod λείριον Graeci, et rubente quod κρίνον vocant, ut diximus c. 11. Theophr. de Causs. IV, 21: Ὅσα δὲ αὐτῶν μὴ εὔχυλα, καὶ ἐν ταῖς ὀσμαῖς ἐμφαίνει γέ τινα βαρύτητα καθάπερ τὸ κρίνον, καὶ τὸ λείριον, καὶ παραπλήσια τούτοις. H.

Abrotonum. Theophrast. de Causs. VI, 22, p. 378. Hard. — *Abrotonum et amaracus* Abrotonum, Sprengelio iudice, est *Santolina chamaecyparissus* (*Syngenes. aequal.* gen. 1833 Pers. *Corymb.* Juss.), non *Artemisia Abrotanum*, ut vult Anguillara, pag. 166. Amaracus vero *Origanum Maioranoides* (*Didynam. gymnosperm.* gen. 1404 Pers. *Labiat.* Juss.) Ed. P.

Quorumdam. Theophr. de Causs. VI, 15, p. 369. Hard.

Hortensiorum odoratissima. Iisdem verbis Theophr. de Causs. VI, 22, p. 377. Hard.

Quaedam. Theophrast. loco citato. Hard.

Eademque. Theophr. iterum loco citato. Hard.

Flores. Theophr. de Odor. p. 443: Τὰ δ' ἄνθη μαλακωδέστερα τριβόμενα. Hard.

amariores, quam intacti. Aliqua arida diutius odorem continent, ut melilotos. Quaedam locum ipsum odoratiorem faciunt, ut iris: quin et arborem totam, cuiuscumque radices attingit. Hesperis noctu magis olet, inde nomine invento. Animalium nullum odoratum, nisi si de pantheris, quod dictum est, credimus.

XIX. Illa quoque non omittenda differentia est, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, ut irin, atque saliuncam, quanquam nobilissimi odoris utramque. Sed iris radice tantum commendatur, unguentis et medicinae nascens. Laudatissima in Illyri-

Aliqua arida diutius, etc. Theophrast. de Causs. VI, 23: Ὁ δὲ μελίλωτος καὶ εἰς πλείω χρόνον εὔοσμος διαμένει, κ. τ. λ. Hard.

Quaedam. De iride verba qui haec praederet, nemo Veterum adhuc occurrit: de iride, seu arcu caelesti, Theophr. ad verbum de Causs. VI, 26: Καὶ γὰρ τὸ περὶ τὴν ἶριν λεγόμενον, ὁς ὅπου ἂν κατέχῃ, ποιεῖ τὰ δένδρα καὶ τὴν τέφραν εὐώδη, τοιοῦτόν ἐστι. Ποιεῖ γὰρ οὐ πάντως, ἀλλ' ἐὰν ᾖ τις ἡν κεκαυστος· οὐδ' ἴσως καθ' αὑτὴν, ἀλλὰ τρόπον τινὰ κατὰ συμβεβηκός, ἐφύσει γὰρ ὅπου ἂν ἐφάστη. *Nam et quod de arcu caelesti referunt, arbores et loca reddere odorata, ubicumque constiterit, tale est. Reddit enim non omnibus modis odorata: sed si qua materia recenter sit adusta; nec id forsitan per se agit, sed quodammodo per accidens: impluit enim iis locis, in quibus constiterit*, etc. Hoc ipsum Plinius antea delibavit, XII, 53. Hard.

Quin et arborem totam, etc. Contra Theophrasti iudicium, a quo haec omnia sumpta sunt, haec Plinius scribit. Locus est lib. VI, cap. 28, de Causs. *Odores autem*, inquit, *ab invicem nullus fructus, neque pars ulla arboris excipit, ita ut manifestum id sit. Interdum tamen iuxta odoratas plantas acria servantur, ut caepa et allium iuxta coronarias*, etc. Dal.

Hesperis. Theophrast. loco proxime allato: Ὅμοιον καὶ ἔστιν ἐπὶ τῆς ἑσπερίδος καλουμένης· αὕτη γὰρ τῆς νυκτὸς ὄζει μᾶλλον ἢ καθ' ἡμέραν, κ. τ. λ. Hard. — *Hesperis tristis* (*Tetradyn. siliquos.* gen. 1571 Pers. *Crucifer.* Juss.). Ed. P.

Animalium. Ad verbum haec Theophr. de Causs. VI, 26. Arist. pantheras iucunde olere plane affirmat sect. XIII, Probl. 4, p. 748. H.

Quod dictum est. Plinio noti non erant cercopitheci odorati, qui mustum oleni. Idem Alexandri non meminerat, cuius corpus odorem suavem exspirabat. Dal. — *Quod*. Lib. VIII, cap. 23. Vide quae disimus in noti. ad eumdem locum. H.

XIX. *Sed iris*. Ex qua unguentum irinum, de quo nos obiter, XIII, 2; plura prolixe Diosc. I, 65. H.

Laudatissima. Theophr. Hist. IX, 7: Ἶρις δὲ ἀρίστη ἐν Ἰλλυρίοις, εὐκ ἐν

co, et ibi quoque non in maritimis, sed in silvestribus Drilonis, et Naronae. Proxima in Macedonia, longissima haec et candicans, et exilis. Tertium locum habet Africana, amplissima inter omnes gustuque amarissima. Illyrica quoque duorum generum est: raphanitis a similitudine, et quae melior, rhizotomos subrufa. Optima, quae sternumenta tactu movet.

τῇ πρὸς θάλατταν χώρᾳ· ἀλλ' ἐν τῇ ἀναπεχωρηκυίᾳ, κειμένῃ δὲ πάλλον πρὸς ἄρκτον. *Iris optima, quae apud Illyrios exit, non tamen prope maritima, sed mediterranea magis et deserta regione*, etc. Nicander in Theriac. v. 43: Ἶριν θ' ἣν ἔθρεψε Δρίλων καὶ Νάρονος ὄχθη. Naronam coloniam Plinius maluit, quam proximum amnem, signare. Porro in officinis retinuit iris appellationem: rura nostra partim *flambe*, partim *glaieul* vocant, e similitudine florum cum gladiolo, lilioque, ut Lobelius animadvertit in suis Advv. pag. 13. Incolis Drilonis et Naronae *Macinaci* appellari ait Aoguillara lib. de Simpl. part. I, pag. 17. Hard. — *Iris germanica* (*Triand. monog.* gen. 107 Pers. *Irid.* Juss.). Duas praeterea species ireos memorat Theophrast. *I. florentinam* scilicet, cuius meminit etiam Hippocr. de Morb. mul. II, 673; et aliam flore minimo, Hist. VII, 12, quae Sprengello videtur esse *I. graminea* vel *iuncea*. *I. germanicam* habet quoque Dioscor. I, 1. Ed. P.

Proxima. Theophr. de Caus. VI, 28, pag. 386. Hard.

Tertium. Diosc. I, 1, et Galen. de Antid. I, 12. Hard.

Raphanitis a similitudine. Ea fortassis est, quam Aetius in emplastro venenatorum astragalitim nuncupat, et cuius sub eodem nomine Galenus meminit lib. I, κατὰ τόπους, in remediis, quae faciunt ad calvescentes praeter aetatem. Astragalitim vero nuncupant, quod astragali radix velut raphanus grandis sit, et terea. Dalec. — Varias ireos species e Plinio memoratas sic Brot. distinguit: Illyrica, iris est eiusdem nominis C. Bauhino. Macedonica, iris alba, florentina, C. B. Africana, iris asiatica, caerulea, polyanthos, C. B. vel iris asiatica, caerulea, omnium amplissima, dalmaticae affinis, I. B. Raphanitis, iris biflora, flore minore, odore lilii convallium, C. B. Rhizotomos, iris angustifolia, prunum redolens, minor, C. B. Ed. P.

Et quae. Plin. infra, cap. 38: *Iris rufa melior quam candida.* Quam sententiam Diosc. probat loc. cit. et Anguillara: qui non foris, sed intus rufam esse radicem recte admonet, p. 18. Hard.

Optima. Auctor libri de simpl. Med. ad Pat. tom. XIII Opp. Galeni, pag 992: *Optima*, inquit, *est iris Illyrica et Macedonica: est enim spississima ... et dum tunditur sternutare facit.* Hard.

Tactu. In MSS. Reg. 1, Ch. *tractu*; Reg. 2, *tractatu*. Ego *tritu* malim, tum ex auctore proxime appellato, tum ex Diosc. I, 1, ubi de iride: Πταρμοὺς τε ἐν τῷ κόπτεσθαι κινοῦσα.

Caulem habet cubitalem, erectum. Floret diversi coloris specie, sicut arcus caelestis, unde et nomen. Non improbatur et Pisidica. Et fossuri tribus ante mensibus mulsa aqua circumfusa, hoc veluti placamento terrae blandiuntur, circumscripta mucrone gladii orbe triplici: et quum legerint eam, protinus in caelum attollunt. Natura est fervens, tractataque pustulas ambusti modo facit. Praecipitur ante omnia, ut casti legant. Teredines non sicca modo, verum et in terra celerrime sentit. Optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur: iampridem enim et seritur: nunc e Pamphylia: sed Cilicium maxime laudatur, atque e septemtrionalibus.

Mox tamen ipse Plinius *tractatu* videtur agnoscere, dum ait, *tractata pustulas ambusti modo facit*. H.

Floret diversi coloris specie. Vossianus, ut Pintiani codex: *floret versicoloris*. Lege: *floret versicolori specie*. Gron. — *Floret.* Sic Diosc. l. c. Hard.

Et fossuri. Haec quoque Theophr. ad verbum, Hist. IX, 9, de silvestri iride, quae et ξύρις vocatur. Hard. — Ξύρις Dioscor. IV, 22, est nobis *I. foetidissima*. Ed. P.

Natura est fervens. Theophr. lib. de Odorib. Θερμὴ δὲ καὶ στυπτικὴ ἡ ἶρις· Καθ' ὑπερβολὴν πικρὰ νία οὖσα, καὶ τὸν χρῶτα τῶν ἐργαζομένων αὐτὴν ἐφελκοῖ. Dal.

Optimum. Vide quae diximus XIII, 2. Hard.

Nunc e Pamphylia: sed Cilicium maxime laudatur. Rectius MS. primicerius: *n. et Pamphylia.* Dixerat, *optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur.* Significat nunc ne inde quidem desiisse, sed etiam e Pamphylia apportari. Omisit autem praepositionem, ut et ad *Elide.* Deinde idem liber: *sed Cilicum quum maxime laudatur.* Praeclare. Pintianus tentabat: *Iampridem enim et nunc fertur e Pamphylia,* commutatis verbis. Nimirum mirabatur ad illud, e *Pamphylia,* subaudiri *fertur,* quum intercessisset, *seritur.* Sed quod est de satione, accipiendum per parenthesin interpositum, hoc modo: *Optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur* (*iampridem enim et seritur*) *nunc et Pamphylia,* etc. Gron. — *Atque e septemtrionalibus.* Hoc est, ex iride concinnatum, quae in septemtrionalibus Ciliciae nata sit. — Ita MSS. Reg. Colb. etc. non, ut editi, *atque septemtrionale*; quanquam eodem ferme recidente sententia. Salmasius in Sol. p. 1066, interpunctionem mutat in hunc modum: *Atque e septemtrionalibus saluuca,* etc. Non intellexit iridem praecipue commendari, quae in partibus Illyridis, quae magis vergerent ad septemtriones, oriretur, ut et a Theophr. scilicet Hist. IX, 7: Ἰρὶς δὲ ἀρίστη ἐκ Ἰλλυ-

XX. Saliunca folio quidem subbrevi, et quod necti non possit, radici numerosae cohaeret, herba verius quam flos, densa veluti manu pressa, breviterque cespes sui generis. Pannonia hanc gignit et Norici, Alpiumque aprica: urbium, Eporedia: tantae suavitatis, ut metallum esse coeperit. Vestibus interponi eam gratissimum.

XXI. Sic et apud Graecos polion herbam, inclytam Musaei et Hesiodi laudibus, ad omnia utilem praedicantium, superque caetera ad famam etiam ac dignitates; prorsusque miram, si modo, ut tradunt, folia

ρίοις ... ἐν τῇ ἀνακεχωρηκυίᾳ, κειμένῃ δὲ μᾶλλον πρὸς Αρκτον. H.

XX. *Saliunca folio quidem subbrevi*, etc. Gron. et al. ante Hard. *Saliunca foliosa quidem est; sed brevis et quae*, etc. Ed. P. — Quae saliunca sit hodierna die, haud facile est statuere. Neque lavandula nostra est, neque nardus Celtica, ut recte Matthiolus animadvertit, in Diosc. lib. I, p. 34, et ea est, quam Virgilius breviter indicavit in Ecl. V, 17: *Puniceis humilis quantum saliunca rosetis*. H. — *Saliunca* Humilis illa saliunca, de qua Virg. loco proxime appellato, Sprengelio auctore; referenda est ad *Valerianam Saliuncam* Allion. (Flor. Pedemont. tab. LXX, fig. 1. *Triand. monogyn.* gen. 77 Pers. *Valerian.* Decand.) *Accedit ea, eruditissimus ait auctor Hist. Rei Herbar. tom. I, pag.* 142, *proxime quidem ad* Valerian. celticam; *sed differt foliis cuneiformibus tridentatis, quae integerrima obtusa in* V. celtica *sunt, floribusque subcapitatis, qui racemosi sunt in* Valer. celtica. *Crescit copiose in Apennino monte*. Nostras tamen D. Fée, *Flore de Virgile*, Saliuncam (seu nardum gallicum Plin. hui. lib. cap. 79), cum *Val. celtica*, nec poenitendis adeo argumentis, eamdem esse contendit. Conf. Virg. tom VII, p. CXLVIII, sq. ed. nostr. Ed. P.

Vt metallum esse coeperit. In vectigali redituque publico censeri coeperit non alter, quam metalli fodina. Dalec.

XXI. *Sic et apud Graecos polion h.* Vt Romanis, inquit, saliuncam; sic et apud Graecos polion vestibus interseri mos est, ad tineas necandas. Haec iisdem verbis Theophr. Histor. lib. IX, cap. 21: Καὶ ὡς δή φασι, τὸ πόλιον, καθ' Ησίοδον, καὶ Μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδαῖον χρήσιμον εἶναι· διὸ καὶ ὀρύττουσιν αὐτὸ νύκτωρ, etc. Et Histor. I, 16: Πόλιον δὲ καὶ πρὸς τοὺς σῆτας ἐν τοῖς ἱματίοις ἀγαθόν. Est autem σής, ut glossae admonent, *tinia*, sive tinea vestes corrodens. Vnde herba tiniaria appellata, teste Scribon. Largo, Comp. LXXXIII: *Ad sanguinis eruptionem, sive ex arteriis, sive a pulmone ... prodest et herba quam πόλιον vocant; nos, ut opinor, tiniariam, fasciculum*, etc. Hard. — *Teucrium Polium* (*Didyn. gymnosp* gen. 1372 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Creta, Italia, Gallia et Hispania. Ed. P.

Vt tradunt. Famae, opinionisque

eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente caerulea aspiciuntur. Duo genera eius: campestre, maius: silvestre, quod minus est. Quidam teuthrion vocant. Folia canis hominis similia, a radice protinus, numquam palmo altiora.

XXII. (VIII.) Et de odoratis floribus satis dictum: in quibus unguento vicisse naturam gaudens luxuria, vestibus quoque provocavit eos flores qui colore commendantur. Hos animadverto tres esse principales. Rubentem, in cocco: qui a rosis migrante gratia,

vulgi, vadem se praebere non audet: quod eruditi nonnulli eam dotem, non polio, sed tripolio assignarent: quos inter Dioscorides censendus IV, 135. H. — Τριπόλιον Dioscor. quod Noster videtur cum τῷ πολίῳ confudisse, est *Plumbago europaea* (*Pentand. monog.* gen. 406 Pers. *Plumbagin.* Juss.), de qua dicemus XXVI, 22. Ed. P.

Duo genera eius. Vtriusque Dioscorides meminit lib. III, cap. 124: Πόλιον, τὸ μὲν ἔστιν ὀρεινὸν, ὃ καὶ τεύθριον καλεῖται. Est nobis *Teucrium montanum.* Ed. P.

Folia. Polium Salmasius non vidit, qui negat in Praef. ad Plin. pag. 10 sq. ea canescere: quoniam id Dioscorides sileat, affirmetque hoc tantum, capitula in summo esse, quadam corymbi specie, caesariei canae simili. Vel si Dodonaeum legisset, Plinium erroris insimulando, suum non proderet. Harn.

XXII. *Rubentem, in cocco.* Rubens, inquit, color, in cocco micat (est enim coccum rubens granum, ut dictum est lib. IX, cap. 65), cuius coloris gratia omnis a rosa profecta, sive a rosae similitudine: inde trahitur et in purpuras, dibaphasque, et Laconicas, in quibus idem colos deprehenditur suspectu, id est, quum in sublimi positae spectantur. Misere affectus ad hunc diem locus hic fuit. Sic enim libri editi: *Vnum in cocco, qui in rosis micat. Gratiae nihil traditur adspectu: et in purpuras... Alium in amethysto, qui in viola, et ipse in purpureum.* Libri melioris notae, Reg. 1: *In cocco, qui a rosis migrante gratia nihil traditur suspectu et in purpuras... amethystum, qui viola et ipse in purpureum.* Reg. 2, Pintiani codex: *Vt rubentem in cocco, qui a rosis migrante gratia nihil traditur suspectu et in purpuras... amethystum, qui a viola, et ipse in purpureum*, etc. Sic etiam Vossianus, teste Gronovio. Atque haec sane sincerior lectio visa nobis est, tutiorque coniecturis semita, si voculam unam exceperis, *nihil*, cuius vice *idem* idcirco rescripsimus, quod caetera percommode congruant, uti ex interpretatione nostra perspicuum est. Nihil fere attinet hic commemorare, quam varie hunc locum viri fama insignes amendare conati fuerint: ne tamen aliquid vel negligenter praetermisisse, aut maligne tacuisse videamur, id etiam referre operae pretium ducimus. Itaque Pintianus ita legebat: *Vnum in cocco, qui rursus migrante gratia trahitur in*

idem trahitur suspectu, et in purpuras Tyrias, dibaphasque, ac Laconicas. Alium in amethysto, qui a viola, et ipse in purpureum, quemque ianthinum appellavimus. Genera enim tractamus, in species multas sese spargentia. Tertius est, qui proprie conchylii intelligitur, multis modis: unus in heliotropio, et in aliquo ex his plerumque saturatior: alius in malva,

species. In purpuras, etc. Salmasius in Tertullian. de Pallio p. 138: *In cocco, qui a rosis micat, et gratias nihil: suspectu trahitur et in purpuras Tyrias, dibaphasque, ac Laconicas. Amethystum, qui in viola et ipse in purpureum*, etc. Idem in Solin. pag. 293, libri, ut sit, melioris auctoritate: *Vt rubentem in cocco, qui a rosis, nigrante gratia: hic trahitur suspectu et in purpuras*, etc. Gronovius Notis in aliquot Plinii libros: *Vt rubentem in cocco, qui rosis nigrante gratia* (*vel* micante nigritia) *nihil cedit, suspectus et in purpura Tyria, dibaphaque, ac Laconica: amethystum, qui violae, et ipse in purpura, eaque quam ianthinam appellavimus*, etc. Haec vero qui sine praeiudicata opinione cum libris conditivis fidei probatae contulerit, accedere nos propios ad veteris scripturae vestigia, non inficias, ut remur, ierit. Retineri certe oportere illud, *nigrante gratia*, indicant illa liquido, *a rosis et a viola. Trahitur* quoque non *traditur* legi sincere, admonet istud *in purpuras Tyrias*, etc., et quod mox sequitur de amethysto, *et ipse in purpureum, quemque ianthinum*, quae libri omnes pertinaciter defendunt. Haro.

Suspectu. Vsus iterum ea voce Plinius lib. XXXVII, cap. 40: *Praecellens*, inquit, *debet esse in suspectu, velut ex carbunculo refulgens, quidam in purpura leviter roseus nitor.* Vim vocis aperit egregie Seneca in hocipso purpurae argumento habitans, Quaest. Natt. lib. I, cap. 5: *Sunt etiam quidam colores qui ex intervallo vim suam ostendunt. Purpura Tyria, quo melior saturiorque est, eo oportet altius teneas, ut fulgorem suum ostendat*, etc. Haro.

Qui a viola. Subintellige ex antecedentibus, qui a viola migrante gratia, et ipse trahitur in purpureum colorem. Est enim quidam purpurae fulgor, non ex toto igneus, sed qui in violam desinat, et viol colorem, ut ait Plinius, XXXVII, 40. Hulus coloris veste qui indutus sit, *amethystinatus* Martiali dicitur l. II, epigr. LVII. Haro.

Quemque ianthinum. Vbi vestis ianthinae facta mentio est c. 14. Vtriusque coloris nomen in Notis quae falso Tironi adscribuntur, apud Gruterum pag. 159: *Amitextinum. Iantionium.* Lege, *Amethystinum, Ianthinum.* H.

Tertius. Cf. IX, 53. Haro.

Alius in malva. Graecis malva μολόχη est, ut omnes probe norunt. Hinc qui colorem tingebant ad purpuram inclinantem, qualis in malvae flore spectatur, *molochinarii* a Plauto nuncupati in Aulul. act. III, sc. v, vs. 40. Qui violaceum, *violarii*: et auctore Festo, *flammearii: infectores flammei coloris*, de quo mox dicemus.

ad purpuram inclinans: alius in viola serotina, conchyliorum vegetissimus. Paria nunc componuntur, et natura atque luxuria depugnant. Lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum feminis concessum; et fortassis ideo non numerari inter principales, hoc est, communes maribus ac feminis, quoniam societas principatum dedit.

XXIII. Amaranto non dubie vincimur. Est autem spica purpurea verius, quam flos aliquis, et ipse sine odore. Mirum in eo, gaudere decerpi et laetius renasci. Provenit Augusto mense: durat in autumnum.

Haan. — Μαλάχη Dioscor. II, 144, χερσαία dicitur, quae nobis *Malva silvestris*. Ed. P.

In viola serotina, etc. Leucoio purpureo, quod admodum sero florere perseverat Dalec.

Vegetissimus. Vegetissimus, id est, vividissimus, ac nitidissimus; *color*, aubaudi, qui ex conchyliis exprimi ac elici potest. Dalec.

In nuptialibus flammeis. Sive *flammeolis*. Petronius in Satyr pag 70: *Consurrexi ad officium nuptiale: Iam Psyche puellae caput involverat flammeolo*. Amiculum fuit, quo amiciebatur nubens, inquit Festus, verbo *flameo*, boni omnis causa: quod eo flaminica hoc est, Flaminis Dialis uxor, cui divortium facere nefas erat, assidua utebatur: Atque hinc nomen traxit, non a flammae colore: nam erat luteum. Lucanus lib. II, vs. 361: *Lutea demissos velarunt flammea vultus*. Flammeum vocat Sulpitius Severus; Hist. Sacr. lib. II, de Nerone. Nonius Marcell. cap. xiv, num. 41: *Flammeus, vestis vel tegmen, quo caput matronae tegunt*. Flammea Iuvenali Sat. VI, vs. 224, ubi vetus Schol. *Genus amicti, quo se cooperiunt mulieres die nuptiarum*. Vide alia multa de flammeo apud Brissonium de ritu Nupt. pag. 178 sqq. H. — *Flammeis*. Flammeum Verrius nuptae amiculum vocat, quo caput tegebat. Neque hoc tantum, verum etiam in soccis luteo colore utebantur novae nuptae, quod his verbis demonstrat Seneca: *Crura distincto religavit auro, Luteo plantas cohibente socco*. Fascias autem priore versu crurales significat, auro intertextas, quibus tibias et femina obligabant. Magius lib. III, cap. 3. Vid. Alex. ab Alex. lib. II, cap. 5. Dal.

Quoniam. Quoniam qui colores societatem habent, *ut communes maribus feminisque sint*, ii principatum obtinent. Haan.

XXIII. *Amaranto*. Amarantus spicatus vocatur in Eystetensi horto, qualem in Regio vidimus: *amaranto*, vel *passe velours*: Italis, *fior di velluto*. H. — *Amaranta*. Hoc est, *Celosia cristata* (*Pentand. monog.* gen. 588 Pers. *Amarantac.* Juss.). Habitat in Asia; colitur in hortis. Varial floribus flavis et rubris. Ed. P.

Alexandrino palma, qui descriptus asservatur; mirequo, postquam defecere cunoti flores, madefactus aqua revivescit, et hibernas coronas facit. Summa eius natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescat.

XXIV. In nomine et cyani colos: item holochrysi. Omnes autem hi flores non fuere in usu Alexandri Magni aetate, quoniam proximi a morte eius auctores silluere de illis: quo manifestum est postea placuisse. A Graecis tamen repertos quis dubitet: non aliter Italia usurpante nomina illorum?

XXV. At Hercules petilio ipsa nomen imposuit,

Mirequo. Gronov. et al. *mirumque*; et mox, *revivescit.* Ed. P.

Summa. Ita MSS non ut vult Salmasius in Solin. pag. 966, *summa eius naturae.* Ἀμάραντον porro dici Plinius affirmat: ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι, et vera id quidem. Hard.

XXIV. *Et cyani.* Cyanus vulgaris in Horto Regio, qualis a Lobelio pingitur in Obs. pag. 296. Nostris *bluet* vel *aubifoin.* H. — *Centaurea Cyanus* (*Syngen. frustran.* gen. 1929 Pers. *Cynarocepb.* Juss.). Habitat inter Europae segetes biennes. Variat etiam in hortis floribus albis, roseis, purpureis et plenis. Ed. P.

Holochrysi. Ita MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice, tum denique huius libri cap. 85. Inter ignotas herbas censenda. Hard. — *Holochrysi.* De ea Noster iterum, cap. 85: *Holochrysus medetur stranguriae in vino potà, et oculorum epiphoris illita; cum faece vero vini cremata et polentà lichenes emendat.* Et nihil amplius adiicit. Capite autem tricesimo octavo infr. disertam habet Heliochrysi (Vet. apud Dal. *Elichrysi*; Dioscor. IV, 57, ἐλίχρυσον; Theophrast. ἐλιόχρυσος) descriptionem ex Theophrast. Hist. lib. IX, c. 21, desumptam, et rursus c. 96, de medicinis eius: *Ciet urinas e vino pota et menses; duritias et inflammationes discutit*, etc. Quae satis apte cum iis congruunt, quae de Holochryso dixit cap. 85. An eamdem plantam, nomine non prorsus alieno, sed alio tamen, his, et diversis nempe auctoribus descriptionem transcribendo, designavit? Vt ut est, Dioscor. et Theophr. planta nobis erit *Gnaphalium Stoecas* (*Syngen superfl.* gen. 1840 Pers. *Corymb.* Juss.) Habitat in collibus aridis. Ed. P.

XXV. *Petilio.* MSS. R. Colb. Th. *petellio.* At in Indice *petilium*, in recto casu. Genus esse rosae silvestris videtur, cui a Petilia fortasse nomen inditum est, magnae Graeciae oppido. Hard. — Sprengelio *Geum rivale* (*Iussaud. polyg.* gen. 1243 Pers. *Rosae.* Juss.); Noster tamen autumnalem florem esse dicit. Ed. P.

Ipsa. Italia nomen petilio flori dedit. Hard.

autumnali, circaque vepres nascenti, et tantum colore commendato, qui est rosae silvestris. Folia parva, quina. Mirumque in eo flore, inflecti cacumen, et non nisi retorto folia nasci, parvo calyce, ac versicolori, luteum semen includente. Luteus et bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Pratenses hi flores, sine usu plerique, et ideo sine nominibus. Quin et his ipsis alia alii vocabula imponunt.

XXVI. Chrysocome sive chrysitis, non habet latinam appellationem. Palmi altitudine est; comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque nascens.

XXVII. (IX.) Et fere peractis colorum quoque celeberrimis, transeat ratio ad eas coronas, quae varietate sola placent. Duo earum genera, quando aliae flore constant, aliae folio. Florem esse dixerim genistas; namque et iis decerpitur luteus: item rhododendron: item zizipha, quae et Cappadocia vocantur: his odoratus, similis olearum floribus. In vepribus

Luteus. Lutei coloris, inquit, et bellio est. Ipsa bellis lutea est, quam chrysanthemum segetum Lobelius vocat in Obss. p. 298, et in Advv. p. 237. Hard. — *Chrysanthemum segetum* (*Syngen. superfl.* gen. 1879 Pers. *Corymbif.* Juss.) Habitat in agris arenosis. Ed. P.

XXVI. *Chrysocome, sive chrysitis, non hab. lat. appell.* Χρυσοκόμη Dioscor. lib. IV, cap. 55. Et in Noth. p. 465: χρυσοκόμη, οἱ δὲ χρυσῖτις, οἱ δὲ χρυσάνθεμον, etc. Galenus de Fac. simpl. med. VIII, pag. 242: Χρυσοκόμη, καλεῖται δὲ καὶ χρυσῖτις... Ῥωμαῖοι λόβις βαρβα. Nec vidisse se, nec nosse quae sit, scribit Anguillara, Part. XIV, p. 264. Hard. — *Chrysocome.* Nomen servat; *Chrysocome Linosyris* (*Syngen. aequal.* gen. 1828 Pers. *Corymb.* Juss.) Habitat in Europa temperatiore. Cf. Caesalp. XII, 14; Column. Ecphr. I, 20. Miratur Sprengelius eam Anguillarae ignotam fuisse. Ed. P.

Palmi altitudine. Dioscorides, loc. cit. Χρυσοκόμη θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον, ἔχον κόμην κορυμβοειδῆ, ὁμοιαν ὀσσόπῳ, etc. H.

XXVII. *Genistas.* Nobis *Genista inerma.* Conf. lib. XXIV, cap. 40. Ed. P.

Rhododendron. Nobis est *Nerium Oleander.* Conf. lib. XVI, cap. 33; lib. XXIV, cap. 53. Ed. P.

De quo plura alias. Conf. lib. XXV, cap. 67 sq. Ed. P.

nascitur cyclaminum, de quo plura alias. Flos eius colossinus in coronas admittitur.

XXVIII. Folia in coronamentis smilacis et ederae, corymbique earum obtinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus. Sunt et alia genera nominibus graecis indicanda, quia nostris maiore ex parte huius nomenclaturae defuit cura. Et pleraque eorum in exteris terris nascuntur, nobis tamen consectanda, quoniam de natura sermo, non de Italia est.

XXIX. Ergo in coronamenta folio venere melothron, spiraea, origanon, cneoron, quod casiam Hy-

Flos eius colossinus. Purpureus, a Colossis, urbe Troadis, ubi simile pigmentum paratur. Vide Strabon. lib. XII, pag. 578. Etsi id Scaliger negat, Exerc. 325 in Card p. 1044. Plinius, lib. XXV, cap. 67 de cyclamino: *Caule exiguo, inani, floribus purpureis*, etc. Hard.

XXVIII. *Smilacis.* Nobis *Smilax aspera* et *Hedera Helix.* Conf. XVI, 62, 63; XXIV, 47, 49. Ed. P.

XXIX. *Ergo in coronamenta.* Haec Theophrast. ut suffruticum genera, τῶν ὀριγανιτῶν, recenset, non ut plantas ad coronamenta expetitas. Hist. lib. VI, cap. 1. Dal.

Melothron. Ex his haec recensat Theophr. Hist. lib. VI, cap. 1: Μήλωθρον σπειραῖα, κνέωρον, ὀρίγανον, κόνυζα, μελισσόφυλλον, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Melothron vitem albam esse arbitramur, de qua lib. XXIII, cap. 16. Origanon illud est, de quo l. XX, cap. 69. Spiraea, si Dalecampio credimus, et Rob. Constantino in Lexico, verbo Σπειραῖα, ea est quam pro viburno Matthiolus, rei herbariae alioqui peritissimus accepit. Alia est spiraea Clusii, Hist. Rar. Plant. lib. I, pag. 84, quam ipse viciniorem Theophrasteae; seu Plinianae putat: et nos in Horto Regio vidimus. Hard. — *Melothron.* Vitis alba, sive ἄμπελος λευκή Diosc. lib. IV, cap. 184, nobis est *Bryonia dioica* (*Monoec. monadelph.* gen. 2462 pers. *Cucurbit.* Juss.); rubrae illi baccae, quae nigrae sunt τῇ ἀμπέλῳ μελαίνῃ Dioscor. lib. IV, cap. 185, quae dicitur *Bryonia alba.* De utraque fusius Noster agit lib. XXIII, cap. 16. Ed. P.

Spiraea, origanon. Gronov. et al. *spircon, trigonon.* Σπειραῖα Theophr. lib. I, cap. 23, servat nomen; est *Spiraea salicifolia* (*Icosand. pentagyn.* gen. 1236 Pers. *Rosac.* Juss.). Conf. Clus. Rar. pl. lib. I, p. 84. De origano inf. c. 30. Ed. P.

Cneoron. Cneorum album Anguillarae; lavandula nostra utraque, mas et femina. cneorum nigrum, libanotis coronaria, sive rosmarinus: cuius nusquam sub alio nomine Theophrastus meminit. Dalec. — Cneoron, sive casiam Plinii Virgiliique, non aromaticam illam de qua Noster lib. XII, cap. 43, sed quam humilem, herbaceam, apibusque gratam Poeta in Eclog. et Georg. cecinit, nihil aliud esse pronuncial Sprengelius, quam

ginus vocat: et quod cunilaginem, quae conyza: melissophyllon, quod apiastrum: meliloton, quod sertulam Campanam vocamus. Est enim in Campania Italiae laudatissima, Graecis in Sunio: mox Chalcidica et Cretica, ubicumque vero asperis et silvestribus nata. Coronas ex ea antiquitus factitatas, indicio est nomen sertulae, quod occupavit. Odor eius croco vicinus est, et flos, ipsa cana. Placet maxime foliis brevissimis atque pinguissimis.

XXX. Folio coronat et trifolium. Tria eius genera. Minyanthes vocant Graeci, alii asphaltion, maiore

Daphnen Cneorum (*Octand. monog.* gen. 967 Pers. *Thymel.* Juss.); ad *D. Gnidium* referre maluit D. Fée; *Flore de Virgile*, tom. VIII, pag. xxxii sq. ed. nostr. Ed. P.

Casiam. Id nomen indidit ab Hygino, quod iuxta casas agricolarum nascitur. Hard.

Quod cunilaginem. De qua lib. XX, cap. 63. Hard. — *Inula viscosa Syngenes, superfl.* gen. 1857 Pers. *Corymbif.* Juss.). Ed. P.

Quod apiastrum. Non ab apio illud quidem, sed ab apibus dictum, quibus illud pabulum suave est. Vide quae de eo diximus lib XX. cap. 45. Hard. — *Melissa officinalis* (*Didynam. gymnosperm.* gen. 1402 Pers. *Labiat.* Juss. Ed. P.

Meliloton. Dioscorid. lib. III, cap. 48: Μελίλωτος, κράτιστος, ὁ Ἀττικός, καὶ ὁ ἐν Καλχηδόνι γεννώμενος κροκίζων καὶ εὐώδης· φύεται καὶ ἐν Καμπανίᾳ. H. — *Meliloton. Melilotus italica* seu *cretica* (*Trifolii* species Linn. *Diadelph. decand.* gen. 1749 Pers. *Legum.* Juss.); alii ad *M. officinalem* aut *caeruleam* commode id referri posse putant. Ed. P.

Mox Chalcidica. Forte *Chalcedonica*, ex Diosc. H.

Coronas. Melilotinae coronae, apud Athenaeum perquam odoratae, lib. XIV, pag. 678. Unde nunc etiam in Campania Romana retinet nomen *coronello*. Anguillara, P. XII, p. 205. Hard.

Odor. Auctor libri de Simpl. med. ad Pat. l. XIII Opp. Galeni, p. 1001: *Sertula herba est humilis, odore suavi, exalbida, floseulum habens subrufum*, etc. Et Diosc. loc. cit. ex quibusdam libris, ὀσμῇ κροκίζων dixit. H.

XXX. *Minyanthes* Schol. Nicandri in Theriac. p. 25: Τὸ τρίφυλλον Διονύσιος μὲν ἐν τοῖς Ριζοτομικοῖς, μινυανθὲς καλεῖ. Tria genera complectitur Dioscorid. his verbis, lib. III, cap. 123: Τρίφυλλον, οἱ δὲ ὀξύφυλλον, οἱ δὲ μινυανθὲς, οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ κνίκτον καλοῦσι. Gallice dicitur *trèfle*. Hard.

Alii. Quoniam, ut Nicander cecinit, in Theriac. p. 36: Οἷόν τ' ἀσφάλτου ἀπερεύγεται, *asphalto fragrat gravis*, inquit interpres Gorraeus. Columella, lib. VI, c. 17: *Simonianum trifolium, quod invenitur confra-*

folio, quo utuntur coronarii. Alterum acuto, oxytriphyllon. Tertium ex omnibus minutissimum. Inter haec nervosi cauliculi quibusdam, ut marathro, hippomarathro, myophono. Vtuntur e ferulis et corymbis, et ederae flore purpureo. Est et in alio genere earum silvestribus rosis similis; et in iis quoque colos

gosis locis, efficacissimum traditur, ad ictus serpentis, videlicet, et noxiorum animalium, *odoris gravis, neque absimilis bitumini, et ideirco Graeci eam ἀσφάλτιον appellant: nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium: nam longis et hirsutis foliis virens, caulemque robustiorem facit, quam pratense.* Hard. — *Asphaltion. Psoralea bituminosa* (*Diadelph. decand.* gen. 1748 Pers. *Leguminos.* Juss.). Habitat in Europae meridional. collibus maritimis. Ed. P.

Alterum. Scrib. Larg. Comp. CLXIII: »Trifolium acutum, quod ὀξυτρίφυλλον Graeci appellant. Nascitur et hoc Siciliae plurimum: nam in Italiae regionibus nusquam eam vidi herbam, nisi in Lunae portu ... plurimum super circumdatos montes. Est autem foliis, et specie, et numero, similis communi trifolio, nisi quod huius pleniora sunt, et quasi lanuginem quamdam super se habent, et in extrema parte velut aculeum eminentem. Sed huius frutex duorum pedum interdum, aut etiam amplior conspicitur, et odorem gravem emittit, quorum nihil circa pratense trifolium invenitur.« Hard. — *Oxytriphyllon.* Huc iterum Sprengelius trahit *Trifolium italicum* Linn. (*Melilot.* Pers.) quod super. cap. cum *T. creticio* ad Plinianum melilotou retulerat. Ed. P.

Inter haec nervosi cauliculi, etc. Theophr. VI, 4. Hard.

Marathro, hippomarathro, Μάραθρον Dinsc. III, 81, est *Anethum Foeniculum* (*Pentand. dig.* gen. 720 Pers. *Vmbell.* Juss.). Duplex idem memorat ἱππομαράθρου genus, III, 82; quorum unum κάγχρυϊ ὄμοιον, est *Cachrys Morisoni*, vel *C. sicula* (gen. 691 Pers.); alterum *Seseli tortuosum* (gen. 746 Pers.). De his Nostri fusius egit lib. XX, cap. 95 et 96. Ed. P.

Myophono. Quod et μυοκτόνον vocant, sive aconitum, de quo XXVII, 2. Theophr. l. c. μυοφόνον. Hard. — *Aconitum Napellus* (*Polyand. trigyn.* gen. 1328 Pers. *Ranuncul.* Juss.). Ed. P.

Vtuntur e ferulis, etc. Vtuntur, inquit, ad coronamenta et corymbicis, sive umbellis ferularum. Ἀσφοδέλοις Sealiger, lib. I, epist. 17, ad Vertunianum, quum libris invitis omnibus, *sphaerulis* hoc loco reponit. Hard.

Et ederae flore. De quo dictum est XVI, 62. Hard.

Est. Vide quae diximus XVI, capite proxime appellato. Hard.

Silvestribus rosis similis. De cisto id accipiendum. Cisson cum cisto hic Plinius confundit, ut et in aliis quibusdam locis: itaque castigandus hic locus ex Theophrasto et Dioscoride. Dal.

tantum delectat, odor autem abest, (x.) et cneori duo genera, nigri atque candidi; hoc et odoratum: ramosa ambo. Florent post aequinoctium autumnum. Totidem et origani in coronamentis species. Alterius enim nullum semen. Id, cui odor est, Creticum vocatur.

XXXI. Totidem et thymi: candidum, ac nigricans. Floret autem circa solstitia, quum et apes decerpunt, et augurium mellis est. Proventum enim sperant apia-

Et cneori. Sive casiae, ut dictum est. Theophr. Hist. VI, 2: Δύο δὲ εἴδη καὶ τοῦ κνεώρου· ὁ μὲν γὰρ λευκός· ὁ δὲ μέλας ... ἔστι δὲ ὀσμώδης· ὁ δὲ μέλας ἄοσμον ... καὶ τοὺς ἀκρέμονας πολλοὺς ... βλαστάνει δὲ καὶ ἀνθεῖ μετ' ἰσημερίαν μεσοπορινήν. De hae casia Virgilius Georg. IV, 304: *thymum casiasque recentes.* Non est autem ea lavandula, *la lavande*, ut Dalecampio visum, post Anguillaram P. I, p 32, reclamante merito Dodonaeo, pag. 273, et Matthiol. p. 45 et 46. Nigrum vero cneoron forte thymelaea est, ut Dodonaeus suspicatur, p. 360, et post eum Salmasius, p. 405. H. — Confer cap. 29 supra *Daph. Gnidio* sunt flores parvi odorati, albicantes; *D. Cnearo*, suaveolentes, rubri. Haec vere et aestate denuo floret. Eu. P.

Totidem. Subintelligo genera, ut cneori, nigri atque candidi: hujus quidem fructuosi, illius infecundi. Theophr. l. c. Καὶ τοῦ ὀριγάνου δὲ ἡ μέλαινα ἄκαρπος· ἡ δὲ λευκὴ κάρπιμος. Haau. — *Totidem et origani ... species.* Nempe nigrum, quod est O. *heracleoticum*; et candidum, quod O. *creticum* (*Did. gymnosp.* gen. 1401 Pers *Labiat.* Juss.). Eu. P.

Alterius enim nullum semen. Hoc ex Theophrasto, Hist. lib. VI, c. 2. Dioscoridi tria genera origani, Heracleoticum, coites, silvestre, atque adeo tragoriganum. Fructuosa omnia sunt. Dal.

Id. Plin. XX, 69, de origano: *Optimum autem Creticum: nam et iucunde olet.* Hard.

XXXI. *Totidem et thymi.* Hoc ex Theophrasto loco supra citato. Album tantum Dioscorides agnoscit et describit. Philochorus thymi lignum proprie νηφάλιον vocari tradit, eoque veteres primum usos in sacris, quae accenso igne fiebant, ut ἀπὸ τῆς θυμιάσεως καὶ τῆς θυῆς appellatum sit. Rhod. XXII, cap. 3. Dal. — *Thymi.* Θυμός Theophr. Hist. VI, 2, Sprengelio iudice, est *Satureia capitata* (*Did. gymnosp.* gen. 1373 Pers. *Labiat.* Juss.); hunc thymum laudat praeprimis Galenus Antid. I, p. 427, ut optimam mellis materiam. Theophrasti ἴρπυλλος, Hist. VI, 7; item θυμός Dioscorid. III, 44, eodem auctore Sprengelio, nobis erit *Thymus vulgaris* (gen. 1405 Pers.), apibus ipse non ingratus, qui propter odoris suavitatem in hortis colitur. Eu. P.

Floret. Ad verbum haec iterum Theophr. l. c. Hard.

rii large florescente eo. Laeditur imbribus, amittitque florem. Semen thymi non potest deprehendi, quum origani perquam minutum, non tamen fallat. Sed quid interest occultasse id naturam? In flore ipso intelligitur, satoque eo nascitur. Quid non tentavere homines? Mellis Attici in toto orbe summa laus existimatur. Ergo translatum est ex Attica thymum, et vix flore, uti docemus, satum. Sed alia ratio naturae obstitit, non durante Attico thymo, nisi in afflatu maris. Erat quidem haec opinio antiqua in omni thymo, ideoque non nasci in Arcadia. Tunc oleam non putabant gigni, nisi intra ccc stadia a mari. Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in provincia Narbonensi refertos scimus: hoc paene solo reditu, e longinquis regionibus pecudum millibus convenientibus, ut thymo vescantur.

XXXII. Et conyzae duo genera in coronamentis,

Laeditur. Theophrast. loco citato. Hard.

Semen. Theophrast. loc. cit. et de Caus. I, 5: Κατὰ μὲν ὄψιν οὐ φανερά, κατὰ δὲ τὴν δύναμιν φανερά. Σπειρομένων γὰρ τῶν ἀνθῶν γεννᾶται, etc. Hard.

Non potest deprehendi. Flore ipso integitur, ἐν τῷ ἄνθει ἀναμέμικται, Theophr. Dal.

Ergo translatum est ex Attica thymum Theophr. l. c. H.

Nisi. Nisi quo flatus e mari possit pertingere: Οὐ γὰρ φασὶ δύνασθαι φύεσθαι καὶ λαμβάνειν, ὅπου μὴ ἀναπνοὴ διίκνεῖται ἡ ἀπὸ τῆς θαλάσσης. Theophr. Hard.

In Arcadia. Theophr. ergo errat, ita de thymo et olea sentiens, l. c. Hard.

Nisi intra CCC stadia a mari. Vide quae disimus XV, 1. Hard.

Thymis. Nigris, sed non albis: serpyllo zygi Dioscor. Rubra vocat Arist. lib. IX, cap. 49 Historiarum. Dal. — *Thymis.* Vulgari thymo flos non est niger, sed purpurascens, atque ideo vergens in nigredinem, ut in violis, quas μελάνια, aut nigras ob id vocavere. Ερπυλλος ἄγριος, ὃς καὶ ζυγὶς καλεῖται, Dioscor. III, 46, est nobis eodem nomine *Thymus Zygis.* Vulgaris autem non solum in Hispania, Galliaque Narbonensi habitat, sed etiam in Siberia; Zygis in Alpibus Ed. P.

XXXII. *Et conizae duo genera*, etc. Et his quoque Theophr. simillima sunt, et Hist. VI, 2. De utroque genere iam diximus superiore libro, cap. 63, 64. H. — *Conizae duo genera.* Κόνυζα ἄῤῥην καὶ θηλεία, Theophr Hist. VI, 2: *Inula viscosa* et *Pulicaria.* Cf. sup. cap. 29. Ed. P.

mas ac femina. Differentia in folio. Tenuius feminae, et constrictius, angustiusque: imbricatum maris, et ramosius. Flos quoque magis splendet eius, serotinus utrique post Arcturum. Mas odore gravior, femina acutior, et ideo contra bestiarum morsus aptior. Folia feminae mellis odorem habent. Masculae radix a quibusdam libanotis appellatur, de qua diximus.

XXXIII. Et tantum folio coronant Jovis flos, amaracus, hemerocalles, abrotonum, helenium, sisymbrium, serpyllum, omnia surculosa, rosae modo. Colore tantum placet Jovis flos, odor abest: sicut et

Imbricatum. Imbricis modo curvum et obiortum. Imbrex, tegula curva est, per quam imber defluit. Hard.

Femina. Theophr. Θηλείας. Hesychius: Δριμύς, ὀξύς. Ita porro MSS. non, ut editi prius, *acrior*. Aliud enim odor acris est, aliud acutus. Hard.

Folia feminae mellis odorem habent. Scilicet dum teruntur, ut dictum est libro sup. cap. 64. Hard.

Libanotis. Falsum id, nec a ceteris proditum. Dal. — *De qua.* Lib. XX, 64. Hard.

XXXIII. *Et tant. fol.* Theophrast. scribit simpliciter, has esse coronarias, non autem solo folio coronare. Dal. — *Et tantum.* Nempe conyzae duo genera proxime memorata: namque subsequuntur, etiam flore coronant, rosae modo. Theophrast. Hist. VI, 1: Ἐν τοῖς στεφανωτικοῖς ἐστι, ῥόδωνιά, ἰωνιά, διὸς ἄνθος, ἀμάρακος, ἡμεροκαλές, ἔτι δὲ, ἑρπυλλος, σισύμβριον, ἐλένιον, ἀβρότονον· ἅπαντα γὰρ ταῦτα ξυλώδη, καὶ μικρόφυλλα. Vt de caeteris silcam, Catullus certe, Carm. xxii, 6: *Cinge tempora floribus Suaveolentis amaraci.* Hard.

Hemerocalles. Conf. de hemerocalle infra c. 90. Ed. P.

Sisymbrium. Σισύμβριον Theophr. Hist. II, 5, et Dioscor. II, 153; est *Mentha silvestris* (*Did. gymnosp.* gen. 1382 Pers. *Labiat.* Juss.). Ed. P.

Surculosa. Ξυλώδη, lignosa. Theophr. l. c. et cap. 6. Hard.

Rosae modo. Vt rosa, viola, ἰωνιά, ῥοδωνιά. Aliter haec Plinius recitat, quam leguntur apud Theophrastum. Dalec.

Colore tantum, etc. Nicander in Georgicis, Ἢ γὰρ καὶ λεπταὶ πτερόδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες, Δευκοΐά τ' ἀμαρύκη, καὶ ἐν κρόκος ἔαρα μόωνι Κρίνον, κύπειρός τε, σισύμβριον, ὅσσα τε χ' ὅτα, Ἀσπορ ἐκμανάοντι τόποις ἀνιστρέφετο λειμῶν Κάλλεα, βουθαλμόν τε, καὶ εὐτεὸς Διὸς ἄνθος. Sic fere Petronius: *Emicuere rosae, violaeque et molle cyperum, Albaque de viridi riserunt lilia prato.* Dal. — *Colore.* Theophrast. Histor. VI, 6: Ἀσπορα, ὥσπερ Διὸς ἄνθος, φλόξ. Bovis florem, inquit Ruellius, pag. 448, rosa nostra, *coquelourde* nominant, φλόγα, sive φλόγιον, seu flam-

illi, qui graece phlox vocatur: et ramis autem, et folio odorata sunt, excepto serpyllo. Helenium ex lacrymis Helenae dicitur natum, et ideo in Helene insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo.

XXXIV. Abrotonum odore iucunde gravi floret. Est autem flos aurei coloris. Vacuum sponte provenit.

meam, nos violae inodorae genus esse remur, quam vulgus gallicum penseam, *pensée*, vocat, suffragante nobis Ruellio, pag. 449, et Dodonaeo, pag. 358, a quo viola tricolor assurgens appellatur. Hard. — *Flos Iovis ... phlox*. Non *Anemone* Pulsatilla Διὸς ἄνθος, neque φλὸξ *Viola tricolor*. Flos Iovis servat hodieque nomen *Agrostemma flos Iovis*; phlox, λύχνις Diosc. III, 14, Sprengelio auctore, est *Agr. coronaria* (*Decand. pentag.* gen. 1145 Pars. *Caryoph.* Juss.). Ed. P.

Excepto. Serpyllum tamen Theophrastus, ut caetera, et ramis, et folio esse odoratum scribit, Hist. VI, 6: Τῶν δὲ καὶ οἱ κλῶνες, καὶ τὰ φύλλα, καὶ ὅλως ἡ πᾶσα φύσις εὔοσμος· οἷον ἐρπύλλου, ἐλενίου, σισυμβρίου. Hard. — Ερπυλλος Theophr. VI, 7, nobis *Thymus vulgaris*. Ed. P.

Helenium. Fabulam apud Nicandrum in Theriacis vide et Phavorinum. Aelianum quoque, si lubet, adi, Histor. Anim, IX, 21. Helenium istud Aegyptium est, orbi huic nostro incognitum, de quo eadem fere Diosc. I, 28, ex Crateva recitat. In Etymologico Phavorini: Ελένειον, βοτάνη ἡ ἐν Αλεξανδρείᾳ γινομένη, εἴρηται, ὅτι ἐκ τῶν δακρύων τῆς Ελένης ἀνεφύη· ὅτε ἐπὶ Κανώβῳ τῷ κυβερνήτῃ Μενέλαος ἐδάκρυσεν ὑπὸ αἱμορροΐδων ἀποθανόντι. Hoc et nectarion appellavere, ob suavitatem succi, quam dotem Plinius animadvertit inferius, cap. 91. Hinc nectarites vinum, de quo IV, 19. Hard. — *Helenium*. Ελένιον Theophr. Hist. VI, 6; ἐλένιον Αἰγύπτιον Dioscor. I, 28, Sprengelio videtur esse *Teucrium creticum* (*Did. gymnosp.* gen. 1372 Pers. *Labiat.* Juss.). Conf. infr. c. 9, et ibi not. Ed. P.

XXXIV. *Abrotonum odore iucunde gravi*. Αβρότονον. Galli nunc vocant, Latinos imitati, *aurone*; aliqui vestiarium custodem, *garderobe*, quod armariis sparsum vestes a tineis vindicet. A Lobelio pingitur mas et femina, duo enim sunt genera, in Obss. p. 443. Dioscor. III, 29: Αβρότονον ... πλῆρες ἄνθους ... θερείας γεννώμενον, εὐῶδες μετὰ ποσοῦ βάρους, πικρὸν τῇ γεύσει. H. — *Floret. Est autem flos*. Sic ex MSS. Hard. *floret aestate*. *Flos* Gron. et al. Ed. P. — *Abrotonum*. Αβρότονον θῆλυ Dioscor. loc. cit. est *Santolina Chamaecyparissus*; ἀβρότονον ἄρρεν, *Artemisia Abrotanum*. Conf. sup. c. 18. Ed. P.

Flos. Ita Diosc. l. c. Hard.

Vacuum sponte provenit. Lego: *Vacuis sponte provenit*; id est, incultis, neglectisque locis, quo loquendi modo praedia vacua scripsit ac dixit Cicero. Dalec. — *Vacuum*. Hoc est, ut quidem interpretor, semine vacuum, vel sine semine sponte

Cacumine suo se propagat. Seritur autem semine melius, quam radice aut surculo: semine quoque non sine negotio: plantaria transferuntur: sic et Adonium. Vtrumque aestate: alsiosa enim admodum sunt, et sole tamen nimio laeduntur. Sed ubi convaluere, rutae vice fruticant. Abrotono simile odore leucanthemum est, flore albo foliosum.

provenit. Causa subiungitur, quoniam cacumine suo se propagat, dum vertex suo pondere delapsus terra excipitur, et radices agit. Libris omnibus adversantur, qui vel *vacuis sponte*, vel ut Pellicerio placuit in notis MSS. *vasculis depositum* legunt. Hard.

Seritur autem semine melius, quam radice aut surculo. Ex Theophrasto hoc ad verbum libro sexto, capite ultimo, et tamen vult haec verba depravare Ruellius. Sed videtur Theodori tralatio decepisse hominem, quae diversa abit a graeca lectione quam sequitur Hermolaus in Corollario cum Plinio. Itaque nihil hac in parte dicit Ruellius. Pint. — *Seritur.* Hic censoria nota Plinium Dalecampius perstringit, post Ruellium, II, pag. 498, et post utrumque Salmasius in Praef. pag. 99, falsos sequuti Theophrasti codices, quum ex optimis editionibus Ald. et Basil. consentiant Theophrastea Plinianis. Sic enim ille scripsit Hist. VI, 7: Αβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ σπέρματος βλαστάνει, ἢ ἀπὸ ῥίζης, καὶ παρασπάδος. Χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος, προμοσχευόμενον ἐν ὀστράκοις, etc. Hard.

Sic et Adonium. In indice pariter, *De abrotono: Adonium.* Quid adonium sit Plinio, satis ex Theophrasti verbis potest colligi, id est, abrotoni genus, quod in turbinibus cadorum, aut testa, viviradice comprehendit, in quem modum Adonidis hortulos pangebant. Sic enim graecus auctor Hist. VI, 7, de abrotono: Προμοσχευόμενον ἐν ὀστράκοις, ὥσπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι, τοῦ θέρους δὲ σπείρεται, etc. Hic tragice, pro suo more, infeliciter tamen, in Plinium Salmasius invehitur, in Praef. pag. 100 sq. errorisque insimulat, quem ut Plinio obiiceret, a Dalecampio, quem tamen non laudat, est mutuatus. H.

Alsiosa. Facile laeduntur a frigore. Theophr. loc. cit. de abrotono, τοῦ θέρους δὲ σπείρεται· δύσριγον γὰρ σφόδρα, καὶ ὅλως ἐπίκηρον, ὅπου καὶ ὁ ἥλιος σφόδρα λάμπει. H.

Ritu vitis fruticant. (Sic lib. ante Hard. editi.) Scribendum, *rutae vice fruticant*, ex antiquo exemplari, confirmante eam lectionem Theophrasto, libro et capite proxime citatis, his verbis: *Sed quum convaluerit creveritque, magnum, robustum atque arboraceum constat, quemadmodum ruta, nisi quod lignosius, et siccius, et squalidius est.* Viderunt hoc ante me alii: sed primus omnium Hermolaus in secunda editione. Pint. — *Rutae.* Sic MSS. Reg Colb. Thuan. Chifflet. in editis perperam, *ritu vitis.* Theophrast. l. c. ἐμβιῶσαν δὲ καὶ αὐξηθὲν, μέγα καὶ ἰσχυρὸν, καὶ δενδρῶδες, ὥσπερ τὸ πήγανον. Hard.

Leucanthemum est. Anthemis alba. Dioscor. Dal. — *Leucanthemum.* Dif-

XXXV. (XI.) Amaracum Diocles medicus et Sicula gens appellavere quod Aegyptus et Syria sampsuchum. Seritur utroque genere, et semine, et ramo, vivacius supra dictis, et odore melius. Copiosum amaraco aeque, quam abrotono, semen: sed abrotono radix una et alte descendens: caeteris in summa terra leviter haerens. Reliquorum satio autumno fere in-

fert ab ea, quae anthemis appellatur, et leucanthemon lib. XXII, 26. De ea nobis nihil compertum. Hard. — *Leucanthemum.* Qua in re differat ab eo quod rursus Noster affert, lib. XXII, c. 26, neque omnino Harduinus explicat, nec nos ipsi videmus. Diosc. III, 154: Ἄνθεμις, οἱ δὲ λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἠράνθεμον ... οἱ δὲ χαμαίμηλον ... καλοῦσι. Plin. loc. cit. *Anthemis ... aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii erauthemum, alii chamaemelon ... genera eius tria ... parvis floribus, ut rutae, candidis, aut melinis, aut purpureis ... colligitur vere et in coronamenta reponitur.* Quae totidem verbis ab auctore graeco sunt expressa. Tria illa anthemidis genera, ex vario colore radii, modo candidi, modo flavescentis, modo purpurei, ad tres species retulit Sprengelius, nempe ad *Anthemida Cotam*, *A. montanam*, et *Chrysanthemum monspeliense* (*Syngen. superfl.* gen. 1886 et 1879 Pers. *Corymb.* Juss.). Hippoc. de Morb. mul. I, 625, εὐάνθεμον illud dicit, et de Nat. mul. 570 ἄνθεμον χλωρόν, aut ἠράνθεμον, quod Galenus idem putat cum χαμαιμήλῳ. Hoc autem Sprengelius nihil aliud esse censet quam *Matricariam Camomillam* (gen. 1880 Pers.), *camomille* item apud nostrates vulgo dictam. Ed. P.

Foliosum. Lego, *folioso*, id est, foliolis per ambitum extrinsecus multis, orbiculatim cingentibus, quod in floris medio luteum est. Haec Dioscorides magnitudine cum rutae foliis comparat. Dalec.

XXXV. *Amaracum.* Diosc. III, 47: Σάμψυχον ... καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν, καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον. Maiorana nostra, *la marjolaine*, vulgo officinarum existimatur esse veterum sampsuchum, amaracumve: sed falso errore: σάμψυχον enim, ut caetera argumenta sileam, per terram repit, πόα ἕρπουσα ἐπὶ τῆς γῆς, teste Dioscoride; maiorana in altum assurgit. Hard. — *Origanum Maioranoides.* Conf. sup. c. 18, not. Ed. P.

Appellavere. Apud Athenaeum Chaeremon Persicum vocat his verbis: Πέρσης δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ὁ ἀμάρακος, Λειμῶσι μαλθακοῖσι τεῖνεν αὐχένα. Dalec.

Seritur. Theophr. Hist. VI, 7: Ὁ δὲ ἀμάρακος ἀμφοτέρως φύεται, καὶ ἀπὸ περισπάδος, καὶ ἀπὸ σπέρματος. Hard.

Vivacius. Abrotono, et adonio. Hard.

Et odore melius. Copiosum, etc. *Mollius* in antiquo codice; non *melius*. Astruitur ea lectio Theophrasti auctoritate, libro sexto, capite ultimo. *Et iucundi*, inquit, *odoris semen est; et quidem mollioris odoris.* Pint.

Summa terra. Gronov. et al. ante Hard. *summo terrae.* Ed. P.

cipiente, nec non et vere quibusdam locis, quae umbra gaudent, et aqua, ac fimo.

XXXVI. Nyctegreton inter pauca miratus est Democritus, coloris hysgini, folio spinae, nec a terra se attollentem, praecipuam in Gedrosia narrat. Erui post aequinoctium vernum radicitus, siccarique ad lunam triginta diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges uti hac herba ad vota suscipienda. Eamdem vocari chenomychon, quoniam anseres a primo conspectu eius expavescant: ab aliis nyctalopa, quoniam e longinquo noctibus fulgeat.

XXXVII. Melilotos ubique nascitur: laudatissima tamen in Attica: ubicumque vero recens nec candicans, et croco quam simillima: quanquam in Italia odoratior candida.

XXXVI. *Nyctegretum ... miratus est Democritus, coloris ignei, foliis spinae* (sic libri ante Harduin. editi). Scribe: *Nyctegreton inter pauca miratus est Democritus, coloris hysgini, folio spinae.* Hesych. ὑσγινὸν, βάμμα τι. Noster lib. IX, 42: *Quin et terrena miscere, coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret hysginum.* Lib. XXI, 26: *Hyacinthum in Gallia maxime provenit: hoc ibi pro cocco hysginum tingunt.* Sic Hermol. Barbarus pro eo, quod in vett. *hoc ibi loco*, unde nonnulli postea *locorum*, quod et Salmasius ad Solin. pag. 272, sequitur. Censeo scribas: *hoc ibi fuco hysginum tingunt.* Lib. XXXV, 6: *Causa est, quod hysgino maxime inficitur. Hysgini* sagax quoque Pintianus deprehendit. Gron. — *Nyctegreton.* Νυκτήγρετον, quasi nocturnias agens excubias. Sunt qui hanc esse censeant, quam chymistae lunariam nominant, noctibus cum luna lucentem: inde nomen, inquit Ruellius, II, pag. 457. Hard. — *Nyctegreton. Caesalpinia est pulcherrima* (*Decand. monog.* gen. 1018. Pers. *Leguminos.* Juss.). Eo. P.

Coloris hysgini. Ita MSS. Reg. Colb. etc. non *ignei.* Hard.

Chenomychon. Χηνόμυχον, quod anseres, χῆνες, ea visa, in recessus locaque abdita, εἰς τοὺς μυχοὺς, fugiunt. Hard.

Nyctalopa. Ita MSS. Reg. Colbert. Thuan. tum hoc loco, tum in Indice, non ut olim, *nyctilopa.* Νυκτάλωπας, similiter quos Graeci vocent, dicemus XXVIII, 47. Hard.

XXXVII. *Melilotos.* Haec verbis iisdem interpres Oribasii, XI, f. 205, post Dioscor. III, 48. H. — *Odoratior candida.* Gronov. et al. *odoratior et candida.* Conf. cap. 29, not. Eo. P.

XXXVIII. Florum prima ver nuntiantium viola alba. Tepidioribus vero locis etiam hieme emicat. Postea quae ion appellatur, et purpurea. Proxime flammea, quae et phlox vocatur, silvestris dumtaxat. Cyclaminum bis anno, vere et autumno: aestates hiemesque fugit. Seriores supra dictis aliquando narcissus et lilium trans maria: In Italia quidem, ut diximus, post rosam. Nam in Graecia tardius etiamnum anemone. Est autem haec silvestrium bulborum flos, aliaque quam quae dicetur in medicinis. Sequitur

XXXVIII. *Florum.* Totidem verbis haec traduntur a Theophr. Hist. VI, 7. Transcripsit et Athenaeus, XV, p. 680. Hard.

Viola alba. Leucoion, Theophrast. nempe bulbosum. Dal.

Tepidioribus. Theophrast. loc. cit. Hard.

Postea quae ion appellatur, et purp. Gronov. et al. *quae appellatur purpurea*; omissis: τῷ ἰῷ et copula. Ed. P.

Proxime. Flos ille nimirum, quem et φλόγα et φλόγιον appellari diximus cap. 33. Theophr. Ἀμφὶ δὲ τῷ ἰῷ, ᾧ μικρότερόν τι ὕστερον τὸ φλόγιον καλούμενον τὸ ἄγριον, Iovis flamma eadem appellatur, XXVII. Hic Phloium immerito carpit Salmasius, in Solin. pag. 1361. Hard. — *Phlox.* Sive *Agrostemma coronaria.* Conf. cap. 33, not. 1 fin. Ed. P.

Cyclaminum. Ita MSS. veteres, ipso Pintiano teste. In Reg. 1, Colb. 1, *Coeliaminum.* In Reg. 2, *Clyclaminum.* In Thumaeo, *Cilaclaminum.* In editis insulse *Codiaminum.* H. — *Cyclaminum.* Conf. lib. XXV, cap. 67 sq. ubi Noster de cyclamino et eius generibus fusius agit. Hic autem designare videtur *Cyclamen hederaefolium* (*Pentand. monog.* gen. 384 Pers. *Lysimach.* Juss.), qui in Italia crescit. Ed. P.

Seriores supra dictis aliquando narcissus et lilium. Album scilicet, quod λείριον appellavimus cap. 11. Theophr. Histor. VI, 7: Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ νάρκισσος, καὶ τὸ λείριον, καὶ τοῦ βολβοῦ κώδιον. Hard.

Vt diximus. Cap. 11, ubi lilium medio rosarum proventu incipere dicitur. Hard.

Est autem haec silvestrium bulborum flos. Theophrasti oratio ex Athenaeo refingenda est, a quo ea descripta accuratius est, quam in libris nunc editis legitur: Καὶ λείριον, inquit XV, pag. 680, καὶ γε τῶν τριῶν ἀνεμώνης γένος τὸ καλούμενον, ὄρνιον, καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδιον. *Postea lilium, et ex tribus anemones generibus genus illud, quod montanum vocant, et bulbi codion.* Sed quod sit genus illud anemones, nec te nosse quidem, quod ingenui viri est, palam prae se ferit. H.

Dicetur. Infra cap. 94. H.

Sequitur. Ex quae describetur inferius, cap. 95, Theophrast. Hist. VI, 7, et ex illo Athen. l. c. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ ἀνεμώνη, καὶ τὸ ῥοδόεν, καὶ τῶν ἀγρίων ἕ τε Διοσχόρους, καὶ

oenanthe, melianthum: ex silvestribus heliochrysos. Deinde alterum genus anemones, quae limonia vocatur. Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Novissima rosa; eademque prima deficit, excepta sativa: e caeteris hyacinthus maxime durat, et viola alba, et oenanthe, sed haec ita, si divulsa crebro prohibeatur in semen abire. Nascitur locis tepidis. Odor idem ei, qui germinantibus uvis, atque inde nomen. Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum praeferens eius

τῆς ἀνεμώνης ἡ λειμωνία καλουμένη, καὶ τὸ ξίφιον, καὶ ὑάκινθος. H.

Melianthum. Quisquis demum flos ille sit melleus, quem melianthum ex ea re vocat, sinceram hanc lectionem esse huius loci tum libri omnes pertinacissime clamant, tum res ipsa admonet. Nam et hoc loco, et in indice, MSS. R. Colb. Thuanaeus *melianthum* legunt: et quod ex Theophrasto scribi *melanion* malunt, abhorret id a consuetudine Plinii, qui violam nigram purpureamve dixisset, uti λευκόιον violam albam proxime ante reddidit: nec res ipsa μέλαν ἴον seu violam purpuream hoc loco appellari patitur, post narcissum liliumque: quam fere ante reliquos flores prodire martio mense, vere ineunte et Plinius paulo ante docuit, at omnes norunt: unde martiae violae nomen ei vulgus adiudicat. H.

Genus anemones, quae limonia vocatur. Et hoc hortense, et coronarium, *l'anémone*; diversum a silvestribus ac medicis anemones generibus, de quibus, c. 94. Centum et quinquaginta anemones genera in horto Regio vidimus. Hanc Theophrastus λειμωνίαν vocat, quasi pratensem. H. — *Anemones.* Anemonen, qua Veteres ad serta coronasve utebantur, libenter crediderim *Anemonem* fuisse coronariam aut hortensem (*Polyand. polig.* gen. 1356 Pers. *Ranuncul.* Juss.), quanquam ad *A. Pulsatillam* nonnulli referunt. Meminit Theophr. VI, 7; VII, 8, anemones quam λειμωνίαν vocat, et eamdem Spreng. habet cum *A. nemorosa.* Dioscor. II, 207, anemonas affert ἥμερον et ἀγρίαν, quae *A. hortensis* et *apennina.* En. P.

Novissima. Et haec habet Theophr. l. c. H.

E caeteris. Theophr. loc. cit. H.

Sed haec. Ita diutissime floret, inquit, si crebro florem vellas auferasque, nec seminescere sinas, nec solum apricum desit: Theophrastus: Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ οἰνάνθη· καὶ γὰρ τοῦτο ἀνθικὸν μέν... ἐάν τις ἀποκνίζῃ καὶ ἀφαιρεῖ τὸ ἄνθος, καὶ μὴ ἐᾷ σπερματοῦσθαι, καὶ ὅταν τόπον εὔηλον ἔχει. Hard.

Hyacinthum comitatur fabula duplex. Alteram describit Ovidius, Metam. lib. X, v. 162-220, ubi Hyacinthi pueri, quem Apollo adamerat, in floris sui nominis conversionem enarrat. Alteram lib. XIII, v. 397, sqq. ubi Aiacem in eumdem quoque florem mutatum scribit: in quo *Littera communis mediis pueroque viroque, Inscripta est foliis; haec nominis, illa querelae.* Nam in illo flore inscripta diphthongus graeca AI, que-

quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore editi, ita discurrentibus venis, ut graecarum litterarum fi-

rimoniae simul index est occisi ab Apolline pueruli, dum simul disco luderent: et Aiaci eadem nominis nota. De Apolline puerum lugente, Ovidius: *Ipse suos gemitus foliis inscribit, et AI AI flos habet inscriptum, funestaque littera ducta est.* Prudentius quoque, περὶ στεφάνων, hymno 10 in S. Romanum, v. 191: *Mox flevit impuratus occisum gravi Disco, et dicavit florulentum succubam.* Nempe Hyacinthum Apollo. De nomine Aiacis lugubri, ipse Aiax apud Sophoclem: Αἰ αἰ, τίς ἄν ποτ' οἶδ' ὦδ' ἐπώνυμον Τοὔμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ, Καὶ τρίς. Hasp. — *Hyacinthum.* Magna olim et solemnis etiamnum doctos inter viros de hyacintho Veterum quaestio et controversia, ita ut vere dici possit, nullum paene alium florem exstitisse, qui felicius poëtarum faverit ingenio, interpretum vero omnium, et peritissimorum, mentem miserius torserit. Hyacinthum videlicet latinis toties graecisque vatibus decantatum, alii eundem esse pronunciant atque *vaccinia*, Virgilio quoque celebrata, Ecl. II, 18, 50; Dioscoride, ut videtur, suffragante, qui sic habet, III, 85: Δελφίνιον... οἱ δὲ ὑάκινθον Ῥωμαῖοι βακκίνους, id est, vaccinia, sive vaccinium. Hoc autem nihil aliud, Sprengelio quidam auctore, quam *Delphinium Aiacis* (*Polyand. trigyn.* gen. 1327 Pers. *Ranunculi.* Juss.); ex aliorum vero sententia, *Vaccinium Myrtillus* Linn. (*Decand. monogin.* gen. 1086 Pers. *Ericac.* Juss.); conf. Fée, *Flore de Virgile*, tom. VIII, p. CLXXIII ed. nost. Hyacinthum rursus ad *Delphinium Aiacis* supradictum alii referunt, magno praeeuntę Linnaeo; quae certe opinio probabilior veroque similior diu habita est. Alii hyacinthum malunt esse *Lilium Martagon* (*Hexand. monog.* gen. 791 Pers. *Liliac.* Juss.), nec poenitendis adeo argumentis, ut sibi videntur, sententiam suam confirmant, Ovidiique testimonio stabilire student, Metam. X, 212: *formamque capit quam lilia, si non Purpureus color huic, argenteus esset in illis*, etc. Conf. Martyn. ad Georg. IV, 183; Fée, op. cit. p. LXXII sq. Dodon. etiam p. 199. Sunt tamen qui contradicant, ut Sprengelius, vir summae his in rebus auctoritatis, qui sic ait, Hist. Rei herb. I, pag. 142, » *Gladiolus communis* (*Triand. monog.* gen. 101 Pers. *Irid.* Juss.) est hyacinthus Virgilii Ec. III, 63; Georg. IV, 183; ob nectaro-stigmatis lineas AI, Aiacis nomen Veteres legebant in flore, unde esponendi versus, Ec. III, 100: *Dic quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores.* Martynus male *Lilium Martagon* huc trahit. Conf. Theocr. Id. X, 28, et Sch. Anguill. p. 154. Optimus Sibthorpius, Flor. graec. tab. XXXVIII varietatem habet quam *Gl. triphyllum* dicit, elegantissimo nectaro stigmate conspicuam. » In tanta auctorum celebratissimorum discordia, nostram nos quoque symbolam conferre minime opus est. Is vero Plinius videtur, apud quem plures notae occurrant, quibus lis illa tandem dirimi queat; nempe quoties alias herbas cum hyacintho

Digitized by Google

gura AI legatur inscripta. Heliochrysos florem habet auro similem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, sed durum. Hoc coronare se Magi, si et un-

componit: sic v. g. lib. XXV, cap. 80. de antirrhino: *Similis lino, radice nulla, flore hyacinthi, semine vitidi nariwi*, etc. quae sine dubio de *Antirrhino maiore* dicta (μέγχον μέγας habet apud Theophr. IX, 21), nisi ait potius *A purpureum*, de quo Dioscor. IV, 133, ad *Delphinium Aiacis*, quoad saltem floris speciem referri posse credamus; fatendum vero est in plerisque eiusmodi locis, non ad floris formam et habitum, sed ad colorem Plinium respexisse, ut mox cap. sq. de porro: *Duo genera huius: unum, cui flos* hyacinthi *est* (*h. e. hyacinthino colore; an* Lychnis Chalcedonica? *variat certe quoad florum colorem*); *alterum* candidius, *etc.* Vnde ex talibus locis parum, immo etiam nihil auxilii sperandum. Huiusce autem libri cap. 97, sic iterum de hyacintho Noster: *In Gallia maxime provenit; hoc ibi suco hysginum tingitur. Radix est* bulbacea, *mangonicis venalitii pulchre nota*, etc. Non iam de delphinio vel lilio quodam hic agitur, sed sine dubio de planta, cuius Plinius meminit vaccinionum nomine, lib. XVI, cap. 34: *Item vaccinia, Italiae mancipiis sata: Galliae vero etiam purpurae tingendae causa*, etc. Vaccinia illa Sprengelio, post Dalecampium tamen, sunt *Prunus Mahaleb* (*Icosand. monog. gen.* 1221 Pers. *Rosac.* Juss.), de qua, an olim tingendis vestibus in Gallia utilis fuerit, satis explorata habemus; etiam ex Vitruvii testimonio, lib. VII, cap. ult. Quum vero radicem *bulbaceam* hyacintho illi attribuit, perspicuum est non iam vaccinii gallica Nostrum intelligere, sed speciem vulgarem, italicam, mancipiis satam, gladiolum plerisque auctoribus nuncupatam, quod in sententiam Sprengelii de hyacintho prius dictam recedit. Inde patet duas hyacinthi species Plinio notas fuisse, qui non satis sibi constans, characteres plantis duobus diversis proprios ac peculiares, uni plantae, seu hyacintho, seu vaccinio perperam indidit. Vt ut est, quis qualisque fuerit vere hyacinthus ille Veterum, peritioribus viris pronuntiandum libenter permittimus, nisi quis ad Linnaeanam opinionem tandem redeundum esse censeat. Ed. P.

Inscripta. Auctore Pausan. I, Salaminii tradunt, post Aiacis interitum, apud se primum florem enatum candidum, modice rubentem, lilio, et foliis, et aliis partibus minorem, inscriptum iisdem litteris, quibus et hyacinthum. Cosmosandalon Athenaei esse puto. Dav.

Heliochrysos. Theophr. Hist. IX, 21: Ἔχει δὲ ὁ ἡλιόχρυσος τὸ μὲν ἄνθος χρυσοειδές, φύλλον δὲ λεπτόν (non λευκόν), καὶ τὸν καυλὸν δὲ λεπτὸν καὶ σκληρόν. Nomen ei a gemina causa: et ab aureo flore, et a paludibus, in quibus oritur. Hanc amaranti nomine Galenus intellexit, nec aliter vocavit. Huius corymbos rustici, ut qui non facile marcescant, ad hibernas reservant coronas. A Dodonaeo pingitur p. 267. Dicemus de ea iterum cap. 96, H. — Nobis est *Gnaphalium Stoechas*, ut supra diximus, cap. 24. Vulgo *immortelle* appellant. Ed. P.

Hoc. Theophr. loc. citat. Εὐδόξει δὲ καὶ τὸν τῆς τοῦ ἡλιοχρύσου τῷ ἄν-

guenta sumantur ex auro, quod apyron vocant, ad gratiam quoque vitae gloriamque pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores hi sunt.

XXXIX. Succedunt illis aestivi, lychnis, et Jovis flos, et alterum genus lilii. Item tiphyon, et amaracus, quem Phrygium cognominant. Sed maxime spectabilis pothos. Duo genera huius: unum, cui flos hyacinthi est: alterum candidius, qui fere nascitur in tumulis, quoniam fortius durat. Et iris aestate floret.

θεὶ στεφανοῦται, μύρῳ ῥαίνων ἐκ χρυσίου ἀπύρου. H.

Si et unguenta sumantur ex auro. Theophrast. Histor. lib. IX, cap. 21. Dal.

Quod apyron. Quod ignem non sit expertum. H.

XXXIX. *Lychnis.* Theophr. Hist. VI, 7: Τὰ δὲ θερινὰ μᾶλλον, ἥτε λυχνὶς, καὶ τὸ Διὸς ἄνθος. H.

Alterum genus lilii. Theophrastus statim post Iovis florem (hic vulgo aquilegia dicitur) *cerinthum* et *iphyon*, ut pro ceriptho videatur alterum genus lilii vertisse. Dal.

Item tiphyon. Theophr. loco citato et ex eo Athenaeus, XV, pag. 679: Καὶ τὸ ἴφυον, καὶ ὁ ἀμάραχος ὁ Φρύγιος. In MSS. Reg. et Colb. *Tiphon.* In Indice, *Tiphyon.* In Thuano, *ipyon.* Theophrast. ipse Hist. VII, 12, τὸ τίφυον scripsisse videtur. Et de Caus. I, 10, τὰ τίφυα. Quid sit porro tiphyon, nescit Anguillara, P. XII, p. 212, neque nos exploratum habemus. H. — *Tiphyon.* I. Bodaeo est narcissus persicus Clus. Bnot. — Ἴφυον seu τίφυον Theophr. VI, 6, est *Lavandula Spica* (*Did. gymnosp.* gen. 1379 Pers. *Labiat.* Juss.), ex auctoritate Hesychii, qui ad hanc vocem λαβανδίδα, id est, lavandulam dicit. Cf. Bod. ad Theophrast. p. 669 Spreng.

Sed maxime spectabilis pothos. Traduntur haec quoque a Theophr. Hist. VI, cap. 7. Πόθον nos arbitramur esse, quem modo florem Constantinopolitanum vocant, Galli *croix de Jérusalem*, in horto Eystettensi pictum apprime, et apud Dodonaeum, pag. 178. Hard. — *Lychnis chalcedonica?* (*Decand. pentagyn.* gen. 1146 Pers. *Caryophyll.* Juss.) colitur in hortis variat quoad colorem florum. Alii referunt ad *Iasminum fruticans* (*Diand. monog.* gen. 33 Pers. *Iasm.* Juss.); habitat in Europa australi et toto Oriente. En. P.

Qui fere nascitur, etc. Forte, *qui fere iacitur in tumulis*; nam ita Theophr. Hist. VI, 7: ὃ χρῶνται πρὸς τοὺς τάφους. Sic enim legit Athen. XV, pag. 679. Quid si ambo Theophrastus et Athenaeus latinum hic quempiam auctorem transcripsere, et inconsiderate tumulos τάφους pro βωμοὺς verterunt? Hard. — An Theophrastus Latinum Scriptorem transcripserit, decernant doctiores: neutiquam ego hoc credo; obstat enim, ut mihi videtur, ratio temporum. T.

Fortius. Χρονιώτερος, Theophrast. *diutius vivit.* Hard.

Abeunt et hi, marcescuntque. Alii rursus subeunt autumno: tertium genus lilii; et crocum in utroque genere: unum hebes, alterum odoratum: primis omnia imbribus emicantia. Coronarii quidem et spinae flore utuntur: quippe quum spinae albae cauliculi inter oblectamenta gulae quoque condiantur. Hic est trans maria ordo florum. In Italia violis succedit rosa: huic intervenit lilium: rosam cyanus excipit, cyanum amarantus. Nam vincapervinca semper viret, in modum lineae foliis geniculatim circumdata, topiaria

Et iris aestate. loc. cit. Ἀνθεῖ δὲ καὶ ἡ ἶρις τοῦ θέρους. Hard.

Tertium. Purpureum videlicet, sive narcissum, de quo superius cap. 12; quod Theophrast Hist. VI, 6, alterum λειρίον genus est, ὁ δὲ νάρκισσος, ἢ τὸ λείριον. Quare rursum secundum lilii genus appellat, cap. 7: Τὸ δὲ λείριον τὸ ἕτερον, καὶ ὁ κρόκος, καὶ ὁ ὀρεινὸς εὔοσμος, καὶ ὁ ἥμερος εὐθὺς γὰρ ἀνθοῦσι τοῖς πρώτοις ὕδασι, subintellige ex antecedentibus, μετοπώρου. Hard.

Coronarii. Dum spinae florem audis, acanthi duplex genus intellige, de quo lib. XXII, 34; *Brancam ursinam* vocant. Plinius in Indice huius loci id satis perspicue admonet, quum ea appellat ex ordine, quae nunc explanat uberius: *Pothi genera duo: Orsinae genera duo: Vincapervinca*, etc. De spina alba dicetur XXIV, 66. H. — *Spinae flore utuntur.* Duplex Nostro spinae genus, unum aculeatum et crispum, alterum laeve: nempe *Acanthus mollis* et *spinosus* (*Did. angiosp* gen. 1529 Pers. *Acanthac.* Juss.). Xystos hortorum acantho, topiaria videlicet et urbana herba, decorare consueverunt Romani, quod et ex Plinii Iunioris Epist. V, 6, patet, ubi *Acanthus mollis* in plano, et paene dixerim, *liquidus*; dein *lubricus* et *flexuosus* vocatur. Conf. Sprengel. Hist. Rei Herbar. tom I, pag. 145. Ed. P.

Vincapervinca. Retinet in officinis nomen *pervenche*. Delineatur a Dodonaeo, p. 401, ubi ab eo clematis daphnoides maior appellatur. Vidimus in horto Regio. H. — *Vincapervinca.* Κληματὶς Diosc. IV, 7, qui in Aegypto sola sponte eam crescere dicit, quum per totam Europam australem proveniat. *Vinca maior* et *minor* (*Pentand. monog.* gen. 612 Pers. *Apoc.* Juss.). Ed. P.

In modum lineae. Exprimere voluit, quod ait Diosc. κλήματα δ' ἔχει μικρὰ ὅσον τοῦ σχοίνου πάχος: *viticulas, seu virgulas habet iunci crassitie*: praetenuem virgulam *lineam* vocavit. Dal. — *In modum.* Alii, *in modum lini*; Dodonaeus, loc. cit. *in modum lauri*; utrique male. Linea hoc loco est, quam *formidinem* alii in venatione appellitant, vario plumarum nexu discolorem, qua terrentur apri, cervique. Hanc, foliorum congerie, plane repraesentat vincapervinca. H. — De ea linea Virgilius, Georg. III, 372. Conf. tom. I, pag. 477 edit. nost. Ed. P.

Topiaria herba. Topiarium opus,

herba: inopiam tamen florum aliquando supplet. Haec a Graecis chamaedaphne vocatur.

XL. Vita longissima violae albae est trimatu; ab eo tempore degenerat. Rosa et quinquennium perfert, nec recisa, nec adusta. Illo enim modo iuvenescit. Diximus et terram referre plurimum. Nam et in Aegypto sine odore haec omnia; tantumque myrtis odor praecipuus. Alicubi etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosaria a Favonio fossa oportet esse, iterumque solstitio. Et id agendum, ut intra id tempus perpurgata ac pura sint.

XLI. (XII.) Verum hortis coronamentisque maxime alvearia et apes conveniunt, res praecipui quaestus

quum arbuscularum virgulae ductiles facili flexu in varias formas hominum, turrium, aedium, cubiculorum, modo humi, modo per hortorum et viridiariorum spatia, finguntur; unde *topiarii* eius operis artifices Vlpiano. Alex. ab Alex. III, c. 25. Dal. — *Topiaria.* Topiarium intelligitur opus, quod ex arbore, frutice, vel herba, ad decorem componebatur in testudines aut cameras fornicatum: hinc topiariae dici merentur arbores, vel herbae, quae nimirum huic operi, quod flexiles sint, et suo lentore sequaces, accommodantur. H.

XL. *Vita.* Theophr. VI, 7. H. — *Violae albae est trimatu.* Delevit τὸ est Brot. ex MS. Reg. 2 et edit. principe. Ed. P.

Rosa. Theophr. l. c. Ῥοδωνίας δὲ πέντε τὰ πρὸς τὴν ἀκτὴν, μὴ ἐπικαιομένης δηλονότι, μηδ' ἐπιτεμνομένης. Hard.

Diximus. Cap. 10. Hard.

Nam et in Aegypto sine odore haec omnia. Theophr. l. c. H.

Tantum. Theoph. loc. cit. Cur porro myrtus in Aegypto odoratissima sit, reliquae inodoratae gignantur, causam idem investigat, de Caus. VI, 27. H.

Purgata (sic lib. ante Hard. edit. et Brot. ex Regg. Ed. P.). Lege ex Voss. optimo: *perpurgata ac pura sint.* Lib. XXXIV, c. 13: *siccare et excrescentia consumere, perpurgare.* Vtuntur et Plautus, et Varro de Re Rust. II, 11. Gron.

XLI. *Alvearia*, etc. Hoc in vocabulo et ei vicino *alvei*, perpetuus error non vulgatos modo, sed et secundi generis membranaceos obsidet. Nam qui nobis hoc negotium fecit, in eo legitur *albaria*, quod est *alvaria.* Sic infra c. 12 fin. *Imponunt navibus alveos.* Cod. noster, *alvos.* Mox: *donec pondere ipso pressis navibus pleni alvei intelligantur.* Scriptus, *plenae alvi.* Sic et c. 14: *Alvearia orientem aequinoctialem spectare convenit.* Voss. *alvaria.* Deinde: *Alvearia optima e cortice, secunda ferula, tertia vimine: multi ea et speculari lapide fecere.* Pintiani codex, *alvus optimae.* Voss. *alvos optime cortice;*

compendiique, quum favit. Harum ergo causa oportet serere thymum, apiastrum, rosam, violas, lilium, cytisum, fabam, erviliam, cunilam, papaver, cony-

tum nescit vo ea ut et Pintiani. Scribe: *Alvos optimas e cortice, secundas ferula, tertias vimine; multi et speculari lapide fecere.* Item: *Circumlini alveos fimo bubulo utilissimum.* Optimis, *alvos.* Statim, *si magnus sit alveus.* Quem sequimur et Chifflet. *si magna sit alvus.* Ibidem: *Alvearia hiemo stramento operiri.* Idem et Pintiani, *alvos.* Rursus, *Et araneorum quidem exitium facillus est; papilionum maior pestis. Tollitur.... accensis lucernis ante alveos.* Scripti omnes, *ante alvos.* Ibidem: *Alveorum, quum mel eximitur, illini oportet exitus melissophyllo aut genista tritis, aut medios alba vite praecingere, ut apes diffugiant.* Optim. *arborum*, significat *alvorum*, nam idem mox: *aut medium alba vite praecingi.* Nempe alvos. Sic et cap. 20 huius libri: *Melissophyllo sive melitaeta si perungantur alvearia, non fugient apes.* Optim. *si perungantur alvi.* Lib. XXII, 24: *Prima propolis alveorum aculeos*, etc. Idem *alvorum.* Lib. XXX, 24: *Sparsae apes in alvearia reverti.* Rursus idem: *in alvo*; lege, *in alvos*, ut et Pintianus. Lib. XXVIII, 7: *apes tactis alvearibus fugere.* In ipse; *alvariis*, quod praetermisit Salmasius ad Solinum, pag. 26, ubi locum istum tractat. Columella quoque IX, 14: *Alvi aperiendae sunt et fumigandae.* Apud Phaedrum quoque fab. 62: *Alvos acopite et ceris opus infundite*, in scriptis codd. esse testatur Salmasius ad Histor. Aug. pag. 477. Gron.

Harum ergo causa, etc. Traduntur haec etiam a Varrone, de Re Rust. III, 9. Hard.

Apiastrum. Hoc est agreste apium, ἀγριοσέλινον, non melissophyllon, de quo mox. Colum. IX, 8: « Sunt qui per initia veris apiastrum, atque (ut ille vates ait), *Trita melisphylla, et cerinthae ignobile gramen*, aliasque colligant similes herbas, quibus id genus animalium delectatur, et ita alvos perficent, ut odor et succus vasis inhaereat. » H. — *Thymum*, etc. Nempe *Satureiam capitatam*, aut *Thymum Serpyllum*, de quibus iam egimus: et *Apium graveolens* (*Pentand. Digyn.* gen. 723 Pers. *Umbellif.* Juss.), de quo etiam Virgilius, Ecl. VI, 69; Georg. IV, 124. Ed. P.

Rosam, violas, lilium, cytisum. De rosa, violis et lilio iam supra egimus. Cytisus vero est *Medicago arborea* (*Diad. decand.* gen. 1766 Pers. *Legumin*, Juss.), de qua abunde dictum tom. V, pag. 261. Ed. P.

Fabam, erviliam, cunilam. Sunt *Vicia faba* et *Ervilia* (*Diadelph. decand.* gen. 1747 Pers. *Legumin.* Juss.); cunile vero, de qua Noster XIX, 50, est *Satureia hortensis*, s. *capitata* (*Did. gymnosp.* gen. 1373 Pers. *Labiat.* Juss.). Ed. P.

Papaver, conyzam, casiam, melilotum. Est *Papaver somniferum*; an et *Rhoeas*? (*Polyand. monog.* gen. 1255 Pers. *Papaverac.* Juss.). De conyza et de casia, seu *Daphne Cneorum*; et meliloto quod *Trifolium italicum* seu *creticum*, iam in suis locis egimus. Ed. P.

zam, casiam, melilotum, melissophyllum, cerinthen. Est autem cerinthe folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente. Horum floris avidissimae sunt, atque etiam sinapis, quod miremur, quum olivae florem ab his non attingi constet; ideoque hanc arborem procul esse melius sit: quum aliquas quam proxime seri conveniat, quae et evolantium examina invitent, nec longius abire patiantur.

XLII. Cornum quoque arborem caveri oportet: flore eius degustato, alvo cita moriuntur. Remedium, sorba contusa e melle praebere his, vel urinam hominum, vel boum, aut grana punici mali, ammineo vino conspersa. At genistas circumseri alveariis gratissimum.

XLIII. Mirum est dignumque memoratu, de alimentis quod comperi. Hostilia vicus alluitur Pado.

Melissophyllum. Quod etapiastrum Hyginus vocavit cap. 29. H. — *Melissa officinalis* (*Did. gymnosperm.* gen. 1408 Pers. *Labiat.* Juss.). Cf. Virg. Georg. IV, 63. Ed. P.

Est autem cerinthe. Est ea quae cerinthe quorumdam maior versicolore flore appellatur a Clusio, delineaturque Hist. Rar. Plant. V, p. 167, visa a nobis in horto Regio. H. — *Cerinthe maior* (*Pentand. monog.* gen. 357 Pers. *Borragin.* Juss.), de qua et Virgilius, Georg. IV, 63. Ed. P.

Sinapis. Videlicet. *Sin nigrae* (*Tetrad. siliq.* gen. 1756. Pers. *Cruciferi.* Juss.). Ed. P.

Quum olivae florem. Vide quae diximus XI, 8. H.

Quum aliquas. Vt palmam et oleastrum. Virgil. Georg. IV, 20: *Palmaque vestibulum, aut ingens oleaster obumbret: Vt quum prima novi ducent examina reges, Vere suo; ludetque favis emissa iuventus, Vicina invitae decedere ripa calori, Obliquo hospitiis teneat frondentibus arbos.* Hard.

XLII. *Cornum q. arborem*, etc. Amygdali quoque florem caveri oportere scribit Varro. Dal. — *Cornum.* Est *Cornus mascula* (*Tetr. monogyn.* gen. 296 Pers. *Caprifol.* Juss.) Ed. P.

Alvo cita moriuntur. Et floribus tithymalli, ulmique samera degustatis, alvi profluvio apes interire Columella prodidit IX, 43. H.

Vrinam hominum, etc. Sic etiam Hyginus apud Colum. l. c. H.

Aut grana. Colum. loc. cit. et Pall. lib. IV, in Martio, tit. 15, p. 106. Hard.

XLIII. *Hostilia.* Hostilia vicus Veronensium inquit Tacitus Hist. III, 63. Nunc est Ferrariensis agri, et nomen servat: *Ostiglia.* H.

Huius inquilini pabulo circa deficiente imponunt navibus alvos, noctibusque quina millia passuum contrario amne naves subvehunt. Egressae luce apes pastaeque, ad naves quotidie remeant, mutantes locum, donec pondere ipso pressis navibus plenae alvi intelligantur, revectisque eximantur mella. (XIII.) Et in Hispania mulis provehunt, simili de causa.

XLIV. Tantumque pabulum refert, ut mella quoque venenata fiant. Heracleae in Ponto, quibusdam annis perniciosissima exsistunt, ab iisdem apibus facta. Nec dixere auctores, e quibus floribus ea fierent. Nos tradenus, quae comperimus. Herba est ab exitio et iumentorum quidem, sed praecipue caprarum, appellata aegolethron. Huius flores concipiunt noxium virus, aquoso vere marcescentes: ita fit, ut non omnibus annis sentiatur hoc malum. Venenati signa sunt, quod omnino non densatur, quod color magis rutilus est; odor alienus, sternumenta protinus mo-

Alves. Gronov. *alveos*; et mox *pleni alvei*, non *plenae alvi*; et sic ubique. Ed. P.

XLIV. *Vt mella quoque venenata fiant.* In Heptacometarum arboribus venenati genus mellis nascitur, quod haustum stupefacit, et mentem consternit. Eo tres Pompeii cohortes in potum dato ab ea gente interemptas fuisse memoriae traditum est. Rhod. XVIII, 30. Populos eos in Ponto Stephanus collocat, et Scythicum montem incolere scribit. Apud Trapezuntem in Ponto mel e buxo defluit gravis odoris quo ἔκφρονες et amentes fiunt. Idem, XXIII, 35. Dal.

Heracleae. Sic Dioscorid. II, 103, et Plin. II, 138. H.

Aegolethron. Quod sit αἰγῶν ὄλεθρος, caprarum pernicies. H. — *Aegolethron.* Iuxta Tournefortium est Chamaerhododendros pontica, maxima, mespili folio, flore luteo. Corollar. pag. 42. De hac planta, noxioque melle, si apes ea pascantur, curiose scripsit idem Cl. Tournefort, *Memoires de l' Acad. royale des Scienc.* ann. 1704, p. 345 sqq. Aliter tamen de aegolethro scripsit Cl. Gleditsch, quem vide, *Mémoir. de l' Acad. royale de Berlin.* Bot. — *Aegolethron.* Est *Azalea pontica* (*Pentand. monog.* genera 484 Pers. *Rododend.* Juss. Eb. P.

Sternumenta. Dioscorid. l. c. H. — Gron. et al. ut semper alias, *sternutamenta.* Ed. P.

vens, quod ponderosius innoxio. Qui edere, abiiciunt se humi, refrigerationem quaerentes: nam et sudore diffluunt. Remedia sunt multa, quae suis locis dicemus. Sed quoniam statim repraesentari aliqua in tantis insidiis oportet, mulsum vetus e melle optimo et ruta; salsamenta etiam, si reiiciantur sumpta crebro: certumque est id malum per excrementa ad canes etiam pervenire, similiterque torqueri eos. Mulsum tamen ex eo inveteratum, innocuum esse constat: et feminarum cutem nullo melius emendari cum costo, sugillata cum aloë.

XLV. Aliud genus in eodem Ponti situ, gente San-

Sudore. Dioscorid. loc. cit. II.

Suis locis dicemus. Scilicet lib. XXIX, 31, etc. Hard.

Mulsum. De mulso et salsamentis, concinit Plinio Dioscor. l. c. sed ita ut salsamenta vomitione reiiciantur, quae Plinii quoque mens est. Hard.

Excrementa. Sic libri vulgati, cum Reg. 1 cod. At Reg. 2, et Chifll. *per excreamenta.* An exsercationes intelligunt, quas lambere canes solent? De excremento seu stercore, Dioscor. Εὐπ. II, 138, accipit: Τὴν ἀποδον δὲ τῶν φαγόντων τὸ μέλι, σῦς, ἢ κύνες φαγόντες, τὰ αὐτὸ πάσχουσι. Hard.

Cum aloe. Sic etiam MSS. Dioscor. l. c. *cum sale*, μετὰ δὲ ἁλὸς, πάλιν μετα. Hard. — *Aloe.* Vet. in margine Variorr. *sale.* An Noster hic agit de ἁλόη, cuius meminit Dioscorid. III, 25: nempe *Aloes perfoliatae* Linn. (*Hexand. monog.* gen. 836 Pers. *Liliac.* Juss.). Ed. P.

XLV. *Aliud.* De eo melle insano, vide Dioscor. Sic. XIV, pag. 260; Aelian. Hist. Anim. V, 12, et Auctor libri de mirab. Ausc. e buxo legi mel istud aiunt. Hard.

In eodem Ponto gente Sannorum. Sic Gelenius, quum legeretur, *in eodem Ponti situ biget ex annona mellis.* Pintiani codex, *in eodem Ponti situ gente Sannorum.* Lege, *in eodem Ponti situ, gente Suanorum.* Poteras suspicari, *in eodem Ponti sinu*, et Iustini lib. II, *fruitraque et Ponti sinum, et Asiam edomitam esse dicit.* Sed Plinius ista voce sic uti gaudet. Lib. IV, cap. 16: *Ex adverso huius situs Britannia insula.* Lib. XI, 1: *Italiae quoque partibus iuxta et hiemet, et aestate fulgurat, quod non in alio situ.* Lib. XII, 19: *in quo situ Liber Pater educatus esset.* Lib. XXVII, 2: *necantque gustatu earum pantheras, nisi hoc fieret, repleturas illos situs.* Lib. XXXI, 4: *cessasse fontes amnesque, qui in eo situ multi, erant.* Et sic multis aliis locis. *Suanos* habes. et lib. VII, 11: *A portu Caucasiis per montes Gordyaeos Valli, Suani, indomitae gentes, auri tamen metalla fodiunt.* Etsi edatur *Suarni.* Strabo lib. XI: Οἱ Σόανες συναστοῦσι τῷ κόλπῳ τὰ ἄκρα τοῦ Καυκάσου κατέχοντες, τὰ ὑπὲρ τὸ

norum, mellis, quod ab insania, quam gignit, maenomenon vocant. Id existimatur contrahi flore rhododendri, quo scatent silvae. Gensque ea, quum ceram in tributa Romanis praestet, mel, quoniam exitiale est, non vendit. Et in Perside, et in Mauretaniae Caesariensis Gaetulia, contermina Massaesylis, venenati favi gignuntur; quidamque a parte, quo nihil esse fallacius potest, nisi quod livore deprehenduntur. Quid sibi voluisse naturam iis arbitremur insidiis, ut ab iisdem apibus, nec omnibus annis fierent, aut non totis favis? Parum erat genuisse rem, in qua venenum facillime daretur: etiamne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? Quid sibi voluit, nisi ut cautiorem minusque avidum faceret hominem? Non enim et ipsis iam apibus cuspides dederat, et quidem venenatas? remedio adversus has utique non diffe-

Διοσκουριάδος βασιλία δ' ἔχουσι καὶ συνέδριον ἀνδρῶν τριακοσίων· συνάγουσι δ' ὡς φασι, στρατιὰν καὶ εἴκοσι μυριάδων. Παρὰ τούτοις λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάρρους· ὑποδέχεσθαι δ' αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτναις κατατετρυμμέναις, καὶ μαλλωταῖς δοραῖς, ἀφ' οὗ δὴ μεμυθοῦσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρος. *Suanos* et apud Ptolemaeum visere potes, et in tabula Peutingeri. Item in excerptis legationum e Prisco rhetore, et Menandro protectore (ubi longa disputatio de *Suanis* et *Suania* inter Iustini imp. legatum et Persas) a D. Hoeschelio vulgatis. Gronov.

Maenomenon. Μαίνομαι, groece, *insanio*. H.

Gensque ea, quum ceram in tributa Romanis praestet. Praecipuus, *praestent*. Pro eo, quod sequitur, *non vendit*, legendum, quanquam scriptis non secundis, *non pendit*, nempe in vectigali sive tributo. Lib. XII, 25: *Servit nunc haec, et tributa pendit*. Gron. — *Non vendit*. Forte rectius legas, *non pendit*. H.

Parum enim erat (sic olim). Particula *enim* optimus non utitur. Livius lib. XXI, in orat. Hannibalis ad exercitum apud Ticinum: *Parum est, quod veterrimas provincias meas Siciliam et Sardiniam adimis?* Plinius lib. IX, 35: *Parum scilicet erat, in gulas condi maria, nisi manibus, auribus*, etc. *gestarentur*. Ibidem: *Parum est, nisi qui vescimur periculis, etiam vestiamur*. Gron.

Non enim ipsi melli, sed apibus iam (sic lib. ante Hard. editi). Iterum brevius: *non enim et ipsis iam apibus cuspides dederat*. Hoc est, quasi non apes ipsae haberent, quo haedere possent, et hominem cautum esse minusque mellis appetentem cogerent. Et vulgatae profecto sensus

rendo. Ergo malvae succo, aut foliorum ederae perungi salutare est, vel percussos eas bibere. Mirum tamen est, venena portantes ore, fingentesque ipsas non mori: nisi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus, sicut contra serpentes Psyllis Marsisque inter homines.

XLVI. (XIV.) Aliud in Creta miraculum mellis. Mons est Carina IX M. passuum ambitu: intra quod spatium muscae non reperiuntur, natumque ibi mel nusquam attingunt. Hoc experimento singulare medicamentis eligitur.

XLVII. Alvearia orientem aequinoctialem spectare convenit. Aquilonem evitent; nec Favonium minus. Alvos optimas e cortice, secundas ferula, tertias vimine. Multi eas et e speculari lapide fecere, ut operantes intus spectarent. Circumlini alvos fimo bubulo

nullus, neque hic melli locus est. Gron. — Hactenus Gronov. et totidem fere verbis Hard. Ed. P.

Ergo malvae. Diosc. Εὐπ. II, 121, p. 146. H.

Mirum. Mirari subit, cur apes ipsae non moriantur, quae venena portant ore, et venena fingunt. H.

Psyllis. De quibus dictum est VII, 2. Hard.

XLVI. *Mons est Carina.* Sic MSS. Regg. Colb. 2, etc. Quidam: *Carma.* Colb. 1, *Narina.* Forte *Carnia*: cuius nominis montem in Arcadia esse auctor est Callimachus hymn. in Dian. v. 109. Montem Cretae, melle nobilem, ut Atticae Hymettum auctor Geop. XV, 7, Ἀκραμαμμωρίον vocat H. — Brot. ex MSS. Regg. 1, 2, Colb. 2, *Carma.* Ed. P.

XLVII. *Alvearia.* Deflecti in orientem brumalem praecipit Colum. IX, 7; Pall. quoque I, 38. H.

Alvos optimas e cortice, etc. Columel. IX, 6: *Igitur ordinatis sedibus, alvearia fabricanda sunt pro conditione regionis: sive illa ferax est suberis, haud dubitanter utilissimas alvos faciemus ex corticibus, quia nec hieme rigent, nec caudent aestate: sive ferulis exuberat, iis quoque, quum sint naturae corticis similes, e quibus commode vasa texuntur. Si neutrum aderit, opere textorio salicibus connectuntur*, etc. Sic etiam Palladius loc. cit. Denique Varro de Re Rust. III, 16. H. — *Alvos optimas... secundas... tertias.* Lib. ante Hard. editi, *alvearia optima... secunda... tertia*; praeiverat emendationi Gronov. Conf. cap. 41, not. 1. Ed. P.

Secundas ferula. Addit Colum. e ligno cavatae arboris, et in tabulas dissectae, e fimo, e latere. Dal.

Multi. Et e vitro, et e cornu laternae condita alvearia vidimus, XI, 16. Hard.

Circumlini alvos, etc. Varro l. c.

utilissimum, operculum a tergo esse ambulatorium, ut proferatur intus, si magna sit alvus, aut sterilis operatio, ne desperatione curam abiiciant; id paulatim reduci, fallente operis incremento. Alvos hieme stramento operiri, crebro suffiri, maxime fimo bubulo. Cognatum hoc iis, innascentes bestiolas necat, araneos, papiliones, teredines; apesque ipsas excitat. Et araneorum quidem exitium facilius est: papilio pestis maior. Tollitur vere, quum maturescit malva, noctu, interlunio, caelo sereno, accensis lucernis ante alvos. In eam flammam sese ingerunt.

XLVIII. Si cibus deesse censeatur apibus, uvas passas siccasve, ficosque tusas, ad fores earum po-

Vitiles fimo bubulo oblinunt intus et extra, ne asperitate absterreantur. H.

Ambulatorium. Mobile, ut proferatur intus, quum opus, et sic coangustetur alveare, si maius aequo sit, ne in vasto loco et inani despondeant animum. Varro loco citato. H.

Si magnus sit alveus. Maior quam pro numero apum. Dat.

Id. Subintellige, utilissimum. Quod autem sequitur, *fallente operis incremento*, simili forma loquendi Seneca usus, Nat. Quaest. III, 27: *Natura parce utitur viribus, dispensatque se incrementis fallentibus.* H.

Alvos. Sic MSS. omnes ubique: sic Varro, et alii, alvos femineo genere pro alveari dixere. H.

Fimo bubulo. Columell. IX, 14, p. 336. H.

Cognatum hoc iis. Ex iuvenco caeso, sepulto, putrescente apes nascuntur. Archestratus in epigrammat. de apibus... βοὸς φθινομένης πεποιημένα τέκνα· et rursum, ἵππων μὲν σφῆκες γενιά, μόσχων δὲ μέλισσαι. Dat. — *Cognatum.* Colum. loc. cit. et Pallad. IV, in Martio, tit. 15, p. 107. H.

Tollitur. Columell. IX, 14: *Quo tempore florent... si vas aeneum simile milliario vespere ponatur inter alvos, et in fundum eius lumen aliquod demittatur, undique papiliones concurrant: denique circa flammulam volitent, adurantur.* Ita Pall. V, in Aprili, tit. 8. Sic porro MSS. omnes: non ut editi, *tollitur vero.* H.

XLVIII. *Si cib.* Varr. de Re R. III, 16: *Praeparandus his cibus ne cum melle cogantur solo vivere.... Igitur ficorum pinguium... in offas prope apponunt... Alii aquam mulsam in vasculis prope ut sit, curant; in quae addunt lanam purpuream, per quam sugant: uno tempore ne potu nimium impleantur, aut ne incidant in aquam... Alii uvam passam, aut ficum quam pinserunt, affundunt sapam*, etc. Vide etiam Colum. loc. cit. p. 339. H. — *Censeatur.* MSS. Regg. 1 et 2, et edit. princeps, *sentiatur.* Ed. P.

suisse conveniat. Item lanas tractas madentes passo, aut defruto, aut aqua mulsa; gallinarum etiam crudas carnes. Quibusdam etiam aestatibus iidem cibi praestandi, quum siccitas continua florum alimentum abstulit. Alvorum, quum mel eximitur, illini oportet exitus, melissophyllo aut genista tritis, aut medias alba vite praecingere, ne apes diffugiant. Vasa mellaria aut favos lavari aqua praecipiunt: hac decocta, fieri saluberrimum acetum.

XLIX. Cera fit expressis favis, sed ante purificatis aqua, et triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili, aqua favos tegente, tunc sporta colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, excipiturque alia frigida, vasis melle circumlitis. Optima quae Punica vocatur. Proxima quam maxime fulva, odorisque mellei, pura, natione autem Pontica, quam constare equidem miror inter venenata mella: deinde Cretica, plurimum enim ex propoli

Conveniat. Gronov. et al. ante Hard. *conveniet*, et sic Brol. Ed. P.

Tractas madentes passo. Carminatas, pexas, ut quasi per siphonem, succum apes evocent, Columell. Dal.

Crudas carnes. Ita libri vulgati, cum Colb. 1. Rectius forte cum Reg. 1, 2, Colb. 2, Th. et Ghiffl. *nudas carnes*, hoc est, a pelle exutas, ac pingui, ut exhiberi aegris solet. Hard.

Medias. Gronov. et al. *medios*, masculino nempe genere. Ed. P.

Vasa mellaria, etc. Μελιτηρὰ Galenus vocat lib. de Documento pro epileptico, eaque idem exponit ἐξ ὧν ἐκενώθη μέλι. Acetum ex melle fieri probabile Rondeletio non est, sed potius ex propoli, quae acidum olet. Dalec.

XLIX. *Cera fit expressis favis, sed ante purificatis aqua*, etc. Eleganter Colum. IX, 16: *Expressae favorum reliquiae, posteaquam diligenter aqua dulci perlutae sunt, in vas aeneum coniiciuntur: adiecta deinde aqua, liquantur ignibus: quod ubi factum est, cera per stramenta vel iuncos defusa colatur: atque iterum similiter de integro coquitur, et in quas quisque voluit formas, aqua prius deiecta, defunditur.* Hard.

Punica vocatur. Omnium videlicet candidissima. Dalec.

Proxima quam maxime fulva, odorisque mellei. Sic Dioscorides, lib. II, c. 105. Hard.

Inter venenata mella. Quae in eodem Ponti situ nascuntur, ut dictum est cap. 44, 45. Hard.

Deinde Cretica, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

habet, de qua diximus in natura apum. Post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quamdam vim medicaminis putatur. Punica fit hoc modo: ventilatur sub divo saepius cera fulva: deinde fervet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro: inde lingulis hauriunt florem, id est, candidissima quaeque, transfunduntque in vas, quod exiguum frigidae habeat. Et rursus marina decoquunt separatim; dein vas ipsum refrigerant. Et quum haec ter fecere, iuncea crate sub dio siccant sole, lunaque; haec enim candorem facit. Sol siccat: et ne liquefaciat, protegunt tenui linteo. Candidissima vero fit post insolationem etiamnum recocta. Punica medicinis utilissima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admixta rubet. Variosque in colores pigmentis traditur, ad edendas similitudines, et innumeros mortalium usus, parietumque etiam et armorum tute-

De qua diximus in natura apum. Lib. XI, cap. 6. Hard.

Punica fit hoc modo. Candidam ceram αἰνιγματικῶς Varro in Prometheo apud Nonium his verbis significat: *Chrysomandalos locat sibi, et amiculam de lacte* (quidam *lacteam a cera* legunt) *ac cera Tarentina, quam apes Milesiae coegerint, ex omnibus floribus libantes, sine osse et nervis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam.* Dalec. — *Punica.* Hunc fere modum candidissimae ceraе concinnandae tradit Diosc. loc. cit. Hard.

Sub divo. Sic ex MSS. Hard. *sub dio* Gronov. et al. Ed. P.

Inde lingulis hauriunt florem. Ita MSS. sive, ut editi, *ligulis*, hoc est, cochleariibus. Hard.

Sol siccat: et ne liquefaciat. Sic ex MSS. Hard. praeeunte Pintiano. Gronov. et al. *siccantes, ne liquefaciant;* sed Vet. apud Dalec. non poenitenda lectione *liquefiat.* Ed. P.

Medicinis. Gronov. et al. *medicis;* et paulo post, *reddendas similitudines*, non *edendas.* Ed. P.

Pigmentis traditur. Fucorum tincturis, ad ἐγκαυστικὴν et κηρογραφίαν. Dal.

Ad edendas similitudines. Eo artificio nostra memoria quidam imitantur in pensilibus hortis arborum et herbarum omne genus, folia, flores, fructus. Dal.

Parietumque. Ad tutelam picturae, quae parietes, clypeosque, et arma reliqua ornebant, quasi cuiusdam tectorii vice, cerae tenuissimae crustam coriumve inducere, mos Veto-

lam. Caetera de melle apibusque in natura earum dicta sunt. Et hortorum quidem omnis fere ratio peracta est.

L. (XV.) Sequuntur herbae sponte tascentes, quibus pleraeque gentium utuntur in cibis, maximeque Aegyptus, frugum quidem fertilissima, sed ut prope sola iis carere possit: tanta est ciborum ex herbis abundantia. In Italia paucissimas novimus, fraga, tamnum, ruscum, batin marinam, batin hortensiam, quam aliqui asparagum gallicum vocant. Praeter has pastinacam pratensem, lupum salictarium, eaque veritus oblectamenta, quam cibos.

rum fuit, nunc antiquatus. Cerasorum nulla fit mentio. Hard.

L. *Tamnum.* Alii legunt *tamnum*, alii *tamum*. Cyclaminum secundam, quam pro vite nigra Matthiolus pingit, Itali etiam hodie *Tamaro* vocant, eiusque teneros cauliculos et viticulas vere primum erumpentes asparagorum more decoctos mandunt, ac in fasciculis digestas venales circumferunt. Eius fructus uva Taminia vocabatur, ... *iam tami sponte viresunt*, apud Columellam legit Pomponius. Dalec. — *Tamnum.* Ita MSS. omnes, Regg. Colbert. Thuan. Chifl. tum hoc loco, tum in Indice: non *tamum*, ut editi. Vitis silvestris Dodonaei est, pag. 396. Vitis nigra Matthioli, p. 1285. Hard. — *Tamus communis* (*Dioec. hexand.* gen. 2234 Pers. *Asparag.* Juss.). Habitat in Europae australis Orientisque sepibus et silvis. Ed. P.

Ruscum. Seu myrtum silvestrem, cuius cauliculi quoque incipientes, asparagorum modo in cibo sumuntur, ut dicemus lib. XXIII, cap. 83. H. — *Ruscus aculeatus* (*Dioec. monadelph.* gen. 2301 Pers. *Asparag.* Juss.) Ed. P.

Batin. De ea dicemus XXVI, 50. Hard. — *Hortensiam* Gron. et al. *hortensianam*. Ed. P. — *Batin marinam.* Est erithmum, sive feniculum marinum, malus, apii odore, C. Bauh. hortensia a marina non differt. Bauh. — Nobis *Crithmum maritimum* (*Pent. digyn.* gen. 690. Pers. *Umbellifer.* Juss.). Alii batin hortensiam ad *Portulacam sativam* (*Dodecand. monogyn.* gen. 1177 Pers. *Portulac.* Juss.) referunt; marinam vero, sive crithmon agrion ad *Crithmum maritimum*, vel ad *Atriplicem Halimum* (*Pentand. monogyn.* gen. 656, Pers. *Atriplic.* Juss.); Noster vero non batin eam appellat, sed alimon, lib. XXII, cap. 38. Ed. P.

Pastinacam. An *Pastinaca sativa* (*Pentand. digyn.* gen. 748 Pers. *Umbellif.*)? de qua Colum. eodem nomine, item staphylini. Quidam ad *Daucum Carotam* (gen. 681 Pers.) referre malunt. Ed. P.

Lupum. Asparagi, seu primi turiones, qui vere erumpunt, mitiores

LI. In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule, quum coctus est, araneoso in mandendo: thyrso autem,

sunt, et in edulia recipiuntur. H. — *Humilus Lupulus* (*Dioec. pentand.* gen. 2230 Pers. *Asparag.* Juss.). Vulgo, *houblon*. Ed. P.

LI. *Colocasia*. Colocasia, vel, ut Athenaeus, Nicander, Virgilius, colocasion, Dioscoridi non integra planta est, sed eius tantum radix. Dal. — *Colocasia*. Quam in Aegypto colocasiam videre Bellonius et Prosper Alpinus, et ab incolis *culcas* appellari tradunt, radice praedulci, eduliqne, non a Pliniana modo descriptione discrepat, sed alterius plane formae est, quam qualem esse dixere Herodotus, Theophrastus, Dioscorides, aliique. Vide Bellon. Observ. lib. II, cap. 19; Alpinum de Plantis Aegypti, cap. xxxiii, pag. 102; Clusium, Hist. Rar. Plant. lib. IV, cap. 50; ex quibus multa Salmasius in suum praegrande volumen Pliniianarum Exercitt. transtulit, p. 957 et sqq. Sed neque arum aegyptium est colocasium istud, seu *culcas* hodiernum, quanquam ita Salmasio visum est, pag. 975, ut conferenti ea quae de aro dicta sunt lib. XIX, cap. 30, cum icone colocasiae a praedictis auctoribus delineata, constabit. H. — *Arum Colocasia* (*Monoec. polyand.* gen. 2114 Pers. *Aroideae* Juss.), diversum a faba aegyptiaca, κυάμῳ αἰγυπτιακῷ, quae est *Nymphaea Nelumbo* Linn. seu *Nelumbum speciosum* Willd. et a *Nymph. Loto*, quod et κολοκάσιον Diosc. appellat. Colocasia laudat Virgil. Eclog. IV, vers 20. Conf. ad hunc locum D. Fée, *Flore de Virgile*, tom. VIII, pag. xxxix ed. nost. Ed. P.

Cyamon. De hac Nicander in Georgicis: Καὶ κύαμον σπείρῃς Αἰγύπτιον ὄφρα θερίσσῃς, Ἄνθεσι μὲν στεφάνους ἀγόνῳ τὰ δὲ ποιήσεα Ἀκμαίων καρπῷ κιδώρια δαινυμένοισιν. Ἐς χέρας ἠϊθέοισι πάλαι ποθέουσιν ὀρέξῃς, Ῥίζας δ' ἐν θοίνῃσιν ἀφεψήσας προτίθημι. Hadr. Iun. lib. I, c. 10. Dalec. — *Cyamon*. Κύαμον, fabam. Sed unde isti hanc colocasiae appellationem affinxeriot, unde haec nata appellatio, incompertum. Hodierna Aegypti colocasia, et fructu, et flore, et caule, atque adeo similitudine omni fabae caret. Cave enim fabam Aegyptiam intelligi hic putes, quae a colocasia diversissima est, uti ex illius descriptione liquet, quam Plinius affert lib. XVIII, cap. 30. H.

Araneoso. Hoc est, caule filis minutis, cuiusmodi aranea sunt, fibrisque nervoso. Diphilus Siphnius apud Athenaeum, III, p. 73, fabae quoque Aegyptiae radicem (quam et κολοκάσιον quidam imperite dixerunt) ἁφὴν ait esse, hoc est, lanosam. Idem de colocasiae caule Martialis, Epigram. XIII, xvii, cuius lemma, *Colocasia*: Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces; Improba quum morsu fila manuque trahes. Et lib. VIII, xxxiii: *Lenta minus gracili crescunt colocasia filo*. H. — Non iam haec ad colocasiam, sive *Ar. Colocasiam*, spectant, sed ad *Nymphaeam Loton* (*Polyand. monog.* gen. 1258 Pers. *Hydrocharid.* Juss.), cuius caules edebantur; quae mox Noster adiicit de varia vasorum specie ex implexis colocasiae foliis, de *Nymph. Nelumbo*, quae faba item

qui inter folia emicat, spectabili: foliis latissimis, si arboreis comparentur, ad similitudinem eorum quae personata in nostris amnibus vocamus: adeoque Nili sui dotibus gaudent, ut implexis colocasiae foliis in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant. Seritur iam haec in Italia.

LII. In Aegypto proxima auctoritas cichorio est, quam diximus intubum erraticum. Nascitur post Ver-

aegyptiaca, vere dicere debuit. Redit tandem ad *Arum Colocasiam*, quum id in Italia iam seri sit. Ed. P.

Foliis latissimis. Petasi magnitudine, Dioscorid. pilei thessalici, Theophr. Dalec.

Quae personata. MSS. omnes, Regg. 1, 2, Colb. 1, 2, Thuan. etc. *quae personata in nostris manibus.* Forte *moenibus*, rectius. Nam personata, de qua lib. XXV, 58, in amnibus non nascitur. Salmas. pag. 970, legit, *quae per se nata in nostris amnibus notamus*, sed nec scriptis secundis, in quibus *vocamus* legitur: nec oratione satis perspicua: quid enim illud est, *per se nata?* Quin statim nymphaeam dicebat, quam probe norat; quam prolixe describit lib. XXV, cap. 37, si nymphaeam, ut Salmasius putat, intellexit? H. — *Personata.* Lib. XXV, cap. 58: *Quidam echion personatam vocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem.* Est *Arctium Lappa* (*Syngen. aequal.* gen. 1798 Pers. *Cynarocaph.* Juss.), de quo Dioscorides, lib. IV, c. 107. Ed. P.

In variam speciem vasorum. Inde scilicet factum est, ut κύαμος, auctore Hesychio, poculi genus sit, ad eorum similitudinem constructum, quae ex colocasiae foliis Aegyptii parabant. Ob eamdem causam id quoque poculum et κυδώτιον, et κυδώριον dicebatur. Sic enim fabam aegyptiam nominant. Eadem industria rusticos in Allobrogum montibus vidi ex gentianae foliis implexis pocula fingere, quibus e gelidis fontium scaturiginibus aquam hauriebant. Κυδώρια sic dicta interpretatur Athen. lib. III, διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι, ὡς τὰ Αἰγύπτια κυδώρια. Dal.

Seritur iam haec in Italia. Ipsa colocasia aegyptiaca, etsi peregrina, alienique soli ac caeli, serebatur olim in Italia. Testis Maro in Ecl. IV, vs. 20: *Mixtaque rideni colocasia fundet acantho.* Dicit inter acanthos, notissimam tum in hortis herbam, colocasia quoque sponte sua nascitura passim, quae peregrina erat herba. Est et alia vulgaris colocasia, quam Palladius describit in Februar. tit. 24. Hard.

LII. *In Aegypto proxima auctoritas cichorio.* De quo diximus XIX, 40, et XX, 29. Hard. — *Cichorium Intybus* (*Syngen. aequal* gen. 1787 Pers. *Cichorac.* Juss.). Ed. P.

Nascitur post Vergilias. De plantis omnibus, quas κεχωρισμένας vocat, id Theophrastus, non de cichorio solo. Dal. — *Nascitur.* Theophr. Hist. lib. VII, cap. 10. Hard.

gilias. Floret particulatim. Radix ei lenta, quare etiam ad vincula utuntur illa. Anthalium longius a flumine nascitur, mespili magnitudine et rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. Mandunt igni paratum: mandunt et oetum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. Arachidna quidem et aracos, quum habeant radices ramosas ac multiplices,

Floret particulatim. Theophr. loc. cit. Hard.

Radix ei lenta. De cichorii caule id Theophr. non de radice: Ὁ δὲ καυλός, inquit, κιχωρίου μέγας, καὶ ἀποφύσεις ἔχων πολλάς· ἔστι δὲ γλισχρός, καὶ δυσδιαίρετος· διὸ καὶ δεσμῷ χρῶνται. *Caulis cichorii magnus, multis enascentibus surculis, lentis, fractu contumax, quamobrem pro vinculo utuntur.* Dal.

Anthalium. In locis arenosis, inquit Theophrast. Histor. lib. IV, cap. 10, haud procul a flumine: Ἐν δὲ τοῖς ἀμμώδεσι χωρίοις, ἃ ἐστιν οὐ πόρρω τοῦ ποταμοῦ, φύεται κατὰ γῆς ὃ καλεῖται Μαλιναθάλλη. Anthalium, ex ἀνά et θάλλω, *regermino*, quam vim habet et Theophrastea voa μαλιναθάλλη, ex μάλα, *valde*, et ἀναθάλλω, *regermino*. Iisdem notis delineatur a scriptore graeco: Στρογγύλον τῷ σχήματι, μέγεθος δὲ ὀλίγον μέσπιλον, ἀπύρηνον δὲ, ἄφλοιον; φύλλα ἀφίησιν ἀπ' αὐτοῦ ὅμοια κυπείρῳ. Haab. — *Cyperus esculentus* (*Triand. monog.* gen. 122 Pers. *Cyperac.* Juss.). Hab. Monspelii, in Italia, Oriente et Barbaria. Ed. P.

Mandunt igni paratum. Theophrast. ἑψοῦσιν ἐν βρύτῳ, *decoquunt in bryto*, quod potionis genus est ex hordeo, inquit Athenaeus, lib. X, pag. 446, aut ex radicibus, ut Hellanicus, ἐν κτίσεσι. Haab.

Et oetum. Theophrast. Histor. lib. I, cap. 10: Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὔιτόν. Hesych. Οὔιτον, τὸ ὑπ' ἐνίων οἶτον. Haab. — Οὔιγγον alii legunt in Theophrast. Hist. lib. I, cap. 1, 11; ait fructum sub terra ferre; exilem, βλαστόν; radicem longam et vescam; colligi Nilo redundante, et arsa eo coronari. *Arachis hypogaea* (*Diadelph. decand.* gen. 1696 Pers. *Legumin.* Juss.). Habitat in utraque India; var. β, glabra, in Africa; semina oleo limpido scatent. Ed. P.

Arachidna quidem, etc. Arachidna et arachoeidea minus fructuosa sunt supradictis. Carnosum utrumque, radicem unam crassam habet, in altum descendentem, alias vero, quibus fructus insidet, tenuiores, in summa telluris facie multifariam divisae. Arenosis gaudent. Neutrum aut folium, aut folio simile quidquam gignit; utrumque potius velut ἀμφικάρπον est, hoc est, infra supraque terram fructum edit, quod mirum est. Theophrast. lib. I, cap. 11. Dal. — *Arachidna.* Theophrast. loco proxime citato, de ἀραχίδνη et ἀράκῳ habet plane paria. Herbae hoc aevo ignotae. H. — Αρακος Theophrast. Hist. VIII, 8, est *Lathyrus tuberosus* (*Diadelph. decand.* gen. 1714 Pers. *Legumin.* Juss.); tubera radicis edulia. Αραχίδνα vero Histor. lib. I, cap. 1,

nec folium, nec herbam ullam, aut quidquam aliud supra terram habent. Reliqua vulgarium in cibis apud eos herbarum nomina, condrilla, hypochoeris, et caucalis, anthriscum, scandix, quae ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis: parthenium, strychnum, corchorus, et aequinoctio nascens apha-

est *Lathyrus amphicarpus*. Inulse plantam americanam, *Solanum tuberosum*, scilicet, huc retulit Clusius. Ed. P.

Reliqua. Haec apud Theophr. Hist. lib. VII, cap. 7, similiter leguntur. Hard.

Condrilla. Κονδρίλλη Dioscor. lib. II, cap. 161. Apud Theophr. loc. cit. ἀνδρύαλα pro κανδρύαλα. Nam MSS. Plinianii omnes tum hoc loco, tum in Indice, Regg. Colb. habent *candryala*. Herba est cichorio similis, ob idque καὶ κιχώριον, καὶ σερίδα quidem vocarunt, teste Dioscorid. et agrestis intybi genus esse dixerunt, inquit Oribasii interpres, lib. XI, fol. 201. Hard. — *Lactuca perennis* (*Syngenes. aequal.* gen. 1764 Pers. *Cichor.* Juss.). Ed. P.

Hypochoeris. Ὑποχοιρὶς Theophr. lib. VIII, cap. 11, *Hyoseris lucida* (*Syngenes. aequal* gen. 1770 Pers. *Cichorac.* Juss.). Ed. P.

Caucalis. Servat nomen: *Caucalis orientalis* (*Pentand. digyn.* gen. 680 Pers. *Umbellifer.* Juss.). De anthrisco et scandice vid. quae dicturi sumus lib. XXII, cap. 38. Ed. P.

Anthriscum. In exemplaribus Theophr. pro *anthrisco*, Turnebus legit ἀνθουσικόν, Dal. — *Anthriscum*. Vitiose legitur apud Theophrastum ἐχθουσικόν. Hesychius: Ἀνθρίσκον, λάχανον ἔχει ἄνθος ὡς ἄνηθον. Auctor Etymolog. Ἀνθρίσκα, ἄγρια λάχανα, τὰ παραπλήσια ἀνήθοις. Folio haec similitudo constat, non umbella aut semine. Hard.

Scandix, quae ab aliis tragopogon vocatur. Theophrast. Histor. VII, 8, σκάνδιξ. Et cap. 7: Κόμη, ἣν τραγοπώγωνα καλοῦσιν, ὃ τὴν μὲν ῥίζαν ἔχει μακρὰν καὶ γλυκεῖαν, τὰ δὲ φύλλα τῷ κρόκῳ ὅμοια, etc. Hard. — Τραγοπώγων Theophrast. loc. laud. est *Tragopogon crocifolius* (*Syngenes. aequal.* gen. 1758 Pers. *Cichorac.* Juss.). Ed. P.

Parthenium, strychnum, etc. Παρθένιον, στρύχνον, κόρχορος. Theophrast. Histor. lib VII, cap. 7. H. — De Parthenio iam egimus; de strychno vid. infr. cap. 105. Κόρχορος servat nomen: *Corchorus olitorius* (*Polyand. monog.* gen. 1273 Pers. *Tiliac.* Juss.). Anguillara, pag 92, eumdem credit cum ἀναγαλλίδι Dioscoridis; sed vehementer dubitat Sprengelius. Ed. P.

Et aequinoctio. Primis post aequinoctium imbribus germinationem fieri, ἀράχης, καὶ τοῦ κύνοπος, scribit Theophrast. Hist. lib. VII, cap 8, ubi κύνοπος Turnebus ait legendum. In MSS. Reg. 2, Colb. Thuan. Chiff. tum hoc loco, tum in Indice, *acypos*. Tamen iisdem inferius, cap. 101, *acinon vocant*. Et Reg. 1, qui codex est optimae notae, hoc loco, sic habet: *aphace, acino, epipetron vocant*, etc. In eo Theophrasti loco ἐχινόποδος legit Salmasius in Solin. pag. 1292. Sed diversam echinopoda ab acino

ce, acinos: epipetron vocant quae nunquam floret. At e contrario aphace subinde marcescente flore emittit alium, tota hieme, totoque vere, usque in aestatem.

LIII. Multas praeterea ignobiles habent: sed maxime celebrant cnicon Italiae ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam: hoc faciunt e semine ejus. Differentia prima, silvestris et sativae. Silvestrium duae species: una mitior est, simili caule, tamen ri-

puto. Aphace haec Theophrastea, ex olerum genere est, et intubaceorum, soli Aegypto cognita. De acino dicemus cap. 104, ubi de cognatarum simul herbarum, batis, colocasiae, anthalii, strychni, corchori medicinis agetur. HARD.

Aphace, etc. Ἀφάκη Theophr. lib. VII, cap. 8. *Leontodon Taraxacum* (*Syngenes. aequal.* gen. 1767 Pers. *Cichorac.* Juss.); ἄκινος Dioscor. lib. III, c. 50; est *Thymus Acinos* Linn. (*Didyn. gymnosp.* gen. 1406 Pers. sub *Acino. Labiat.* Juss.); conf. infr. cap. 104. ED. P.

Acinos. Turnebus, Advers. lib. XVI, cap. 9, legendum putat *gynops* ex Theophrast. Lego *acinos*, *et quam epipetron*. DALEC. — Gronov. et al. ante Harduin. *acinos*, *quam epipetron* vocant. ED. P.

Epipetron. Theophrast. Hist. lib. VII, cap. 8: Ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθεῖ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίπετρον. Meminere huius et alii: Arist. de Part. Animal liber IV, cap. 5: Galen. Meth. med. lib. IV, cap. 5; Hesych. aliique. H. — *Sedum Anacampseros* (*Decand. pentag.* gen. 1139 Pers. *Semperviv.* Juss.); flores purpureos habet. ED. P.

At e contrario aphace. Theophrast. Hist. lib. VII, cap. 8, 11, totidem verbis. HARD.

LIII. *Habent*. Aegypti nimirum. HARD.

Cnicon. Turnebus loco citato legendum putat *cici*, nempe ricinum. Orpheus in Argonauticis cnicon σχιστὴν vocat, veluti scissilem, quod eius flos in multos apices dividatur. DAL. — *Cnicon*. De qua Theophrast. Hist. lib. VII, cap. 4: Τῆς κνίκου δύο γένη, etc. Alii κνίκου scribunt, Galenus, Aristoteles, caeteri, praeter Hesychium. Cnicus sativus, seu carthamum officinarum, a Clusio pingitur, lib. V, pag. 152, cnici vulgaris nomine. In Horto Regio vidimus. Galli vocant *safran bâtard*, vel *graine de perroquet*. H. — *Carthamus tinctorius* (*Syngen. aequal.* gen. 1790 Pers. *Cynarocephal.* Juss.); flores crocei; habitat sponte in Aegypto et in India; semina drastica; psittacis tamen expetita. ED. P.

Hoc. Oleum scilicet. HARD.

Una mitior est: Atractylis ea est a Dodonaeo delineata, p. 724, et a Lobelio in Observ. pag. 483. Graecis ἀτραχτυλὶς, κνίκος ἄγριος, ut Actio, Hesychio et Galeno de Fac. simpl. med. lib. VI, p. 161. Cnico, sativae scilicet similem dicit Dioscor. lib. III,

gido: itaque et colu antiquae mulieres utebantur ex illis, quare quidam atractylida vocant. Semen eius candidum et grande, amarum. Altera hirsutior, torosiore caule, et qui paene humi serpat, minuto semine. Aculeatarum generis haec est: quoniam distinguenda sunt et genera.

LIV. Ergo quaedam herbarum spinosae sunt, quaedam sine spinis. Spinosarum multae species. In totum spina est asparagus, scorpio: nullum enim folium habet. Quaedam spinosa, foliata sunt, ut carduus,

cap. 140. Visa a nobis in Horto Regio. Hard. — Ατρακτυλὶς Theophr. lib. VI, cap. 4, est *Carthamus lanatus* Willd. *Centaurea lanata* Decand. *Flor. Franc.* p. 102. Altera cnici species, de qua mox Noster, an referenda, ut quibusdam placuit, ad Linn. *Centauream benedictam?* Ed. P.

Tamen rigido. Hoc est, erecto sive rectiore: εὐθυκαυλότερον dixit Theophrastus. Hard.

Itaque et colu. Theophr. loc. cit. Διὸ καὶ πηνίοις ἔνιαι τῶν ἀρχαίων ἐχρῶντο γυναικῶν. Πηνίον et ἄτρακτος colum interdum sonant. H.

Atractylida. Scholiastes Theocriti ad Idyll. IV, vers. 52: Ατρακτυλὶς, εἶδος βοτάνης, ἢ ἀκάνθης· εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ τὰς ἀγροίκων γυναῖκας ἀτράκτους ποιεῖν ἐξ αὐτῶν. Hard.

Semen. Fructus: Καρπὸν δὲ ἔχει μέλανα, καὶ μέγαν, καὶ πικρόν. Theophr. Hist. VI, 4, verius. Hard.

Altera. Altera Dodonaei atractylis, seu carduus benedictus, pag. 725, a Lobelio item delineatus, pag. 484, *chardon bénit.* Hard.

Torosiore caule. Sonchi caule. Theophrast. Histor. lib. IX, cap. 4. Pro σαρκώδεσι Plinius legit σαρκώδεσι. Dal.

Torosiore. Crassiore, pinguiore. Hard.

Et qui paene humi serpat. Theophrast. loc. cit. τρόπον τινὰ ἐπιγειόκαυλος. Hard.

Aculeatarum. Theophr. Hist. lib. VI, cap. 3 Καὶ ὁ κνῆκος τήν γε φύσιν ἀκανθώδη ἔχει. Sic etiam Galenus de Fac. simpl. med. lib. VI, pag. 161. Hard.

LIV. *In totum spina est asparagus.* Quae tantum spinas pro foliis habent, simpliciter ἀκάνθας vocat Theophrast. Histor. lib. VI, cap. 1: Τὰ μὲν ἁπλῶς εἰσιν ἄκανθαι, καθάπερ ἀσπάραγος καὶ σκόλυμος· οὐδὲ γὰρ ἔχουσι φύλλον οὐδὲν παρὰ τὴν ἄκανθαν. Quod iterum cap. 3 repetit. De ravennate asparago Martialis Epigr. XIII, 121: *Mollis in aequorea quae crevit spina Ravenna.* Hard.

Scorpio. De eo dicemus lib. XXII, cap. 47. Hard. — *Spartium Scorpius* (*Diadelph. decand.* gen. 1690 Pers. *Legumin* Juss.); frutex totus ex spinis alternis, quibus flores insident. Ed. P.

Quaedam spinosa foliata sunt, etc. Hoc est, quaedam folia habent spinis aculeata: φυλλάκανθα ea vocantur a Theophrasto, Hist. lib. VI, c. 3, adducente σκόλυμον, carduum in exemplum: ἠρύγγιον καὶ κνῆκον, cap. 1. Hard.

eryngion, glycyrrhiza, urtica. Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua et secundum spinam habent folium, ut tribulus, et ononis. Quaedam in folio habent et in caule, ut pheos, quod aliqui stoeben appellavere. Hippophaes spinis geniculatum; tribulo proprietas, quod et fructum spinosum habet.

LV. Ex omnibus his generibus urtica maxime noscitur, acetabulis in flore purpuream lanuginem fun-

Glycyrhizon. (Sic olim) Inter spinosas Theophrast. non recenset. Huic autem fructus tantum echinatus est. Dal. — *Glycyrrhiza.* Nobis *glycyrrhiza glabra* Linn. de qua cf. lib. XXII, cap. 40. Ed. P.

Aliqua et secundum spinam habent folium. Theophrastus, Histor. lib. VI, cap. 3: Παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον, iuxta aculeum folium gerunt. Hard.

Quaedam in folio habent et in caule. Theophr. loc. cit. Ὁ τε φλέως, καὶ ὁ τρίβολος, καὶ ἡ κάππαρις ἴδιον ἔχει, τὸ μὴ μόνον τὴν ἐκ τῶν καυλῶν ἄκανθαν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὸ φύλλον ἐπακανθίζον *Phleos, tribulus, capparisque, peculiare hoc habent, ut non solum caulem aculeatum, sed etiam folium hispidum habeant.* Et cap. 1: Ἡ ὄνωνις, καὶ ὁ τρίβολος, καὶ ὁ φλέως, ὃ δὴ τινες καλοῦσι στοίβην. Hard.

Vt pheos. Ita libri omnes, etiam MSS. tum hoc loco, tum in Indice. Theophrasto nihilominus, φλέως. Sed eidem Histor. lib. VI, cap. 5, ἱππόφεως, quae et ipsa στοίβη nuncupatur Hard. — Φλέως, στοίβη καλουμενη, Theophr Hist. lib. VI, cap. 1-5; στοίβη Dioscor. lib. IV, cap 12: *Poterium spinosum* (*Monaec polyand.* gen. 2099 Pers.); cf. Tournefort. Itin. lib. I, pag. 61. Hoc et κολυμβάδα dici, et ad vinum conservandum, ob aromaticam indolem, adhiberi, testatur Galen. Antid. lib. I, cap. 426. Ed. P.

Hippophaes. In MSS. *hippophes.* Graecis ἱπποφυὲς, ἱπποφανὲς, ἱπποφαὲς et ἱππόφεως promiscue dicitur. Vide Dioscorid. in Noth. p. 474. H. — Ἱπποφαὲς Diosc. IV, 163. Non est *Hippophae Rhamnoides* (*Diaec. pentand.* gen. 2207 Pers. *Elaeagn.* Juss.) An *Euphorbia spinosa* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1190 Pers. *Euphorbiac.* Juss.) fuerit, inquirendum monet Sprengelius, quum radix eius succum lacteum et drasticum fundat. Conf. quae dicturi sumus lib. XXII, cap. 24. Ed. P.

Tribulo. Theophrast. Histor. lib. VI, cap. 4: Ὁ δὲ τρίβολος ἴδιον ἔχει, διότι περικαρπιάκανθός ἐστι. *Id vero tribulus peculiare habet, quod fructus integumentum spinosum, sive aculeatum habet.* In MSS. *tributo*, pro *tribulo.* Hard. — Gron. et al. *tributa proprietas.* Ed. P.

LV. *Vrtica.* Nobis *ortie*, cui cognatam minorem novimus, *l'ortie grièche* Hard. — Graecis ἀκαλύφη; *Vrtica dioica* et *Vrt. urens* (*Monoe. tetrand.* gen. 2057 Pers. *Vrtic.* Juss.); de his iam dictum. Ed. P.

Acetabulis. Vasculis quibusdam, quibus semen et lanugo continentur,

dentibus, saepe altior binis cubitis. Plures eius differentiae: silvestris, quam et feminam vocant, mitiorque. Et in silvestri, quae dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. Quae vero etiam odorem fundit, Herculanea vocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam, et tactu tantum leni pruritum, pustulasque confestim adusto similes exsistere. Notum est et remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius anni morbos. Silvestrium quoque radix omnem carnem teneriorem facit, simulque cocta innoxia est. Morsu carens, lamium vocatur. De scorpione dicemus inter medicas.

quae acetabuli speciem representant. Hard.

Plures eius differentiae. Vide cap. 43 libr. seq. Dal.

Quae dicitur cania. Ita MSS. Sunt qui *canina* legi malint. H.

Pustulaque. Turneb. Advers. lib. XXIV, cap. 2. leg. *pustulas*: sic dictas, quia pus continent, Columellae *pusula* ignis sacer; unde *pustulosa*, vel *pustulosa ovis*. Sic autem vocat, quia sacer ignis, qua depascitur, pustulas attollit. Dal. — *Pustulaque.* Sic libri omnes MSS. non *pustulae*. Celsus, lib. V, cap. 28. *Pustularum plura genera sunt. Nam modo circa totum corpus, partemve, asperedo quaedam fit similis his pustulis, quae ex urtica, vel ex udore nascuntur: ἐξανθήματα Graeci vocant; eaque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt. Nonnunquam plures similes varie oriuntur; nonnunquam maiores pustulae, lividae, aut pallidae, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutatae, subestque his humor. Ubi hae ruptae sunt, infra quasi exulcerata caro apparet: ἕλκη graece nominantur: fiunt vel ex frigore, vel ex igni, vel ex medicamentis.* Gallis, *des pustules, des ampoules.* H.

Carnem teneriorem, etc. Pisces, quadrupedes, aves recens captae venatores et aucupes urticae foliis involvunt, ut minus et tardius corrumpantur. Dal. — *Simulque cocta innoxia est. Morsu carens lamium*, etc. Sic ex MSS. Hard. *simul cocta. Quae innoxia, morsu carens, lamium vocat.* Gron. et al. Eo. P.

Lamium. Sive urtica inerti, cuius triplex genus a Dodonaeo depingitur, pag. 435; visum a nobis in Horto Regio, *ortiè morte*. Galeopsis est Dioscoridi, lib. IV, cap. 95. H. — *Lamium maculatum* (*Didynam. gymno*-

LVI. (XVI.) Carduus et folia et caules spinosae lanuginis habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cnicos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymos. Chamaeleon, in foliis non habet aculeos. Est et illa differentia, quod quaedam in iis multicaulia ramosa-

sperm. gen. 1388 Pers. *Labiat.* Juss.); de quo Noster iterum lib. XXII, c. 16: *Album habet in medio folio*, etc. Γαλόψις, Diosc. lib. IV, cap. 95, est *Lamium purpureum*, indice Sprengelio. Ed. P.

De sc. dicemus. Lib. XXII, c. 17.

LVI. *Carduus et folia, et caules spinosae lanuginis.* Sic ex MSS. Harduin. *et folio, et caule spinosas lanugines habet* Gron. et al. Ed. P. — *Carduus.* Theophrast. σκολυμος est, eadem recensenti, Histor. lib. VI, cap. 3: Σκόλυμος, ἄκορνα, λευκάκανθος, χάλκειος, κνῆκος, πολυάκανθος, ὀνόπυξος, ἰξίνη, χαμαιλέων, πλὴν οὗτος οὐ φυλλάκανθος. H.

Leucacanthos. Est Λευκάκανθος Theophr. l. VI, c. 3; Dioscor. lib. III, c. 14, ἄκανθα λευκή; nobis *Carduus leucographus* (*Syngen. aeq.* gen. 1802 Pers. *Cynaroceph.* Juss.). Ed. P.

Chalceos. etc. Chalceos iuxta Dalec. est carduus sphaerocephalus latifolius. Polyacanthos est carduus spinosissimus, angustifolius, vulgaris, Polyacanthos Theophrasti, C. Bauh. Onopyxos est carduus tomentosus, acanthi folio angustiori, Tournefort. Brot.

Helxine. Leg. *ixine.* Hoc vitium esse auctoris, non exemplaris monstrat; quod is scribit lib. XXII, cap. 17: *Sed nos qualis vera esset helxine, diximus superiori libro*, etc. Dal.

Chamaeleon. In Theophrast. Hist. lib. VI, cap. 3, legendum: πλὴν οὗτος φυλλάκανθος οὐκ ἀκανώδης. Caeterum quum spinosis hic sit foliis, acano caret. Vitiosus codex, qualis ad nos pervenit, fefellit Plinium. Chamaeleon quidem niger, ut alii cardui, spinosis foliis est, verum aliorum modo ἄκανον, id est spinosum capitulum non habet, sed florem in umbella, quod ei peculiare est. Dal. — *Chamaeleon in foliis non habet aculeos. Est et illa differentia, quod quaedam in iis multicaulia ramosaque sunt, ut carduus; uno autem caule, nec ramosum, cnicos.* Mendosa ut coniicio verba, et praepostere locata. Scribo: *Chamaeleo in foliis non habet aculeum. Est et illa differentia, quod quaedam in his multicaulia ramosaque sunt, ut cnecos. Vno autem caule et ramosum, ut carduus.* Nam particula negativa *nec*, in vetere codice non legitur. Theophr. libro sexto, capite tertio: *Verum haec omnia eiusmodi sunt, leucacantha, chalceos, cnecos, polyacantha, atractylis, onopyxos, ixine, chamaeleo, verum haec non habet folia aculeata. Sed praeter praedicta discrimina distant inter sese, quod alia multis constant caulibus, ramososque fundunt, ut cnecos.* Pint. — *Chamaeleon.* Χαμαιλέων μέλας Hippocr. VI. 879; Theophrast. Histor. lib. IX, 13; Dioscorid. lib. III, cap. 11, est *Brotera corymbosa*, Willd. Acris succus officinalis erat. Χαμαιλέων λευκὸς Theophrast. ibid. Dioscorid. lib. III, cap. 10, est *Carlina acaulis* (*Syngen. aequal.* gen. 1791 Pers. *Cynaroceph.* Juss. Ed. P.

Est, etc. Traduntur haec quoque

que sunt, ut carduus. Vno autem caule, nec ramosum, cnicos. Quaedam cacumine tantum spinosa sunt, ut eryngium. Quaedam aestate florent, ut tetralix, et helxine. Scolymus quoque floret sero et diu. Acorna colore tantum rufo distinguitur, et pinguiore succo. Idem erat atractylis quoque, nisi candidior esset, et nisi sanguineum succum funderet. Qua de causa phonos vocatur a quibusdam, odore etiam gravis, sero maturescente semine, nec ante autumnum: quanquam id de omnibus spinosis dici potest. Verum omnia haec et semine, et radice nasci possunt. Scolymus carduo-

a Theophrasto, loc. cit. sed mutilum scriptoris locum ante nos alii agnovere H. — Vid. nott. supp. Ed. P.

Quaedam cacumine tantum spinosa sunt, ut eryngium. MSS. *ut eringe.* Theophr. non eryngium in exemplum affert, sed rutrum, herbam incognitam, loc. cit. Ενια δὲ ἄνωθεν ἔχει ἐξ ἄκρου (ἀποφύσεις) καθάπερ τὸ ῥύτρος. Eryngium campestre pingit Dodonaeus, pag. 718. Nos *chardon roland* dicimus. H. — Ῥύτρος Theophr. loc. laud. est *Echinops Ritro* Linn. Conf. Anguillara, pag. 142. Spren.

Quaedam aestate florent. Theophr. Hist. VI, 3: Ενια δὲ καὶ τοῦ θέρους ὥσπερ ἡ τετράλιξ ὑπό τινων καλουμένη, καὶ ἡ ἰξίνη. Hard.

Scolymus Theophr. loc. cit. Εὐάνθης καὶ ὁ σκόλυμος, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον. H.

Acorna colore tantum rufo distinguitur, et pinguiore succo. Theophrastus Histor. VI, 4: *Acorna*, inquit, *quoad figuram cnico sativo similis est, colore flavicans, succo pinguis.* Η δὲ ἄκορνα προσεμφερής, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν; κατὰ τὴν πρόσοψιν τῇ ἡμέρᾳ κνήκῳ. Χρῶμα δ' ἐπίξανθον ἔχει, καὶ λιπαρὸν χυλόν. Hesychius: Ακορνα, ἀκανθῶδες φυτόν. In Illyrico reperiri scribit Anguillara P. VIII, pag. 146. Hard. — Ακορνα Theophr. Hist. I, 16; VI, 4, forte et ἄκορος I, 22, Sprengelio auctore, est *Centaurea benedicta* (*Syngen. frustran.* gen. 1929 Pers. *Cynaroceph.* Juss.). Huc trahit Broter, carlinam patulam, atractilidis folio et facie. Tournef. *La Carline*; ita a nobis appellata, quod ab angelo monstrata Carolo Magno, ad propulsandam ab exercitu suo pestem, dicitur. De atractylide diximus cap. 53. Ed. P.

Idem erat. Sic Virgilius, *Laurus erat.* Similis esset, inquit, acornae atractylis, nisi candore antecelleret. Et idem tradit Theophr. Hist. VI, 4. Hard.

Et nisi sanguineum succum funderet. Theophr. loc. cit. ait decerpta folia, et carni admota sanguineum succum effundere, αἱματώδη ποιεῖ τὸν χυλὸν, τῇ σαρκὶ προσφερόμενον. Idcirco et ἀνδρόσαιμον dictam a Veteribus scribit Aetius, I. Hard.

Qua de causa phonos vocatur. Theophr. loc. cit. Διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὴν ἄκανθαν ταύτην. Est enim φόνος Graecis, sanguis effusus. H.

rum generis ab iis distat, quod radix eius vescendo est decocta. Mirum quod sine intervallo tota aestate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit. Aculei arescente folio desinunt pungere. Helxine rara visu est, neque in omnibus terris: est a radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum sua fronde. Huius vertex summus lacrymam continet iucundi saporis, acanthicen mastichen appellatam.

LVII. Et cactos quoque in Sicilia tantum nascitur,

Vescendo est decocta. Etiam et cruda, τὴν ῥίζαν ἐδώδιμον ἔχει καὶ ἑψθὴν, καὶ ὠμὴν, inquit Theophrast. De hoc scolymo diximus XX, 99. Non est is sane articaclus noster: quis enim radicem eius edulem dixit? H. Σκόλυμος Theophrast. Histor. VI, 4, nobis est *Scolymus maculatus* (*Syngenes. aequal.* gen. 1789 Pers. *Cichorac.* Juss.), auctore Sprengelio; sic enim ille Hist. Rei Herb. I, p. 404: *Scolymi istius tum radix edulis, tum floris basis ipsa. Dii arbitratus sum nostram* Cynaram Scolymum *intelligi donec Anguillarae optimi, pag.* 435, *Clusii, Hist. I, p.* 153, *et Beckmanni,* Gesch. der Erfind. *II*, 209, *argumenta perpenderim. Docuerunt si enim scolymum Linnaeanum, Bononiensibus eringio dictum, radiceque vesca praeditum, omnino eumdem esse cum Theophrasteo, alienum autem a Dioscorideo, quippe qui magis cum nostra cynara congruat. Id eryngium Plinii, lib. XXII, cap.* 9, *esse maxime probabile est.* Ed. P. — *Mirum.* Theophr. l. c. Hard.

Helxine. Quae Theophrasto ἕλξίνη dicitur, ubique Plinio helxine est. H ἕλξίνη, inquit ille, οὐ φύεται πολλαχοῦ. Contra permutatis vocibus, ut facere vulgus solet, quae helxine ab omnibus sive perdicium appellatur, eadem ixine agria ab Apuleio nominatur, cap. 84. Diversa haec porro ab ea de qua dicemus lib. seq. c. 19. Hard. — ἕλξίνη Theophr. Hist. VI, 6 et IX, 1, est *Acarna gummifera* (*Syngenes. aequal.* gen. 1792 Pers. sub *Atractylide Cynaroceph.* Juss.); mastichinam lacrymam et sanguineam largitur. Conf. Anguillara pag. 138; Alpin. Exot. c. 54, ic. p. 124-25. Ed. P.

A radice. Theophr. loc. cit. Ῥιζόφυλλον δέ ἐστιν· ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης ὁ σπερματικὸς ἄκανος ἐπιπέφυκεν, ὥσπερ μῆλον τὸ μάλα ἐπικεκρυμμένον ἐπὶ τῶν φύλλων. Hard. — *Est a radice foliosa.* Sic ex MSS. Hard. *neque in omn. terr. est, radice fol.* Gron. et al. Mox *ex qua*; Brot. *ex aqua* operar. errore. Ed. P.

Mastichen. Ἀκανθικὴν μαστίχην, quasi spinalem masticham, inquit Gaza. Hard.

Mastichen appellatam. Sic Theophr. Dioscorides vero quibusdam in locis *Viscum circa radicem invenitur, quo mulieres utuntur pro mastiche.* Dal.

LVII. *Et cactos quoque in Sicilia tantum nascitur.* Ad verbum leguntur haec apud Theophrast. Hist. VI, 4,

suae proprietatis et ipse: in terra serpunt caules, a radice emissi, lato folio et spinoso. Caules vocant cactos: nec fastidiunt in cibis, inveteratos quoque. Vnum caulem rectum habent, quem vocant pternica, eiusdem suavitatis, sed vetustatis impatientem. Semen ei lanuginis, quam pappon vocant: quo detracto et cortice, teneritas similis cerebro palmae est: vocant ascalian.

LVIII. Tribulus non nisi in palustribus nascitur, dira res alibi, iuxta Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibis, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo. At in reliquo orbe genera duo:

quae transcripsit etiam Athenaeus II, 70: Η δὲ κάκτος καλουμένη περὶ Σικελίαν μόνον, etc. In Indice, *Ectacus*, sive *cactus*. Forte idem cum cinara, seu articacto nostro, cuius edulis est globus foliorum cum stipitis medulla summa, uti indicavimus lib. sup. c. 99. Phanias quoque apud Athen. loc. cit. peculiarem Siciliae cactum facit: κάκτος Σικελική. In Graecia reperiri Theophrastus negat. H. — *Cactos*. Nobis est *Cynara Cardunculus* (*Syngenes. aequal.* gen. 1804 Pers. *Cynarocephal.* Juss.); hab. in Galliae, Cretae, et Barbariae arvis, var. est β, *Hortensis*, cuius petioli et nervi cocti comeduntur, *cardons*, *cardes*. Ed. P.

Caules. Theophrastus loc. cit. cactos vocari similiter tradit, in cibis gratos, si decorticentur, nonnihil subamaros, muria condiri et inveterari. Hard.

Vnum caulem rectum habent, etc. Theophrast. Hist. VI, 4: Ετερον δὲ καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι πτέρνικα. Est πτέρνιξ, *Acarna cancellata* (*Syngenes. aequal.* gen. 1792 Pers. sub *Atractylide*. *Cynarocceph.* Juss.); hab. in Lusitaniae, Hispaniae, Barbariae et Cretae agris. Involucrum cancellatum, stupendum naturae artificium, muscas arcet. Hanc, ut *Acarnam* quoque *gummiferam*, de qua disimus cap. super Cretae incolae in cibis expetunt: σκάλιον ab iis vocari, *scaleram* autem ab incolis Tarenti. Anguillara testatur, pag. 137. Schneidero tamen πτέρνιξ, nihil aliud est quam caulis κάκτου. Ed. P.

Vetustatis impatientem. Qui sale, ut caeteri condiri nequeat. H.

Semen ei lanuginis. Haec Theophr. ad verbum loc. cit. Hard.

Vocant Ascalian. Theophr. Καλοῦσι δὲ αὐτὸ ἀσκαλίαν. Hard.

LVIII. *Tribulus*. Haec tribuli palustris descriptio pariter Theophr. est, IV, 11: Ο δὲ τρίβολος αὐτὸς ἐν τῷ ὕδατι φύει τι; βυθόν· τὸ δὲ φύλλον ἐστὶ πλατύ, προσεμφερές τῷ τῆς πτελέας, μίσχον δὲ ἔχει σχεδὸν μακρόν. Hard. — Τρίβολος ἔνυδρος Dioscor. IV, 15, est *Trapa natans* (*Tetrand. monog.* gen. 312 Pers. *Hydrocarid.* Juss.); gallice, *macre*, *châtaigne d'eau*. Ed. P.

At in reliquo orbe genera duo. Tribuli scilicet. Τρίβολος γεροσαῖος Dio-

uni cicerculae folia, alteri aculeata. Hic et serius floret, magisque septa obsidet villarum. Semen ei rotundius, nigrum, in siliqua: alteri arenaceum. Spinosorum etiamnum aliud genus ononis. In ramis enim spinas habet, apposito folio rutae simili, toto caule foliata in modum coronae: sequitur a frugibus, aratro inimica, vivaxque praecipue.

LIX. Aculeatarum caules aliquarum per terram

scor. lib. IV, 45, servat nomen. *Tribulus terrestris* et *Fagonia cretica* (*Decandr. monogyn.* gen. 1038 et 1037 Pers. *Rutac.* Juss.), eodem τριβόλου nomine describi Sprengelio videntur apud Theophrast. Hist. VI, 4. 5. Ille foliis cicerinis gaudet; haec etiam in τῶν φυλλακάνθων, aero proveniens, et habens semen in siliqua. Ed. P.

Vni cicerculae. Hic est, ciceris exigui, ut diximus XIX, 61. Theophr. loc. cit. Τὸ μὲν γὰρ ἔχει φύλλον ἐρεβινθώδες. Tribulus terrestris est Clusii Rar. Plant. VI, p. 141, et Dodonaei, p. 547. Hard.

Alteri aculeata. Quem idcirco φυλλάκανθον vocat. Magnam hic habet affinitatem cum tribulo Dioscoridis, IV, 45. Hard.

Hic et serius floret. Theophrastus loc. cit. Dioscorides item loc. cit. H.

Semen ei rotundius, etc. Theophr. loc. cit. Hard.

Alteri arenaceum. Theophrastus l. VI, cap. 4. *sesamodes*, id est, sesamaceum. Vtri igitur incuriae crimen intendemus? Librariorum, qui pro sesamaceum *arenaceum* scripsit, an Plinio nostro, qui quum in Theophrasto, *sesamodes* legisset, postea memoriae lubrico putavit non *sesamodes* legisse, sed *ammodes*, et *arenaceum* transtulit? Pint. — *Alteri.* Σησαμώδης dixit Theophr. sesamae vicinum. Est fortassis ei tribulo, ob formam σησαμώδης, ob duritiem idem ἀμμώδης. H.

Ononis. Herbaris nunc *arrête bœuf*, quod in opere boves subinde sistat, nominatur: frustra negante Anguillara, Part. VIII, p. 147. Delineatur a Dodonaeo, p. 731. Hard. — Ονωνίς Theophr. VI, 5, quem Noster hoc loco transcribit; Dioscorid. III, 24: ἀνωνίς οἱ δὲ ὀνωνίδα καλοῦσι. Est *Ononis spinosa*, v. β, *antiquorum* (*Diadelph. decandr.* gen. 1694 Pers. *Leguminos.* Juss.). Ed. P.

Apposito. Appositumque spinis folium habet rutae simile: ἐστι πτερόκανθον... φύλλον ἔχει πηγανώδες, παραπεφυκὸς παρ' ὅλον τὸν καυλὸν, ὥσπερ στεφάνου τὴν ὅλην εἶναι μορφὴν διαλαμβανομένην ὑπ' ἀλλήλων. *Ramis aculeigera est.. folio rutae similis, sed per totum apposito caulem, ut velut coronam ex intervallis tota species repraesentet.* Hard.

Foliata. Gron. et alii ante Hard. *foliatum.* Broter. non *ononis*, sed *anonis* scripsit ex Regg. MSS. et edit. principe. Ed. P.

Sequitur. Post fruges in segetibus atque cultis sponte nascitur, etc. Theophr. loc. cit. Hard.

Vivaxque. Theophr. loc. cit. Καὶ ἔτι δυσόλεθρος, difficile tota evellitur, exscindi torve. Hard.

LIX. *Aculeatarum caules*, etc. Ex

serpunt, ut eius quam coronopum vocant. E diverso stant, anchusa inficiendo ligno cerisque radice apta: et e mitioribus anthemis, et phyllanthes, et anemone, et aphace. Caule foliato est et crepis, et lotos.

Theophr. lib. VII, cap. 9, haec Plinius corruptissime citat. Theophrasti verba sunt: « Differunt inter se herbacea (ποώδη) quod alia terrae instrata folia edunt, alia in caules, alia utrobique. Instrata terrae folia gignunt (ἐπιγειόφυλλα) coronopus, anthemon, anchusa, gramen anemone, aphyllantes, apargia (argemone), plantago, apate. In caule folia mittunt, crepia, anthemum foliosum, lotos Leucoion. Vtrobique, cichorium, etc. » Mire hunc locum depravat auctor, ut et quae sequuntur de herbarum comparatione cum arboribus. Dal. — *Per terram serpunt.* Hoc est, ut ipse ait, lib. XVIII, 10, earum caules per terram sparguntur, si non habeant adminiculum, ut pisa. Haec apud Theophr. non exstant. Haad.

Coronopum vocant. Dioscorides coronopum non serpere ait, sed terrae insterni, sive humi procumbere, κατὰ τοῦ ἐδάφους στρώννυσθαι: folia vero non quidem spinosa esse, verum in longum fissa, κατεσχισμένα. Sic paulo ante cacti caules in terra dixit serpere, quum ii tantum humi iaceant. Dal.

Coronopum. Dioscorid. II, 158: Κορωνόπους πρόμηκες βοτάνιον κατὰ τοῦ ἐδάφους ἐστρωμένον, *herbula humi strata.* Ea est, quam nostri vocant, *corne de cerf*, ut placere video Scaligero, in Theophr. de Caus. Plant. II, 8, p. 117, aliisque omnibus. Pingitur a Dodonaeo, p. 110. In multis Italiae locis *herba stella* dici auctor est Anguillara, Part. VII, pag. 115. H. — *Coronopus Ruellii* (*Tetrad. silicul.* gen. 1550 Pers. sub *Senebiera Crucif.* Juss.) Ed. P.

E diverso stant. Per terram non serpit istarum caulis, anchusae, anthemidis, etc. Haad. — *Anchusa tinctoria* a. *italica* (*Pentand. monogyn.* gen. 353 Pers. *Borragin.* Juss.); conf. de anchusa lib. sq. cap. 23. Ed. P.

Anthemis, etc. Graecia, ἀνθεμὶς, φυλλανθὶς, ἀφάκη. De anthemide lib. sq. 26. Φυλλανθὶς Gaza frondifloram reddidit: lacea nigra Dodonaei est, p. 124. Ἀφάκην esse eam, quam rura nostra agrestem vicam vocant, scribit Ruellius II, p. 395; Ἀνεμώνην, ob floris praestantiam, et pulchritudinem appellari *Passe-fleur*, p. 128. Diversa haec ab aphace intubacea est, de qua superius, cap. 52. H. — De Anthemide et anemone iam nobis dictum. Phyllantes Broter. ex Dalecampio refert ad Rapunculum scabiosae capite caeruleo. C. Bauh. Ἀφάκη Theophrast. non solum est *Leontodon Taraxacum*, ut vidimus cap. 52, sed et *Lathyrus Aphaca* (*Diadelph. decand.* gen. 1714 Pers. *Legumin.* Juss.). Ed. P.

Caule foliato est et crepis, et apate (sic libri ante Hard. editi). Scribendum certa est non *apate*, cuius paulo ante habita est mentio, sed quod mireris, *lotos*: sic enim antiquum praefert exemplar, et confirmat Theophrast. lib. VII, cap. 9. Pint. — *Crepis et apate.* Vossiani duo et Gudianus, *crepis et lotos.* Scribe, *picris et lotos*; nam Theophr. loc. sup. cit. Επιχαυλόφυλλα καὶ πικρὶς, ἀνθέμιον τὸ φυλλῶδες, λωτός. Lib. et cap. 22

LX. Differentia foliorum et hic, quae in arboribus, brevitate pediculi ac longitudine, angustiis ipsius folii, amplitudine, angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior hic quibusdam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphacae, onochili. (XVII.) Multis inter haec aeterna folia, sicut quibusdam arborum: in primisque heliotropio, adianto, polio.

LXI. Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est

Noster: *Pieris ab insigni amaritudine cognominatur.* Gron. — *Crepis* Crepis inter ignotas herbas censetur. — *Lotos.* Sic restituimus ex MSS. Reg. Colb. Thuan. aliorumque fide, qua neglecta libri editi perperam habent: *et crepis, et apate.* Quin et in Indice huius libri, ex iisdem exemplaribus legitur, *crepis, lotos.* Denique Theophr. Hist. VII, 9, Ἐπιχαυλόφυλλα, inquit, κρηπὶς, λωτὸς, etc. quanquam sunt qui πικρὶς ibi, litteris permutatis, legi, quam κρηπὶς, malunt. H. — Πικρὶς Theophr. Hist. VII, 11. *Helminthia echioides* (*Syngenes. aequal.* gen. 1772 Pers. *Cichorac.* Juss.) Ed. P.

LX. *Differentia foliorum*, etc. Theophrast. Hist. VII, 9. Hard.

Diuturnior hic quib. per partes florent ut ocimo, etc. Theophr. loc. c. de ὠκίμῳ, ἡλιοτροπίῳ, κιχωρίῳ. De ἀφάκῃ, et ἀνοχείλῃ, cap. 10. H.

Ocimo. Ὠκιμον Theophr. Hist. VII, 3, et aliis locis. *Ocimum Basilicum* (*Didynam. Gymnosp.* gen. 1412 Pers. *Labiatae* Juss.), de quo sic Sprengelius: *Diu quidem, maxime ob radicem lignosam, haesitavi, essetne haec planta: neque tamen alii adsignare possum, quae Theophrastus illi tribuit. Conf. Schol. Nicand. Alex.* 280, ἡδυόσμῳ ὅμοιον. *Tragus perperam* Polygonum Fagopyrum *esse vult* (*Hist. Stirp. II*, 25), *quod pabulum fuerit, priusquam siliquas proferat, metendum* (*Varr. de Re Rust. I*, 31). *Certiores nos tamen fecit Belonius, Obs. II*, 40, *ocimum in Oriente lignescere, in triplo maiorem excrescere altitudinem, atque olerum loco comedi. Cf. Amoreux in Act. Societ. Reg. Agricult. Paris.* 1789: *p.* 62 *sq.* Cf. Hist. Rei Herb. I, pag. 96. Ed. P.

Multis inter haec aeterna folia. Sic Theophrast. Histor. VII, 10: Αἱ φύλλα τῶν τοιούτων ἔστιν ἔνια, καθάπερ τὸ πόλιον, καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον, καὶ τὸ ἀδίαντον. Hard.

Heliotropio, etc. Ἡλιοτρόπιον Theophr. Hist. VII, 8; est nobis *Heliotropium Europaeum* (*Pentand. monogyn.* gen. 348 Pers. *Borragin.* Juss.); cf. hb. seq. cap. 29. Ἀδίαντον Hist. VII, 13, servat hodieque nomen: *Adiantum Capillus* (*Cryptog.* Linn. *Filic.* Juss.); conf. lib. seq. cap. 30. Ed. P.

Adianto, polio. Sic ex Theophrast. et MSS. Hard. praeeunte Gronovio. Vulgg. editt. τὸ *polium* omittunt. Ed. P.

LXI. *Aliud*, etc. Theophr. loc. cit. Σταχυώδη μὲν οὖν ἐστι ὅ τε χήνων (alii κύνων) ὑπό τινων καλούμενος, τελείους ἔχων ἰδίας ἐν ἑαυτῷ· καὶ ὁ ἀλωπέκουρος, καὶ ὁ στελέουρος ὑπ' ἐνίων δὲ ἀρνόγλωσσον, τῶν δὲ ὄρτυξ καλούμενος. Παρόμοιον δὲ τούτῳ τρόπον τινὰ καὶ ἡ θρυαλλίς. Hard.

Ex quo est cynops. In MSS. *stanyro*

cynops, alopecuros, stelephuros (quam quidam ortygem vocant, alii plantaginem, de qua plura dicemus inter medicas): thryallis. Ex iis alopecuros spicam habet mollem, et lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis, unde ei et nomen. Proxima est ei et stelephuros, nisi quod illa particulatim floret. Cichorion, et similia, circa terram folia habent, germinantibus ab radice post Vergilias.

LXII. Perdicium et aliae gentes, quam Aegyptii, edunt: nomen dedit avis, id maxime eruens. Crassas

In Indice *stanyopos*. Theophrasti codices hac parte vitiati. Quia sub eo nomine ignota est haec herba nobis, suspicato nihil geri potest. Hard. — Forte *Plantago Cynops* (*Tetrand. monogyn.* gen. 286 Pers. *Plantagin.* Juss.). Habit in Italia, etc. Ed. P.

Alopecuros. Quasi caudam vulpinam dixeris. Rura caudati frumenti nomine norunt. H. — Ἀλωπέκουρος Theophrast. VII, 10, est *Saccharum cylindricum* (*Lagurus* L. *Triand. digyn.* gen. 184 Pers. *Gramin.* Juss.). Habitat Monspelii, in Africa, Hispania, Italia. Ed. P.

Stelephuros. Στελεφοῦρος Theophr. Hist. VII, 10, forte est *Secale villosum* (*Triand. digyn.* gen. 197 Pers. *Gramin.* Juss.). Habitat in Europa australi et Oriente. Ed. P.

Ortygem. Gron. et alii ante Hard. *ortyga*. Ed. P.

Thryallis. Haec θρυαλλὶς spicata, omnino pimpinella sanguisorba Dodonaei pag. 105. *La pimprenelle*. H. — *Thryallis*. Θρυαλλὶς ἐρευθήεις Nicandr. Theriac. v. 896 an *Verbascum Lychnitis* (*Pentand. monogyn.* gen. 490 Pers. *Solan.* Juss.)? quod certe φλομὶς τρίτη, λυχνῖτις Diosc. IV, 101, Spreng. auct. Ed. P.

Proxima. Theophr. loc. cit. Ὅμοιος δὲ τούτῳ καὶ ὁ στελεφοῦρος. Πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀνθεῖ κατὰ μέρος, ἀλλὰ δι' ὅλου τοῦ στάχυος ὥσπερ ὁ πυρός. *Huic stelephuros similis est, nisi quod florem non quemadmodum illa particulatim edit, sed per totam spicam, tritici modo.* Hard.

Post Vergilias. Post Vergiliarum exortum de quo lib. XVIII, cap. 66. Hard.

LXII. *Perdicium et aliae gentes, quam Aegyptii, edunt*. Supra dixerat, Aegyptios prae caeteris gentibus herbis vesci: nunc dicit, perdicium herbam etiam aliarum gentium cibum esse. Gel. — *Perdicium*. Theophrastus de perdicio hoc solum tradit: crassas id habere radices, pluresque quam folia: nomen ei ea re esse, quod perdices ad id se volutent, terramque suffodiant. De hoc perdicio dicetur iterum, XXII, 19. Diversum illud a Celsi perdicio, de quo cap. 101 huiusce libri. Hard. — *Polygonum* forte *maritimum* aut *divaricatum* (*Octand. trigyn.* gen. 977 Pers. *Polygon.* Juss.) est περδίκιον illud, radice ampla, quod a perdicibus id quaerentibus nomen habet Theophr. Hist. I, 11. Ἐλξίνην saltem cognominem afferunt Diosc. IV, 86, et

plurimasque habet radices. Item ornithogale, caule tenero, candido, semipedali radice, bulbosa, molli, tribus aut quatuor agnatis. Coquitur in pulte.

LXIII. Mirum, loton herbam, et aegilopa, non nisi post annum e semine suo nasci. Mira et anthemidis natura, quod a summo flore incipit: quum caeterae omnes, quae particulatim florent, ab ima sui parte incipiant.

LXIV. Notabile et in lappa, quae adhaerescit, quoniam in ipsa flos nascitur, non evidens, sed intus occultus, et intra seminat, velut animalia, quae

Galen. de Fac. simpl. VI, pag. 173. Cf. Spreng. I, 89. Ed. P.

Ornithogale. Haec totidem verbis Diosc. II, 174: Ορνιθόγαλον κυλλίον ἐστί, etc. Depingitur a Dodonaeo p. 221. Est in Horto Regio. Tota nasci Italia tradit Angullara, Part. VII, p. 417. H. — *Ornithogalum nutans* (*Hexand. monog.* gen. 803 Pers. *Asphodel.* Juss.). Habitat in Germania, Helvetia, Italia, etc. Ed. P.

Tribus. Tribus aut quatuor in cacumine mollibus agnatis, seu propaginibus, unde flores prodeunt: Ἀνὸ παραφυάδος ἕνὸς, τρεῖς ἢ τέσσαρας ἁπαλάς, ἀφ' ὧν ἄνθη, etc. Dioscor. loc. cit. Potest et Plinii locus accipi, de bulbis minoribus, qui maiori adnascuntur. Hard.

LXIII. *Mirum.* Sic Theophr. Hist. VII, 12: Καθάπερ τὸν αἰγίλωπά φασι, καὶ τὸν λωτόν. Aegilops bulbi genus est, cuius facta iam superius mentio, XIX, 30. H. — Lotus est *Melilotus cretica* vel *italica*; aegilops, *Avena sterilis*, de quibus suis locis diximus. Ed. P.

Mira et anthemidis natura, etc. Theophr. Hist. VII, 13. Hard. — *A summo flore.* Gron. et al. ante Hard. *a summo florere incipit*; et sic etiam Brot. Ed. P.

LXIV. *Notabile.* Theophrast. Hist. VII, 14. Lappa, Graecis ἀκαρόν: nostris, *de la bardane*, *du glouteron*. Contactu vestibus adhaerescit, quare φιλάνθρωπος ab Aetio appellatur. H. — *Arctium Lappa* (*Syngen. aequal.* gen. 1798 Pers. *Cynarocph.* Juss.), herba est quam nostri *bardane* vulgo vocant, sed aliam quam lib. XXIV, cap. 116, *philanthropon* Noster appellat, vestibus nempe adhaerescentem. Plin. hic intelligere videtur, quae nobis est *Galium Aparine* (*Tetrand. monog.* gen. 241 Pers. *Rubiac.* Juss.); vulgo *grutteron*. Ed. P.

Et intra seminat. Prius legebatur: *intra se germinat*, invitis libris omnibus primitivis, Regg. Thuan. Chifflet. quos sequuti sumus: adstipulante praesertim scripturae veteri Theophr. Hist. VII, 14, ubi de lappa agit: Ἐν τούτῳ γὰρ ἐγγίνεται τῷ τραχεῖ τὸ ἄνθος οὐ πρόσω, οὐδὲ ἐκφαίνον, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ πεπτώμενον, καὶ σπερμογονοῦν ὥστε παρόμοιον εἶναι τὸ συμβαῖνον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν γαλίων... ἐκεῖνά τε γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ὠοτοκήσαντα ζωογονεῖ, κ. τ. λ. *Nascitur enim flos in eo ipso*

in se pariunt. Circa Opuntem Opuntia est herba, etiam homini dulcis; mirumque e folio eius radicem fieri, ac sic eam nasci.

LXV. Iasione unum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur. Condrylla amara est, et acris in radice succi. Amara et aphace, et quae picris nominatur, et ipsa toto anno florens: nomen ei amaritudo imposuit.

LXVI. Notabilis et scillae crocique natura, quod quum omnes herbae folium primum emittant, mox in caulem rotundentur, in iis caulis prior intelligitur,

hirsuto et aspero, non exiens, neque evidens, sed intus maturescens, et semen pariens: ut illi simile sit, quod in mustelis evenit: quae ubi intra se ova pepererunt, mox gignunt animalia, etc. Hard.

Opuntia. Hanc descriptam egregie vide in Eystettensi hortu. Habet haec Theophr. Histor. I, 12. H. — *Cactus Opuntia* (*Icosand monog*. gen. 1198 Pers. *Cact*. Juss.). Ficus Indica item appellatur Theophr. loc. laud. Ed. P.

Mirumque. Quod et de ficu Indica, quae est in Eystettensi horto, narrant ii qui in eo opere eius horti plantas αὐτόπται testes descripserunt. De ficu Indica hoc ipsum Plinius admonuit, XII, 11. De euphorbio quoque narrant hodierni herbarii. H.

LXV. *Iasione*. Theophr. Histor. I, 21: Ενια δὲ μονόφυλλα φύεται, διαγραφὴν ἔχοντα μόνον τῶν πλειόνων, ὥσπερ τὰ τῆς ἰασιώνης. Florem iasiones ait unico constare folio, sed similitudinem plurium foliorum in ambitu ostendere: est enim, ut lilium, fere calathi figura. Vulgo campanulas vocant, *clochettes* Vide quae dicturi sumus, XXII, 39. H. — *Convolvulus sepium* (*Pentand. monogyn.* gen. 416. Pers. *Convolvulac*. Juss.). Σμίλαξ λεία Dioscor. lib. IV, cap. 145. Cf. lib. XXIV, cap. 49. Ed. P.

Condrylla Quae intybi agrestis genus est, ut diximus c. 52. Theophr. Hist. VII, 11: Η χονδρύλλα... ἄβρωτος, καὶ ἐν τῇ ῥίζῃ δριμὺν ὀπὸν ἔχει καὶ πολύν. Hard.

Amara. Theophr. l. c. Αβρωτος δὲ καὶ πικρὰ ἡ ἀφάκη. Aphace haec intubacea est, de qua cap. 52. H. — Aphace, *Leontodon Taraxacum*; picris, *Helminthia echioides*. Ed. P.

Et quae picris nominatur. Theophr. Ωσαύτως δὲ καὶ ἡ πικρὶς, καὶ γὰρ αὕτη τῷ ἦρι ἀνθεῖ, καὶ παραπλησία δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ θέρους παρανθεῖ· τῇ γεύσει δὲ πικρά, διὸ καὶ τοὔνομα εἴληφε Quae Plinius totidem fere verbis. Est autem πικρὶς haec, non silvestre intubum, de quo diximus VIII, 41, sed peculiare quodpiam genus, necdum satis nobis compertum, quod rotundo esse folio dicitur, XXII, 31, quale ex intybis nullum habet. H. — Vid. not. sup. Ed P.

LXVI. *Notabilis*. Haec sunt pariter apud Theophr. Hist. VII, 12. H.

quam folium. Et in croco quidem flos impellitur caule: in scilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit: eademque ter floret, ut diximus, tria tempora arationum ostendens.

LXVII. Bulborum generi quidam adnumerant et cypiri, hoc est, gladioli, radicem. Dulcis ea est, et quae decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderosioremque simul subacta. Non dissimilis est et quae thesion vocatur, gustu aspera.

LXVIII. Caeterae eiusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus manditur, et semine tosto, et bulbo: sed hoc in

Vt diximus. Scil. lib. XVIII, cap. 65. Hard.

Arationum. Gron. et al. ante Hard. *sationum.* Ed. P.

LXVII. *Bulborum generi quid. adnumer. et cypiri, hoc est, gladioli, radicem.* Quoniam scilicet radix bulborum similitudinem habet, ut ait Diosc. IV, 20, qui illud ξίφιον vocat, seu gladiolum, et μαχαιρώνιον, a gladii figura: Theophrast. Hist. VII, 11, φασγάνον. Est gladiolus utrimque flor lerus, apud Dodonaeum, p. 209. Est in Horto Regin. Nec κύπειρος Graecorum is, nec κύπειρος fuit, sed Latinorum dumtaxat Apuleius cap. XLVI: *Graecorum quidam xiphion, alii phasganon vocant, Itali gladiolum dicunt* Scrib. Larg. comp. XX, *Cypiri radicis, quem nos gladiolum appellamus* H. — Ξίφιον Diosc. loc. laud. et Theophr. Hist. VI, 7, sine dubio est *Gladiolus communis* (*Triand. monog.* gen 101 Pers. *Irid.* Juss.) Sitne idem atque φάσγανον, Hist. VII, 11, cuius tubera comedantur, Sprengelius ambigit, quum nihil de hoc usu nostratibus innotescat. Ed. P.

Dulcis. Theophr. l. c. Ἀλλ' ἡ τοῦ φασγάνου καλουμένου γλυκεῖά τε ῥίζα ἑψηθεῖσα καὶ τριφθεῖσα μιγνυμένη τῷ ἀλεύρῳ ποιεῖ τὸν ἄρτον γλυκὺν καὶ ἁπτήν. Hard.

Non dissimilis est, etc. Theophr. l. c. Η δὲ τοῦ θησείου τῇ μὲν γεύσει πικρά, τριβομένη δὲ κοιλίαν ἀποκαθαίρει. Similem gladiolo hanc herbam Plinius ait esse, quoniam pariter bulbosa est. Radix est cava minor Dodon. p. 325. H. — *Thesion.* Servat nomen: *Thesium Linophyllum* (*Pentand. monog.* gen. 480 Pers. *Elaeagn.* Juss.), auctore Sprengelio (post Anguill. p. 211), qui θησεῖον, de quo Theophr. Hist. VII, 11, non probe nosse quid sit, ingenue fatetur. Ed. P.

LXVIII. *Asphodelus.* Sunt ista pariter apud Theophr. Histor. VII, 12. Gallis, *asphodèle.* Iconem apud Clusium vide II, pag. 196. Est in Horto Regio. Hard. — *Asphodelus ramosus* (*Hexand. monogyn.* gen. 806 Pers. *Asphodel.* Juss.). Habitat in Europa australi. De asphodelis Veterum vid. Excurs. II ad calcem huius libri Ed. P.

Manditur. Theophr. loc. cit. Καὶ ὁ

cinere tosto, dein sale et oleo addito: praeterea tuso cum ficis, praecipua voluptate, ut videtur Hesiodo. Traditur et ante portas villarum satum, remedio esse contra veneficiorum noxiam. Asphodeli mentionem et Homerus fecit. Radix eius napis modicis similis est: neque alia numerosior, LXXX simul acervatis saepe bulbis. Theophrastus, et fere Graeci, princepsque Pythagoras, caulem eius cubitalem, et saepe duum cubitorum, foliis porri silvestris anthericon vocavere: radicem vero, id est, bulbos, asphodelon. Nostri illud albucum vocant, et asphodelum hastu-

ἀνθερικὸς ἐδώδιμος σταθευόμενος, καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον. H.

Tosto. Gron. et al. *toto.* Ed. P.

Praeterea. Theophr. l. c. H.

Ut videtur Hesiodo. Plato, III de Legibus, Epimenidem vilissimo cibo confecto ex malva et asphodelo contentum fuisse tradit, qui illum servaret ἄλιμον καὶ ἄδιψον. Rhodig. lib. VIII, cap. 7. Dal. — *Hesiodo.* Dissimile est, quod legitur, Ἔργων vs. 41: Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός, Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. H. — Gravi annona confectum fuisse ex asphodelo panem Brot. in not. refert. Cf. *Journal de Trévoux*, ann. 1709, pag. 2206. Monet tamen esse huius panis pericula, quae vid. in Pisano diario, *Giornale de' Letterati*, ann. 1776, tom. XXII, pag. 5. Ed. P.

Noxiam. Dal. cod. *noxam.* Ed. P.

Asphodeli mentionem et Homerus fecit. De asphodelo Homerico, sic Sprengelius: *In Odyssea, ut planta infernorum occurrit. Haud procul a rupe Leucadica (hodie Gibraltar) ad Oceani undas et Portas Solis, regio insomniorum incipit, ubi homines beate vivunt ad instar deorum, ubi et prata florent asphodelorum.* Odyss. A, 539; Ω, 13, 14. *Per australem autem Hispaniam*, Clusio, Histor. II, 39, p. 196, *et Loeflingia*, Span. Länder, pag. 25, *testibus, vasti campi* Asphodelo ramoso *consiti observantur. Tubera radicis a prisca Graecorum gente comedebantur, ut ex Hesioda patet, hoc sup. citat. et Porphyrius meminit, Vit. Pythag. pag.* 195, *Pythagoram philosophum etiam hoc cibo vesci solere. Sacer itaque asphodelus is apud Graecos veteres existimabatur, unde et ad tumulas plantari consuevit. Porphyrius apud Eustath. ad Odyss.* K, 573. Ex Hist. Rei Herb. tom. I, pag. 24. Ed. P.

LXXX. Centenarium saepe numerum excedere ait Matthiolus in Diosc. II, p. 602. Hard.

Foliis porri silvestris. Dioscor. II, 199, φύλλα ἔχων πράσῳ μεγάλῳ ὅμοια. Hard.

Anthericon. Ἀνθερικόν, et pro tota planta usurpat Theophr. Hist. lib. I, cap. 7. Dal. — Illud est *Anthericum graecum* Spreng. I, 88. Ed. P.

Nostri illud albucum vocant, etc. Scribon. Largus, Comp. CLIV: *Hastulae regiae, quam ἀσφόδελον Graeci*

lam regiam, caulis acinosi; ac duo genera faciunt. Albuco est scapus cubitalis, amplus, purus, laevis. De quo Mago praecipit, exitu mensis martii, et initio aprilis, quum floruerit, nondum semine eius intumescente, demetendum; findendosque scapos, et quarto die in solem proferendos: ita siccatis manipulos faciendos. Idem p stanam dicit a Graecis vocari, quam inter ulvas sagittam appellamus. Hanc ab idibus maii usque ad finem octobris mensis decorticari, atque leni sole siccari iubet. Idem et gladiolum alterum, quem cypiron vocant, et ipsum palustrem, iulio mense toto secari iubet ad radicem, tertioque die in sole siccari, donec candidus fiat. Quotidie autem ante solem occidentem in tectum referri, quoniam palustribus desectis nocturni rores noceant.

LXIX. (XVIII.) Similia praecipit et de iunco, quem

dicunt. Apul cap. 32: *A Graecis dicitur asphodèlos, Latinis hastula regia, oliquibus albucus*. Hard. — *Hastulam regiam, caulis acinosi; ac duo genera*. Sic ex MSS. Hard *hastulam regiam*. *Ea est caulis acinosi*. *Eius duo genera* Gronov. et al. Ed P.

Caulis. Perentis s men rotundum, instar acinorum, Dioscor. loco cit καρπὸν δὲ στρογγύλον. Hard.

Duo genera faciunt. Marem et feminam, inf. lib. XXII, c. eod. in princ. Dal.

Albuco. Dioscor. loc. cit. laevoris modo scapi meminit: καυλὸν δὲ λεῖον. Hard.

Ita siccatis manipulos faciendos. Vel ad pabulum pecorum, vel ad aedificiorum tecta, ut in multis locis Galliae. Dal.

Sagittam. Recentiores sagittalem, alii linguam serpentis. Pingitur a Dodonaeo, pag. 577. Patavii frequentem esse ait Anguillara, P. XI, pag. 182. H. — *Sagittaria sagittaefolia* (*Monoea polyand*. gen. 2087 Pers. *Iunc*. Juss) Ed. P.

Palustrem. Sic a Magone vocari pro butomon Theophrast. et acorum officinarum, vel iuncum triangulum a me descriptum. Dal. — *Et ipsum palustrem*. Quemadmodum et ipsa palustris sagitta est, de qua dictum proxime. Forte gladiolus est aquatilis Dodonaei, p. 590. Hard.

LXIX. *De iunco*. *Iuncus* Isidoro, quod radicibus haereat. Mariscum, scirpum et holoschoenon eundem iuncum esse volunt. Scirpum Festus et Isidorus ad texendas tegetes commendant, Mago hoc mariscum: ad id vero quovis alio iunco aptiorem esse holoschoenon, ex eius proceritate cognoscimus. Sic idem usus eandem plantam ostendit. Dal. — Ὁλόσχοινος Theophr. et Dioscor. *Cladium*

mariscon appellat, ad texendas tegetes: et ipsum iunio mense eximi ad iulium medium praecipiens. Caetera de siccando, eadem quae de ulva suo loco diximus. Alterum genus iuncorum facit, quod marinum, et a Graecis oxyschoenon vocari invenio. Tria genera eius: acuti, sterilis, quem marem, et oxyn Graeci vocant: reliqua feminini, ferentis semen nigrum, quem melancranin vocant. Crassior hic et fruticosior; magisque etiamnum tertius, qui vocatur holoschoenos. Ex his melancranis sine aliis generibus nascitur. Oxys autem et holoschoenos eodem cespite. Vtilissimus ad vitilia holoschoenos, quia mollis et carnosus est. Fert fructum ovorum cohaerentium modo. Nascitur autem is, quem marem appellavi-

germanicum Schrad. (*Schoenus Mariscus* Linn. *Triand. monog.* gen. 121 Pers. *Cyperac.* Juss.), ad πλέγματα maxime utilis. Habitat in Europae paludibus. Ed. P.

Quem mariscon appellat. Gronov. et al. *appellant.* Ed. P. — Mariscus iuncus, maior iuncus videtur esse, ut ficum mariscum, maiorem ficum diximus XV, 19. Hard.

Suo loco diximus. Lib. XVIII, c. 67, ubi de feni sectione ac siccatione agitur. Hard.

Alterum genus iuncorum facit, quod marinum, etc. Haec apud Theophrast. Hist. IV, 13. Hard.

Tria genera eius, etc. Totidem verbis haec Theophrast. loco citato. Hard.

Oxyn. Οξύσχοινος Dioscor. σχοῖνος ὀξύς Theophr. *Schoenus mucronatus.* Habitat in meridiori Europae et Barbariae maritimis. Ed. P.

Reliqua feminini; etc. Nempe melancranis, et holoschoenos: utrumque enim fert nigrum semen. Diosc. IV, 52. Hard.

Holoschoenos. Ολόσχοινος, idem qui iuncus mariscus. Sic Theophrast. loc. cit. et Dioscor. IV, 52. Pingitur a Dodon. pag. 595. (Vid. not. 4.) Hard.

Ex his melancranis. A nigro fructu seu semine id ei nomen. Theophr. loc. cit. Η μὲν οὖν μελαγχρανὶς αὐτός τις καθ' αὑτόν. Ο δ' ὀξὺς καὶ ὁλόσχοινος ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐκχυρώματος φύονται. *Melancranis per se suo genere provenit: acutus autem atque holoschoenus ex eodem cespite exeunt.* Hesychius, Μελάγχρανις, ὀξύσχοινος. Hard. — *Schoenus nigricans.* Habitat in paludibus et in maritimis. Ed. P.

Vtilissimus. Theophr. loco cit. H. — Gronov. *utilissimis*, operarum error. Ed. P.

Ovorum cohaerentium modo. Theophr. Κάπιτα ἐκτίκτει καθάπερ ᾠά. Hard.

Nascitur autem is. Theophrast. lib.

mus, ex semetipso, cacumine in terram defixo: melancranis autem suo semine. Alioqui omnium radices omnibus annis intermoriuntur. Vsus ad nassas marinas, vitilium elegantiam, lucernarum lumina, praecipua medulla, amplitudine iuxta maritimas Alpes tanta, ut inciso ventre impleant paene unciarum latitudinem: in Aegypto vero cribrorum longitudinem, non alias utiliorem. Quidam etiamnum unum genus faciunt iunci trianguli: cyperon vocant. Multi vero non discernunt a cypiro vicinitate nominis. Nos distinguemus utrumque. Cypirus est gladiolus, ut diximus, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, et postea in Phoenice. Cretico candor odorque vicinus nardo, Naxio acrior, Phoenicio exiguum spirans, nullus Aegyptio. Nam et ibi nascitur.

IV, cap. 13, ἐκ τῆς κεφαλῆς, id est, radicis bulboso capite radiculas quotannis renasci tradit, et quae notae sunt, quotannis emori. Deceptus Plinius κεφαλὴν, cacumen vertit, et ut errore suo hallucinans, imaginatus est cacumen in terra defigi, et sic iuncum propagari tradidit rubi modo. Dal. — *Nascitur*. Is nempe, quem oxyn, acutum, sterilem, et marem appellavit. Hard.

Marem. Theophrasto holoschoenus, non oxyschoenos mas, tametsi probatur magis mihi haec Plinii lectio, quam vulgati exemplaris Theophrasti. Nam quum oxyschoenos mas semen non ferat, ex radicis bulboso capite is quotannis ut renasceretur, natura constituit. Dal.

Cacumine. Bulbi nempe radicis cacumine in terram defixo, ex quo iunci radices quotannis pullulant. Haec etiam Graeci scriptoris sententia est, quum ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ σχοίνου dixit, Hist. IV, 13. Cave enim existimes ipsius iunci cacumen intelligi, quo demisso in terram, ut in aliis vidimus, propagatio fiat. H. — Vide sup. Dalecampii nott. Ed. P.

Alioqui omnium radices omn. ann. intermor. His radicibus, inquit Theophr. peculiare est, quod singulis annis intereunt, et rursum superne ex radicis capite pullulent: Ἀναλίσκεται κατ' ἐνιαυτόν, καὶ ἡ τοῦ ἄνωθεν πάλιν ἡ γένεσις. Hard.

Implcant. Vet. apud Dalec. *implcat*, nempe medulla. Ed. P.

Vnciarum latitudinem Pollicis videlicet. Librae usurpantur etiam de pedis partibus, ut et lib. XXXIII, c. 8. Pes autem pollices 12, ut libra totidem uncias, continet. Dal.

Non alias. In MSS. *non aliis*. Sententia est, non ex aliis rebus fieri in Aegypto cribra utilius, quam e iunco. H. — Brot. *aliis*. Ed. P.

Vt diximus. Cap. 67. Κύπειον ibi Dioscoridis esse monuimus. Hard. — Sive *Gladiolus communis*. Ed. P.

Discutit duritias corporum. Iam enim remedia dicemus: quoniam et florum odorumque generi est magnus usus in medicina. Quod ad cypiron attinet, Apollodorum quidem sequar, qui negabat bibendum: quanquam professus efficacissimum esse adversus calculos, os eo fovet. Feminis quidem abortus facere non dubitat; mirumque tradit, barbaros suffitum huius herbae excipientes ore, lienes consumere: et non egredi die omni, nisi ab hoc suffitu: vegetiores enim firmioresque sic etiam in dies fieri. Intertriginum et alarum vitiis, perfrictionibusque cum oleo illitum, non dubie mederi.

LXX. Cyperos iuncus est, qualiter diximus, angulosus, iuxta terram candidus, cacumine niger, pinguisque. Folia ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quae est semen. Radix olivae nigrae similis, quam, quum oblonga est, cyperida vocant, magni in medicina usus. Laus cypero prima Hammo-

Discutit duritias corporum. Et ξίφιον Diosc. IV, 20, panos discutit, διαφορεῖ φύγεθλα; quod genus est tumoris ac duritiei. H.

Quod ad cypiron. Sive gladiolum; ξίφιον, ut diximus. H.

Adversus calculos, os eo fovet. Gron. et al. ante Hard. *Adversus calculosos, eo fovet*; praeerat emendationi Salmas. Ed. P.

Feminis. Sterilitatem induci pota τοῦ ξιφίου superiore radice e vino, scribit Diosc. l. c. H.

Abortus facere. Menses pellit Dioscoridi, perfrictionibus vulvae, et praeclusionibus medetur. Dal.

Egredi die omni. Gronov. et al. *Egredi domibus*, et sic etiam Brot. ex MS. Reg. 2 et edit. princ. Ed. P.

LXX. *Cyperos iuncus est.* Hic Graecorum κύπερος et κύπειρος est. Cyperus officinarum, Galliis *souchet*. Vidimus in horto Regio. Larg. Comp. XII, n. 61: *Cypiri*, hoc est, *iunci radicis*, etc. Hard. — *Cyperus longus* (*Triand. monogyn.* gen. 122 Pers. *Cyper.* Juss.). Est et Theophrasto cyperi species, κύπειρος ὁ ἕτερος, Hist. IV, 11; σχοῖνος, IX, 19, ob odoratas radices insignis; quam *Cyperi comosi* nomine insignivit Sibthorp. Flor. Graec. t. XLIV. Ed. P.

Qualiter diximus. Sup. cap. *Quidam etiamnum unum genus faciunt iunci trianguli*, etc. Sunt qui quadratum vocent, ut Cels. III, 21; IV, 20. Hard.

Folia ima porr. exiliora. Ita Diosc. I, 4. Hard.

Radix olivae nigrae, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

Hammoniaco. Armeniaco (Vet. *Ar-*

niaco, secunda Rhodio, tertia Theraeo, novissima Aegyptio: quod et confundit intellectum, quoniam et cypiros ibi nascitur. Sed cypiros durissima, vixque spirans. Caeteris odor et ipsis nardum imitans. Est et per se Indica herba, quae cypira vocatur, zingiberis effigie: commanducata croci vim reddit. Cypero vis in medicina psilothri. Illinitur pterygiis, hulceribusque genitalium, et quae in humore sunt omnibus, sicut oris hulceribus. Radix adversus serpentium ictus, et scorpionum, praesenti remedio est. Vulvas aperit pota. Largiori tanta vis, ut expellat eas.

menio), quamvis lib. XII, cap. 23, *Hammoniacum* vocari scribat, quoniam iuxta oraculum Hammonis ferula ea nascitur, quod et de cypero nos existimare possumus, quoniam is maxime gaudet fontibus in arenoso loco scaturientibus, qualis est Iovis Hammonis fons, supra lib. V, cap. 5. Dalec.

Theraeo. Ita rescripsimus (post Salmasium) admonitu codicis Reg. 2, in quo *Thereon* legitur, suffragante in primis Dioscor. qui lib. I, cap. 4, cyperum pariter laudat, qui e Cycladibus insulis petitur, ἀπὸ τῶν Κυκλάδων νήσων, in quibus est Thera, ut in geographicis libris docuimus. Prius *Thracio* legebatur. H.

Quod et confundit intellectum, etc. Vocum affinitas, inquit, cyperi et cypiri, multos inducit in errorem. Hard.

Sed cypiros Gladiolus videlicet, sive ξίφιον. Hard.

Caeteris. Cipero nimirum graeco seu κυπέρῳ, vel κυπείρῳ, et radici quam κυπερίδα vocant. Hic enim cyperus est quo propter vicinitatem odoris, adulterari nardum admonuit lib. XII, cap. 27. H.

Est et per se Indica herba. Diosc. I, 4: Ἱστορεῖται δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κυπείρου ἐν ἰνδίᾳ γενόμενον; προσιοικὸς γεγγιβέρει, ὃ διαμασσηθὲν κροκῶδες καὶ πικρὸν εὑρίσκεται· καταχρισθὲν παραχρῆμα ψιλοῖ τὰς τρίχας, *depilat illico.* Haec porro *cypira* in Regg. Colb. Chifflet. et Th. scribitur tum hoc loco, tum in Indice: non ut hactenus editi *cyperis*, quod cyperi radicis nomen est. H.

Cypero vis... psilothri. Hanc indicae cyperidi Dioscorides vim adscribit, ut proxime vidimus: nec tamen cypero idcirco abiudicat. H.

Et quae in humore. Sic infra cap. 76, *hulcera* vocat, quae in humidis sunt. Hard.

Serpent. ictus et scorpionum, praesentirem Gron. et al. ante Hard. *serpentium ictus, scorpionum praesertim, remed.* Ed. P.

Vulvas aperit pota. Quaerit Pellicerius in nott. MSS. an potius, *vulvas aperit fotu?* Nam Diosc. I, 4, de cypero: Ταῖς παρὰ μήτραν δὲ καταψύξεσι, καὶ μύξεσι πυριωμένη ἁρμόζει ἄγουσα ἔμμηνα. *Vulvae perfrigerationibus et obstructionibus fotu accommodatur, mensesque evocat.* Sed nihil movendum

Vrinam ciet, et calculos, ob id utilissima hydropicis. Illinitur et hulceribus, quae serpunt, sed his praecipue, quae in stomacho sunt, ex vino vel aceto illita.

LXXI. Iunci radix in tribus heminis aquae decocta ad tertias, tussi medetur. Semen tostum et in aqua potum, sistit alvum, et feminarum menses. Capitis dolores facit, qui vocatur holoschoenos: eius quae proxima sunt radicis, commanducantur adversus araneorum morsus. Invenio etiamnum unum iunci genus, quod euripicen vocant. Huius semine somnum allici, sed modum servandum, ne sopor fiat.

LXXII. Ob id et odorati iunci medicinae dicentur, quoniam et in Syria Coele, ut suo loco retulimus, nascitur. Laudatissimus ex Nabataea, cognomine teuchites, proximus Babylonius, pessimus ex Africa, ac sine odore. Est autem rotundus, vinosae mordacita-

Plinius ipse admonet, subiungens statim *Largiori tanta vis, ut expellat eas*: quae de largiore potu haud dubie accipienda sunt. H.

Vrinam ciet. Diosc. l. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag 198. Hard.

Hydropicis. Diosc. loc. cit. et Cels. III, 21. Hard.

Illinitur Diosc. loco cit. H.

LXXI. *Iunci radix... tussi medetur.* Diosc. IV, 52. H.

Capitisque dolores facit: at qui vocatur holoschoenos, eius quae proxima, sunt, etc. (sic prius legebatur). Emendatior antiqua lectio: *Capitis dolores facit qui vocatur holoschoenos. Quae proxima sunt*, etc. Pint. — *Capitis.* Dioscor. loc. proxime cit. H.

Quae proxima sunt radicis. Folia nimirum radici vicina. Diosc. IV, 52: Τὰ δὲ πρὸς τὴν ῥίζαν ἁπαλὰ φύλλα καταπλαττόμενα, φαλαγγιοδήκτοις ἁρμόζει. Hard.

Quod euripicen vocant, Diosc loc. citat. Iolidem verbis: Ἡ δὲ εὐριπικὴ σχοῖνος ὑπνωτικὸν ἔχει τὸν καρπόν· φυλάττεσθαι δὲ δεῖ αὐτοῦ ἐν ταῖς πόσεσι τὸ πλῆθος· καροῖ γὰρ λίαν. H.

Somnum allici. Ὑπνον somnum vocat, καταφορὰν soporem. Sic Galenus de semine papaveris, ὑπνωτικόν δ' ἐστίν, εἰ δὲ καὶ πλεῖον ληφθείη, καταφορικόν. Dalec.

LXXII. *Vt suo loco retulimus.* Lib. XII, cap. 48. H.

Laudatissimus. Ita fere Diosc. I, 16, sed τεῦχῖτιν is Babylonium, non Nabataeum vocat Τευχῖτις porro cognominari videtur, quod e Syria afferebatur vasis: τεῦχος, ἀγγεῖον est. Hard.

Est autem rotundus, etc. Talis a Celso inter aromata, censetur III, 21:

tis ad linguam. Sincerus in confricando odorem rosae emittit, rubentibus fragmentis. Discutit inflationes, ob id stomacho utilis, bilemque et sanguinem reiicientibus. Singultus sedat, ructus movet, urinam ciet, vesicae medetur. Ad muliebres usus decoquitur. Opisthotonicis cum resina arida imponitur excalfactoria.

LXXIII. Et rosa adstringit, refrigerat. Vsus eius dividitur in folia, et flores, et capita. Foliorum partes quae candidae, ungues vocantur: in flore aliud

Iunci rotundi semen, inquit, σχοῖνον *hoc Graeci vocant*, etc. H. — Σχοῖνος εὐόσμος Dioscor. I, 16; nobis *Andropogon Schoenanthus* (*Triand. digyn.* gen. 186 Pers. *Gramin. Juss.*). Habitat in Indiae maritimis; in hortis colitur propter odoris suavitatem. Ed. P.

Mordacitatis. Qui linguam multo eum fervore mordeat: δάκνουσα τὴν γλῶσσαν μετὰ πολλῆς πυρώσεως. Dioscor. loc. cit. H.

Sincerus. Totidem verbis Dioscor. l. c. Hard.

Discutit inflationes. Dioscor. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει πνευμάτων διαλυτικήν, etc. Hard.

Vrinam. Dioscor. loc. cit. H.

Ad muliebres usus decoquitur. Decoctum ad inflammationes vulvae insidentibus feminis utile. Dalec.

Excalfactoria. Cui resinae vis est excalfactoria. — *Opisthotonicis*. Prius legebatur, *arida imponitur*. *Excalfactoria et rosa uteros adstringit, refrigerat*. Insulse: nam si excalfactoria rosa est, qui tantam vim refrigerandi habeat? Deinde vox *uteros* abest a MSS. At calefaciendi vim resinis omnibus inesse Galenus admonet, de Fac. simpl. med. VIII, 17: Ρητίναι πᾶσαι ξηραίνουσι καὶ θερμαίνουσι. Rosae vero refrigerant et adstringunt sane, ut Dioscor. quoque vidit I, 130, et filii caeteri medicorum agnoscunt: Ῥόδα ψύχει καὶ στύφει. Quare apposite Plinius dixit, *Et rosa adstringit, refrigerat*, quemadmodum iuncus odoratus scilicet, de quo proxime antea sermo fuit, quem ipse idcirco bilem et sanguinem reiicientibus esse utilem prodit: Dioscor. I, 16, leviter ac modice adstringere, ad sanguinis reiectiones esse salutarem, radice etiam magis adstrictoria, nec non ad stomachi fastidia utili: Δύναμιν δὲ ἔχει ... ὑποστύφουσαν μετρίως ... χρήσιμον πρὸς αἱμάτων ἀναγωγάς ... Ἡ δὲ ῥίζα στυπτικωτέρα, διὸ καὶ τοῖς ἀσώδεσι στομάχοις δίδοται, etc. H.

LXXIII. *Et rosa*. Dioscor. I, 130. Peracta iam hortorum ac florum ratione, herbarumque sponte nascentium explanata natura, nunc ad horum omnium vires medicas enarrandas transilit. Et rosa primum, inquit, adstringit, refrigerat, ut iuncus, qui idcirco bilem et sanguinem reiicientibus utilis. H. — Brot. ex MS. Reg. 2: *rosa adst.* particula *et* omissa. Ed. P.

Vngues vocantur. Dioscorides ὄνυχας vocat. Asclepiades lib. IV, κατὰ τόπους, in ocularibus medicamentis τοὺς λοβούς. Dalec. — *Vngues*. Et

est semen, aliud capillus: in capite, aliud cortex, aliud calyx. Folium siccatur, aut tribus modis exprimitur. Per se, quum ungues non detrahuntur: ibi enim humoris plurimum: aut quum detractis unguibus reliqua pars aut oleo, aut vino maceratur in sole vasis vitreis. Quidam et salem admiscent, et anchusam nonnulli, aut aspalathum, aut iuncum odoratum: quia talis maxime prodest vulvae ac dyssentericis. Exprimuntur eadem folia detractis unguibus, trita per linteum spissum in aereum vas, lenique igni succus coquitur, donec fiat crassitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratissima quaeque folia. (XIX.) Vinum quomodo fieret e rosa, diximus inter genera vini. Vsus succi ad aures, oris hulcera, gingivas, tonsillas, gargarizatus, stomachum, vulvas, sedis vitia, capitis dolores. In febre per se, vel cum aceto ad somnos, nauseas. Folia uruntur in calliblepharum. Et siccis

Dioscor. loc. cit. ὀνυχὰς appellat, ὅπερ ἐστὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ φύλλῳ. Hard.

Capillus. Capillum auctor supra c. 4, *luteos apices* vocat. Dioscor. τὸ ἐν μέσοις ῥόδοις εὑρισκόμενον ἄνθος, *florem qui in medius rosis invenitur.* Idem vocat φύλλα non fruticis folium, quod caules et ramos vestit, sed floris veluti laminas, qua significatione saepius utitur Plinius. Dal. — *Aliud capillus: in capite, aliud cortex, aliud calyx.* Gron. et al. ante Hard. *aliud capillus in capite, aliud calyx.* Ed. P.

Aliud, etc. *Calyx*, id quod flore lapso, papposam lanuginem et semen continet: *cortex*, ut supra e cap. 4 huius libri constat, floris, priusquam in alabastros fastigietur, et tumescens dehiscat, involucrum. Dal.

Oleo aut vino maceratur. Oleo, in confectionem unguenti rosacei, apud Dioscoridem lib. I, cap. 54, quamvis confectio ab eo describitur operosior: vino, ad confectionem vini rhoditis, cuius descriptio est apud Dioscoridem lib. V, cap. 35. Dal.

Exprimuntur eadem folia. Dioscor. loc cit. Hard.

Igni succus, etc. Dioscorid. in umbra terit, et cogit absque igne, nec in aereum vas excipit. Dal.

Vinum quomodo fieret e rosa, diximus. Lib. XIV, cap. 19. H.

Vsus succi ad aures, oris hulcera, etc. Haec omnia Dioscor. I, 130, de liquore expresso ex aridis rosis in vino decoctis. Hard.

Folia uruntur in calliblepharum. Dioscor. Καίεται δὲ καὶ εἰς τὰ καλλιβλέφαρα. Καλλιβλέφαρον, medicamentum est, quo fucantur, ornanturque palpebrae. Hard.

Et siccis femina asperguntur. Ξηρὰ

femina asperguntur. Epiphoras quoque arida leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluxiones mulierum, maxime albas, in posca potus: et sanguinis excreationes. Stomachi quoque dolores, quantum in vini cyathis tribus. Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius: et in umbra siccatur. Nigrum inutile. Dentium dolori illinitur. Vrinam ciet. Stomacho imponitur. Item igni sacro non veteri. Naribus subductum caput purgat. Capita pota ventrem et sanguinem sistunt. Vngues rosae epiphoris salubres. Hulcera enim oculorum rosa sordescunt, praeterquam initiis epiphorae, ita ut arida cum pane imponatur. Folia quidem vitiis stomachi, rosionibus et vitiis ventris, et intestinorum, et praecordiis utilissima, vel illita. Cibo quoque lapathi modo condiuntur. Cavendus in his situs celeriter insidens. Et aridis et expressis aliquis

δὲ λεῖα τοῖς μύροις προσπάσσεται. Dioscor. *Sicca et trita unguentis asperguntur.* Plinius legit τοῖς μηροῖς. Dal. — *Et siccis.* Femorum intertrigines. Dioscorides, Ξηρὰ δὲ λεῖα παρὰ μηροῖς προσπάσσεται. Vbi Marcellus interpres, παρατρίμμασι μηρῶν. Davlecampius Plinium immerito reprehendit, quod μηροῖς pro μύροις legerit. Hard.

Stomachi quoque dolores. Ex acri humore. Dal.

Semen his optimum. Καρπὸν *semen* reddit, ut aliis multis locis. Legendum puto, *Fructus his optimus crocinus, nec anniculo vetustior, et umbra siccatus.* Dal.

Siccatur. Vet. apud. Dal. et Chiff. *siccatum.* Ed. P.

Capita pota ventrem et sanguinem sistunt. Diosc. loc. cit. Αἱ κεφαλαὶ δὲ πόθεῖσαι, κοιλίαν ῥέουσαν, καὶ αἷμα τοῦ ἀναγωγὴν ἐπέχουσιν. H.

Rosa sordescunt. Succo e rosae foliis expresso. Dal.

Vitiis stomachi. Cels. IV, 5: *Vbi stomachus exaestuat, aceto cum rosa extrinsecus subinde fovendus est*, etc. Hard.

Et praecordiis. Inflammatis: Ἐπιπλασσόμενα φύλλα ποιεῖ πρὸς ὑποχονδρίων φλεγμονὰς, κ. τ. λ. *Imposita folia hypochondriorum inflammationibus prosunt*, etc. Dioscor. loco cit. Hard.

Cavendus in his situs, etc. Rosarum folia, dum siccantur, assidue versanda sunt, ἵνα μὴ σύρωτιάσῃ, ne situm contrahant, et a vermiculis erodantur. Dioscorid. Nostri, ne eo vitio corrumpantur, aceto quam acerrimo illa conspergunt. Dal.

Expressis aliquis usus. Tritis. Dioscor. λείοις. De pastillis roseis Diosc. id tradit, non de rosae foliis. Dal.

usus. Diapasmata indè fiunt ad sudores coërcendos, ita ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. Silvestris pilulae cum adipe ursino alopecias mirifice emendant.

LXXIV. Lilii radices multis modis florem suum nobilitavere, contra serpentium ictus ex vino potae, et contra fungorum venena. Propter clavos pedum in vino decoquuntur, triduoque non solvuntur. Cum adipe aut oleo decoctae, pilos quoque adustis reddunt. E mulso potae inutilem sanguinem cum alvo trahunt: lienique, et ruptis, vulsis prosunt, et mensibus feminarum. In vino verò decoctae, impositaeque cum melle nervis praecisis medentur. Lichenas, et lepras, et furfures in facie emendant. Erugant corpora. Folia in aceto cocta, vulneribus imponuntur: epiphoris testium, melius cum hyoscyamo et

Diapasmata inde fiunt. Haec totidem verbis Dioscorid. I, 131, περὶ ῥοδίδων. Hard.

Ad sudores coercendos. Ad sudorum graveolentiam, πρὸς τὴν τῶν ἱδρώτων δυσωδίαν. Hard.

Silvestris. Rosae silvestris. H. — *Silvestris pilulae cum adipe . . . emendant.* Gron. et al. ante Hard. *silvestris cum adipe . . . emendat.* Ed. P.

LXXIV. *Lilii rad. multis modis florem suum nobilitavere*, etc. Apuleius cap. 107, lit. I: *Ad morsum serpentis . . . Herbae lilii bulbum conterito, et expressos succos potui dato: ipsum etiam bulbum tritum morsui apponas.* Hard.

Contra serpentium ictus. De foliis et semine hoc Diosc. Dal.

Vulsis prosunt. Convulsis, de quibus XX, 18. Hard. — Spasma, seu convulsio, est nervorum quasi retractio et complicatio. Brot.

In vino. Dioscor. III, 146; et Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 197. Hard.

Lichenas, et lepras, et furfures. Diosc. loc. cit. Hard.

Erugant corpora. Titinio apud Festum medicamentum hoc *tentipellium* vocatur. Τριάνωτρον, ut exponit Glossarium vetus, φάρμακον πρὸς ῥυτίδας. Verba poëtae sunt, *Tentipellium induis, rugae in ore extenduntur.* Dal. — *Erugant.* Erugari faciem trita radice, prodidit etiam Dioscor. loc. cit. Hard.

Folia in aceto cocta. Condita maluit dicere Dioscor. loc. citat. ταριχευθέντα ἐν ὄξει. In vino vetere oleoque decoctis sanari ambusta Celsus prodidit, lib. V, cap. 27, sub finem. Hard.

Epiphoris. Hoc est, inflammationibus. Diosc. loc. cit. Σὺν ὄξει δὲ λεῖα (ῥίζα) ἢ σὺν ὑοσκυάμου φύλλοις, καὶ

farina tritici. Semen illinitur igni sacro: flos et folia hulcerum vetustati. Succus, qui flore expressus est, ab aliis mel vocatur, ab aliis syrium, ad emolliendas vulvas; sudoresque faciendos, et suppurationes concoquendas.

LXXV. Narcissi duo genera in usu medici recipiunt. Vnum purpureo flore, et alterum herbaceum. Hunc stomacho inutilem, et ideo vomitorium, alvosque solventem, nervis inimicum, caput gravantem, et a narce narcissum dictum, non a fabuloso puero. Vtrius-

ἀλέβρῳ πυρίνῳ, ὄρχεων φλεγμονὰς παραιτεῖται. Hard. — *Epiphoris testium melius cum.* Gron. et al. ente Hard. *epiphoris testium in melle cum.* Ed. P.

Semen. Diosc. loc. cit. Ερυσιπελάτων δὲ κατάπλασμα, etc. H.

Ab aliis syrium. Ita etiam MSS. Dalecampio legi *siraeum* placuit, hoc est, sepam, ut diximus XIV, 11. Hard.

Ad emolliendas vulvas. Hanc vim assignat unguento lirino Diosc. loc. cit. Hard.

LXXV. *Vsu.* Vet. et Chifflet. *usum.* Ed. P.

Vnum purpureo flore. Primum est narcissi genus, quod et purpureum lilium vocat, cap. 12. H. — *Narcissum poeticum* esse patet ex Ovidii versibus, Metam. lib. III, v. 150: ... *croceum pro corpore florem Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.* Diosc. lib. IV, cap. 161: Νάρκισσος, ἄνθος λευκόν, ἔσωθεν δὲ κροκῶδες, ἐπ' ἐνίων δὲ πορφυροειδές, κ. τ. λ. Theophrasto λείριον dicitur, Histor. lib. VI, cap. 6; nam et λείριον Atticis narcissus est. Ed. P.

Herbaceum. Tertium narcissi genus, de quo cap. 12, cui calyx herbaceus. Πρασίζειν ait Dioscorid. lib. IV, c. 161, porrum referre. Abeant cum suo helvaceo colore, quibus est omnia corrumpendi verius, quam corrigendi, prurigo. Hard.

Et ideo vomitorium. Q. Seren. Sam. cap. xx, pag. 137: *At vomitum radix narcissi pota movebit.* Sic etiam Apuleius bulbum vomitorium vocat, c. 55; Dioscoridem edde lib. IV, c. 161. Hard. — Vomitoria ea species, quae et Dioscorid. lib. II, cap. 201, βόλβος ἐμετικός, est *Narcissus orientalis* aut *Pancratium illyricum* (*Hexand. monog.* gen. 780-81 Pers. *Liliac.* Juss.). Ed. P.

Et a narce. Απὸ τῆς νάρκης, hoc est, e torpore. Eamdem eppellationis retionem afferunt Plutarch. et Clem. Alexand. apud Vossium in Etymol. Hard.

Non a fabuloso puero. Narcisso adolescente, e quo flori nomen inditum fabulantur. Vide Ovid Metem. lib. III, 509 sq. et auctorem Geopon. lib. IX, cap. 25, aliosque. H. — Flos ille veteribus Mythis tantopere celebratus, est *Narcissus poeticus*, sive etiam *N. Pseudo-Narcissus*, ut iam monuimus. Ed. P.

que radix mulsei saporis est. Ambustis prodest cum exiguo melle: sic et vulneribus, et luxatis. Panis vero cum melle et avenae farina: sic et infixa corpori extrahit. In polenta tritus oleoque, contusis medetur, et lapide percussis. Purgat vulnera permixtus farinae. Nigras vitiligines emaculat. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias, calfacienda quae alserint. Auribus utilissimum: sed et capitis dolores facit.

LXXVI. Violae silvestres, et sativae. Purpureae refrigerant. Contra inflammationes illinuntur stomacho ardenti. Imponuntur et capiti in fronte. Oculorum

Ambustis. Dioscorid. lib. IV, cap. 161. Hard.

Sic et vulneribus, et luxatis. Diosc. loc. cit. praecisos nervos glutinari radice imposita: luxatis malleolis diutumisque articulorum doloribus tritam ex melle et illitam prodesse narrat. Cum oleo et farina ad vulnera Apoleius iubet adhiberi cap. LV, tit. 1. Hard.

Panis. Hoc est, tomoribus absessibusque aegre maturescentibus. Pro avenae farina ervinam admiscet Diosc. lib. IV, cap. 151: Σὺν ὀρόβῳ δὲ καὶ μέλιτι... τὰ δύσπεπτα τῶν ἀποστημάτων ῥήσσει. Hard.

Sic et infixa corpori. Dioscor. loc. cit. cum avena, loliaceave farina et melle imposita; σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καὶ μέλιτι ἐπιπλασσομένη. H.

In polenta tritus. Diosc. loc. cit. H.

Purgat. Diosc. loc. cit. H.

Nigras vitilig. Diosc. ἀλφόν. Vitiligo cutis vitium est, ex malo corporis habitu. Huius duo sunt genera, quae diversi humores faciunt: nam ex pituitoso humore fit candida: ex atra bile, nigra. Galenus, tom. II in medico, cap. 18, ἀλφοὺς, λευκοὺς, et ἀλφοὺς μέλανας vocat. Sic etiam κατὰ τόπους, lib. I, cap. 3. Quum vitiligo profundius agit, tum eam λεύκην vocat: ἀλφὸς summam tantum corporis cutem immutat. Vide Polluc. lib. IV, cap. 25, et Cels. lib. V, cap. ultim. cui titulus *De vitiliginis speciebus, id est, de alpho, et mela, et leuce, et earum curatione.* Hard.

Ex hoc flore. Sic Dioscorid. lib. I, cap. 63, ἔλαιον ναρκίσσινον, cuius concinnandi modum edocet: dotes ad eadem vulvae auriumque vitia commendat; sed cavendum capiti monet: Ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ ἐν ὑστέρᾳ, μαλάσσον τὰς περὶ αὐτὴν σκληρίας, καὶ μύσεις, ἔστι δὲ κεφαλαλγές. Hard.

Auribus utilissimum: sed et cap. Gronov. et al. ante Harduin. *aur. est utilissimus; sed cap.* Ed. P.

LXXVI. *Purpureae refrigerant.* Sic Diosc. lib IV, cap. 122. H. — Nempe *Viola odorata.* Cf. de Violis Exc. 1 ad calcem horus lib. Ed. P.

Contra inflammationes. Dioscor. loc. citat. et Galen. de Fac. simpl. med. lib. VI, pag. 179. Hard.

Oculorum. Dioscoridi pariter lib. IV,

privatim epiphoris, et sede procidente, vulvave: et contra suppurationes. Crapulam, et gravedines capitis impositis coronis olfactuque discutiunt: anginas ex aqua potae. Id quod purpureum ex iis comitialibus medetur, maxime pueris, in aqua potum. Semen violae scorpionibus adversatur. Contra flos albae suppurata aperit: ipsa discutit. Et alba autem, et lutea, extenuant menstrua, urinam cient. Minor vis est recentibus; ideoque aridis post annum utendum. Lutea dimidio cyatho in aquae tribus, menses trahit. Radices eius cum aceto illitae sedant lienem: item podagram, oculorum autem inflammationes cum myrrha et croco. Folia cum melle purgant capitis hulcera:

cap. 122: Καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς καὶ ταῖς τῆς ἕδρας προπτώσεσι. H.

Crapulam. Plutarch. in Symp. III, Probl. 1, pag 647: Αἱ τῶν ἀνθῶν ἀπόῤῥοιαι πρὸς τοῦτο θαυμασίως βοηθοῦσι, καὶ ἀποτειχίζουσι τῆς κεφαλῆς ἀπὸ μέθης ὡς ἀκρόπολιν, τῶν μὲν θερμῶν μαλακῶς ἀναχαλώντων τοὺς πόρους καὶ ἀναπνοὴν τῷ οἴνῳ διδόντων· ὅσα δὲ ἡσυχῇ ψυχρὰ, τῷ μετρίως ἐπιψαύειν ἀνακρουομένων τὰς ἀναθυμιάσεις ὥσπερ ὁ τῶν ἴων καὶ ῥόδων στέφανος στύφει γὰρ ἀμφότερα, καὶ στέλλει τῇ ὀσμῇ τὰς καρηβαρίας. *Florum halitus mire huic malo medentur, caputque veluti arcem muniunt contra ebrietatem: nam et calidi flores molliter aperiendo meatus faciunt ut perspirare vinum possit: et quae sunt modice frigida moderato contactu vapores cohibent, ut violacea et rosacea corona: utrumque enim horum adstringit, reprimitque odore suo ea quibus corpus gravatur.* Schola Salernitana de viola: *Crapula discutitur, capitis dolor: atque gravedo.* H.

Gravedines. Τῆς κεφαλῆς βαρύτητα intelligit. Gravatum caput dixit Columell. lib. VI, c. 9, de febre boum. *Pesanteur de tête.* Hard.

Olfactuque. Sic ex MSS. Hard. et Chiffl. *olfactu* Gron. et al. Ed. P.

Id quod purpureum. Dioscorid. loc. cit. Φασὶ δὲ τὸ πορφυρίζον τοῦ ἄνθους, etc. Schola Salern. *Purpuream violam dicunt curare caducos.* H.

Flos albae suppurata. Flos τοῦ λευκοΐου, cuiuscumque coloris sit praeter purpureum. Dalec.

Alba. Diosc. lib. III, cap. 138, et Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 202. Hard.

Ideoque aridis. Dioscorides et Galenus ll. cc. Sic etiam MSS. Reg. Colbert. etc. non *attritis.* Hard.

Radices. Dioscorid. loc. cit. Marc. Empir. cap. XXIII: *Sedant lienis dolorem, radices violae luteae, si ex aceto spleni vice emplastri apponantur.* Plin. Val. lib. II, cap. 18: *Radices violae lotae* (lege *luteae*), *ex aceto illinuntur.* Hard.

Item podagram. Dioscorides, loc. cit. Hard.

Folia. Folia, quibus flos constat,

cum cerato rimas sedis, et quae in humidis sunt. Ex aceto vero collectiones sanant.

LXXVII. Bacchar in medicinae usu aliqui ex nostris perpressam vocant. Auxiliatur contra serpentes, capitis dolores fervoresque: item epiphoras. Imponitur mammis tumentibus a partu, et aegilopis incipientibus, et ignibus sacris. Odor somnum gignit. Radicem decoctam bibere spasticis, eversis, convulsis, suspiriosis, salutare est. In tussi vetere radices eius tres quatuorve decoquuntur ad tertias partes. Haec potio mulieres ex abortu purgat. Laterum punctiones tollit, et vesicae calculos. Tunditur et in diapasmata. Vestibus odoris gratia inseritur. Combretum, quod simile ei diximus, tritum cum axungia, vulnera mire sanat.

LXXVIII. Asarum iocinerum vitiis salutare esse

intellige, non quae ambiunt. Sic et oris hulcera his sanari auctor est Diosc. loc. cit. Harb.

Cum cerato. Diosc. loc. citat. Ἀναλήφθέντα δὲ κηρωτῇ, ῥαγάδας τὰς ἐν δακτύλοις θεραπεύει. Ceratum sive cerotum κηρωτόν, medicamentum est cera temperatum, *du cérat.* Hard.

LXXVII. *Perpressam.* Sic Reg. 2, Thuan. et Chifflet. Sic ipse Plinius lib. XXVI, cap. 55. Sic Dioscorid. in Noth. p. 411, etsi ibi bacchar, errore haud levi non secernatur ab asaro, Ἄσαρον, οἱ δὲ νάρδος ἀγρία.... Ῥωμαῖοι περιπρεσάμ, οἱ δὲ βάκχαρ. In aliis codicibus *perpeinsam* legitur. H.

Auxiliatur. Virea plane easdem bacchari Dioscorides attribuit lib. III, c. 24, et Cratevas item, cuius fragmentum citat Anguillara, P. II, pag. 26. Harb. — Baccharis Dioscor. est *Gnaphalium sanguineum.* Cf. sup. cap. 16. Ed. P.

Aegilopis incipientibus. Sic libri scripti et editi. Mallet Brot. *aegilopia* ut passim alibi Plinius. Aegilopia, *fistule lacrymale.* Ed. P.

Eversis. Πτώμασι, ex alto praecipitatis. Dalec.

In tussi vetere radices. Ita Reg. 1, Colb. 2, 3, et ipse adeo Diosc. loc. cit. At Reg. 2, Thuan. et Chiff. *rami*, non *radices* legit. Hard.

Tunditur. Dioscorid. loc. cit. Καὶ εἰς διαπάσματα χρησιμεύει, ἰκανὴν ἔχουσα τὴν εὐωδίαν. H. — *Tunditur et in diaspamata.* Sic ex MSS. Hard. praeeunte Salmas. *Conditur cum diaspasmate.* Gron et al. Ed. P.

Combretum, quod simile ei diximus. Cap. 16. Hard. — *Iuncus maximus*; et mox *asarum europaeum*, de quo iam pluribus locis dictum. Ed. P.

traditur, uncia sumptum in hemina mulsi mixti. Alvum purgat ellebori modo. Hydropicis prodest, et praecordiis, vulvisque, ac morbo regio. In mustum si addatur, facit vinum urinis ciendis. Effoditur quum folia emittit. Siccatur in umbra. Situm celerrime sentit.

LXXIX. (xx.) Et quoniam quidam, ut diximus, nardum rusticum nominavere radicem baccharis, contexemus et gallici nardi remedia in hunc locum dilata in peregrinis arboribus. Ergo adversus serpentes duabus drachmis in vino succurrit. Inflammationibus coli, vel ex aqua, vel ex vino. Item iocineris et renum; suffusisque felle. Et hydropicis per se, vel cum absinthio. Sistit purgationum mulierum impetus.

LXXX. Eius vero quod phu eodem loco appellavimus, radix datur potui trita, vel decocta ad stran-

LXXVIII. *Alvum purgat.* Dioscorides, lib. I, cap. 9, ait radices bibitas drachmis sex ex aqua mulsa, ellebori modo purgare. Hard.

Hydropicis prodest, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

LXXIX. *Quidam, ut diximus.* Cap. 16. Hard.

In peregrinis arboribus. L. XII, c. 26. H. — *Valeriana Celtica* (*Triand. monog.* gen. 77 Pers. *Dipsac.* Juss.). Ed. P.

Ergo adversus serpentes. Totidem verbis Diosc. lib. I, cap. 7. Hard.

Item. Subintellige ex antecedentibus, *inflammationibus.* Dioscorid. l. cit. Ὠφελεῖ δὲ καὶ τὰς περὶ τὸ ἧπαρ φλεγμονὰς, καὶ ἐκτερικοὺς, καὶ πνευματώσεις στομάχου, μετ' ἀφεψήματος ἀψινθίου πινομένη. Hard.

Suffusisque felle. Ictericis videlicet. Hard.

LXXX. *Eius vero quod phu eodem loco.* Lib. XII, cap. 26. Nardum Creticam sic Veterea appellavere. Hard. — *Valeriana* Dioscor. Sibthorp. (Flor. Graec. tab. xxxiii); foliis omnibus pinnatis, radicalium foliolis ovatis dentato-repandis, radice tuberosa quam ad Limyrum fluvium Lyciae Hawkins, Sibthorpii comes, invenit, est sine dubio φοῦ Dioscorid. lib. I, cap. 10; namque nasci in Ponto, *Smyrnio Olcri atro* similia haberi folia, flores ex albo purpurescentes, radicem digiti minoris crassitudine; quae omnia cum elegantissima Baneri ap. Sibthorpium icone consentiunt. Sprengel. Hist. Rei Herb. lib. I, pag 157. Iam nos monuit vir doctus Nardi Creticae descriptionem a Plinio desumptam esse ex Diosc. de Phu. Conf. l. XII, cap. 26. Ed. P.

Vel decocta ad strangulationes (sic prius legebatur). Lege, *strangulatus.* Paullo post: *Vulvarum quoque strangulatus.* Sic lib. XXII, cap. 13: *Semen potum cum sapa vulvas strangulantes aperit.* Verum videtur, *vulvae strangulatus.* Lib. XXVI, cap. 15: *Plantago*

gulatus, vel pectoris dolores, vel laterum. Menses quoque ciet. Bibitur cum vino.

LXXXI. Crocum melle non solvitur, nulloque dulci: facillime autem vino, aut aqua. Vtilissimum in medicina. Asservatur cornea pyxide. Discutit inflammationes omnes quidem, sed oculorum maxime ex ovo illitum. Vulvarum quoque strangulatus, stomachi exhulcerationes, pectoris, et renum, iocinerum, pulmonum, vesicarumque: peculiariter inflammationi earum vehementer utile. Item tussi et pleuriticis. Tollit et pruritus. Vrinas ciet. Qui crocum prius biberint, crapulam non sentient, ebrietati resistent. Coronae quoque ex eo mulcent ebrietatem. Somnum facit. Caput leniter movet. Venerem stimulat. Flos eius igni sacro illinitur cum creta Cimolia. Ipsum plurimis medicaminibus miscetur.

apponitur in lana in dolore vulvae; in strangulatu bibitur. Gron.

Vel laterum. Dioscor. lib. I, cap. 10, πρὸς πλευρᾶς πόνον. Hard.

Menses. Diosc. loc. cit. Hard.

LXXXI. *Cornea pyxide.* Nostri mercatores plumbea magis utuntur. Dal.

Discutit inflammationes. Immo potius coquit. Habet enim vim maxime πεπτικὴν et subastringentem. Dal. — *Discutit.* Mitigat erysipelata, inquit Dioscor. lib. I, cap. 25, quae sunt cum inflammatione coniuncta: aurium quoque inflammationibus prodest. H.

Sed oculorum maxime. Diosc. lib. I, cap. 25: Ῥεῦμά τε ὀφθαλμῶν ἐπιχριόμενος στέλλει σὺν γάλακτι γυναικείῳ. *Oculorum fluxiones illitus ex lacte muliebri cohibet.* H.

Vrinas. Dioscorid. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 238. Hard.

Qui crocum prius biberint. Plutarch. Sympos. Qu. III, cap. 1, pag. 647. Dioscor. loc. cit. bibi idcirco crocum ex passo iubet. Ἀκραίπαλός ἐστι μετὰ γλυκέος πινόμενος. H.

Crapulam non sentiunt, ebrietati eo resistunt (sic prius). Illud eo non esse in veteri codice notat Pintianus; et duo verba delet, ut expositionem proxime praecedentium. Vossian. *Qui crocum prius biberint, crapulam non sentient, ebrietati resistent.* Nec delendum praeterea quidquam censemus: sed eo et quatuor alii eiurant. Lib. XXXVI, cap. 26: *Est et viridis lapis vehementer igni resistens.* Gron.

Somnum. Cels. lib. III, cap. 18, ubi de phreneticis: *Omnibus vero sic affectis*, inquit, *somnus et difficilis, et praecipue necessarius est: sub hoc enim plerique senescunt. Prodest ad id, atque etiam ad mentem ipsam componendam crocinum unguentum cum irino in caput datum.* Hard.

Movet. Gravat, replet, afficit, tentat. Idem Galenus multis locis. Dal.

LXXXII. Collyrio uni etiam nomen dedit. Faex quoque expressi unguento crocino, quod crocomagma appellant, habet suas utilitates contra suffusiones oculorum; urinas. Magis excalfacit, quam crocum ipsum. Optimum, quod gustatu salivam dentesque inficit.

LXXXIII. Iris rufa melior quam candida. Infantibus eam circumligari salutare est, dentientibus praecipue, et tussientibus, tinearumve vitio laborantibus instillari. Caeteri effectus eius non multum a melle differunt. Hulcera purgat capitis, praecipue suppurationes veteres. Alvum solvit duabus drachmis cum melle. Tussim, tormina, inflationes, potu: lienes ex aceto. Contra serpentium et araneorum morsus, ex

LXXXII. *Collyrio uni etiam nomen dedit.* Quod διὰ κρόκου dicitur, descriptum a Celso lib VI, cap. 6, tit. διὰ κρόκου *collyrium:* » Proprie etiam ad caligationem oculorum quae ex lippitudine oritur, componitur quod διὰ κρόκου vocant. Habet piperis p. x. I; Croci cilicis, papaveris lacrymae, cerussae, singulorum p. x. III; psorici, gummi, singulorum p. x. IIII, » hoc est, pondo denarium quaternum. In collyriis oculorum plurimis admiscetur a Mare. Emp. cap. VIII. Hard.

Ex eo quoque expresso unguento crocino (sic prius legebatur). Lego, *faex quoque expressi unguento crocino*, etc. ex vet. cod. confirmante etiam eam lectionem Dioscor. libro primo. Pint. — *Faex quoque expressi.* Ita MSS. tum nostri, tum Pintiani. Hard.

Crocomagma. Dioscor. lib I, cap. 26: Τὸ δὲ κροκόμαγμα γίνεται ἐκ τοῦ κροκίνου μύρου, τῶν ἀρωμάτων ἐκπιεσθέντων καὶ ἀναπλασθέντων. *Crocomagma fit ex unguento crocino, expressis aromatis, et in pastillos digestis.* Crocomagma igitur faex est et recrementum olei unguentive crocini. Celsus lib. V, cap. 18: *Crocomagma, quod quasi recrementum eius est.* H.

Habet suas utilitates contra suffusiones. Dioscorides, loc. citat. δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις. *Vim habet eam detergendi, quae pupillis oculorum caliginem offundunt.* Hard.

Urinas. Subintellige, habet utilitates et contra urinas, quas ademodum ciet: δύναμιν ἔχει οὐρητικήν, inquit Dioscor. loc. cit. Hard. — *Urinas. Magis excalfac.* Gronov. et al. ante Hard. *urinas magis excalfac.* Mox pro *gustatu, gustatum.* Ed. P.

Magis excalfacit. Et vim si θερμαντικὴν Dioscorid. assignat loc. cit. H.

Optimum. Dioscorides, loc. c. H.

LXXXIII. *Tinearumve vitio laborantibus*, etc. *Tineas* Plin. latine reddit Graecorum ἕλμινθας, lumbricos, quod et multis locis in Dioscoridis versione Ruellius imitatur, ut capite de thymo. Dal.

Tussim. Diosc. lib. I, cap. 1, πρὸς βῆχας, καὶ στρόφους. Hard.

Lienes. Dioscorides loc. cit. Μετ'

posca valet. Contra scorpiones, duarum drachmarum pondere in pane vel aqua sumitur. Contra canum morsus, ex oleo imponitur; et contra perfrictiones. Sic et nervorum doloribus. Lumbis vero et coxendicibus cum resina illinitur. Vis ei concalfactoria. Naribus subducta, sternumenta movet, caputque purgat. Dolori capitis cum cotoneis malis aut strutheis illinitur. Crapulas quoque et orthopneas discutit. Vomitiones ciet, duobus obolis sumpta. Ossa fracta extrahit, imposita cum melle. Ad paronychias farina eius utuntur: cum vino, ad clavos, vel verrucas, triduoque non solvitur. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. Succo duritias omnes emollit. Somnum conciliat, sed genituram consumit. Sedis rimas, et condylomata; omniaque in corpore excre-

ὄξους δὲ πινόμεναι θηριοδήκτοις ἀρήγουσι, καὶ σπληνικοῖς. Hard.

Lumbis vero et coxendicibus. Diosc. loc. cit. Hard.

Vis ei concalfactoria. Δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν, Dioscorides loc. cit. H.

Dolori. Ex aceto ad id et rosaceo applicari Dioscorides praecipit, σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ Hard.

Ossa fracta extrahit. Dioscor. loc. cit. Hard.

Somnum conciliat. Dioscorides loc. cit. H.

Genituram consumit. Prodest iis, quibus genitura effluit. Diosc. τὴν γονὴν, τὸ σπέρμα. Graeci praeterea et θορὸν vocant, quasi vim et impetum quemdam; nam etiam θοῦρος, βίαιος; id quod significavit Arnobius lib. V, quum scribit: *Sancta et ferventia Numina vim vomuisse Lucilii.* Hesychius et αὐτομάτητα nominat, praesertim quum cogitatione aut memoria veneris erumpit sponte, qualem his versibus Nonnus ostendit: Οὐ τόσον ἱμείρων ἐπεμήνατο Κυπρογενείη, Ἣν ποθέον ἀκίχητα, γονὴν ἔσπειρεν ἀρούρῃ, Θερμὸν ἀκοντίζων αὐτόσσυτον ἀφρὸν ἐρώτων. Festus notat sic effusam in terram genituram Afris dici *bilbit*, quod vocabulum foeditatem significat et confusionem. Scal. — *Genit. consumit.* Consumendoque, ne effluat, facit, unde Diosc. loc. cit. auxiliari ait itidem potam iis, quibus genitura effluit, τοῖς γόνον προϊεμένοις. Hard.

Et condylomata. Scrib. Larg compend. ccxv ad condylomata: *Multis et iris contusa, et ex vino mixta, facta et posita velut farina hordeacea profuit.* Κονδύλωμα, excrescentia carnis est circa anum, et tubercula quaedam in locis muliebribus sanguinem fundentia: sic dicta a similitudine extremorum in quatuor digitis pugno clauso nodorum. Hard.

scentia sanat. Sunt qui silvestrem, xyrin vocent. Strumas haec, vel panos, vel inguina discutit. Praecipitur, ut sinistra manu ad hos usus eruatur, colligentesque dicant, cuius hominis utique causa eximant. Scelus herbariorum aperietur in hac mentione. Partem eius servant, et quarumdam aliarum herbarum, sicut plantaginis: et si parum mercedis tulisse se arbitrantur, rursusque opus quaerunt, partem eam quam servavere, eodem loco infodiunt: credo, ut vitia, quae sanaverint; faciant rebellare. Saliuncae radix in vino decocta sistit vomitiones, corroborat stomachum.

LXXIV. Polio Musaeus et Hesiodus perungi iubent

Xyrin. Ξυρίς Diosc. IV, 22, est *Iris foetidissima*. Ed. P.

Strumas. Collectiones omnes οἰδήματα, ea apposita discuti auctor est Dioscor. loc. cit. H.

Vt sinistra manu ad hos usus eruatur. Gronov. et al. *sinist. manu lecta ad hos.* Magorum haec praecepta, indigna sane quae Nostro, tali quidem viro, saepius memorentur. Ed. P.

Scelus. Herbarii sunt qui medicas herbas legunt venduntque. Firmicus lib. VIII, cap. 13: *Herbarios faciet, qui scilicet herbas solerti arte collectas ad medelam laborantium serventur.* Graeci ῥιζοτόμους et βοτανολόγους vocant. Alias *herbarius* etiam veneficum sonat. Vide Du-Cangium in Glossar. H.

Aperietur. Gron. et al. ante Hard. *aperitur.* Ed. P.

Quarumdam aliarum herbarum. Ut ranunculi. Dal.

Rursusque opus quaerunt. Ab aegro rursum advocatu. Dal.

Credo. Eruentes, *inquit*, colligentesque eam herbam, si dicant, cuius hominis causa eximant, prodesse aegro tum creduntur: quid igitur existimandum est aliud velle eos, dum infodiunt rursus eodem loco, ubi parum mercedis tulisse se credunt, quam rebellare iterum ac recrudescere eos morbos, quos ante sanaverint? Horum verborum quis esset sensus, aut qui illa pertinerent, negabat Salmasius se percipere, in Praeexerc. ad Plinium p. 44. Plinius de halrochio herba lib. XXV, cap. 109: *Credunt ea rursus sata, rebellare, quae curaverint vitia; quo scelere et plantagine utantur.* H. — *Credo*, etc. Immo si planta, qualiscumque sit, rursus infindatur, qua morbum quemlibet ante curaveris, aegrotanti quid inde mali aut esse, aut nasci unquam potuisse, nun insipiens homo credas? Merae haec omnia nugae, quas qui confutare volet, diem et operam perdiderit. Ed. P.

Saliuncae radix. De saliunca conf. ad cap. 20 huius libri. Ed. P.

LXXIV. *Polio.* Nobis *Teucrium.* *Polium*, de quo vid. c. 21. Ed. P.

dignationis gloriaeque avidos: polium tractari, coli: polium contra serpentes substerni, uri, vel potari: in vino decoquunt recens, vel aridum, illinique. Splenicis propinant ex aceto: morbo regio in vino: et hydropicis incipientibus in vino decoctum. Vulneribus quoque sic illinunt. Secundas mulierum, partusque emortuos pellit: item dolores corporis. Vesicas inanit; et epiphoris illinitur. Nec magis alia herba convenit medicamento, quod alexipharmacon vocant. Stomacho tamen inutile esse, caputque eo impleri, et abortum fieri poto, aliqui negant. Ad religionem addunt, ubi inventum sit, protinus adalligandum contra oculorum suffusiones, cavendumque ne terram

Dignationis gloriaeque avidos, etc. Gron. et al. ante Hard. *dignationis gratia gloriaeque avidos polium tractare, colere.* Ed. P.

Polium. Hoc ipsum de tripolio narrat Dioscorides: unde Salmas. in Solin. pag. 1067, effici vult habitam a Plinio magno errore herbam eamdem, πόλιον ac τριπόλιον. Salmasio praeivit Nicol. Leonicenus. Sed aberravere il a vero longissime, dum unius Dioscoridis vestigiis insistunt: quem liquet eorum abductum errore, quos Plinius admonet XXVI, 22, eum polio tripolium confudisse. Nam de polio haec accipienda esse, praeter Plinium docet, Dioscoride Anazarbaeo vetustior Nicander in Theriac. p. 4, ubi ea recenset, quae vel instrata serpentes abigant: Η σύ γ' ὑποστρωφέσαιο λόγοι πολυάνθεα κάφης, Η πόλιον βαρύοδμον. Vbi Gorraeus interpretatur: *Viticis aut longae sectis molire cubile Caudicibus, poliive olidis insternere ramis.* Scholiastes ad eum locum p. 81: Τὸ πόλιον εἶδος βοτάνης βαρύοσμον, etc. Hard.

Substerni. In editis hactenus, *substernitur, vel portatur.* In Reg. 4, *substernituri portari.* In Reg. 2, *substerni, uri, potari,* lectione sane haud poenitenda. Nam Dioscorid. lib. III, cap. 124, polii decoctum epotum sit venenatorum morsibus succurrere; ac mox, substrato eo suffitoque abigi bestias venenatas. H. — Brot. ex Reg. 2, et edit. principe, *substerni, uri, potari.* Et mox alii *decoqui* pro *decoquunt.* Ed. P.

Splenicis. Dioscorid. lib. III, cap. 124. H. — Gronov. ut semper alias, *splenetici.* Ed. P.

Morbo. Diosc. loc. cit. Hard.

Et hydropicis incipientibus. Diosc. loc. cit. Hard.

Vulneribus. Diosc. loc. cit. H.

Pellit. Gronov. et al. ante Hard. *repellit.* Ed. P.

Alexipharmacon. Ἀλεξιφαρμάκον; remedium adversus venena, amuletum contra veneficia. H.

Stomacho tamen inutile esse. Non solum quod utilitatis nihil affert, sed etiam quod noxium est, ut inimicus,

attingat. Hi et folia eius thymo similia tradunt, nisi quod molliora sunt, et lanatiore canitie. Cum ruta silvestri, et si teratur ex aqua caelesti, aspidas mitigare dicitur: et non secus atque cytinus adstringit et cohibet vulnera prohibetque serpere.

LXXXV. Holochrysos medetur stranguriae in vino pota, et oculorum epiphoris illita. Cum faece vero vini cremata et polenta, lichenas emendat. Chrysocomes radix calfacit, et stringit. Datur potui ad iocinerum vitia: item pulmonum: vulvae dolores in aqua mulsa decocta. Ciet menstrua: et si cruda detur, hydropicorum aquam.

LXXXVI. Melissophyllo sive melittaena si perungantur alvearia, non fugient apes. Nullo enim magis gaudent flore. Copia istius examina facillime continentur. Idem praesentissimum est contra ictus earum

non solum qui amicus et benevolus non est, sed qui etiam malevolus. Horat. *Namque pila lippis inimicum et ludere crudis.* Dat. — *Stomacho:* Prodesse certe stomachicis polion cum melle tritum, auctor est Marcellus, cap. xx. Contra Dioscorid. loc. cit. et male stomachum habere, et ciere capitis dolorem scribit. Hard.

LXXXV. *Holochrysos.* Conf. huius libri cap. 24. Ed. P.

Chrysocomes. Dioscor. quoque lib. IV, cap. 55: Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, καὶ στυπτικὴ ἡ ῥίζα. H. —

Chrysocoma Lemnyris. Cf. sup. c. 26. Ed. P.

Datur. Diosc. loc. cit. tum istud, tum caetera chrysocomes remedia totidem verbis affert. H.

LXXXVI. *Melissophyllo.* Sic. R. 1, 2, Th. Ch. non ut editi, *sive melittide.* Sic Dioscor. lib. III, cap. 118: Μελισσόφυλλον, ὁ ἔνιοι μελίτταιναν καλοῦσιν. Et Nicand. in Ther. pag. 39: Τὸν ἤτοι μελίφυλλον ἐπικλέουσι βοτῆρες, Οἱ δὲ μελίτταιναν· τῇ γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι, Ὀδμῇ θελγόμεναι μέλιτος ῥοιζηδὸν ἵκονται. *Agrestes meliphyllon eam dixere bubulci, Sive melittaenam, quod captae mellis odore Stridere apes circum soleant, et sidere ramis.* Hesych. Μελίτταινα, πόα τις, ἣν ἔνιοι μελίττειναν, ἄλλοι μελισσόφυλλον. H. — *Melissa officinalis*, de qua iam dictum. Ed. P.

Copia. Respicit illud Virgilii, Georg. lib. IV, vers. 63: ... *hunc tu iussos asperge sapores, Trita melisphylla, et cerinthae ignobile gramen: Ipsae consident medicatis sedibus; ipsae intima more suo sese in cunabula condent.* H.

Idem praesentissimum, etc. Dioscor. lib. III, cap. 118. Hard.

Contra ictus earum vesparumque et arvorum (Sic prius legebatur). Voss. auctior: *earum vesparumque et simi-*

vesparumque, et similium, sicut araneorum: item scorpionum. Item contra vulvarum strangulationes, addito nitro: contra tormina e vino. Folia eius strumis illinuntur, et sedis vitiis, cum sale. Decoctae succus feminas purgat, et inflammationes discutit, et hulcera sanat. Articularios morbos sedat canisque morsus. Prodest dysentericis veteribus, et coeliacis, et orthopnoicis, lienibus, hulceribus thoracis. Caligines oculorum succo cum melle inungi eximium habetur.

LXXXVII. Melilotos quoque oculis medetur cum

lium, sicut aran. Lib. XXIII, 7: *vesparumque et similium venenis.* Notavit et Pintianus. Gron.

Vulvarum strangulationes. Fungorum, μυκήτων. Dioscor. Plinius legit, μητρῶν. Dal. — *Item contra.* Ita MSS. omnes editique libri. Tamen Saracenus in nobis ad Diosc. Plinianam orationem emendatione egere putat, ac *fungorum* potius quam *vulvarum* legi oportere. Dioscorides enim, III, 118, ubi de melissophyllo: Βοηθεῖ, inquit, καὶ τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις σὺν νίτρῳ τὰ φύλλα πινομένα, καὶ στροφουμένοις. *Folia quoque addito nitro bibita iis auxiliantur, qui a fungis strangulantur, nec non et torminosis.* Strangulari autem eos, qui fungos ederint, vel ex ipso Dioscoride notum est in Alexiph. cap. 23. Corrigendum igitur ex Dioscoride Plinium pronuntiat. Cur, quaeso, magis quam ex Plinio Dioscoridem, cuius vitiata foede exemplaria norunt eruditi? An non fieri perfacile potuit, ut pro ὑπὸ μητρῶν, ab erudito aliquo ὑπὸ μυκήτων scriberetur? Aut si strangulationi quae a fungis oritur, mederi haec herba potest, cur non et eadem strangulationi ei opituletur, quae a conversione vulvae proficiscitur? H.

Folia. Diosc. loc. cit. Κατακλασσόμενα δὲ (φύλλα) σὺν ἁλσὶ, διαφορεῖ χοιράδας, etc. Hard.

Decoctae. Καὶ τὸ ἀφέψημαδὲ αὐτῶν... πρὸς ἐμμήνων ἀγωγὴν εὐθετεῖ. Diosc. l. c. H. — *Decoctae succus.* Sic e Chiffl. Hard. Gronov. et al. *cum sale decocto succus*, etc. Et mox *inflationes*, non *inflammat.* Ed. P.

Articularios. Hoc folia praestare cum sale imposita dicit Dioscorid. loc. citat. et contra canis rabidi morsus eadem cum vino pota prodesse. Hard.

Prodest dysentericis. Dioscor. loc. cit. Hard.

LXXXVII. *Oculis medetur cum l. o. aut l. semine.* Scribe, *oculis medetur cum luteo ovi aut lini semine*; tum ex antiquo exemplari, tum ex Dioscoride libro tertio ad verbum. Pint. — Reg. 1, *cum luteo*; Reg. 2; *cum luteo ovi ante lini semine.* Quae certissima sincerae scripturae vestigia. Adde Diosc. III, 48, de meliloto: Δύναμιν ἔχει καλακτικὴν πάσης φλεγμονῆς, μάλιστα δὲ περὶ ὀφθαλμούς... ἐνίοτε δὲ μετ'

luteo ovi, aut lini semine. Maxillarum quoque dolores lenit; et capitis cum rosaceo: item auriuni e passo, quaeque in manibus intumescunt, vel erumpunt. Stomachi dolores in vino decocta, vel cruda tritaque. Idem effectus et ad vulvas. Testes vero, et sedem prociduam, quaeque ibi sint vitia, recens ex aqua decocta, vel ex passo. Adiecto rosaceo illinitur ad carcinomata. Defervescit in vino dulci. Peculiariter et contra melicerídas efficax.

LXXXVIII. (XXI.) Trifolium scio credi praevalere contra serpentium ictus et scorpionum, ex vino aut posca, seminis granis viginti potis: vel foliis, et tota herba decocta; serpentesque numquam in trifolio aspici. Praeterea celebratis auctoribus, contra omnia venena pro antidoto sufficere XXV grana eius, quod minyanthes ex eo appellavimus, tradi. Multa alia

ιοῦ λευκόθου, ἢ λινοσπέρμου. Melilotum ad caligines, obscuritates et suffusiones oculorum commendat pariter Theod. Priac. I, 10, *de oculorum causis*. H. — *Melilotus officinalis* sive *cretica*. Ed. P.

Et capitis. Dioscor. III, 48: Καὶ κεφαλάλγιον κραύνει ἐμβρεχόμενος μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου. Hard.

Item. Diosc. loc. cit. Hard.

Intumescunt vel erumpunt; Brot. ex Reg. 1, *intumescant vel erumpant*. Reg. 2, *rumpant*, forte melius; haec enim sunt quae vulgo dicuntur, *crevasses*, *engelures*. Ed. P.

Stomachi dolores. Dioscor. loco cit. Hard.

Idem effectus et ad vulvas. Diosc. loco cit. Hard.

Testes vero et sedem prociduam. Diosc. loc. cit. Hard.

Vino dulci. Passo, ad morbos supra recitatos. Dal.

Peculiariter. Diosc loc. cit. Θεραπεύει καὶ μελικηρίδας, etc. H. — *Melicerídas*. Recentes per se cum aqua Diosc. Dal.

LXXXVIII. *Trifolium*. Vide auctorem libri de Simpl. medic. tom. XIII Opp. Gal. p. 1002; Dioscoridem quoque III, 123. Et quae de trifolio acuto refert Scrib. Larg. comp. CLXIII. H. — De trifolii generibus iam dictum c. 30 huius libri. Ed. P.

Minyanthes. Menianthes (sic Vet. apud Dalec.) quidam ideo dictum volunt, quod integro mense floret: quidam quod ad lunae radios florem mittat: alii, quod floris foliola veluti lunata et falcata sint. Vide supra cap. 9 huius libri. Dal. — *Minyanthes*. Μινυανθὲς Galeno de Fac. simpl. med. VIII, pag. 236, qui quae sit eiusce vocis originatio nescire se fatetur. Forte a minuendo dolore: ἄνθος enim *florem*, μινύω *minuere* graece sonat.

praeterea in remediis eius, adscribi. Sed me contra sententias eorum gravissimi viri auctoritas movet. Sophocles enim poëta venenatum id dicit. Simus quoque e medicis, decocti, aut contriti succum infusum corpori, easdem uredines facere, quas si percussis a serpente imponatur. Ergo non aliter utendum eo, quam contra venena, censuerim. Fortassis enim et his venenis inter se contraria sit natura, sicut multis aliis. Item animadverto, semen eius, cuius minima sint folia, utile esse ad custodiendam mulierum cutis gratiam, in facie illitum.

LXXXIX. Thymum colligi oportet in flore, et in umbra siccari. Duo autem sunt genera eius: candidum, radice lignosa, in collibus nascens, quod et praefertur: alterum nigrius, florisque nigri. Vtraque oculorum claritati multum conferre existimantur, et in cibo, et in medicamentis. Item diutinae tussi:

Hard. — Nobis *Psoralea bituminosa*. Ed. P.

Simus quoque med. de Tradunt quidem (ait Dioscorides) totius fruticis decoctum dolores finire illorum, quos serpentes percusserunt. At si eodem decocto cuiuspiam alius foveantur, hulcera, perinde affici, ac si serpens momorderit. Miraculi novitatem non satis Plinius explicat. Vide Galenum de Theriaca. Idem fere narrat Aelianus de phalangiorum morsu, lib. XVII, cap. 11 de animalibus. Dat. — *Simus*. Simo Galenus adstipulatur lib. de Theriaca ad Pis. c. 4, p. 935. Hard.

E medicis. Gron. et al. ante Hard. *medicus*. Ed. P.

Eandem uredines. Eandem pruritus. Hard.

LXXXIX. *Alterum*, etc. Plinius suo iudicio, et non veterum scriptorum, haec statuit. Dioscoridi et Theophrasto unicum est thymi genus, foliis albis, quod in capillo florem habet. Nigrum vero zygis est. Inconsiderate Plin. eius thymi florem nigrum esse putat, quod nigrum a Graecis vocari, praecipue a Theophrasto, legerat. Flos quidem in eo genere thymi subpurpureus est. Dat. — *Florisque*. Hoc est, purpurascentis, πορφυρίζοντος, ut ait Dioscor. III, 44, atque adeo in nigredinem vergentis, ut violae. Hard.

Vtraque oculorum. De thymo tantum albo id Dioscorides. Dat. — *Vtraque*. Dioscor. loc. cit. Αμβλυωπούντας εσθιόμενον σύν τροφῇ ὀφελεῖ. *Hebetiori oculorum acie praeditis in cibo confert*. Sic etiam Plin. Val. IV, 35, de utroque thymo. Hard.

in eclignate faciles exscreationes facere cum aceto et sale. Sanguinem concrescere non pati e melle: longas faucium distillationes extra illita cum sinapi, extenuare: item stomachi et ventris vitia. Modice his tamen utendum est, quoniam excalfaciunt, quamvis sistunt alvum: quae si exhulcerata sit, denarii pondus in sextarium aceti et mellis addi oportet. Item si lateris dolor sit, aut inter scapulas, aut in thorace. Praecordiis medentur ex aceto cum melle: quae potio datur et in alienatione mentis ac melancholicis. Datur et comitialibus, quos correptos olfactus excitat thymi. Aiunt et dormire eos oportere in molli thymo. Prodest et orthopnoicis, et anhelatoribus, mulierumque mensibus retardatis: vel si emortui sint in utero partus, decoctum in aqua ad tertias: et viris vero contra inflationes cum melle et aceto; et si venter turgeat, testesve, aut si ve-

In eclignate. Gron. et al. *tussi eclignate faciles.* Ed. P.

Cum aceto et sale. Dioscoridi cum sale et aceto potum pituitam per alvum detrahit; cum melle in eclignate faciles exscreationes facit. Dalec. — *Cum aceto.* Cum melle, Dioc. loc. cit. Cum vino Marc. Emp. cap. XVII. Hard.

Sanguinem concr. non pati, etc. Dioscor. loc. cit. Κατεπλασθὲν μετ' ὄξους αἵματος θρόμβους διαλύει. H.

Item stomachi et ventris vitia. Quoniam cum sale et aceto potum, vim habet pituitam per alvum detrahendi, inquit Dioc. loc. cit. H.

Lateralis dolor sit. (sic prius legebatur). E flatu melancholico. Dioc. Dal.

Datur et comitialibus, etc. Scrib. Larg. Comp. med. cap. 11, n. 151 *Ad recentem comitialem morbum cito proficit; ad veterem tardius: thymi albi X. P. III, ex aceti cyathis tribus, et mellis boni pondo unoia: ut dilutum ieiunus bibat per dies XLV.* H.

Prodest et orthopnoicis, et anhelationi (sic olim). Scribe *anhelatoribus*, puta πνευματίαις. Lib. XXII, c. 34: *Anhelatoribus et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.* Lib. XXIII, cap. 7: *Vescaa semper utilis et anhelatoribus ac suspiriosis.* Hoc quoque Pintianus. Gron. — *Prodest* Dioc. III, 44, et Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 178. H.

Vel si emortui s. in ut. partus. Dioc. et Galen. ll. cc. Plin. Valer. IV, 35: *Emortuos partus extrahit.* Hard.

Contra inflationes cum melle et aceto. De epithymo hoc Dioscorides. Dalec.

Aut si vesicae dolor exigat. Vrinam

sicae dolor exigat. E vino tumores et impetus tollit, impositum. Item cum aceto callum et verrucas. Coxendicibus imponitur cum vino: articulariis morbis, et luxatis; tritum ac lanae inspersum ex oleo. Dant et potionem articularibus morbis trium obolorum pondere in tribus aceti et mellis. Et in fastidio tritum cum sale.

XC. Hemerocalles pallidum e viridi et molle folium

ciere thymum produnt Dioscor. et Gal. ll. cc. H.

Impetus tollit impositum. Humorum fluentium et brevi phlegmonem excitaturorum irruptiones et epiphoras. Dal. — *Impetus.* Quos Graeci ἐπιφοράς appellant, de quibus XX, 26. Hard.

Item cum aceto callum et verrucas. Et haec pariter Dioscor. loco citato. Hard.

Coxendicibus imponitur et articularibus. Sic Gelenius Vossianus: *coxendicibus imponitur cum vino, articularis morbis et luxatis tritum ac lanae inspersum ex oleo.* Pleraque horum iam in medium dederunt ex Chiffl. non *articularis*, in Andegav. quoque conspicuum, quod revocari flagitat *articulariis*, Pintiano iam notatum. Capite praecedenti: *articularios morbos sedat.* Sic et lib. XXII, 24: *Item articulario morbo et nervorum infirmitate laborantibus.* Lib. XXV: 5: *Podagris veteribus, articulariis morbis.* Lib. XXXII, 4: *Paralysin et articularios morbos sentientibus.* Et his quidem locis salvi etiam vulgati codices. Sed et sic legendum lib. XXII, 13: *Articulariis morbis et podagris plurimi.* Lib. XXIII, 1: *Item carbunculis, articulariis morbis.* Et cap. 3: *Podagris incipientibus, item articulariis morbis.* Et 9: *Articulariis morbis et collectionibus.* Lib. XXVIII, 9: *In lepris, elephantiasi, articulariis morbis.* Lib XXXI, 6: *In tenesmis articulariisque morbis.* Lib. XXXII, 9. *Podagris articulariisque morbis utile est oleum.* Omnibus enim his locis praestantissimus liber *articularis.* Denique statim post verba e cap. 21 huius libri proposita: *Dant et potionem articulariis bonis trium obolorum pondere in tribus cyathis aceti et mellis, in fastidio tritum cum sale.* Sic MSS. Forte, *articulariis novis.* Gron. — *Coxendicibus.* Diosc. loc. cit. Καὶ ἰσχιαδικοῖς μετ' οἴνου καὶ ἀλφίτων ἐπιτεθὲν ἁρμόζει. H.

XC. *Hemerocalles.* Iisdem fere verbis describitur a Diosc. III, 137: Ημεροκαλλὶς φύλλα ἔχει καὶ καυλὸν ὅμοια κρίνῳ, χλωρὰ δὲ ὥσπερ πράσα. *Caulem ac folia lilii habet, porri instar virentia.* Lilium est rubrum miniatum seu Byzantinum Clusii Hist. Rar. pl. II, pag. 131. Est et in horto Eystettensi, ibi Hemerocallis Chalcedonica appellata. Vidimus in horto Regio. Hard. — Ημεροκαλλὶς Dioscor. loco cit. auctore Sprengelio, est *Lilium Martagon*, quod aliis idem est atque hyacinthus Veterum. Conf. ad huius libri cap. 38 fin. Anguillar. pag. 231. Ημεροκαλὲς vero Theophrast. Histor. VI, 1 est *Pancratium maritimum* (*Hexand. monogyn.* gen. 781. Pers. *Narciss.* Juss.). Ed. P.

habet, radice odorata atque bulbosa: quae cum melle imposita ventri, aquas pellit, et sanguinem etiam inutilem. Folia epiphoris oculorum, mammarumque post partum doloribus illinuntur.

XCI. Helenium ab Helena, ut diximus, natum favere creditur formae: cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam. Praeterea putant usu eius quamdam gratiam iis veneremque conciliari. Attribuunt et hilaritatis effectum eidem potae in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud praedicatum ab Homero, quo tristitia omnis abolea-

Radice odorata. Εὐμεγέθη, magna. Plinius legit εὐώδη, odorata. Dal.

Quae cum melle imposita ventri. Cum melle lana subdita in pesso adhiberi Diosc. praecipit loco cit. Ῥίζα λεῖα ποθεῖσα, καὶ σὺν μέλιτι ἐν ἐρίῳ προστεθεῖσα, πέσσός ἐστιν ὑδραγωγὸς καὶ αἱμαγωγός. H.

Folia epiphoris oculorum. Dioscor. loco cit. Hard.

XCI. *Helenium ab Hel. ut diximus, natum.* Conf. huius libri c. 33. Τὸ ἐλένιον, de quo Hippocrat. Nat. mulier 572; Diosc. I, 17, auctore Sprengelio, est *Inula Helenium* (*Syngenes. superfl.* gen. 1857 Pars. *corymb.* Juss.); sed ἐλένιον Theophr. dictum Hist. IV, 6; Diosc. I, 28.: ἐλένιον αἰγύπτιον, est *Teucrium creticum* (*Didyn. gymnosp.* gen. 1372 Pers. *Labiat.* Juss.), de quo Noster cap. 33: *Est frutex humi se spargens, dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo.* De *nepenthe* vero Homerico magna est quaestio, nec Plinii quidem testimonio diiudicanda; dicit enim a quibusdam helenio hilaritatis effectum attribui, eumque quem habuerit nepenthes Homericum; sed de nepenthe ipso nihil certi videtur afferre. Vide Excurs. III ad calcem huius libri, ubi variae doctorum opiniones de praeclarissimo illo contra tristitiam iramque remedio, tam erudite quam eleganter exponuntur. Ed. P.

Ab Homero. Locus est Odyss. Δ, v. 224: Αὐτὰρ ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον Νήπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων. Dal. — Esse vero nepenthes, quam subsequuta aetas buglosson vocavit, nos borraginem, Plutarch. innuit, Symp. quaest. I, 1, p. 614. Nos plane affirmamus, vel eo ducti argumento, quod vis buglosso plane par adscribitur a summis viris, ut dicturi sumus lib. XXV, 40. Nam in vinum deiecta animi voluptates augat, atque ex ea re vocatur et εὐφρόσυνον. Hard. — *Nepenthes*, etc. Barchusen. *Hist. Medicinae*, fin., nepenthes Homericum nihil aliud quam ipsum opium esse ait, quod in oratione de hac re habita probandum suscepit. Item opium esse iudicat Sprengel. ad Odyss. lib. sup. laud. Hist. Rei herb. I, 25. Cf. etiam de Nepenthe Homerico Exc. III ad calc. huius libri. Ed. P.

Quo. Gron. et al. *quod.* Ed. P.

tur. Est autem succi praedulcis. Prodest et orthopnoicis radix eius in aqua ieiunis pota. Est autem candida intus et dulcis. Bibitur et contra serpentium ictus ex vino. Mures quoque contrita dicitur necare.

XCII. Abrotonum duorum traditur generum, campestre ac montanum: hoc feminam, illud marem intelligi volumus. Amaritudo absinthii in utroque. Siculum laudatissimum, dein Gallaticum. Vsus et foliis, sed maior semini ad excalfaciendum: ideo nervis utile, tussi, orthopnoeae, convulsis, ruptis, lumbis, urinae angustiis. Datur bibendum manualibus fasciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur et semen tusum in aqua drachmae pondere. Prodest et vulvae. Concoquit panos cum farina hordeacea, et oculorum inflammationibus illinitur, cum cotoneo malo cocto. Serpentes fugat. Contra ictus ea-

Est autem. Helenium scilicet. Quare et nectaream appellavere alii, et ex ea vinum nectarites concinnatum olim ut Plinius superius adnotavit XIV, 19. Hard.

Succi praedulcis. Hoc falsum, si de inula Plinius scribit. Suspicor Plinium aut libertum eius scribam, reddere voluisse, quod Dioscorides ait, Helenium passo conditum stomacho utile esse, ac salgamarios radicem parum siccatam, decoctam, refrigeratam, in sapam coniectam recondere. Inulas in horto Columella vocat *tristes*, id est, ingratas et insuaves. Horat. Sat. VI: *Inulas ego primus amaras, etc.* Dal.

XCII. *Abrotonum.* Schol. Nic. in Ther. p. 9: Τοῦ ἀβροτόνου δύο γένη εἰσί· τὸ μὲν κηπεύσιμον, τὸ δὲ ὀρεινόν. Diosc. III, 29, duo genera pariter agnoscit, marem feminamque; illud Galaticum, istud vero Siculum. Hard. — Mas, *Artemisia Abrotanum*; femina, *Santholina Chamaecyparissus*. Conf. sup. c. 34. Ed. P.

Amaritudo. Feminae quidem hanc ineste prodidit Dioscor. loco citato. Hard.

In utroque. In femina candorem foliorum cum seriphio Dioscorides comparat: in mare ramorum gracilitatem cum absinthio. Dalec.

Vsus et foliis Dioscor. loco cit et Galenus de Fac. simpl. med. VI, 1, p. 145. Hard.

Orthopnoeae His quoque morbis reliquis mederi abrotonum Diosc. admonet loc. cit. Hard.

Manualibus. Qui manum impleant. Hard.

Prodest. Mensibus commorantibus, ἐμμήνων ἐπισχέσει, Diosc. loc. cit. H.

Concoquit. Diosc. loco cit. et Gal. totidem verbis de Fac. simpl. med. VI, p. 146. Hard.

Serpentes. De serpentibus, pha-

rum bibitur cum vino, illiniturque. Efficacissimum contra ea, quorum veneno tremores et frigus accidunt, ut scorpionum et phalangiorum; et contra venena alia pota prodest, et quoquo modo algentibus, et ad extrahenda ea, quae inhaerent corporibus. Pellit et interaneorum mala. Ramo eius, si subiiciatur pulvino, Venerem stimulari aiunt: efficacissimamque esse herbam contra omnia veneficia, quibus coitus inhibeatur.

XCIII. (XXII.) Leucanthemum suspiriosis medetur, duabus partibus aceti permixtum. Sampsuchum sive amaracum, in Cypro laudatissimum et odoratissimum, scorpionibus adversatur, ex aceto ac sale illitum. Menstruis quoque multum confert impositum. Minor est eidem poto vis. Cohibet et oculorum epiphoras cum polenta. Succus decocti tormina discutit. Et urinis, et hydropicis utile. Movet et aridum sternutamenta. Fit ex eo et oleum, quod sampsuchinum vocatur aut amaracinum, ad excalfaciendos molliendos-

langiis ac venenis eadem tradit Dioscoloco cit. post Nicandrum in Ther. p. 7. Hard.

Et quoquo modo algentibus. Etiam periodicis febrium rigoribus, inquit Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 145. Hard.

Pellit et interaneorum mala. Galenus loc. cit. ἕλμινθας ἀναιρεῖ. Item Aelian. Hist. Anim. IX, 33.

XCIII. *Leucanthemum.* De leucanthemo conf. supr. c. 34. Ed. P.

Sampsuchum sive amaracum. Dioscor. III, 47, totidem verbis. H. — Conf. c. 35. Ed. P.

In Cypro laudatissimum. Et Cyzico. Dioscor. Dalec.

Menstruis quoque multum confert. In pesso subditum, ἐν πεσσῷ, Dioscor. loco cit. Hard.

Cohibet et oculorum epiphoras. Dioscor. l. c. Hard.

Succus decocti, etc. Dioscorid. loc. citat. Hard.

Et urinis et hydropicis. Dioscor. loc. cit. Hard.

Fit ex eo et oleum. Seorsim ac diversis capitibus de amaracino oleo, et sampsuchino Dioscorides egit: ac de isto quidem, cap. 58, et de illo, capite 68, libri primi: non quod amaracum a sampsucho differre velit; sed quod unguenta ea concinnandi modos tradat geminos: quos ut confectionis genere, sic et appellatione secerni voluit. Hard.

Ad excalfaciendos molliendosque nervos. Dioscor. I, 68. Hard.

que nervos; et vulvas calfacit. Et folia sugillatis cum melle, et luxatis cum vera prosunt.

XCIV. (XXIII.) Anemonas coronarias tantum diximus: nunc reddemus ad medicas. Sunt qui phrenion vocent. Duo eius genera: silvestris prima, altera in cultis nascens, utraque sabulosis. Huius plures species. Aut enim phoeniceum florem habet, quae copiosissima est: aut purpureum, aut lacteum. Harum trium folia apio similia sunt. Nec temere semipedem altitudine excedunt, cacumine asparagi. Flos nun-

Et folia. Haec totidem fere verbis Diosc. III, 47. Hard.

XCIV. *Anemonas.* Anemonem Ovid. Metam. X, 732, *Adonidis florem* his verbis appellare videtur; .... *sic fata, cruorem Nectare odorato sparsit, qui tactus ab illo Intumuit; sicut pluvio pellucida caelo Surgere bulla solet, nec plena longior hora Facta mora est, quum flos de sanguine concolor ortus, Qualem quae lento celant sub cortice granum, Punica ferre solent, brevis est tamen usus in illo. Namque male haerentem, et nimia levitate vaducum Excutiunt idem, qui perflant omnia venti.* Dalec. — Anemonem e lacrymis Veneris natam auctor est Bion, I, 66: Αἷμα ῥοδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώνας. Flos vero quem canit Ovid. Metam. X, 725 sqq. est eodem nomine ipsa *Adonis aestivalis*, e cruore invenis, quem Venus deperibat. Vid. Sprengel. Hist. Rei herbar. tom. I, p. 34. De anemone egimus sup. cap. 38. Ed. P.

Sunt qui phrenion. Φρένιον. Sic sane in Indice. Et MSS. Regg. Th. Ch. *fremion* habent; vera tamen lectio φαίνιον videtur. Nam Theocriti Schol. ad Idyll. E, vers. 92: Σωσίβιος, inquit, τὰς ἀνεμώνας παρὰ Δάκωσι φανιδας καλεῖσθαι φησι. A splendore fortassis et coloris venustate, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι. Haan. — *Phrenion.* Gron. et al. *phenion.* Vet. ap. Dal. *phoenion.* Ed. P.

Duo. Eadem leges pariter ap. Diosc. II, p. 207: Ἀνεμώνη δύο, ἡ μὲν ἀγρία, ἡ δὲ ἥμερος. Recentiores herbarii centum amplius genera norunt, ut diximus cap. 38. H. — Immo trecenta et amplius *Anemones hortensis* varietates in hortis coluntur, suis quaeque nominibus distinctae. Ed. P.

Huius. Sativae scilicet, Diosc. l. c. καὶ τῆς ἡμέρου ἡ μὲν τις φοινικὰ φέρει τὰ ἄνθη, ἢ γαλακτίζοντα, ἢ πορφυρᾶ. H. — Ἀνεμώνη ἥμερος, seu sativa, est *Anemone hortensis*; ἄγρία, seu silvestris, est *Anem. apennina* (*Polyand. polyg.* gen. 1356 Pers. *Ranuncul.* Juss.); ἀνεμώνη λειμωνία Theophr. VI, 7, VII, 8, de qua Noster cap. 38, est *Anemone nemorosa.* Conf. Sprengel. Histor. Rei herbar. t. I, pag. 94 et 177. Ed. P.

Harum trium folia apio similia. Coriandro, quod eodem ferme recidit, Diosc. loc. cit. et Oribasius, lib. XI, pag. 190. Sed sunt tamen apio, quam coriandro propiora. Haan.

Cacumine asparagi. Nec calyces ha-

quam se aperit, nisi vento spirante: unde et nomen accepere. Silvestri amplitudo maior, latioribusque foliis, flore phoeniceo. Hanc, errore ducti, argemonem putant multi: alii rursus papaver, quod rhoean appellavimus. Sed distinctio magna, quod utraque haec postea floret. Nec aut succum illarum anemonae reddunt, aut calyces habent, nec nisi asparagi cacumen. Prosunt anemonae capitis doloribus et inflammationibus, vulvis mulierum, lacti quoque. Et menstrua cient cum ptisana sumptae, aut vellere appositae. Radix commanducata pituitam trahit, dentes sanat: decocta oculorum epiphoras et cicatrices. Magi mul-

bent anemonae, nec capita, vascula: sed cacumen instar asparagorum est. Οὔτε κωδίαν ἔχουσιν, ἀλλ' οἱονεὶ ἀσπαράγου ἄκρον. Diosc. loc. citat. Vide iconem anemones primae apud Dodonaeum p. 431. Hard.

Flos nunquam se aperit, nisi vento spirante: unde et nomen accepit. (sic prius) Voss. *accepere.* Nempe anemonae, quarum de pluribus generibus loquutus est. Gronov. — *Flos.* At nostrae etiam tranquillo sese aperiunt. Verius forsan nomen iis inditum, quod facile flos vento decutitur. Hesychius: Ἀνεμώνη.... πᾶν φυτὸν ταχέως ὑπὸ ἀνέμων φθειρόμενον. H.

Silvestri amplitudo maior. Dioscor. haec totidem verbis, lib. II, cap. 207. Hard.

Hanc. Totidem verbis Dioscor. et Orib. II. cc. Hard.

Argemonem. Hanc depictam vide apud Lobelium in Obss. p. 144. Est et in horto Regio. Similis fere papaveri rhoeadi. Caeteras eius notas disce a Diosc. II, 208, Plinioque ipso, XXV, 56. Hard. — *Papaver Argemone* et mox *Pap. Rhoeas* (*Polyand. monog.* gen. 1255 Pers. *Papaver.* Juss.), de quo iam Noster egit lib. XIX, cap. 53. Ed. P.

Sed dist. magna. Eadem discrimina afferunt auctores mox appellati. Quod et argemone, et rhoeas papaver serius florent: nec croceum, ut argemone, dum caulis conciditur: nec candidum, ut papaver, succum reddit, etc. H.

Prosunt anemonae, etc. Radicis succo naribus infuso valere Dioscorides ait loc. cit. ad purgandum caput: folia cum ptisana decocta, et in cibo sumpta, fecunditatem lactis praebere. Habet haec etiam Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 157. Hard.

Et menstrua cient, etc. Dioscor. l. cit. Hard.

Radix commanducata pituitam trahit, etc. Diosc. et Gal. ll. cc. H.

Decocta oculorum epiphoras. Adde duo verba, *et cicatrices*, ex vetusto exemplari: *Decocta oculorum epiphoras et cicatrices.* Pint. — *Decocta:* Decocta in passo, ἐν γλυκεῖ Diosc. l. cit. De cicatricibus Galen. loc. cit. οὐλὰς λεπτύνει. Has voculas, *et cicatrices*, ex MSS. addidimus. Harp.

tum quidem iis tribuere, quamprimum aspiciatur eo anno tolli iubentes; dicique, colligi eam tertianis et quartanis remedio. Postea alligari florem panno roseo, et in umbra asservari, ita quum opus sit adalligari. Quae ex his phoeniceum florem habet, radice contrita, cuicumque animalium imposita, hulcus facit septica vi. Et ideo expurgandis hulceribus adhibetur.

XCV. (XXIV.) Oenanthe herba nascitur in petris, folio pastinacae, radice magna, numerosa. Caulis eius et folia cum melle ac vino nigro pota, facilitatem pariendi praestant, secundasque purgant. Tussim e melle tollunt: urinam cient. Radix et vesicae vitiis medetur.

XCVI. (XXV.) Heliochrysum, quod alii chrysanthemon vocant, ramulos habet candidos, folia subalbida, abrotono similia: ad solis repercussum, aureae lucis in orbem veluti corymbis dependentibus, qui num-

Magi multum quidem iis tribuere. Notant in margine *quidam*, ut et in Academico est: sed Vossianus *multum quiddam*. Sic lib. XXII, cap. 2: *immensum quiddam et hinc sumpsere.* Gron.

Septica. Σηπτική δύναμις, vis putrefaciendi. Cels. VII, 21, *Medicamenta, quae sic exedunt, ne erodant, σηπτικά Graeci vocant.* Hard.

Et ideo expurgandis hulceribus. Gal. loc. cit. Hard.

XCV. *Oenanthe.* Dioscor. III, c. 135: Οἰνάνθην... τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὥσπερ σταφυλῖνος, etc. De forma oenanthes ac viribus eiusdem, paria prorsus cum Plinio tradit. Radicem ad stranguriam adhibet Apuleius cap. 54, tit. 1. H. — Oenanthe sic dicta, vel quod cum vite floret, vel quod eius flos odore et colore florem vitis aemulatur: servat nomen. *Oenanthe pimpinelli-folia* (*Pentand. digyn.* gen. 704 Pers. *Umbell.* Juss.). Ed. P.

Numerosa. Dioscoridi radix non est numerosa, sed in numerosa et rotunda capitula extuberat. Alia est Oenanthe coronaria Theophrast. supra memorata, cap. 44 huius libri, flore albo, racemoso, labruscae simili. Observandum Oenanthen significare nunc herbam hic descriptam: nunc coronarium florem modo memoratum, quem nostrum lilium convallium esse puto: nunc labruscae florem. Dal.

Tussim e melle tollunt. Mulso, Dioscorid. Dalec.

Vesicae vitiis medetur. Stranguriae, Diosc. Dal.

XCVI. *Heliochrysum.* Dioscor. iisdem fere verbis, IV, 57: Ἡλίχρυσον, οἱ δὲ χρυσάνθεμον. οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀμάραντον καλοῦσιν, ὃ καὶ τὰ εἴδωλα στεφανοῦσι· ῥαδδίον λευκὸν, χλωρόν...

quam marcescunt: qua de causa Deos coronant illo, quod diligentissime servavit Ptolemaeus rex Aegypti. Nascitur in frutectis. Ciet urinas e vino pota, et menses. Duritias et inflammationes discutit. Ambustis cum melle imponitur. Contra serpentium ictus, et lumborum vitia bibitur. Sanguinem concretum ventris aut vesicae absumit cum mulso. Folia eius trita trium obolorum pondere sistunt profluvia mulierum in vino albo. Vestes tuetur odore non ineleganti.

XCVII. (xxvi.) Hyacinthus in Gallia maxime pro-

φύλλα στενὰ ἐκ διαστημάτων ἔχον πρὸς τὰ τοῦ ἀβροτόνου· κόμην κυκλοτερῆ, χρυσοφανῆ, σκιάδιον περιφερές, ὥσπερ κορύμβου; ξηρούς, etc. H. — *Heliochrysum*. Est *Gnaphalium Stoechas*; *immortelle*. Cf. cap. 24 et 38. Ed. P.

Deos coronant illo. Hoc fit etiam hodie a rusticis nostris. Dal.

Nascitur in frutectis. Dioscor. loc. cit. φύεται δὲ ἐν τραχέσι καὶ χαραδρώδεσι τόποις, *in asperis et salebrosis*. Interpres Oribasii, XI, pag. 196: *in asperis et aquosis convallibus*. Hard.

Ciet urinas e vino pota. Diosc. loc. cit. Hard.

Ambustis cum melle imponitur. Ex Theophrasto, Histor. IX, 21: Χρῶνται δ' αὐτῷ πρὸς τὰ πυρίκαυστα, κατακαύσαντες, καὶ μίξαντες μέλιτι. Dal.

Contra serpentium ictus. Theophr. loc. cit. Χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ δακετὰ ἐν οἴνῳ. *Vsus illius ad serpentium morsus e vino*. Diosc. quoque loc. cit. Hard.

Et lumborum vitia. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Sanguinem concretum. Haec rursus iisdem verbis Dioscorid. loc. citat. H.

Folia eius trita, etc. Gronov. et al. ante Hard. *folia eius trium obolorum*. Ed. P.

Sistunt profluvia mulierum in vino albo. Dioscor. loc. citat. Ἰσχει δὲ καὶ κατάῤῥουν ὅσον τριώβολον νήστει δοθεῖσα ἐν κράματι οἴνου λευκοῦ. *Sistit et destillationes trium obolorum pondere ieiunis potui data in vino albo diluto*. Alios sequutus auctores Plinius videtur, aut κατάῤῥουν perperam pro mulierum fluxu accepisse, quum ea vox destillationem pituitae, et catharrum significet. H.

Vestes tuetur odore. Vestibus interponi ait Diosc. loc. cit. ut eas a teredinum iniuriis tueatur. Hard. — Et *Gnaphalio Stoechadi* folia sunt suaveolentia. Ed. P.

XCVII. *Hyacinthus*. Hyacinthus iste, vacciniumve gallicum, quo hysginum vel purpura inficitur, gladiolus est, et hyacinthus, ut verbis Columellae utar IX, 4, caelestis nominis, hoc est, qui et iris vocatur, ut ex Palladio liquet, I, 37; nec tamen iris est, de qua diximus cap. 19, quae radix medicinae tantum et unguentis nascitur, non tingendis lanis: sed quam Galli vocant, quasi gladiolum, *du glaïeul*, Ita Anguillara Part. IX, pag. 153, quos alii deinde sequuti sunt. Decepti vero errore omnes, qui nihil irin ab hyacintho differre cen-

venit. Hoc ibi fuco hysginum tingunt. Radix est bulbacea mangonicis venalitiis pulchre nota: quae e vino dulci illita, pubertatem coërcet, et non patitur erumpere. Torminibus et araneorum morsibus resistit. Vrinam impellit. Contra serpentes et scorpiones, morbumque regium, semen eius cum abrotono datur.

XCVIII. Lychnis quoque flammea illa adversus serpentes, scorpiones, crabrones, similiaque, bibitur

sent. Hyacinthi porro gallici tractationem Plinius nunc attingit obiter, ubi de vulgari tantum hyacintho agendum ex proposito videbatur: quod, ut ipse admonuit, XX, 45, saepe contexenda sunt ea quae sunt ex eodem nomine pendentia. H. — *Hyacinthus*. Nobis est *Gladiolus communis* (*Triand. monog.* gen. 101 Pers. *Irid.* Juss.). Conf. lib. XVI, cap. 31, et huius lib. cap. 38. Ed. P.

Maxime provenit. Gronov. et al. ante Hard. *eximie.* Ed. P.

Hoc ibi fuco hysginum tingunt. Hysginum porro colos est allium coccineo. Parmensis editio, ceteraeque ante Hermolaum, atque adeo libri omnes manu exarati, Regg. Colb. Ch. Th. *Hoc ibi loco hysginum tingunt.* Reposuit Hermolaus, *hoc ibi pro coccin hysginum tingitur.* Nos certiore conjectura, *hoc ibi fuco hysginum tingunt.* Sic roseo fuco purpuram Catullus dixit in Argon. H. — Recte Harduinus; sed iam pridem locum sic emendatum dederat Gron. Conf. ad cap. 36 huius lib. Ed. P.

Radix. Hyacinthi nimirum alterius, seu vulgaris, atque Italici, ut diximus XVI, 31, mancipiis sati. Dioscorides Plinio suffragatur IV, 63: Ὑάκινθος φύλλα ἔχει ὅμοια βολβῷ... ῥίζαν καὶ αὐτὴν ὁμοίαν βολβῷ. Et Et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 237: Ὑάκινθον ἡ μὲν ῥίζα βολβοειδής. Hard. — Ὑάκινθος Dioscorid. IV, 63, Sprengelio videtur esse *Narcissus orientalis* (*Hexand. monogyn.* gen. 780 Pers. *Narciss.* Juss.); duas species diversas eodem nomine Plinius sine dubio comprehendit. Ed. P.

Mangonicis. Ita MSS. omnes. Venalitii sunt venditores teste Nonio, cap. II, num. 919, testimonio ipsius Ciceronis in eam rem adducto. Mangonici venditores erant, negotiatores mancipiorum, qui pueros puellasque, quo facilius vendi possent, artificio quodam componere; atque horum aetatem tegere pubertate coërcita solebant, ut vendibiliores essent. H.

Quae e vino dulci illita Diosc. IV, 63, de radice hyacinthi: Ἣ τις σὺν οἴνῳ καταπλασθεῖσα λευκῷ (vel γλυκεῖ) ἐπὶ παίδων, ἀνήβους τηρεῖν πεπίστευται. Galen. l. cit. ἐν οἴνῳ tantum. Hard.

Araneorum. Phalangiorum. Diosc. φαλαγγιοδήκτοις ὠφελεῖ. H.

Contra serpentes et scorpiones, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

Morbumque. Diosc. et Galen. abrotonum non adsciscunt, sed id solum, ἰκτερικοῖς δίδοται σὺν οἴνῳ. H.

XCVIII. *Lychnis.* De qua c. 10. Habet eadem Dioscorid. III, 114. H. — Nobis est *Agrostemma coronaria.* Ed. Par.

e vino semine trito. Silvestris eadem stomacho inutilis. Alvum solvit. Ad detrahendam bilem efficacissima duabus drachmis. Scorpionibus adeo contraria, ut omnino visa ea torpescant. Radicem eius Asiani boliten vocant: qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur.

XCIX. (XXVII.) Et vincapervinca, sive chamaedaphne, arida tusa hydropicis datur in aqua, cochleari mensura, celerrimeque reddunt aquam. Eadem decocta in cinere, sparsa vino, tumores siccat. Auribus succo medetur. Alvinis imposita multum prodesse dicitur.

C. Rusci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, et tortuosiore urina vel cruenta. Radicem pridie erui oportet, postero mane decoqui: ex eo sextarium vini cyathis duobus misceri. Sunt qui et crudam radicem tritam ex aqua bibant: et in totum ad virilia, cauliculis eius ex aceto tritis, nihil utilius putant.

CI. Batis quoque alvum mollit. Illinitur podagri-

Alvum. Dioscorid. III, 115.

Ad detrahendam bilem efficacissimam. Per alvum scilicet, κατὰ κοιλίαν. Diosc. loc. cit. H.

Scorpionibus. Dioscor. loc. cit. post Nicandrum in Ther. pag. 64, cuius et Schol. vide pag 41. Hard.

XCIX. *Chamaedaphne.* Vincampervincam nos quidem apud Dioscoridem etiam daphnoides vocari legimus, sed non chamaedaphnen. Fallitur hic Plinius. Dal.

Alvinis. Quibus videlicet alvus est fluida. Hard.

Rusci radix. deo. Hoc iterum Plinius libro seq. 83, ubi de oxymirsine, quae nihil a rusco differt. Hard. — *Ruscus aculeatus.* Ed. P.

Tortuosiore. Hoc est, ut ipsemet interpretatur, Lib. XXIII, 83, difficili urinae, praecipue crasse: hoc est, turbidiori, atque adeo hominem torquenti, dum veluti tortuosa exit. Dioscor. IV, 146, simpliciter στραγγουρίαν dixit. H.

Ex eo. Gronov. et al. ante Hard. *et ex ea.* Ed. P.

Ad virilia. Virilium morbos, praesertim urinae difficultates, et calculos. Dal.

Eius ex aceto. Gronov. et al. ante Harduin. *eius in vino et aceto.* Ed. P.

CI. *Batis.* Haec rursum dicentur l. XXVI, cap. 50. Hard.

Alvum mollit. Immo potius urinam ciet. Dal.

cis cruda et contusa. Acinon et coronarum causa et ciborum Aegyptii serunt: eademque erat, quae ocimum, nisi hirsutior ramis ac foliis esset, et admodum odorata. Ciet menses et urinas.

CII. (XXVIII.) Colocasia Glaucias acria corporis leniri putavit, et stomachum iuvari.

CIII. (XXIX.) Anthalii, quod Aegyptii edunt, nullum alium reperi usum. Sed est herba anthyllion, quam alii anthyllum vocant, duorum generum, foliis et ramis lenticulae similis, palmi altitudine, sabulosis apricis nascens, subsalsa gustanti. Altera chamaepityi similis, brevior et hirsutior, purpurei

Cruda et contusa. Sic e Chiffl. emendav. Hard. Gron. et al. *tosta et contusa.* Ed. P.

Acinon. Dioscorid. III, 50: Ἄκινος, ἡ ἄκονος, πόα στεφανωματική, παραπλησία ὠκίμῳ, δασυτέρα δὲ καὶ εὐώδης, παρ' ἐνίοις δὲ καὶ κηπεύεται. Quid sit Dioscoridis ἄκινος nescire se fatetur Anguillara, part. XII, pag. 206. Videtur esse ocimum silvestre pictum a Dodonaeo pag. 279. H. — *Thymus Acinos* Linn. Ed. P.

Ciet menses et urinas. Dioscoridi vero menses et alvum pota ἵστησι, sistit. Dal.

CII. *Colocasia.* Diosc. II, 128 ad coeliacos, dysentericosque commendat; additque vim habere εὐστόμαχον. H. — *Arum Colocasia.* Ed. P.

CIII. *Anthalii.* Malinathallae Theophrast. lib. IV, cap. 10, de qua supra. Ea est nostris, Thrasi. Dal. — *Cyperus esculentus.* Conf. cap. 52 huius libri. Ed. P.

Sed est herba anthyllion. Dioscor. in Noth. p. 460: Ἀνθυλλὶς οἱ δὲ ἄνθυλλον, οἱ δὲ ἀνθεμίδα, οἱ δὲ λευκάνθεμον. Hard.

Anthyllum. Gronov. et al. *anticellion.* Nobis *Cressa cretica* (*Pentand. digyn.* gen. 640 Pers. *Convolvulac.* Juss.). Habitat in Cretae littoralibus salsis, et apud Tunetanos. Cf. Desfont. Flor. Atlant. tom. I, pag. 220. Ed. P.

Foliis. Haec prior anthyllis descripta a Diosc. iisdem verbis III, 153: ἡ μὲν γὰρ φακῷ παραπλήσια φύλλα ἔχει, etc. Delineata a Dodonaeo pag. 542. Hard.

Sabulosis, etc. Dioscor. loco citato. Ἐν ὑφάμμοις τόποις, καὶ εὐηλίοις, γευομένῳ ὕφαλμος. Hard.

Altera. Sic Dioscor. totidem verbis loco citato. Galenus quoque de Fac. simpl. med. VI, p. 157, et interpres Oribasii f. 190. Est anthyllis chamaepityides minor Lobelii in Obss. p. 208, scite admodum ibi delineata. Fruticat in aridis arvorum marginibus iuxta Montem Pessulanum. H. — Nobis est *Aiuga iva* (*Didynam. Gymnosp.* gen. 1371 Pers. *Labiat.* Juss.). Hanc in Creta invenit Anguillara pag. 237. Cf. et Clus. Rar. Pl. II, 186. Ed. P.

Hirsutior. Densior, δασυτέρα. Diosc. Dal.

floris, odore gravis, in saxosis nascens. Prior vulvis aptissima, ex rosaceo ac lacte imposita, et vulneribus. Bibitur in stranguria, reniumque arenis, tribus drachmis. Altera bibitur in duritia vulvarum, et in torminibus, et in comitiali morbo, cum melle et aceto, quatuor drachmis.

CIV. (xxx.) Parthenium, alii leucanthes, alii amnacum vocant. Celsus apud nos, perdicium et muralem. Nascitur in hortorum sepibus, flore albo, odore

Prior vulvis. Diosc. totidem fere verbis l. c. H.

Imposita. Diosc. in pesso subdita, προστιθέμεναι. H.

Bibitur in stranguria renumque doloribus. Chiffletianus *anseris* pro *doloribus*, unde quidam *hulceribus*, inquit Dalecampius. Vossianus quoque *reniumque anseris tribus drachmis*. Conlicio, *reniumque arenis*. Sic lib. XXII, 21: *Potum id pellit taenias et renium arenas*. Et sequenti: *Lapides renium*. Item: *Calculisque et arenis pellendis, et vesicae pruritibus*. Lib. XXIII, 3: *Medentur enim arenosae urinae*. Lib. XXV, 13: *extrahere renibus arenam*. Semper autem codex optimus *renium* pro *renum*: plerumque et alii. Gron. — *Bibitur.* Diosc. l. c. sed quatuor drachmis bibi iubet. H.

Altera bibitur in duritia vulvarum. Diosc. et Galen. ll. cc. H.

CIV. *Parthenium.* Posterior aetas matricariam appellavit, *matricaire*. Delineatur a Dodonaeo p. 35; a Matthiolo in lib. III Diosc. pag. 907. — *Amnacum.* Sic MSS. omnes, etiam in indice: non ut editi, *tamnacum*. Quanquam verius utrobique forsan, *amaracum*. Nam Diosc. III, 155: Παρθένιον, οἱ δὲ ἀμάρακον, οἱ δὲ λευκάνθεμον. Sic etiam interpres Oribasii, lib. XII, 210. H. — *Leucanthes, alii amnacum.* Gron. et libb. ante Hard. editi, *leucanthen, alii tamnacum*. Ed. P.

Celsus apud nos. Perdicium, sive muralium, etiam parthenium vocari, cum Celso Dioscor. testatur. Verum parthenium quod hic describitur, et amaracum, sive leucanthemum nominari Plinius ait, nusquam perdicii, vel muralii nomen habet. Dal. — *Celsus.* Lib. II, 33: *Herba muralis*, inquit, (*parthenium vel perdicium appellant*), *reprimit ac refrigerat*. Et parthenium istud sane refrigerandi ac reprimendi habere vim insitam, haud obscure Dioscor. innuit, qui erysipelatis et inflammationibus imponi iubet. Quamobrem immerito carpitur hoc loco a Barbaro Dalecampioque Plinius, perinde ac si parthenium istud cum altero cognomine confuderit. H. — *Matricaria Parthenium* Linn. de qua alio loco dictum. Ed. P.

Et muralem. Sic MSS. Reg. et Ch. non *muralium*. Ita etiam Cels. l. cit. Hard.

Flore albo. Diosc. ἄνθη λευκὰ κύκλῳ. Et vero a candore floris λευκανθὲς quoque ei nomen inditum fuit. H.

Odore mali. Ita lib. omnes. An *odore malo*? Nam Diosc. loco citato ὀσμῇ ὑπόβρομον, Oribasii interpres,

mali, sapore amaro. Ad insidendum, decoctum in duritia vulvarum, et inflammationibus. Sicca cum melle, et aceto imposita, bilem detrahit atram. Ob hoc contra vertigines utilis, et calculosis. Illinitur et sacro igni: item strumis, cum axungia inveterata. Magi contra tertianas sinistra manu evelli eam iubent, dicique cuius causa vellatur, nec respicere. Dein eius folium aegri linguae subiicere, ut mox in cyatho aquae devoretur.

CV. (xxxi.) Trychno, quam quidam strychnon scripsere, utinam nec coronarii in Aegypto uterentur, quos invitat florum similitudo, in duobus eius generibus. Quorum alterum, cui acini coccinei, granosi

XII, fol. 210, *odore subviroso*. H. — Vet. apud Dal. *malo*. Ed. P.

Ad. Ad insidendum valet decoctum in vulvarum duritiis et inflammationibus: Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς ἐγκάθισμα ὑστέρας ἐσκληρημένης καὶ φλεγμαινούσης ἐστὶν Dioscor. loco citato. Hard.

Sicca. Ita libri omnes. Sed Dioscoridem unum si audiamus, *pota* legendum, non *imposita*: Δύναται δὲ ξηρὰ σὺν ὀξυμέλιτι, ἢ σὺν ἄλσι ποθεῖσα... φλέγμα καὶ χολὴν ἄγειν κάτω. Diosc. loco citato. H.

Et calculosis. Diosc. l. c. H.

Illinitur et sacro igni. Diosc. loc. cit. Hard.

Cum axungia inveterata Inflammationibus cum flore Dioscor. Plinius legit, pro σὺν τοῖς ἄνθεσι, σὺν στέασι. Dal.

CV. *Trychno*. Ita Gal. de Fac. simpl. med. VIII, p. 237: Τρύχνον, ἔνιοι δὲ μετὰ τοῦ σίγμα στρύχνον ὀνομάζουσιν. Solanum Latini vocant, teste Plinio, XXVII, 108, ex Celso. Hortense hoc prius a Dodonaeo pingitur pag. 451. Oribasio in Mss. cod. II: Τρύχνον τὸ ἐδώδιμον, ἐν τοῖς κήποις φυόμενον. Caelio Aureliano, II, 7, *uva lupina*. H. — Gronov. et al. permutatis nominibus, *strychno quam quidem trychnon*: Στρύχνος κηπαῖος Dioscor. lib. 14, cap. 72, est nobis *Solanum nigrum* (*Pentand. monogyn.* gen. 506. Pers. *Solan.* Juss.), cuius varietates orientales in Aegypto comedebantur. Ed. P.

Coronarii in Aegypto. Solo fructu halicacabi coronarios uti, et cum coronis intorquere, non autem hortensis utrinsque vel folio, vel flore, vel fructu, Dioscorides ait. Dal. — Alterum certe genus, quod alicacabum dicitur, adhiberi solitum in coronas, auctor est Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 237, post. Diosc. IV, 72. Hard.

Florum similitudo. MSS. Regg. Colbert. Chiffl. *ederae foliorum*, verius. Hard.

Quorum alterum, cui acini coccinei, etc. Secundum hoc solani genus, πυῤῥὸν ἔχον τὸν καρπὸν, ἐοικότα ῥαγὶ

folliculi, halicacabum vocant, alii callion. Nostri autem vesicariam, quoniam vesicae et calculis prosit. Frutex est surculosus verius, quam herba: folliculis magnis, latisque, et turbinatis, grandi intus acino, qui maturescit novembri mense. Tertio folia sunt ocimi, minime diligenter demonstrando, remedia non venena tractantibus: quippe insaniam facit, parvo quoque succo. Quanquam et graeci auctores in iocum vertere. Drachmae enim pondere, lusum pudoris gigni dixerunt, species vanas imaginesque conspicuas obversari demonstrantes. Duplicatum hunc modum, legitimam insaniam facere. Quidquid vero adiiciatur ponderi, repraesentari mortem. Hoc est venenum,

σταφύλης κατὰ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ μέγεθος, inquit Galenus l. c. Theophr. Hist. IX, 12, καρπὸν dixit ἐρυθρότερον κόκκου. Dioscorid. IV, 72: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον στρύχνον, ὃ ἀλικάκαβον καλοῦσιν, etc.. Et in Nothis: ἀλικακάβον, οἱ δὲ καλλιάδα. Cralevas apud Diosc., IV, 75, καλλὰν vocat. H. — *Folliculi.* Brot. *gran. in folliculis.* Ed. P.

Nostri autem vesicariam, quoniam vesicae, etc. Quemedmodum Graeci φυσαλίδα vocant, quoniam intra folliculos orbiculatos vesicae similes fructum, sive grana, includit, καρπὸν ἐν θυλακίοις περιφερέσι ὅμοιον φύσσαις ἔχει. Diosc. loc. cit.. Officinae Mauritanos sequutae *alkekengi* vocant. H. — *Physalis alkekengi* (*Pentand. digyn.* gen. 505 Pers. *Solan.* Juss.). Habitat in Italia, etc. calyces fructus sanguinei. En. P.

Tertio. Tertio solani generi, quod Graeci θρύον vocant Dioscor. IV, 74: Στρύχνον μανικὸν, ὃ ἔνιοι περισσὸν, οἱ δὲ θρύον ἐκάλεσαν. Τούτου τὸ μὲν φύλλον παραπλήσιον ἐστιν εὐζώμῳ, etc. Solanum lethale Dodonaei, pag. 453. Italis *belladonna.* H.

Ocimi. Εὐζώμου, non ὠκύμου, erucae Dioscorid. lib. IV, cap. 74. Dal.

Demonstranda remedia, non venena tractanti (sic lib. ante Hard. editi). Chiffl. *tractantibus.* Subscribit Vossius; sed habet praeterea *demonstrando,* ut referatur ad τὸ *tertio*, quod multo commodius. Confirmat utrumque liber Academiae. Gann.

Succo. De radice videlicet. Dios. D.

Lusum pudoris, etc. Nam qui drachmae pondere sumunt, inter dormiendum cum formosis puellis viri, cum pulchris adolescentibus feminae, rem habere exercereque se Venerem somniant. Theophrastus habet, οὕτως ὥστε παίζειν, καὶ δοκεῖν ἑαυτῷ κάλλιστον εἶναι, *ut lasciviat qui sumpsit, et sibi videatur formosissimus.* Vide Lecunam in Diosc. cap. de Solano. Dal. — *Lusum.* Hoc verborum ambiti venas imagines notat, quibus exercere se Venerem somniant ii qui drachmae pondere solanum lethale biberint. Tamen in MSS. vox *pudoris* abest. Harn.

Repraesentari. Galen. de Fac. simpl. med. VI, pag. 169, et VIII, pag.

quod innocentissimi auctores simpliciter dorycnion appellavere, ab eo, quod cuspides in praeliis tingerentur illo passim nascente. Qui parcius insectabantur, manicon cognominavere: qui nequiter occultabant, erythron, aut neurada: ut nonnulli, perisson: cavendi causa curiosius dicendum. Quin et alterum genus, quod halicacabon vocant, soporiferum est, atque etiam opio velocius ad mortem: ab aliis morion, ab

237, si quatuor drachmae bibantur. Hard.

Dorycnion appellavere. Sic Apuleius cap. 22: *Alii strycnon manicon, alii dorycnion, alii cacabon, Itali Apollinarem vocant.* Dioscor. quoque in Alexiph. in praefat. p. 401, et c. 6: Στρύγνον μανιακόν, ὃ καὶ δορυκνιον καλοῦσιν. Galen. denique κατὰ τόπ. X, 3, p. 637: Στρύχνου, οἱ δὲ δορύκνιου ῥίζης. Graecis δόρυ cuspis est et lancea. H. — Στρύχνος μανικός Dioscor. loco sup. laud. nobis est, auctore Sprengelio, *Solanum insanum.* De quo etiam Theophrastus meminit Hist. Plantarum lib. XI, cap. 12. Cf. Hist Rei herbar. tom. 1, in Dioscor. Ed. P.

Passim nascente. Immo rarissima planta est, et hoc saeculo nulli cognita. Dal. —*Solanum insanum* certe in Indiis habitat.

Qui parcius insectabantur. Libri hactenus editi post Hermolaum, *qui parcius spectaverant.* Prius in edit. Parm. *spectabatur.* At in Reg. 2 eod. *inspectabantur*; unde nos eatrita litterula, *insectabantur* rescripsimus. Tria fuisse nomina aiu herbae ait; primum quod innocentissimi scriptores indiderint, dorycnion, qui infamare eam voluere, et quantum in ipsis erat, cavere, ne cui noceret. Alterum, quod ii qui parcius insectabantur, et subesse tamen in eius usu quiddam periculi admonebant, insaniam videlicet; manicon igitur appellarunt. Postremum est, quod ab iis impositum, qui nequiter occultabant, et virus eius nosci appellato eius nomine nolebant; quare erythron illi, aut neurada dixere. H.

Manicon. Ἀπὸ τῆς μανίας, ab insania furiosa sic dicta, vel ἀπὸ τοῦ μένειν, quod pertinax difficillime curetur: vel ἀπὸ τοῦ μονοῦσθαι, quod aegri solitudinem capient, vel ἀπὸ τοῦ μανοῦ, quod mentem laxet atque remittat. Hadrian. Junius, cap. IV, 7. Dal.

Neurada. Gron. et al. *Neurida*, et mox, *ne cavendi quidem causa.* Ed. P.

Vt nonnulla. Sic Diosc. IV, 74, περισσόν. Sic enim legendum, non πέρσιον. H.

Quin et alterum genus, quod halicacabon. Soporiferum ab halicacabo discernit Dioscor. IV, 73; quanquam et ipsi soporifero halicacabi quoque appellationem inditam fatetur. H. — Στρύχνος ὑπνωτικός vel ὑπνώδης, Dioscor. et Theophr.; nobis est *Physalis somnifera.* Ed. P.

Opio. Dioscor. contra loc. cit. vim somnificam habere prodidit, opio mitiorem. H.

Morion. Aliud est morion Theophr.

aliis moly appellatum. Laudatum vero a Diocle et Evenore, Timaristo quidem etiam carmine, mira oblivione innocentiae: quippe praesentaneum remedium, ad dentium mobiles firmandos, si colluerentur halicacabo in vino: exceptionem addidere, ne diutius id fieret: delirationem enim gigni. En demonstranda

descriptum a Dodoneo, lib. III, c. 90. Dal.

Mira oblivione innocentiae, quippe, etc. Parmensia exemplaria, et nonnulla recentiora, *inducentes* legunt, non *innocentiae*. Ego hunc locum sic scribendum reor: *mira oblivione hi. Docentes quippe*, etc. claudicante alias sensu. Pint. — *Mira oblivione*, etc. Mira oblivionis innocentia. Oblivionem enim affert iis qui sumpserunt, sed citra noxam valetudinis. Dal. — *Mira oblivione innocentiae*. Dalecampius format, *mira oblivionis innocentia*: adferre enim oblivionem iis, qui sumpserunt, sed citra noxiam valetudinis. Pintianus, quia Parmense exemplar *inducentis* pro *innocentiae*, coniectat: *mira oblivione hi. Docentes quippe*. Nimirum iam iam ab Io. Andrea usque ad Gelenium, opinor, impressa exemplaria vitiose: *minore oblivionem inducentes*. Sed recte quisquis ille, *mira oblivione innocentiae*: nam Plinius in Diocle et Evenore, ac Timaristo accusat *oblivionem innocentiae*, qui tam periculosam herbam laudarint: quemadmodum paullo ante *innocentissimos* vocavit; qui nomine ipso absterruerint ab eius usu. *Innocentia* medici est non mostrasse, quod maiori discrimine adhibeatur, quam toleretur, contra quod adhibetur, malum. Hoc lib. cap. 25: *Quanto innocentior alica?* Lib. XXVIII, 1: *Quis veneficia innocentiora fecit; quam remedia?* Lib. XXIX 1: *Illa autem quae timuit Cato atque providit, innocentiora multo et parva opinatu*. Deinde legendum videtur: *Quippe praesentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos, si colluerentur halicacabo e vino, exceptionem addibere, ne diutius id fieret*. Gron. — Nec aliter Hard. qui Gronovium ab verbum transcripsit. En. P.

Ad dentium mobiles firmandos, si colluerentur, etc. Prius legebatur: *Si colluerentur: halicacabo uni exceptionem addidere*. Plane contra Dioclis, Evenoris, ac Timaristi sententiam, quos Plinius laudat auctores: ad eam enim medicinam halicacabum adeo non excepere ii, ut in primis potius commendarent; quo nomine carpuntur obiter a Plinio: Etsi exceptionem eam, cautionemque addereut, ne diutius in ore id teneretur. In Reg. 2 cod legitur, *halicocabon vino*. In Col. 3, *halicacobon vino*. At Dioscor. plane rem decidit IV, 73, ubi succum halicacabi decoctum in vino opitulari dentibus ait, si contineatur ore: Ἐναφεψηθεὶς δὲ οἴνῳ καὶ διακρατούμενος, ὀδοντάλγιαις ἀρήγει. Vt ex vino Dioscorides, sic ex aceto adhiberi iubet Archigenes apud Galen. κατὰ τόπ. V, pag. 474 et 475. H. — Praeeraf emendationi Pintianus. En. P.

Delirationem enim gigni eo. *Nec demonstranda* (sic prius). Pintianus luxatum esse ordinem verborum censet, scribitque *delirationem gigni; neque enim demonstranda*. Voss. et

remedia, quorum medicina, maioris mali periculum afferat. Commendatur ergo in cibis tertium genus, licet praeferatur hortensium saporibus. Et nihil esse corporis malorum, cui non salutare sit strychnos, Xenocrates praedicat. Non tamen auxilia eorum tanti sunt, ut vel profutura de iis commemorare fas putem, praesertim tanta copia innoxiorum medicaminum. Halicacabi radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes, quod furere ad confirmandas superstitiones aspici se volunt. Remedio est (id enim libentius retulerim) aqua copiosa mulsa calida potui data. Nec illud praeteribo, aspidum naturae halicacabum in tantum adversam, ut radice eius propius admota soporetur illa sopore enecans vis earum. Ergo trita ex oleo percussis auxiliatur.

CVI. (XXXII.) Corchorum Alexandrini cibi herba est, convolutis foliis ad similitudinem mori, praecordiis, ut ferunt, utilis, alopeciisque, et lentigini.

Acad. ignorant τὸ *nec*. Scribe: *delirationem enim gigni. En demonstranda remedia, quorum medicina maioris mali periculum adferat!* Per ironiam quam continuat etiam in sequentibus, etsi vulgo id non appareat. Sic autem volunt scripti: *Commendetur ergo cibis tertium genus, licet: praeferatur hortensis saporibus: et nil sit corporis malorum, cui non salutarem strychnon Xenocrates praedicet!* Alia etiam ex Chiffl. annotarunt: *commendetur* primi prodimus ex Voss. et Academico. *Hortensis saporibus* fecimus ex more Plinii: quod si meminisset Pintianus, temperasset ex apographo suo laudare *hortensium*. Illud, *cui non salutare strichnos*, si quis tenere malit, quia et Chiffl. et Voss. affirmant, instar illius, de quo etiam supra, *Tristè lupus stabulis*, possis tentare: *et nihil esse corporis malorum, cui non salutare strychnos, Xenocrates praedicet.* Gron.

Commendatur ergo in cibis. Gron. et al. *commendatur et in cibis.* Ed. P.

Qui sunt vaticinandi callentes (Chiffl. *gallantes*). Qui volebant aspici furere *gallantes* et vaticinari, quasi ab alicuius numinis inspiratione immisso furore, quia id pertinebat ad confirmandas religiones, radicem halicacabi solebant bibere, ut ἔκστασιν inde conciperent et numine repleri viderentur. *Gallantes* de Gallis Matris Idææ vel Deae Syriae sacerdotibus, ut *Bacchantes* de Bacchis. Salm.

CVI. *Corchorum.* Corchoron appellant Cratevas, Theophrastus et Nicander, quam Dioscorides anagalli-

Boum quoque scabiem celerrime sanari ea invenio: apud Nicandrum quidem et serpentium morsus, antequam floreat.

CVII. Nec de cnico sive atractylide verbosius dici par esset, Aegyptia herba, ni magnum contra venenata animalia praeberet auxilium: item adversus fungos. Constat a scorpione percussos, quamdiu teneant eam herbam, non sentire cruciatum.

CVIII. (XXXIII.) Et persolutam Aegyptus in hortis serit, coronarum gratia. Duo genera eius: femina ac mas: utraque subdita Venerem inhiberi, virorum maxime, tradunt.

CIX. (XXXIV.) Et quoniam in mensuris quoque ac ponderibus crebro graecis nominibus utendum est, interpretationem eorum semel in hoc loco ponemus. Drachma Attica (fere enim Attica observatione me-

dem, inquit Anguillara part. V, p. 92. Ἀναγαλλὶς gemina apud Diosc. II, 209. Pingitur a Dodonaeo, pag. 32. Folia esse ad similitudinem ocimi scribit Theophrast. Histor. VII, 7, sed mori dixeris, an ocimi, parum interest. H. — Nobis est *Corchorus olitorius*, auctore Sprengelio, Hist. Rei herb. tom. I, pag. 94. Cf. sup. cap. 52. Ed. P.

Apud Nicandrum. In Theriacis, pag. 44, ubi adversus serpentes laudat κόρχορον ἡμυόεντα. De eo paroemia vulgata, tum apud Suidam, tum apud Schol. Nicandri, Κόρχορον ἐν λαχάνοις, *etiam corchorus inter olera*, quod vile olus haberetur. H.

CVII. *Nec de cnico*. Nobis est *Carthamus lanatus*, de quo conf. sup. cap. 53. Ed. P.

Contra venenata animalia. Scorpionum ictus. Diosc. III, 107.

Constat a scorpione, etc. Dioscor. loc. cit. Hand.

Non sentire cr. Deposita vero statim recrudescere. Diosc. Dal.

CVIII. *Persolutam*: Officinarum petasites, ut quidam censent Iphyum Theophrasti, coronaria planta, quae florem edit ante folia. Vide infra lib. XXV, cap. 9. Petasitis certe alterum genus, quod marem vocant, florem edit rubrum et odoratum: alterum quod feminam appellant, candidum et inodorum. Dal. — *Persolutam* Peregrina haec et ignota. Hand.

CIX. *Drachma Att. (fere en. Attica observatione med. utuntur) denarii argentei habet ondus*. Hinc ipse passim, ubi apud graecos auctores *drachmis* definiri pondera invenit, modo drachmas retinet, modo *denarios* subiicit. Gron. de Sestert. 192, 193. — *Drachma*. Transcripsit hoc caput Plinius alter Valer. in praefoperis. Sic etiam Galen. de Comp. med. κατὰ τόπ. VIII, 3, pag. 573 Πρόδηλον ὅτι δραχμὴν λέγομεν νῦν ἐν

dici utuntur) denarii argentei habet pondus; eademque sex obolos pondere efficit. Obolus x chalcos. Cyathus pendet drachmas x. Quum acetabuli mensura dicitur, significat heminae quartam partem; id

τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ὅπερ Ῥωμαῖοι δηνάριον ὀνομάζουσιν. Celsus ad Natalem, epistola praefixa operi Marcelli Empirici: *Graeci medici pondera medicamentorum ad drachmas redigunt: quae quia ad denarium conveniunt (octogiuta enim quatuor in libram incurrunt), pro nota graecae drachmae notam denarii posui, et ad eius pondus drachmas redegi.* Scrib. Larg. ad Callistum: *Erit nota denarii unius pro graeca drachma: aeque enim in libra denarii LXXXIV apud nos, quot drachmae apud Graecos incurrunt.* Caeteris, qui plurimi sunt, appellandis supersedeo. Est autem denarius apud Romanos, nummus argenteus, quales in cimeliis vulgo visuntur, seu consulum aevi, seu imperatorum: quaternos ex his denarios fere nummus noster argenteus in Gallia complectitur, qui triginta assibus aeris permutatur. Hard.

Fere. Caute *fere* addidit: nam et urbis Romae ponderibus interdum usi, ut Andromachus medicus Neronis, ipso referente Galeno κατὰ τόπ. VI, 6, p. 499. Hard.

Eademque. Dioscorides, tom. XIII. Opp Galeni, pag. 984: Ἡ δὲ δραχμή, ἡ καὶ ὁλκὴ λεγομένη, ἔχει γράμματα τρία, τουτέστιν ὀβολοὺς ς'. Suidas: Δραχμή, ἓξ ὀβολῶν. Cleopatra apud Galenum tom. cit pag. 981: Ἡ δραχμὴ ἔχει ὀβολοὺς ς'. Et apud Marcellum Emp. Victoriati pondus, seu denarii dimidii, trium esse obolorum dicitur, cap. 9, p. 78. Hard.

Obolus. Pauciores alii, ut video, chalcos in obolo uno computant. Diodorus apud Suidam, tantum sex: ὁ δὲ ὀβολὸς χαλκῶν ς'. Octo Cleopatra loc. cit. Ὀβολὸς ἔχει χαλκοὺς η'. Plinius decem: ut in drachma chalci omnino sint sexaginta, quas ipse denariorum sexagesimas vocat, l. XXIX, cap. 11, et alibi. Hard.

Cyathus. Cyathi mensuram, inquit, drachmarum decem pondere medici definiunt: acetabuli quindecim: quicumque demum is liquor fuerit, qui ad pondus exigeretur, Isidorus Origg. XVI, 25: *Cyathi pondus decem drachmis appenditur.* Fannius: *At cotyle cyathos bis ternos una receptat. Sed de abaco nobis id pondus saepe notatur: Bis quinae hunc faciunt drachmae: si appendere velles: Oxybaphum fiet, si quinque addantur ad istas.* Demetrius Alabaldus, de minutiis; c. de Mensuris, inter Auctores linguae Lat. pag. 1527: *Cyathi vera pondus*, inquit, *fere drachmae decem, sicut oxybaphi quindecim.* E Graecis Cleopatra, loc. cit. Ὁ κύαθος ἔχει δραχμὰς ι'. Hard.

Quum acetabuli mensura. Graeci ὀξύβαφον vocant, quasi proprie ita dictum fuerit vasculum infundendo aceto comparatum, in quod intingerent cibum sumentes. De liquorum eo pondere, quod acetabulum caperet, suffragatur Plinio praeter Fannium ac Demetrium proxime appellatos, Heras medicus, apud Galenum, κατὰ γένη, V, cap. 6, p. 786, ubi cotylen, quam Plinius heminam vocat, drachmas omnino ait sexagenas efficere, si appendantur, ὡς ξ' δραχμὰς ἐλκούσης τῆς κοτύλης· καὶ

est, drachmas xv. Mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.

γὰρ ἔλκει ἥγε Αττική, θ' οὐγγιῶν οὖσα τῶν Ιταλικῶν. Cleopatra, loc. cit. Η κοτύλη, μέτρῳ μὲν ἔχει κυάθους ς'. σταθμῷ δὲ, ∢ ξ' οὐγ. ζ' καὶ σ' ... τὸ ὀξύβαφον, ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλης τέταρτον, κύαθον α' σ'. σταθμῷ δὲ ∢ ιέ. *Cotyle sive hemina, mensura quidem habet cyathos sex, pondere vero drachmas* 60 *sive uncias septem et semis* ... *Acetabulum habet mensura quidem heminae quartam partem, cyathum unum et semis: pondere vero drachmas XV.* Hard.

Mna. Haec Cleopatrae pariter medica definitio est, mnae pondus intelligi in medicamentis, ubi sunt Atticae drachmae centum: Η Αττική μνᾶ ἔχει οὐγκίας ιβ' σ'' ∢ ρ'. *Mna Attica habet uncias duodecim et semis, drachmas centum.* Nec vero una semper apud medicos locis omnibus temporibusque minae aestimatio: Ex iis enim, inquit Galen. κατὰ γένη, V, 3, pag. 778, qui minam in drachmas secant, alii centum, alii etiam plurium drachmarum esse confirmant: quia et unciam plerique septam drachmas et semissem valere malunt, alii septem dumtaxat: octo reliqui: Αλλὰ τῶν εἰς δραχμὰς ἀναγόντων τὴν μνᾶν εἰσὶν οἳ φασιν ἑκατὸν εἶναι δραχμῶν τὴν μνᾶν, ἔνιοι πλειόνων· ἐπειδὰν καὶ τὴν οὐγκίαν οἱ πλεῖστοι μὲν ἑπτὰ καὶ ἡμίσους δραχμῶν εἶναί φασιν· ἔνιοι δὲ ζ' μόνον· ἕτεροι δὲ η'.

Digitized by Google

EXCVRSVS I

DE VIOLIS VETERVM

Ad ea Plinii verba, lib. XXI, cap. 14:

Violis honos proximus: earumque plura genera. Purpureae, luteae, albae: plantis omnes, ut olus, satae. Ex iis vero, quae sponte apricis et macris locis proveniunt, purpureae, latiore folio, statim ab radice carnoso, exeunt: solaeque graeco nomine a caeteris discernuntur, appellatae ia, et ab his ianthina vestis. E sativis maxima auctoritas luteis. Genera iis: Tusculana, et quae marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum vero sine odore, minutoque folio calathiana, munus autumni, caeterae veris.

Conf. etiam libri eiusdem capp. 38, 40 et 76.

I. Ἴον, Μελάνιον, *Viola odorata.*

Si optio mihi fuisset atque potestas, ordinem eorum, de quibus in hoc specimine disputatur, statuendi, opportunius nihil mihi accidere potuisset, quam si licuisset earum plantarum praemittere disquisitionem, quae et eruditionem non vulgarem, et aciem ingenii, et rei botanicae intimam cognitionem desiderant. Etenim legem, quam Thebanus poëta sanxit:

Αρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον
Χρη θέμεν τελευτής,

ecquis non observaverit, qui litteris quaedam mandaturus est? Aliam autem seriem suadebant aliae instituti mei rationes, atque earum potissimum plantarum expositio praeferenda esse videbatur, quae, quam aliena sit a veteribus scriptoribus systematica plantarum finitio, quamque multa saepe vegetabilia uno insigniverint nomine, docet. Cuius quidem rei exemplum afferunt luculentissimum violae, quarum varia occurrunt genera apud Veteres eodem nomine insignita. Si quis itaque τὰ ἴα Graecorum crederet ubique unicum dumtaxat genus signare, is vehementer errare mihi videtur.

Antiquissimis autem temporibus τῶν ἴων nomine celebrabantur apud Graecos *Violae odoratae*, quas significanter quoque μελάνια appellare consueverunt. Immo Alexandrini raro quodam connubio λευκόϊον τὸ μέλαν dixerunt; auctor

enim libri de *natura muliebri* contra uteri cancrum λευκοΐου ῥίζαν τοῦ μέλανος ἐν οἴνῳ adhibet (1).

Μελάνα autem seu nigrae appellabantur violae, vel ob foliorum, vel ob petalorum corollae colorem. Illud arbitratur Salmasius (2), qui eam ob rationem posuisse Veteres discrimen inter λευκοΐα et μελάνια autumat. Alienum etiam haudquaquam ab usu loquendi apud Veteres, foliorum colorem, qui profunde viridis est, nigrum vocare: sic *myrtus pulla*, *ilex nigra* dicitur (3): magis tamen petalorum color epitheton id desiderasse videtur, quum in vetustissimis Graecorum monumentis pullus et fuscus color cum violis comparetur (4). Ita Odyss. Δ, 135:

Αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ
Ἠλακάτη τετάνυτο, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα.

Quod Vossius noster optime ita vertit:

Aber darüber
Lag die Spindel gestreckt, mit violenfarbiger Wolle.

Explicat hunc locum Eustathius ita, ut ad similitudinem cum violis et cum atra nube (νέφος) respiciat.

Hesiodus ἰοειδὲα πόντον, *mare violaceum*, dicit (Theog. v. 844), quod Hesychius exponit ἐν τῷ ὁρᾶσθαι πορφυροῦν καὶ μέλανα.

Pindarus Evadnen dicit ἰοβόστρυχον (Ol. VI, v. 50), cirros habentem fuscos: ita apud Hesychium occurrit ἰοβλέφαρος de nigricantibus palpebris, et ἰογλήνη de pupilla nigricante.

Longe alieni itaque a veritate, qui, ut Servius Grammaticus, τὸ ἴον Graecorum cum *vaccinio* Virgilii aut ὑακίνθῳ confundunt. Etenim varia occurrunt in veteribus poëtis loca, quibus apte distinguitur utrumque plantarum genus. Ita Theocritus, Id. X, 28:

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντι καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος,
Ἀλλ' ἕμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρῶτα λέγονται,

ipseque Virgilius, Ecl. X, 39:

Et nigrae violae sunt et vaccinia nigra.

Facit huc quoque Vitruvii locus, ubi silis Attici colorem imitari quosdam ait, qui violam aridam in vas coniectam ad ignem confervescere faciant, e vaccinis vero purpureum confici colorem. (5)

Multo longius autem a veritate recedit Marcell. Virgilius, qui iasminum credit violis comprehendi, quum caeruleus color nulli conveniat violae,

(1) Hippocr. op. p. 570, ed Foës.
(2) Homonym. Hyl. iatr. cap. 23, p. 23.
(3) Salmas. Plin. Exercit. p. 674.
(4) Ρουσίζειν τὰ ἴα dicit Heraclides Tarentinus, Geopon. lib. X, c. 22. p. 828 ed. Niclas, in 8. Lips. 1781.
(5) Architect. lib. VII, cap. 14, pag. 147, ed. Laet. Cf. Dodon. Stirp. Histor. pempt. II, lib. I, cap. 1, pag. 157 (fol. Antverp. 1616).

sed iasmino. Equidem ne iasminum quidem vidi caeruleo colore distinctum, sed violas plures cognosco eo colore insignes. (1)

Iam vero consulamus descriptionem τοῦ μελανίου apud Veteres. Theophrastus id et ἄγριον habet et ἥμερον, quorum illud *Violam caninam*, hoc vero *Violam odoratam* ipsam constituere videtur, colore tamen haudquaquam utrumque differre docet: frutescere et praestantissimo odore celebrari: suavissimo in primis odore et ἀκράτῳ insignes esse eas violas, quae circa Cyrenen nascantur. Radiculis copiosis eam herbam esse instructam, foliis latis, terrae incumbentibus et parumper carnosis, quae perpetuo viresnt. Florem proferre duplicem, alterum alteri innatum, sicut et rosas et lilia: quod quidem, meo arbitrio, de luxuriae floris intelligendum. Per totum fere annum florere, quum cultura accesserit. (2)

Dioscorides folia minora hederae foliis et tenuiora habet, cauliculum ex media radice prodeuntem, cui flosculus insideat suavissimo odore praeditus, purpureus: nasci in umbrosis (3) et salebrosis locis. (4) Eadem, quae Theophrastus et Dioscorides habent, repetit fere Plinius: (5) repetuot Arabes plerique, nomine بنفج seu بنفسج (*benefedsch* seu *benefsedsch*) id insignientes. (6) Solus ferme Abdollatiphus addit, in Aegypto suavissime olentes nasci violas, e quibus tamen incolae oleum parare nesciant. (7) Ita et nostris temporibus Forskaleus *violam odoram* in Aegypto frequentem invenit. (8) Eodem vero nomine بنفسج incolae Arabiae felicis *Irin* quamdam insigniunt at *Tagetem* (9) veteres quoque Arabes, qui Hispaniam occupabant, *Chrysanthemum*. (10) Id nomen transiit apud recentiores Graecos in Μενέξε, teste ipso Forskaleo. (11)

Quodsi autem in nomen ipsum ἴου inquirimus, lusisse et poëtas et grammaticos in exponendo eo observamus. Et Nicander quidem inde nomen deduxit, quod Ionides nymphae, quae ad fontem fluminis Cytheri in Elide

(1) Conf. Brunfelsii Herbar. pag. 139 (fol. Basil. 1534).

(2) Theophr. Histor. Plant. lib. I, cap. 15, pag. 16, cap. 21, pag. 33; lib. VI, cap. 126, 127, cap. 7, pag. 129. De Caus. Plant. lib. I, cap. 15, pag. 217, edit. Heins.

(3) Παλισκίοις, l. πολυσκίοις.

(4) Dioscor. lib. IV, cap. 122, pag. 289, ed. Sarracen.

(5) Plin. lib. XXI, cap. 14, pag. 244, ed. Harduin.

(6) Avicenn. lib. II, pag. 140, edit. Arab. fol. Rom. 1593. Deficit id capitulum in plerisque versionibus. Serapion Simplic. aggreg. cap. 141, f. 142, b. (ed. Lugd. in-4, 1510. Mesue Simplic. f. 55, d. (ed. Ven. fol. 1516).

(7) Memorab. Aegypt. lib. I, cap. 2, pag. 32, ed. Paul.

(8) Forskal. Flor. Aegypt. Arab. p. XXXIV.

(9) Ib. pag. CIII, CXX.

(10) Casir. Biblioth. Escurial. vol. I, p. 334.

(11) Ib. Flor. Constantinopol. pag XXXIII.

colebantur, (1) primum hunc florem Ioni, Gargettis, qui eo deduxerat coloniam Atheniensem, largitae fuerint. (2)

En vero Nicandri versus, quos servavit nobis Athenaeus:

Αλλὰ τὰ μὲν σπείροιό τε καὶ ὡραῖα φυτεύοις
Ανθη Ιαονίηθι· γένη γε μὲν ἰάσι θισσά,
Ωχρόν τε, χρυσῷ τε φυὴν (3) εἰ σ' ὦ πατρὸς εἶδε,
Σεύατ' (4) Ιωνιάδες νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ιωνι,
Πισαίοις ποθέσασαι ἐνὶ κλήροισι δρεξαν.
Ηνυσε γὰρ χλοῦν, ἣν δὲ μετεσσυμένος σκυλάκεσσιν,
Αλφεῷ καὶ λοῦθρον ἑῶν ἐπλύνατο γυίων
Εσπερίοις νύμφαισιν Ιαονίδεσσι νυχεύσων.

Mire depravatas foedissimeque inquinatas Nicandri reliquias, quas antiqui librarii iam expositu satis difficiles habebant, ita intelligendas duco, ut duplex violarum genus statuatur: alterum ὠχρόν, alterum autem aureum (χρυσῷ ἐοικός). Haec quidem differentia posset omnino assumi inter violarum alterum genus, Cheiranthorum, de quibus deinde sermo erit, si ὠχρόν pallorem aut albidum colorem exprimeret, quum omnino cognoscerent Veteres duplicem Cheiranthorum speciem, *annuam* alteram, alteram *Cheiri*.

Qui quidem significatus non vulgarem omnino habet auctoritatem. Homerus enim, quum Alexandri metum et pallorem, quem Menelai aspectus excitaverat, exprimere conatur, dicit,

ὠχρὸς τέ μιν εἶλε παρειάς, (5)

quod Vossius bene vertit:

Unde Blass' umzog ihm die Wangen

Plato diserte exponit hunc colorem, τὸ ὠχρόν, λευκοῦ ξανθῷ μεμιγμένον. (6) Ita apud veteres auctores passim metuentium pallor ὠχρότης dicitur. (7)

Vberius autem Galenus colorem ὠχρὸν his verbis: Εστι δὲ τὸ ὠχρὸν χρῶμα κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον, οἷον πῦρ, καὶ τὸ τῆς καλουμένης ὠχρᾶς... καὶ γίγνεται τοιοῦτον, ἐπιμιχνυμένης τῷ ὑδατώδει περιττώματι τῆς ὠχρᾶς τε καὶ πικρᾶς καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης χολῆς. Οσον γὰρ τοῦ ἐρυθροῦ χρώματος ἐπὶ

(1) Pausan. lib. VI, cap 22, pag. 216, ed. Fac.
(2) Athen. lib. XV, pag. 681, ed Casaub.
(3) Leg. εἰς ὦπα ἰδέσθαι Casaub. aut εἰς ὦπα ἐοικὸς Scaliger, uti Homer. Iliad. III, 158: αἰνῶς ἀθανατῇσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.
(4) Ὅσσα γ' Casaub.
(5) Iliad. III, 35.
(6) Tim. pag 492, ed. Basil. fol. 1533.
(7) Aristot. Categor. pag. 35 (ed. Pac. in 4, Aurel. Allobr. 1607): Αἰσχυνθεὶς γάρ τις ἐρυθρὸς ἐγένετο, καὶ φοβηθεὶς, ὠχρός.

τὸ λευκότερον ἀποκεχώρηκε τῷ ξανθῷ, τοσοῦτον τοῦτο τὸ ὠχρόν. (1) Alterum itaque habemus ὠχροῦ coloris significationem, quae si bis Nicandri verbis subest, parum interest inter ὠχρὸν et χρυσοῦν colorem. Hinc itaque et Casaubonus, et Salmasius vel lacunam adesse, vel corruptum esse hunc locum arbitrantes, ita eum emendare conati sunt, ut ille deesse totum versum post citatum, hic vero, loco ὠχρὸν, ἄχρουν esse legendum statuerit. Quodsi vero, quid sentiam, libere dicere liceat, in Casauboni potius sententiam abeundum esse ducor: manifesto enim omissa purpurearum seu caerulearum violarum descriptio, quae multo plus a Veteribus celebrabantur, quam pallidae seu albae.

Has itaque Nicander fingit a nymphis Ionidibus Ioni esse primas oblatas, alioque loco (2) Proserpinam eas collegisse, quum a Plutone raperetur.

Ex *Iûs* metamorphosi nomen belle explicat Heraclides Tarentinus. (3)

Iis quoque violis vel ob odorem suavissimum, vel ob nominis sonum, Ionibus gratum, adeo delectabantur antiqui Graeci, ut in singularibus eae colerentur violariis, ἰωνίοις, (4) utque vel maximam partem sertorum ac coronarum facerent, quibus redimiti Graeci ad epulas accedere consueverant. Flores autem, e quibus serta Graecorum nectebantur, enumerat Cratinus apud Athenaeum (5) sequenti ordine: Λειρία (*Lilium candidum*), κρίνα (*Lilium Martagon*), κοσμοσάνδαλα (*Lilium bulbiferum*), ῥόδα (*Rosa centifolia*), ἴα (*Viola odorata*), σισύμβρια (*Mentha gentilis* s. *aquatica*), ἀνεμωνῶν κάλυκες ἠρινοὶ (*Anemone coronaria*), ἑρπύλλα (*Thymus Serpyllum*), κρόκοι (*Crocus vernus* seu *autumnalis*), ὑάκινθοι (*Delphinium Aiacis* seu *Scilla amoena* seu *Hyacinthus orientalis*), ἑλίχρυσον (*Gnaphalium orientale*), οἰνάνθη (*Sium graecum*), ἡμεροκαλλὶς (*Lilium chalcedonicum*), μελίλωτος (*Trifolium Melilotus italica*), κύτισος (*Medicago arborea*).

Hinc etiam ἰοστέφανοι dicebantur Graeci, praesertim vero Athenienses, uti saepius apud Pindarum et Aristophanem. (6) Hinc nostrorum temporum

(1) Galen. Commentar. in Hippocr. de Victu acut. II, pag. 59 (edit. Basil. Graec. fol. 1538).

(2) Athen. lib. XV, pag. 684:

Ἰωνιάδας τε χαμηλὰς,
Ὀρφνοτέρας, ἃς τύχῃ μετ' ἄνθεσι Περσεφόνειαν.

(3) Geopon. lib. XI, cap. 22, pag. 827.

(4) Theophr. Hist. Plant. lib. VI, cap. 1, pag. 118; Iul. Pollux. Onom. lib. I, cap. 12, s. 228, pag. 137, ed. Hemsterhus.

(5) Athen. lib. XV, pag. 685.

(6) Equit. v. 1320:

ΑΛΛ. Ποῦ 'στιν (ὁ δῆμος);
ΧΟΡ. Ἐν ταῖσιν ἰοστεφάνοις οἰκεῖ ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις.

V. 1326:

ΧΟΡ. Ὦ ταὶ λιπαραὶ, καὶ ἰοστέφανοι, καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι.

Acharn. v. 637:

Πρῶτον μὲν ἰοστεφάνους ἐκάλουν.

poëta, ᾧ χάρις καὶ μοῦσα ἐφάσπετο, Matthissonius, Atticam credit violis maxime abundasse.

Kein Gang der Liebenden im Frühlingshain
An Veilchen reich, wie Attika's Gefilde, (1)

quod tamen certis quibusdam antiquitatis testimoniis probari plane non potest.

Quod superest, nequeo, quin a Vossio nostro recedam, dum vulgatam lectionem, Od. E, 72:

Ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ ἴου ἠδὲ σελίνου
Θήλεον, κ. τ. λ.

ita exprimit:

Grasige Wiesen umher mit Violen und Eppich.

Legendum autem esse σίου l. ἴου post Ptolemaeum Evergeten Eustathius iam animadvertit, quum nusquam in pratis violae proveniant.

Germaniam vero pristinis temporibus caruisse hoc florum genere, antequam Conr. Gesnerus ex Sabaudia primus id in hortos inferret, miror; sed testi ipsi Gesnero credendum est. (2)

II. Λευκόϊον, *Cheiranthus annuus* et *Cheiri? Leucoium vernum.*

Plurimum omnino interesse inter prius violarum genus et albas violas seu λευκόϊα, prisca iam antiquitas perspexit, unicam fere germanitatem quaerens in florum odore, qui, gratissimus in utroque genere, omnino idem fere est. Protinus dum a diffugere nives, ac aeris hiems solita est, grata veris vice et Favoni s leucoium efflorescere, perque totum annum fere durare; ita etiam differre a violis odoratis, ut folia gerat cauli inhaerentia, utque bulbosa gaudeat radice, Theophrastus testatur. (3) Deinde odorem praeprimis exponit; e longinquo meliorem esse et gratiorem quam e propinquo, quum subtilior sit, neque servare odorem hanc violam siccatam, (4) quod Plinius quoque repetit, omisso tamen de bulbosa leucoii radice loco: (5) ex quo Salmasius efficit, depravatum esse illum Theophrasti locum, quum vere de cheiranthis nostris nequaquam dici possit, bulbosa radice gaudere. Verumtamen locus ille Linnaeo immortali occasionem praebuisse videtur, ut plantam, quae verno tempore primitias fere anni ferre solet, *leucoium* appellaret. Bulbosa enim radix huic omnino convenit, neque tamen adeo gratus floris odor, ac Veteres eum describunt. Hinc dubitandum, utrum λευκόϊον

(1) Matthisson's Gedichte, der Genfersee, pag. 10.
(2) Gesner. Hort. German. pag. 286 (fol. Basil. 1561).
(3) Theophr. Hist. Plant. lib. VI, cap. 7, p. 129; lib. VII, cap. 9, p. 143.
(4) Eius Caus. Plant. lib. VI, cap. 23, pag. 378; cap. 25, p. 381.
(5) Lib. XXI, cap. 7, pag. 239, cap. 11, pag. 244.

Theophrasti unicum tantum genus *cheiranthorum*, aut utrumque et *cheiranthorum*, et *leucoii* Linnaeani complectatur.

Plinius quidem praeter ea, quae de leucoio ex Theophrasto mutuatur, peculiaria quaedam de violis addit. Violae albae vitam longissimam trimatu habet, ab eo tempore degenerere: (1) quod et Theocritus testatur: (2)

Καὶ τὸ ἴον καλὸν ἔστι ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ.

Species Plinius lutearum, quibus inter satas maxima sit auctoritas, tres exhibet: *Tusculanas*, *marinas*, folio eliquento latiori, sed minus odoratas, et *Calthianas* aut *Calatinas*. (3) Illas *cheiranthos* habeo, hanc vero, a Calata oppido Italiae dictam, (4) arbitror esse *Gentianam vernam* Linn. seu *Hippion vernum* Schmidt. (5) Etenim tum Dalecampius, tum Dodoneeus, Thalius aqua, tum vero Conradus Gesnerus ὁ πάνυ violam calathianem Plinii ita describunt, ut cum nullo fere alio plantarum genere congruere possit, quam cum *Hippio verno* nostratum. (6) Nascitur per totam Italiam in locis alpestribus, ut et per Germaniae et Helvetiae regiones petrosas. Qui flos quum caeruleo colore, eoque amoenissimo, splendeat, exponendus inde est Dioscoridis locus, qui τῶν ἴων colorem esse et albidum, et μήλινον, ἢ κυανοῦν, ἢ πορφυροῦν dicit. (7) Quem cyaneum colorem quum Fuchsius in nullo cheiranthorum flore se reperire meminisset, suppositiium praepostere autumevit hunc Dioscoridis locum. (8) Servandus tamen hic locus, ei caletinas violas a Dioscoride simul comprehendi credimus.

Cavendum tamen, ne cum calatianie violis *caltha* et Plinii, et Columellae confundatur. Hic enim (9)

Candide leucoia et flaventia lumine calthae

coniungit. Ille proximem habet caltham violis concolori amplitudine, odore tamen gravi esse. (10) Alioque loco de *cachla* loquitur, quae *baphthalmus* dicatur; (11) ubi Dalecampius in margine *calcham* eddit. Lodovicus de la Cerda vero (12) substituit *caltham*. Sic Virgilii versus notus est: (13)

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

(1) Plin. lib. XXI, cap. 11.
(2) Id. XXIII, 29.
(3) Plin. lib. XXI, cap. 6.
(4) Salmas. Plin. Exerc. pag. 630.
(5) Romers Archiv für die Botanik, Heft I, S. 15.
(6) Cf. Bauhini πίναξ, pag. 188.
(7) Dioscorid. lib. III, cap. 138, pag. 230.
(8) Fuchsii Histor. Stirp. cap. 173, pag. 456 (fol. Basil. 1542).
(9) Colum. Cult. Hort. lib. X, v. 97.
(10) Plin. lib. XXI, cap. 6.
(11) Plin. lib. XXV, cap. 8.
(12) Cerde ad Virgil. Bucol. ecl. II, v. 50.
(13) Loc. cit.

Hanc vero caltham *Calendulam* esse *officinalem* nostram, non suspicor solum, sed exploratum fere habeo.

Redeam autem e diverticulo in viam. Violae itaque Romanorum albae, seu λευκόϊα Graecorum a foliorum magis quam a petalorum colore incanae dictae, ideoque et luteae, et albae habebantur. Hinc lumen accipiunt poëtarum varia loca, e. g. Virgilii Ecl. II, 47:

Pallentes violas et summa papavera carpens,

Horatii:

Nec tinctus viola pallor amantium,

Columellae, lib. X, vs. 101 seq.

Tum, quae pallet humi, quae frondes purpurat auro,
Ponatur viola.

Et hoc cheiranthorum genus ad serta nectenda adhibebatur, testibus Theophrasto et Plinio. Arabes vero illud nomine *kheiri* (كيرى) insignientes, saepius cum *Viola odorata* commutarunt. Linnaeus vero optime hoc nomen *Cheiranthi Cheiri* violis luteis Antiquorum, *Cheiranthi annui* vero, qui incanis maxime foliis gaudet, violis albis adindicavit. Hic forsan sistit Plinii alteram speciem, *marinam*, nisi *Cheiranthum incanum* aut *maritimum*, qui uterque ad littora maris mediterranei abunde provenit, intellexeris.

Ex Antiq. Botan. Specim. auctore Sprengelio, cap. 1, p. 3 sqq.

Digitized by Google

EXCVRSVS II

DE ASPHODELIS VETERVM.

Ad ea Plinii verba, lib. XXI, cap. 68.

Caeterae eiusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus manditur, et semine tosto, et bulbo... Asphodeli mentionem et Homerus fecit. Radix eius napis modicis similis est: neque alia numerosior.... Theophrastus, et fere Graeci, princepsque Pythagoras, caulem eius cubitalem, et saepe duum cubitorum, foliis porri silvestris anthericon vocavere: radicem vero, id est, bulbos, asphodelon. Nostri illud albucum vocant, et asphodelum hastulam regiam, etc.

Conf. etiam lib. XXII, cap. 32.

Miratus saepius sum, priusquam hoc plantarum genus curatius examinassem, Veteres tantopere dissentire in eodem, ut Galeni certe asphodelus alienus plane sit ab Hesiodi asphodelo; miratus sum, nostrorum criticorum et philologorum fere neminem dissensum hunc suspicatum fuisse, praeterque Murrayum neminem fere botanicorum, qui nostris inclaruerunt temporibus, genus id novis illustrasse observationibus.

Celebratissimum profecto plantarum genus, tum apud inferos, in δήμῳ ὀνείρων, frequentia, tum laudibus ipsi ab Hesiodo tributis, tum denique frequentissima in veteribus monumentis commemoratione. Operae pretium itaque facturum me esse omnino spero, si, quem neglexerunt exegetae, asphodelum Veterum commentariolo hocce illustrare satagero.

Asphodelus autem, quem vetustissimi Graeci describunt, quum omnino genere differat ab eo, de quo et Galenus, et qui eum sequuntur, praecipiunt, praemittenda videtur illius descriptio ex veris fontibus.

Quod primum radices attinet, numerosas illas habent veteres et globosas, ut πεφαλόῤῥιζον dicat totam plantam Theophrastus. (1) Ob numerum insignem eorum tuberculorum radicibus adnatorum πολύῤῥιζον appellat eum Porphyrius in epigrammate quodam quod servavit Eustathius. (2) Oblongas

(1) Hist. Plant. lib. VII, cap. 12, p. 865, ed. Bodaei.
(2) Eustath. in Odyss. XI, 573, pag. 188.

habet Dioscorides, rotundas et glandibus similes. (1) Naporum modicorum speciem prae se ferre Plinius, neque in alis fere planta maiorem tuberculorum radiri adnascentium numerum animadverti, octoginta saepe simul acervatis bulbis. (2).

Ea singularis radicum structura ad nullam fere aliam Asphodelorum nostrorum speciem applicanda est, quam ad *ramosum*, quem primus fere Dodonaeus (3) latius descripsit, post vero dilucidius exposuit Clusius, (4) Murrayus autem uberiori illustravit commentario. (5) Radices eius omnino numerosae, bulbosae, fasciculatae sunt; tubers sesquipalmaria, epidermide brunea vestita, interne sordide lutea, carne extus spongiosa, medio compactiori componuntur. Summitati radicis adhaerent scopae fibrarum siccarum ex foliis et squamis radicalibus marcidis. Numerum eorum tuberculorum adeo ingentem aliquando invenit Clusius, dum Olyssipone Hispalim proficisceretur, ut aratro erutos unius plantae fere ducentos aut plures tuberculos numeraret, putaretque vel quinquaginta libras pependisse totam plantam.

Caulem seu *scapum* esse bulbosarum fere maximum, Theophrastus (6), cubitali maiorem esse proceritatem, Scholiastes Theocriti, (7) duum fere cubitorum Plinius, laevinsculum esse Dioscorides, amplum et purum laevemque Plinius refert. Tripedaleum omnino observamus scapum in Asphodelo ramoso, glaucum, erectum, strictum, tectum, ubi nudus est; angulatum vero, ubi floribus tegitur.

Eum caulem veteres Graeci ἀνθέρικον passim vocabant, aut ἀνθέρικα, (8) quod ex variis infra adlegatis locis patet. Αθραύστους eos caules, seu firmos solidosque, qui frangi nequeant, appellat Suidas. (9)

Ex hac caulis indole forte adagium, ἀνθέρικα θηρίζειν, *anthericum metere*, originem duxit, quod laborem quemvis inanem exprimit.

Albucum vocat Plinius eum caulem; seu *hastulam regiam*, quem acinosum habet, a fructuum ipsi adsidentium frequentia. Magonem praecipere, exitu mensis martii et initio aprilis, quum floruerit, nondum semine eius intumescente, demetendum, findendosque iuxta longitudinem scapos esse, et quarto die in solem proferendos, ita siccatis demum manipulos faciendos. Aridos reddi eos caules cochleis, qui mire in Campania eos persequuntur, ac sugendo arefaciant.

(1) Lib. II, cap. 199, pag. 159.
(2) Lib. XXI, cap. 17.
(3) Stirp. Hist. pempt. II, lib. II, cap. 9, pag. 206.
(4) Rarior. plant. Hist. lib. II, cap. 39, p. 196.
(5) Comment. nov. Gotting. col. VI, p. 37, s.
(6) Loc. cit.
(7) Idyll. A, v. 52.
(8) Hippocr. conc. praesag. n. 504, p. 198. Capitis enim fracturas ita explorare iubent Coi medici, ut κνέφικον aut κάρθαν dentibus corripiat aeger, fragoremque sentire experiatur. Scholiast. Homer. Villoison, p. 456. Scholiast. Theocr. Idyll. Z, v. 68. Scholiast. Nicandr. Therisc. v. 534, ubi κύκλους in κάλλους mutandum puto.
(9) Tom. I, pag. 244, voc. Ἀνθέρ.

Caulem eum aut scapum siccatum Veteres non solùm ovibus substernebant, (1) sed thorum etiam Theocritus memorat ex asphodelo, conyza ac selino stratum. (2)

Decipula quoque ex eiusdem caulis fibris, ad capiendas locustas, ludentes pastores conficere consuerunt, (3) quemadmodum et nostrates pastores e iuncis ejusmodi crepundias componere solent.

Ipsa quoque nomadum Libycorum mapalia exstructa fuisse his anthericis, seu asphodeli caulibus, testatur Hellanicus apud Athenaeum. (4)

Neque tamen negandum, ob similitudinem, quae caules asphodeli siccatos, aliosque vel graminum culmos, vel plantarum etiam marinarum stipites intercedere videretur, calamiferas alias plantas ἀνθερίκων nomine insignitas fuisse. *Scillae* enim scapus floriger ita vocari videtur ab Arato: (5) omnium denique plantarum, quae spicas gerunt, summitates ἀνθέρικες aut ἀνθέρικα appellantur a Chrysostomo, (6) Neoptolemo, (7) Hesychio, (8) Scholiaste denique Arati. (9) Quin notissimus est Homeri versus de equorum volatus simili cursu: (10)

Ἄκρου ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων,

quod Vossius egregie ita vertit:

Über die Spitzen des Halms hin flogen sie, ohn' ihn zu knicken.

Marinarum ipsarum nonnullas plantas ἀνθερίκων nomine venisse, patet tum ex Theophrasto ipso, (11) tum ex Callimacho. (12) Fuci autem hoc anthe-

(1) Florent. in Geopon. lib. XVIII, cap. 2, pag. 1173.

(2) Idyll. Z, v. 68:

Χ' ἁ στιβὰς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἐς τ' ἐπὶ πᾶχυν
Κνύζᾳ δ' ἀσφοδέλῳ τε πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.

(3) Theocrit. Idyll. A, v. 52; Longi Pastor. lib. I, cap. 4, p. 40 (ed. Boden.) Is παιδικὰ haec manifesto vocat, ut itaque otiosae magis vitae ludibria quam utilia instrumenta fuerint.

(4) Lib. XI, pag. 462.

(5) Diosemea, v. 328:

Οὕτως δ' ἀνθέρικος τριχθὰ σκίλλης ὑπεραρθῇ.

(6) Serm. XI in statuas, pag. 535, tom. VI, ed. Savill. Καθάπερ γὰρ ἐστὶ τῶν ἀσταχύων οἱ ἀνθέρικες, ὥσπερ τινὰ δόρατα... οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ὥσπερ τινὲς ἀνθέρικες καὶ δόρατα προβέβληνται αἱ τῶν βλεφάρων τρίχες. Conf. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Delum, v. 193.

(7) Apud Schol. Theocrit. Idyll. A, v. 52.

(8) Voc. h. col. 379.

(9) Ad Diosemea, v. 328.

(10) Iliad. XX, 227.

(11) Hist. Plant. lib. I, cap. 2, p. 8, ed. Heins.

(12) Hymn. in Del. v. 193.

rico intelligi quasdam species, vel *natantem*, vel *canaliculatam*, alio loco docebo.

Nominis ea translatio ad alia hexandriae genera, quam apud Antiquos reperisse sibi videbatur Linnaeus, ipsi etiam persuasit, ut novum quoddam genus construeret, e phalangiis, asphodelis et bulbocodiis Veterum conflatum, quod antherici nomine insigniret.

Iam vero praecipiamus de foliis asphodeli et flore. Esse illa praelonga et angusta et lubrica, (1) allii silvestris similia, sed longiora et latiora, (2) Graeci ferunt auctores; ipsi quoque Arabes τῷ خنثى suo tribuunt folia كالكراث الشاعى similia *allio ascalonico*. (3) Eamdem foliorum formam pingit Dodonaeus: sunt enim ensiformia, leviter incurva, carinata, caulem amplectentia, glauca, patentissima, radicalia, scapo triplo fere breviora.

Flores spica gestare, δασὺ itaque ἄνθος habere, docet Hesychius. (4) Albos esse flores, colligere possemus ex Arati versibus, (5) ni disertis id doceret verbis Serapion, (6) qui et خنثى vocat, et بورق et عشر

Bis fere florere per annum efficitur ex Nicandri loco, ubi ἀσφοδέλοιο διανθέος meminit. (7)

Albos asphodeli sui flores describunt Dodonaeus et Clusius. Valerius praeterea monet ob florum similitudinem vulgo haberi *Anthericum Liliastrum*, quod hemerocallen aut silvestre lilium vocat, a pharmacopolis sui temporis, pro vero veterum asphodelo, qui vero utique radicibus magnopere differat. (8) Albida omnino corolla est asphodelo ramoso, ad basin fere, ubi tubulum campanulatum fusco-viridem format, sexpartita, infera. Spica praeterea flores imbricati densissima componuntur, ut κατ' ἐξοχὴν itaque *spicam* seu ἀνθέρικα vocare potuerint veteres.

(1) Theophr. Hist. Plant. lib. VII, cap. 12, pag. 865, ed. Bodaei. Plin. lib. XXI, cap. 17.

(2) Schol. Theocrit. Idyll. A, v. 52, Z, v. 68. Dioscorid. lib. II, cap. 199. pag. 159; Plin. l. c.

(3) Avicen. Canon. lib. II, pag. 271.

(4) Voc. σφόδελος, col. 1325.

(5) Diosem. v. 330:

Τόσσα καὶ ἐν σκίλλης τεκμαίρεται ἄνθεϊ λευκῷ.

Ambigendum omnino esse arbitror, scillam nostram sive asphodelum intellexerit Aratus.

(6) Simplic. cap. 221, f. 154, b. Etiamnum. بورق nomine in Aegypto insigniri asphodelum, Forskaleus testatur. (Flor. Aegypt. p. LXV.)

(7) Theriac. v. 534, ubi vid. schol.

(8) Valer. Cord. Annot. in Dioscor. lib. II, cap. 199, f. 48, b.

Eos flores odore fragrantissimo praeditos esse, inde effici potest, quod traditum fuerit, Ozólas, qui Locrorum accolae erant, nomen habere ab insigni asphodelorum bene olentium frequentia (1) Εὔοσμον quoque vocat eum Hesychius.

Apibus denique eos esse gratissimos, et Palladius (2) et Columella (3) docent, quod ex nectariferis glandulis exponi potest, quae fructum circumstant; namque valvae nyatae, conniventes, germen cingentes, quibus stamina nituntur, haudquaquam cum Linnaeo pro nectariis habendae videntur. Eae autem valvae genericum statuunt characterem, quo Asphodelus et ab anthericio, et ab aliis eius classis generibus distinguitur.

Sertis coronisque inservisse eas florum apicas, patet ex Theocriti versibus, quibus frondes stringi dicit e quercuum bederarumque foliis et asphodeli depressa loca amantis floribus, in coronas Semelae et Baccho sacras. (4) Suidas refert et Proserpinam et Dianam hisce sertis cinctas fuisse; (5) quam quidem traditionem et postea adhibebimus.

Fructuum ubertate praeprimis insignem esse asphodelum, testatur Theophrastus: (6) male itaque Eustathius in Orco fictum fuisse asphodeli pratuto, διὰ τὸ τοῦ ἀσφοδέλου ἄκαρπον, *quod fructus non ferat asphodelus*, opinatur. (7) Esse fructum vero ligneosum, triquetrum et nigricantem, nosci ἐν τῷ στρογγύλῳ τῷ ὑποκάτω τοῦ ἄνθους, *in (germine) rotundo sub flore*, addit Theophrastus. Monendum vero, a veritate omnino alienum esse posterius edsertum: etenim florem asphodeli aliquis inde superum effecerit, quum tamen inferum habeat. Ad fructum eum spectant, quae Nicander habet: (8)

Πολλάκι δ' αὖ καὶ σπέρμα, ὅτον λοβὸς ἀμφὶς ἀέξει,

ubi Scholiastes notat, τὸ ἀμφὶς, ἀντὶ τοῦ χωρὶς positum esse, quum quodvis semen asphodeli in singulo λοβῷ aut loculo positum sit, neque plura in eodem legumine lateant.

Cum nostris id, maximam saltem partem, convenit in *Asphodelo ramoso* institutis observationibus, siquidem capsulam fert ovatam, extus rugosam, intus nitentem, trivalvem, trilocularem, quovis vero loculo non unicum, sed bina semina continente, apice dehiscentem. Semina sunt triquetra, rarissime quadrangularia, latere extimo convexo, reliquis concavis, utrinque acuta, coloris plumbei.

Ἀνθέρικον vero nomen varii scholiastae transferunt potius ad fructum asphodeli, maxime scholiastes Theocriti et Hesychius, quod ita explicandum arbitror, ut, quum spica plantae florescens eo nomine veniret, superesse etiam fructescenti debuerit id nomen.

(1) Pausan. lib. X, cap. 38, p. 299.
(2) Lib. I, tit. 37, p. 52.
(3) Lib. IX, cap. 4, pag. 440.
(4) Idyll. XXVI, v. 4.
(5) Tom. I, p. 364.
(6) Hist. Plant. lib. VII, cap. 12, p. 865.
(7) In Odyss. XI, 573, p. 188.
(8) Theriac. v. 536.

Per Germaniam asphodeli has species sponte non provenire autumarunt scriptores seculi decimi sexti, qui primi Veterum plantas cum natura ipsa comparare studebant. (1) Haberi autem a vulgaribus pharmacopolis *Antheri-cum Liliastrum* pro eo, queritur Valerius Cordus, sicut supra monui. Nuperi vero botanici omnino Asphodelum ramosum sponte nascentem inter Germaniae limites, per Carniolam, (2) Bavariam, ad Tubingam invenerunt. (3) Multo vero frequentius provenit in Hispania, (4) ubi integra pratorum iugera eo consita apparent, in Galloprovincia, Gallia orientali, Italia et Graecia.

In locis vero depressis, pratis floridis et graminosis, cum selino, melilloto aliisque id genus plantis pratensibus crescere constat. Hinc ἀσφόδελον κατ' ὑπὲρ γᾶς dicit Theocritus: (5) hinc quoque prata hispanica, ultra Leucadicam rupem, asphodelo abundantia, ubi manes mortuorum vagari Veteres credebant, λειμῶνας ἀσφοδέλους vocarunt. (6) Notant enim scholiastae fere omnes, ἀσφόδελον, προπαροξυτόνως pronunciatum, ipsam plantam, ἀσφοδελὸν vero ὀξυτόνως lectum, prata seu loca indicare, quibus ea planta proveniat. (7)

Vt autem latius dilucidiusque pateat, qualia fuerint prata asphodelo consita, quae Homerus εἰς Ἀιδου collocavit, primum observemus, plantae huius tum fructus, tum vero maxime tubera radicibus adhaerentia antiquissimis Graecis cibos praebuisse suavissimos. Priusquam enim Pelasgus docuisset Arcades glandibus *Quercus Esculi* vesci, vitam illi protrahere debebant radicibus et herbis. (8) Haec itaque tubera, uberrime vel uni radici adhaerentia maxime eligebant. Hinc Hesiodus, frugalitatem commendans, exclamat:

Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν, ὅσον πλέον ἥμισυ παντός,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ:
Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι. (9)

Bene explicat eos versus Plutarchus, ubi ἄλιμον et ἄδιψον vocat asphodelum.

(1) Histor. Stirp. pempt. II, lib. II, cap. 9, p. 207.
(2) Scopoli Flor. Carniol. tom. II, n. 412.
(3) Hosman. Flor. German. p. 420.
(4) Clus. Rar. plant. Histor. lib. II, cap. 39, p. 196.
(5) Idyll. XXVI, 4.
(6) Odyss. XI, 539, 573; XXIV, 13; 14:

Αἶψα δ' ἵκοντο κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα,
Ἐνθάδε ναίουσι ψυχαί, εἴδωλα καμόντων.

(7) Hesych. col. 593; Eustath. ad Odyss. XI, 573, p. 188; Suid. tom. I, p. 364; Schol. Lucian. Menipp. p. 13, ed. Graev.
(8) Pausan. lib. VIII, cap. 1, p. 349.
(9) Op. et Dies, v. 40, s.

quo Epimenides ipse vitam protraxerit. (1) Pythagoram quoque hoc cibo ἀλίμῳ et asphodelo et malva usum fuisse testatur Porphyrius. (2) Carpit vero eos Plinius, qui *alimon* plantam eamdem crediderint ac asphodelum; esse enim suo nomine alimon, longeque differre id ab asphodelo. (3) *Glycyrrhizam* nostram *glabram* autem esse hanc alimon, Salmasius suspicatur. (4) Equidem vero fateor, plures a Veteribus hoc nomine, ἀλίμου, comprehensas plantas mihi videri, quae ad famem depellendam sufficiant. Et nostram itaque eo nomine insignitam fuisse arbitror, et glycyrrhizam, et malvam. Quod egregie probatur Porphyrii supra adlato loco, quem totum hic apponere liceat: Ἀλίμοις ἐχρῆτο καὶ ἀδίψοις τροφαῖς· τὴν μὲν ἄλιμον σύντεθεὶς ἐκ μήκωνος σπέρματος καὶ σησάμου, καὶ φλοιοῦ σκίλλης πλυνθείσης ἀκριβῶς, ἕως τ' ἂν τοῦ περὶ αὐτὴν ὀποῦ καθαρθείη, καὶ ἀσφοδέλων ἀνθερικῶν, καὶ μαλάχης φύλλων, καὶ ἀλφίτων, καὶ κριθῶν, καὶ ἐριβίνθων, ἅπερ κατ' ἴσον πάντα σταθμὸν κοπέντα μέλιτι ἀνέδευεν Ὑμηττίῳ.

Saporem vero glandium radici adnascentium, ubi crudae sunt, et Dodonaeus, et Clusius, ipseque Dioscorides tradunt acrem, amariusculum et adstringentem, ut itaque nequaquam palato blandiatur. Tusa vero tubera cum ficubus, tostaque cineribus et saluberrimum, et dulcissimum praebere cibum testantur Theophrastus et Plinius. Quin ipsa semina cineribus tosta, additisque oleo et sale, saporem habere gratissimum ferunt.

Barbari itaque, qui αὐτόχθονες Graeciam habitabant, gratissimis his tuberibus nec mortuorum manes carere posse autumabant, quumque ferretur Hispaniam, quae manes post mortem exciperet, hoc cibo praeprimis abundare, orta esse traditio de pratis asphodeli in Hade occurrentibus videtur.

His accessit mos antiquorum Graecorum, manibus dicare ac servare ciborum portionem. Quidquid enim in περιδείπνοις, seu epulis exsequias comitantibus, caderet in terram, mortuis sacrum habebatur. (5) Hinc asphodelo nostro sepulcra conserebantur cum aliis floribus, sicut patet ex epigrammate Porphyrii, quod Eustathius (6) nobis servavit:

Νώτῳ μὲν μαλάχην καὶ ἀσφόδελον πολύρριζον, κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω.

Viget autem is mos et apud nostrorum temporum barbaras nationes, qui arbores, fructibus gratis praeditas, aliasque esculentas plantas in sepulcris mortuorum plantant, Crataevae religiosae et Terminaliae apud Otaheitios, ac Adansoniae digitatae apud fluvii Senegal accolas exemplo. (7)

(1) Conviv. septem Sapient. p. 157. Cf. Plato de legib. lib. III, pag. 429. ed. Basil. 1534.

(2) De vita Pythag. p. 195, 196 (ed. Holsten. in-8. Cantabr. 1655).

(3) Plin. lib. XXII, cap. 22.

(4) Plin. Exercit. p. 122.

(5) Euripid. apud Athen. lib. X, p. 427.

(6) Eustath. l. c. Florum et plantarum sepulcra Veterum coronantium testimonia vid. apud Sophocl. Electr. v. 323; Euripid. Electr. v. 896; Suid. tom. III, p. 297; Artemidor. Onirocrit. lib. I, cap. 79.

(7) Forster. de plantis esculent. Oceau. Austr. n. 45; Mémoires de l'Acad. des Scienc. Paris, ann. 1761, pag. 218.

Hinc etiam Proserpinae et τοῖς χθονίοις sacrum habebant asphodelum nostrum Rhodii. (1)

Ob eamdem arbitror rationem asphodelum ante portas villarum satum remedium putatum fuisse contra veneficiorum noxas. (2) Medicus praeterea eius usus, ob calefacientem vim, praedicabatur adversus venenata vulnera, rupturas vasorum et contusa membra, convulsiones et dolores; ciere quoque menstruorum cursum et urinam credebatur. (3) Contra alopeciam commendant Paullus Aegineta (4) et Aetius, (5) contra iuum varios morbos Democritus physicus et Florentinus. (6)

Alleoum denique ab hoc asphodeli genere puto Galeni asphodelum esse. Radicem enim habet scillae simillimam et forma, et magnitudine. (7) quod, quum de nostri fasciculata radice dici non possit, aliam plantam subintelligendam esse indicat. Simili quoque saporis acrimonia praeditum eum bulbum amittere eam, dum coctus fuerit et arte paratus. Expertum praeterea se esse fatetur, quod rustici, fame grassante, his bulbis vitam protraxerint. Similes quoque facultates medicas ac scillae tribuit huic bulbo. (8)

Hunc Galeni asphodelum Dodonaeus iam cognovit, (9) Clusius vero anno 1603 e pyrenaeis alpibus acceptum, examinatumque *Ornithogali pyrenaici* nomine merito insignivit, (10) quod nomen servavit etiam Linnaeus.

Sprengel, Antiquit. Botanic. Specim. I.

(1) Suid. tom. I, p. 364.
(2) Plin. lib. XXI, cap. 17.
(3) Dioscorid. lib. II, cap. 199, p. 159; Plin. lib. XXII, cap. 22; Rhaz. contin. lib. XXI, cap. 295, f. 435, c. Serapion. Simpl. cap. 221, f. 154, b. Avicenn. lib. IV, sen. 6. tr. 3, p. 133.
(4) Lib. VII, p. 232.
(5) Tetr. I, serm. I, col. 13.
(6) Geopon. lib. XIX, cap. 6, 7, p. 1227, 1228.
(7) De Alimentor. Facult. lib. II, p. 335.
(8) Repetit ea Oribasius lib. II, cap. 21, f. 18, b.
(9) Hist. Stirp. pempt. II, lib. II, cap. 11, p. 208.
(10) Append. altera ad Hist. Plant. p. 158, et ei Cur. poster. p. 10

EXCVRSVS III

DE HOMERI NEPENTHE

Ad ea Plinii verba, lib. XXI, cap. 33:

Helenium e lacrymis Helenae dicitur natum, et ideo in Helene insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo. Et cap. 91: *Helenium ab Helena, ut diximus, natum, favere creditur formae: cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam. Praeterea putant usu eius quamdam gratiam iis veneremque conciliari. Attribuunt et hilaritatis effectum eidem potae in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud praedicatum ab Homero, quo tristitia omnis aboleatur.* Et lib. XXV, cap. 5: *Homerus quidem primus doctrinarum et antiquitatis parens, gloriam herbarum Aegypto tribuit. Herbas certe Aegyptias a regis uxore traditas suae Helenae plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes, oblivionem tristitiae veniamque afferens, et ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum.*

Non defuere unquam praeclara ingenia, quae ab ipsa antiquitate Homero, ut scientiarum omnium parenti, impense operam dederunt: unus tamen omnibus dignitate et studiorum laude antecellit Ptolemaeus Aegypti rex, cognomine Philadelphus. Hic adeo poëtam nostrum est admiratus; ac solemniter sectatus, ut non solum eius acerrimus propugnator, sed et doctissimus commentator evaserit. Zoilum enim illum Ὁμηρομάστιγα, quod Homeri se castigatorem profiteri foret ausus, delusum prius eliquandiu, extremo tandem supplicio cruciatum necasse; ac praeter alia volumina, τὰ Ζητήματα Ὁμηρικά, id est, *Quaestiones de locis quibusdam in poesi Homerica*, composuisse traditum est. Quarum in numero et hanc illustrem περὶ νηπενθοῦς controversiam admisisse procul dubio existimandum foret; quum nepenthes hoc Aegyptiorum fuerit pharmacum, et donum ex eiusdem regni regibus, vi sua suisque circumstantiis admirandum. Nec deest coniecturae sufficiens auctoritas; si iste ille sit Ptolemaeus, quem Didymus in Scholiis ad lib. IV Odyss. nempe ad eum de quo agimus, Homari locum cita. Hos libros, si aevi longinqua vetustas non invidisset; plerisque Veterum, et nobis amplius, de ea re disserendi

e medio sublata esset occasio. Nunc alter ego Philadelphus (absit verbo iactantia) non ingenio, non iugenti bibliotheca, quibus omnibus sum destitutus; sed ob sororiam (1) pietatem (ea enim de causa Philadelphi hoc inditum cognomentum), ipsam pertractare coactus, quamvis ἐσοπτολεμαϊκὰ docere nullatenus confido, subtiliter tamen pro meo captu de iis dicam: quae nisi admiratione prosequi, commendatione tamen digna videantur. Sed ne diutius praefationibus immoremur, a scripto Homeri loco, quo totam hanc de nepenthe historiam, singulasque eius proprietates complectitur, ad rem ipsam aggrediar: inquit Homerus, Odyss. IV, 220:

Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον,
Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
Ος τὸ καταβρόξειεν, ἐπὴν κρητῆρι μιγείη,
Οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,
Οὐδ' εἴ οἱ κατὰ τεθναίη, μήτηρ τε, πατήρ τε,
Οὐδ' εἴ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν, ἢ φίλον υἱόν,
Χαλκῷ δηϊόωεν, ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῷτο, κ. τ. λ.

Quae carmina elegantissime Gulielmus Budaeus ita vertit:

Hic Helenae subiit vino miscere venenum
Solvere quod luctus, iras sopire minaces,
Quod memori fertur resides abstergere sensus
Sortis acerbae animo, atque oblivia ferre malorum.

(1) Homerus poëtarum et sapientium eximius multa, eaque praeclara, de Menelao narrat, Odyss. lib. IV: verum illud praeter caetera haud praetereundum, quum magnum hunc populorum pastorem, nato sibi filio Μεγαπένθους nomen prodit imposuisse. Quod si ex Eustachio, eruditissimo nempe Homeri interprete, libuerit indagare, non aliter id actum deprehendemus, nisi quia ei natus esset, quo tempore propter Helenae pulcherrimae uxoris raptum, tota Graecia oppleta moerore lugeret. Visum proinde fuit non aliud proli huic indere nomen: quemadmodum in Sacris Libris, Genes. cap. XXXV, Benoni, filium doloris, natum puerum, sed ad matris interitum, vocandum existimabat Racheles. Magnum enim luctum, si vox graeca latine reddatur, magnamque tristitiam significabit. Quod nescio quo fato, propter obitum Virginiae sororis carissimae mihi contigisse experior, quum altera non minus Helena, quam Racheles, pulchra videlicet, atque (quod saepius desiderandum) castissima femina: non minorem suo funere amaritudinem mihi, fratrique alteri viro, caeterisque consanguineis incussit. At si verum est, quod inquit Synesius Epistola 1: παῖδας ἐγὼ λόγους ἐγεννησάμην, «liberos ego libros genui»; hoc est foetum, sobolemque hominum esse ingeniorum monumenta: edidi similiter hoc moeroris tempore partum huiusce commentarii, et velut alter Luciani Iupiter, Deor. dial. IV, iuxta antiquiores fabulas, capite Minervam parturii; sed ictu durae bipennis, id est, tam gravi et tam inopinato casu perculsus.

Petrus La Seine, de Nepenthe Homeri, part. I, s. parascevastica ex Thes. Graecar. Antiq. tom. XI, p. 1335.

Qui semel id patera mistum nepenthes laccho
Hauserit; hinc lacrymam, non si suavissima proles,
Si germanus ei carus, materve, paterve,
Oppetat ante oculos, ferro confossus atroci, etc.

Quae autem dissertationis est methodus, pauca aliqua de nomine praemonere necessum habeo: et primum quid nepenthes significet, deinde substantivumne, an epitethon sit? Quantum ad significationem attinet, dicitur ἀπὸ τοῦ νὴ, particula primativa, et πένθος, quae ut ab initio monuimus *luctum tristitiamque* significat: Eustath. in Comment. ad Odyss. Δ., « et non solum τὸ ἐστερημένον πένθους, *quod luctu caret*, ἀλλὰ καὶ στερίσκον, » hoc est, ut cum Plinio, lib. XXV, cap. 5, dicam, *oblivionem tristitiae, veniamque afferens*: per translationem vero clarum, serenum, laetumque significabit. Siquidem ita apud epigrammatarium exponitur Νηπενθέα Απόλλωνα, quod Anthol. lib. I, cap. 36, legitur.

Reliqua difficultas maior. Nam plerique volunt, ut adiective sumatur; hoc est, φάρμακον νηπενθὲς, medicamentum, quod laetificum vel exhilarans medici dicunt: quemadmodum et alia huic eidem pharmaco adiecta vocabula, ἄχολον, *iram depellens*, ἐπίληθον, *oblivionem inducens*. Cui opinioni non inficiamus; sed in substantivum etiam solvi posse contendimus. Nam quum plura pharmaca, tum simplicia, tum mixta, ab effectibus nomina sortiuntur, quid vetat apud Homerum φάρμακον νηπενθὲς, *medicamentum* quod est *nepenthes* exponere? Sic consulto a doctissimo Budaeo, ut propinquiora adducam, in sua versione factum est: qui quum illud Homeri transferret, ὃς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη, quod ita ad verbum diceretur, « qui illud medicamen deglutierit, postquam crateri fuerit immixtum: » τὸ nepenthes de suo adiiciens, sic habet: « Qui semel id patera mixtum nepenthes laccho hauserit. » Ecquonam, quaeso, alio nomine poterat tale medicamen insigniri; si hoc non barbare, non ineleganter omnis vis integraque eius virtus exprimitur? qua ratione et nos huic opellae titulum adoptavimus.

Sed hactenus de nomine: nunc rem ipsam agamus. Et primum omnium in disceptationem adducimus, utrum in hac parte, et in his verbis Homericis, aliquid fuerit hoc pharmacum? Facit dubitationi locum Oribasii Colloct. lib. V, c. 7, immo Rufi, antiquissimi medici, in hac re sententia, qui nihil aliud nepenthes est arbitratus, quam ipsum vinum: et nisi me fallit interpres, haec sunt Oribasii verba: « Quippe quum vinum sit moeroris medicamentum, atque Helena quidem mihi videatur hoc crateri infudisse, ut moerorem sedaret. »

Si igitur solummodo vinum Helena miscuit, nullo medicamine temperatum, iam verba Homeri eam recipiant interpretationem, opus est: ut illud εἰς οἶνον βάλε φάρμακον νηπενθὲς, a poëta sit dictum, tantum ut exprimeret Helenam dedisse merum bibere non imbecillum, et (quod aiunt) ὀλιγόφορον, sed potens, fragrans, generosum, et amara curarum eluere non efficax modo, ut inquit Horatius, Carm. lib. IV, Od. XII, sed efficacissimum.

Et sane constat apud poëtam, non temetum, sed Aegyptiacum quidpiam his epithetis decorari. Quod etiam, ut in hanc causam trahas, nec obstaculum videatur, Helenam ab Aegyptiis huiusmodi disciplinam edoctam: ex Athenaeo Deipnos. lib. I, intelliges Hellanicum scribere, in Plinthine, oppido

Aegypti, primum inventam fuisse vitem; quae de causa Dion Academicus φιλοίνους, καὶ φιλοπότας, hoc est, *vini, et bibendi avidos, et amicos*, Aegyptios fuisse inquit; ac quoniam ob egestatem vino multis carendum esset, excogitatum apud illos inopiae solatium, ut vinum ex hordeo confectum biberent: cuius potu adeo laetati sunt, ut canerent, saltarent, et quae solent ebrii, facerent omnia. Et addit ad maximum violentiae argumentum, morem esse apud ipsos, immo velut lege quadam receptum, brassicas coctas, tanquam ἀμάθυστον, at contra ebrietatem remedium ante omnes alios cibos comedere.

Itaque, ut summatim rem expediam, videtur ad diluendos moerores Telemacho et Pisistrato, quos convivio exceperat Menelaus, Aegyptiorum more Helenam propinasse: et hospites ipsos Αἰγυπτιάζειν (ad hunc enim morem transfert Dalecampius in Notis ad Athen.) affecisse; quod nos Itali, quum largius meraciusque poculis indulgemus, Teutonico ritu perpotare dicimus.

Nunc vero haec sufficiant, ut funditus convellatur opinio, iam omnium calculo receptissima, Homerum scilicet aliud quid praeter vinum indicasse, validissimum contra luctum medicamentum, quod ex Aegyptiaco agro productum, et a medicis illius regionis observatum, Polydamna Thonis Thebarum regis uxor, Halenae, uti magnum repositum at regale praebuit donum? Haud equidem ita credo: nec aliter sentiendum, quum valde indecora, at Homero pugnantia, ista contineat assertio: nam praeterquam quod feminas vel principes minime deceat ἡ φιλοινία, non ast huiusmodi vini in ea regione proventus, quum frigidum et prorsus Biblinon gignatur, nec ideo Biblinum dixi quod βίβλινον-οἶνον Aegyptium, ut Guillandinus, putem: sed quia, quum omnibus sit infirmius, maxime ita appellari convenit. Rursus et ex Homericis verbis vino pharmacum iniectum aperte liquet.

Vnde mirum videri possit, quomodo ex eo depromens Rufus, non id animadvarterit; sed fortasse annotabat quod eius decurtator Oribasius neglexit aspriniere, ideo nepenthes non alibi quam in vino dilutum, quia vinum itidem moeroris esset medicamentum, et hilaritatis, ut loquitur Varro, dulce seminarium. Qua ratione, et νηπενθὲς, καὶ κακῶν ἐπίλησμον ἁπάντων, per translationem et similitudinem dici potuisset: immo Galenus, lib. eo: *Quod animi mores sequantur corporis temperamentum*, quamvis Oenopiae radicem nepenthes assereret, addit tamen, nihil ea hoc loco opus esse, quum vinum talia quotidie facere videamus.

Re vera autem habuisse Aegyptios huiusmodi medicamenta, Diodorus Siculus, Biblioth. lib. I, quem et S. Iustinus, martyr, citat in Cohort. ad Graecos, abunde testatur his verbis: Τὸ γὰρ νηπενθὲς φάρμακον, ὃ λαβεῖν φησι ὁ ποιητὴς τὴν Ἑλένην ἐκ τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν παρὰ τῆς Πολυδάμνας τῆς Θώνος γυναικὸς, ἀκριβῶς ἐξητακὸς φαίνεται· ἔτι γὰρ καὶ νῦν τὰς ἐν ταύτῃ γυναῖκας χρῆσθαι τῇ παρειρημένῃ δυνάμει λέγουσι· καὶ παρὰ μόναις ταῖς Διοσπολίτισιν ἐκ παλαιῶν χρόνων ὀργῆς καὶ λύπης φάρμακον εὑρῆσθαί φασι. Quod ex Poggii versione: » Nam potionem ad abolendum luctum, quam poëta Helenam habuisse scribit, in Thebis Aegyptiis a Polydamna, Thonis uxore factam constat: ubi nunc quoque mulieres hoc medicamine utuntur. Apud solos vero Diospolitas (eaedem autem Diospolis et Thebae sunt), priscis etiam temporibus inventum fuisse tradunt, et irae et doloris medicamentum. »

Verum tamen quidnam fuerit hoc nepenthes, plane non tradit Diodorus, neque forsan ei compertum. Nos, quod nostri est operis, id investigemus: quum sane constet pharmacum fuisse, καὶ τῶν φαρμάκων plura esse genera. Et ut comperiri possit quale hoc Homericum fuerit, primum per aliqua recurrendum, eaque examinanda, quibus Homeri verba, aut ratio, aut scriptorum auctoritas consentire videntur. Deinde paulatim ad certiorem nepenthus indaginem, velut manu ducti feliciter descendemus.

Quum haec φαρμακοποσία ex simplici, item ex composito medicamento constare potuerit, merito dubitare possemus, quodnam istorum fuerit? et quidem in uno solo simplicique pharmaco tantam efficaciam, quantam ei tribuit Homerus, non facile debemus agnoscere, sed potius affirmare, collatis aliorum viribus, ut deorum manus, quod dicebant Veteres, hoc est, validissimum et praesentaneum fuerit medicamentum. Siquidem ad tristitiae levamen, quum necessum sit calidis cor fovere remediis; ed ad iram sedandam sanguinis succensionem frigidis consopire: non unum nec simplex esse potest, quod ad utrumque curandum vires possideat. Idque Philostrati antiqui scriptoris confirmat auctoritas, qui in Sophistarum Vitis epist. ad Anton. ad hunc Odysseae locum respiciens, inquit: Τὸ δὲ φρόντισμα τοῦτο, ἄριστε ὑπάτων, καὶ τὰ ἄχθη σοὶ κουφιεῖ τῆς γνώμης, ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς Ἑλένης τοῖς Αἰγυπτίοις φαρμάκοις. « Et ista lucubratio gravissimos animi labores, velut Helenae crater medicamentis Aegyptiis, tibi quandoque levabit. » Nam πλυθυντικῶς loquendo, videtur annuere in hac Helenes patera, plura Aegyptia fuisse venena.

Verum enim vero rem exactius rimando, haec ab Homeri mente, verbisque dissidentia iudicabimus. Quandoquidem si ex pluribus confectum fuisset nepenthes, poeta noster, cuius haec est praecipua virtus, cum evidentia, et rerum quadam *hypotyposi* suas explere narrationes, immo potius sub legentium oculos subiicere, omnia procul dubio temperaturae accidentia explicasset, ut in Nestoris poculo fecisse animadvertimus, Iliad. XI:

> Ἐν τῷ σφι κύκησε γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν
> Οἴνῳ Πραμνείῳ, ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν
> Κνῆστι χαλκείῃ, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνε.
> In hoc ipsis potionem confecit mulier similis deabus
> Ex vino Pramnio, et super vinum caprinum rasit caseum
> Cultro aereo, ad haec vero farinas albas inspersit.

Et in Vlyssis historia Odyss. X, haec eadem a Circe potionibus admixta, repetere non indignatur, quae etsi potius ad cibum, quam ad medicinam spectant, nec nostrum nepenthes extra mensam ab Helena propinatur: ut nihil minus, si quid in eo varium multiplexque, singulatim prodere debuisset. Et quamvis pharmacum asseramus, crescit coniecturae argumentum, quum profecto constet naturae magis consona simplicia esse remedia, et antiquis temporibus propriora. Postea enim, ut fere declamat Plinius, L. XXIV, cap. 1: « Fraudes hominum, et ingeniorum capturae officinas invenere istas, et in medicinae usu exoleverunt, quae tum parata vulgo, et inventu facilia erant: quum vera remedia pauperrimus quisque coenat, et ex horto petantur. »

Ad Philostratum quod attinet, sua licentia id dixisse, et ab Homero, hoc est, a proprio historiae auctore, longe aberraisse contendimus. Nam quamvis Helena plura pharmaca, velut ad plura utilia, a Polydamna acceperit, haud tamen haec omnia vino diluisse probari potest. Sed forsan usurpata aliquando dicendi abusiona, numerum numero commutavit; aut ad aliud aliquid respexit, quod in ultima parte, et prope huius operis finem indicabitur.

Nunc igitur coagmentatione relecta, uniforme quid, iuxta poëtae verba, et simplex pharmacum fuisse nepenthes, quod alterum erat propositae divisionis caput, firmum remanere consequens est. Sed in tanta rerum medicarum copia ac diversitate (intra enim octingenta simpliciorum numerum finitum, si Narniensi Gal. Mart. de Promiss. Doct. c. III, credimus, quem multo maiorem nunc temporis recensendum) quid certi statuere possimus? Vltra tamen pergere non diffidimus: et primum cum Apuleio in Apol. affirmamus: « Vt etiam vir egregie doctus, et Veterum aemulator meminerat, Homerum poëtam multiscium, vel potius cunctarum rerum apprime peritum, vim omnem medicaminum, non mari, sed terrae scripsisse. » Et quamvis marina cuticione usos Aegyptios constet, atque Euripidem, una cum Platone in Aegyptum profectum, iuxta Diogenem Laert. lib. III de Platone: Καὶ αὐτόθι νοσήσαντα πρὸς τῶν ἱερέων ἀπολυθῆναι τῇ διὰ θαλάττης θεραπείᾳ, ὅθεν καὶ εἰπεῖν.

Θάλασσα πλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά·

« Atque ibi morbo comprehensum, a sacerdotibus Thalassica medela fuisse ablutum, qua ex re postea dixerit:

Mare universa proluit hominum mala. »

nihilominus de hoc Aegyptio pharmaco expresse testatur Homerus, Odyss. Δ, φέρει ζείδωρος ἄρουρα, *quod producit fertilis terra.* « Non enim, subdit idem Apuleius, marino aliquo (in mari, unde et nomen, margaritas nasci, res est nota) et pisculento medicavit, nec Proteus faciem, nec Vlysses scrobem, nec Aeolus folles, nec Helena pateram, nec Circe poculum, nec Venus cingulum. » Quum ergo huiusmodi pharmacum fuerit, ut terrae sit adscribendum; aut ad plantas, aut ad lapillos, ex eodem Apuleio pertinere dicendum erit: receptissimae ex lapidibus medicinae, nec novum, aut absurdum vino commixtos aegrescentibus eos dari, ut de Saphiro, Haematide, aliisque Dioscorides observavit.

Agnoscimus sane ex Antiquorum scriptis nonnullas laudari in gemmis qualitates, quae cum Aegyptio nepentha conferri possunt. Dioscorid. lib. V: « Ex Nilo, Aegypti flumine, lapis producitur galactides, quem et Lethenum nominant; quia praecedentia mala ducit in oblivionem, et vino mulsoque liquatur. » Topazion nonne iram sedare et tristitiam, sunt qui asserant? plura ex Orpheo, Dioscoride, Plinio aliisque scriptoribus adduci queunt: sed quum omnis nostra disputatio intra Homeri semitas progrediatur, iam non amplius in hac investigatione immorandum (Hid. Orig. lib. XVI, cap. 6,) quum lapillos, gemmas, et gummi, unde gemmae denominationem sortitae, a suo pharmaco satis evidenter Homerus explodat. Et ex eo ita esse

convincitur, quod illud φέρειν ζείδωρον ἄρουραν asserat. Quamvis enim hic dicendi modus frequens sit apud Poetam, nihilominus, si hoc in loco vim eius libet examinare, facile comprehendemus ἄρουραν, non τὴν γῆν simpliciter, sed cultam et ad sationem idoneam, et proprie arvum, παρὰ τὸ ἀροῦν, ἢ παρὰ τὸ ἀροτριᾶσθαι, significare: vox autem ζείδωρος, sive ἀπὸ τῆς ζείας, ut Plinius, lib. XVI, cap. 8, sive ἀπὸ τοῦ ζῆν, ut Eustathius voluit, derivetur: hoc certe denotat quod Hebraeis תבל *thebel*, et in Hetruscorum disciplina, *vola* dicebatur. Nos vernacule exprimimus *il campo produttor delle vittuaglie.*

Itaque necessario fatendum est, Homerum, Odiss. lib. X, pro pharmaco plantarum aliquam hic intelligere, quemadmodum de moly herba, quam Mercurius Vlissi ad Circen se conferenti dedit, verba faciens, similiter inquit:

> Ὡς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης
> Ἐκ γαίης ἐρύσας καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν,
> Ῥίζη μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος.

Quae ita elegantar sunt reddite:

> Sic deus effatus, caeso cui nomen ab Argo
> De terra evulsum mihi dat medicamen, et addit
> Naturam; radix nigra erat, flos lacteus illi.

Ergo et nepenthes herbam fuisse pro comperto habebimus: quod etiam Theophrastus, utramque tangens historiam, his confirmat verbis, Hist. Plant. lib. IX, cap. 15: Φαρμακώδεις δὲ δοκοῦσιν εἶναι τόποι μάλιστα μὲν ἔξω τῆς Ἑλλάδος, οἱ περὶ Τυρρηνίαν καὶ τὴν Λατίνην, ἐν ᾗ καὶ τὴν Κίρκην εἶναι λέγουσι, καὶ ἔτι μᾶλλον ὡς Ὁμηρός φησι περὶ Αἴγυπτον· ἐκεῖθεν γὰρ τὴν Ἑλένην λαβεῖν·

> Ἐσθλὰ τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις
> Αἰγυπτίη, τόθι πλεῖστα φύει ζείδωρος ἄρουρα
> Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Ἐν οἷς δὲ, καὶ τὸ νηπενθὲς ἐκεῖνό φησιν εἶναι καὶ ἄχολον· ὥστε λήθην ποιεῖν, καὶ ἀπάθειαν τῶν κακῶν, hoc est, ut Theodorus vertit: « Tractus medicamentorum fertiles potissimum tradunt extra Graeciam, Etruriam et Latinum agrum, quem Circen habuisse affirmant, atque etiam magis Aegyptum auctore Homero. Hinc enim Helenam inde accepisse inquit:

> Prospera quae quondam Thonis dulcissima coniux
> Aegypti Polydamna dedit, quae plurima gignit
> Noxia terra ferax, et multa probata venena.

Inter quae vel illud medicamen luctus et moeroris esse autumant, omnium ita ut malorum oblivionem atque indolentiam facere possit. »

Sed clarius ex eodem Theophrasto Plinius, lib. XXV, cap. 5: « Homerus, inquit, primus doctrinarum et antiquitatis parens, multus alias in admiratione Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit: herbas certe Aegyptias »

regis uxore traditas suae Helenae plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes oblivionem tristitiae veniamque afferens. » Hactenus Plinius.

Quum iam probatum sit nepenthes herbam fuisse, reliquum est videre, quomodo vino iniectam; nam quaenam fuerit postremo examinabitur. Et triplici modo a medicamentariis potuisset id fieri, vel integram herbam immittendo, vel pulverem, vel succum ipsius. Et primo Helenam herbam ipsam crateri inseruisse, Veterum opinione fulcitur, ut ex Plutarcho in Sympos. lib. I, cap. 1, licet perspicere; inquit enim: Οἱ μὲν οὖν τὰς βούγλωσσα καταμιγνύντες εἰς τὸν οἶνον, καὶ τοῖς ἀποβρέγμασι τῶν περιστερεώνων καὶ ἀδιάντων τὰ ἴδαρη ῥαίνοντες, ὡς τούτων τινὰ τοῖς ἱστιωμένοις εὐθυμίαν καὶ φιλοφροσύνην ἐνδιδόντων, ἀπομιμούμενοι τὴν Ὁμηρικὴν Ἑλένην ὑποφαρμάττουσαν τὸν ἄκρατον. » Nonnulli quidem buglossam vino admiscent, aut solum rigent verbenarum adiantorumque diluto, quod haec conviviis hilaritatem eliquam et comitatem conciliare opinentur, imitentes Homericam Helenem quae vino medicamentum iniecerit. » Si enim ad Helenae exemplum Veteres id faciebant, profecto existimabant et herbam Helenam adhibuisse: nam ita buglossae usus, quemadmodum et pimpinellae, ad animi laetitiam et iucunditatem probatur.

Sed hoc ex eodem Plutercho, nedum ex Homero, refellitur, quum ille alterem subiiciet nepenthes interpretationem, de que nos alibi: hic non iniectionem tantum, sed commixtionem et confusionem alicuius rei cum vino aperte memoret, ut sorbitione in stomachum immitteretur. Potius itaque pulverem inspersisse, rationi videretur consentaneum. Nam si nepenthes Helenam habuisse a muliere Aegyptia, ex Homericis verbis necessario fatendum; quum magnum temporis spatium intercesserit ab ipsius in Aegyptum peregrinatione, ad usque Menelei in Graeciam reditum, et Telemachi Pisistratique adventum (nam ὀγδοάτῳ ἔτει octavum scilicet post annum rediisse ab Homero, Odyss. lib. IV, et Strabone, Geogr. lib. I, convincitur): siccum iam et arefactum medicamentum, quomodo, ut vim suam magis communicaret, aptius immitti potuisset, quam in pulvisculum, et in diapasmatum speciem redactum? eo magis quod virorum doctorum observatione compertum habemus (vid. Had. Iun. cap. de Msd.), Veteres diepasmatum aspergines potui ad luxum et fragrantiam adhibuisse.

Sed nec huiusmodi mihi probatur sententia, quum minime credendum sit nepenthes hoc illud esse, quod Thebis a Polydamna acceperat, et licet Homerus, Odyss. IV, dicat:

> Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόωντα
> Ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν,
> Talia Iovis filia habebat pharmaca,
> Quae illi Polydamna praebuit;

haud alio modo intelligendum est, quam iuxta Athenaei explicationem Deipnos. lib. IV: Ἡ δ' Ἑλένη, inquit Athenaeus, Διὸς οὖσα θυγάτηρ καὶ παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ σοφῶν μεμαθηκυῖα πολλοὺς λόγους, ἐς τὸν οἶνον ἐμβάλλει πάνακας τὸ ὄντως φάρμακον. » Helena vero Iovis gnata, oratione commercioque sapientum Aegyptiorum multum edocta, panaces re vera pharmacum iniicit vino. »

Igitur privato studio, Helenam in imaginariis vel pensilibus hortis, ad delectationem coluisse dicendum est: et proinde ad rem praesentaneam, non ut inspersile quoddam adhibuisse, πάλυνε, ut in Nastoris poculo, vel alio quopiam peculiari vocabulo significasset Homerus Iliad. XI, sed succum vino permiscuisse. Quod nobis superest affirmare, et affirmare Poëtam contendimus. Inquit enim post locum a nobis supra laudatum:

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἐνέηκε κέλευσέ τε οἰνοχοῆσαι.
Caeterum postquam sane infudit, iussit vinum propinari.

Ita enim verti debet. Nam verbum ἐνίημι, ex quo illud ἐνέηκε, quo itidem in Circes potione utitur, propria significatione apud pharmacopoeos *infundere* valet.

Adde dubitatiunculam, et ex illius resolutione id evidentius apparebit. Supra dixerat Homerus, Odiss. X· εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον. Liquet etenim ex his verbis, primo vinum effusum, deinde pharmaco medicatum; at contrarium subdit, carmine iam a nobis citato, in quo habes primo medicamen iniactum, deinde vinum propinatum. Quae responsio? facilis. Nam dicimus: Helenam haud in minutis calycibus potionem procurasse, sed in maiori lagena et congiario commixtionem hanc perfecisse; qua perfecta, ex eo iussit οἰνοχοεῖν, id est, vini liquorem in poculis effundere. Quibus sane nepenthes arguitur cum vino concorporatum, et liquidi cum liquido perfecta commixtio: cui subobscure, eleganter tamen, Plinius lib. XXV, cap. 5, annuit: « Quum nobile illud nepenthes, inquit, ab Helena cunctis mortalibus propinandum. » Remanet ergo iam satis sufficienter probatum succum Helenam effudisse (succi nomine, quod decoctum medici vocant, non excludo).

Vltima occurrit disputatio: quae plantarum hoc nepenthe proponatur: et num per nostra prata hoc germen herbescat, vel desit naturae invidia, aut deos effossores, cum moly exposcat. Ardua sane quaestio, in qua et Veteres haesitarunt, et praeter eorum opiniones recenseri vix quidquam potest. Sed, ut moras praefationum recidamus, sciendum est plerosque Veterum, buglossum nepenthes existimasse, ut supra ex Plutarchi loco Sympos. lib. I, cap. 1, indubitatum fecimus. Deiecta siquidem in vinum buglossi folia, voluptates animi et laetitiam augere Dioscorides, lib. IV, cap. 123, et Paullus Aegineta, lib. VI, cap. de Buglosso scripserunt. Neque ultra hunc usum buglosso, alium quemquam multi faciendum ab antiquis scriptoribus tribui, recte notat Marcellus Virgilius in Dioscor. lib. IV, cap. 123, cuius causa, et euphrosynon, cognata fere nepenthus voce, ut Plinius memorat, lib. XXV, cap. 40, nominatum.

Accedit Galeni auctoritas, cui adstipulatus Caelius Rhodiginus totam hanc sententiam firmat, lib. XIX, cap. 3, his verbis: « Porro sunt ex diligentioribus, qui rimati exactius, cuiusnam modi foret pharmacum id, ex quibusque concinnaretur, suspicati sunt esse buglossum, propterea quod de ea sic prodiderit Galenus, καὶ τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον εὐφροσύνης αἴτιον γίνεται, id est, vino iniecta hilaritatem inducit. Scribunt medicorum scientissimi eventus mirabilis eam censeri, propter quod sanguis inde clarior fiat, expurgatiorque, porro et cor confoveatur, a quo mox et hepar: id autem sic affe-

etum laudabilem sanguinem producere unde concitatur laetitia. Hactenus Caelius. At nos qui levicula buglossi ἐφεδρείαν pluries, et praesertim in hac animi consternatione, experti sumus, simplicitati dicimus, hanc singularem, maximamque virium herbam, Aegyptiae principis hospitale munusculum, ad tam vulgare olus, tardis tenuibusque facultatibus praeditum, accommodare.

Caeterum, haud liquet ex Plutarcho buglossum Veteres nepenthes Homericum reputasse, sed tantummodo exemplo Helenes illud vino injecisse: ad quem usum, non succus, ut diximus de nepenthe, sed folia, praesertim vero flosculorum calyculi adhibentur, et proinde nescio quid sibi velit Aloysius Anguillara, nostri saeculi auctor non spernendus, qui et medicinam professus, ad hoc Homeri pharmacon respiciens de Simpl. cap. de *Oenopia*, buglossi radicem oggannisit.

Sed age, an meliora alii dixerint? et sane ita videtur. Sunt enim qui Helenium, id esse affirmant: quorum iudicio, vel ipsius herbae nomen argumentum facit. Natam quippe in Cranae, quae una est Sporadum insula, Helena postmodo ab illa vocata, et ex ipsius feminae lacrymis a poëtis effertur; cf. Strab libris IX et X. Hanc Romani, inquit Dioscorides, enulam campaniam dixere. Nectarion itidem dictam, ipse Dioscorides affirmat, lib. V, cap 40, unde vinum nectarites confectum. De quo idem his verbis, ὁ δὲ νεκταρίτης σκευάζεται ἐκ τοῦ οἴνου, «conficitur et nectarites dictum vinum ex Helenio herba, et denceps, quam alii nectarion appellant.» Credo hanc ei nomenclaturam fecisse, haud divinitatem in adimendis curis, atque hominum molestiis, sed succi dulcedinem, quod Plinius de Helenio fatetur, lib. XXI, cap. 94. Integrum vero Plinii locum subiciamus, qui in hac re probanda iudicatur eximius; inquit enim: «Helenium ab Helenae lacrimis (haec verior lectio), ut diximus, natum, favere creditur formae, cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam. Praeterea putant usu eius quamdam gratiam eis venerem que conciliari: attribuunt hilaritatis effectum eidem potae in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud praedicatum ab Homero, quo tristitia omnis abolebatur. Est autem succi praedulcis.» Sed ut optime observat auctor, qui coniecturata in Dioscoridem, lib I, cap. 27, scripsit, Plinius hoc loco haud voluit idem helenium et nepenthes esse; sed ea tantum virtute et facultate assimilat; caeterum distinctas diversasque plantas fuisse demonstrat. Accedit quod neque poëtarum figmentis recipit fidem, quum non lacrymis ortum, sed ab Aegypto Homerus facit advectum.

Sunt propterea ad hoc forsan intuentes, qui verum nepenthes, non hoc helenium, sed illud Cratevae quod Aegyption Dioscorides nominat, et Oenopism Galenus, si A. Anguillaraeo c. de Oenop. credimus: constat sane Galenum in eo libro, quo animi mores sequi corporis temperamentum, c. 111, Oenopiae radicem, Aegyptiae hospitae pharmacum reputasse. Idem vero ac helenium istud fuisse, ex eo quod de uno helenio mentionem faciat, et quae de Oenopia affirmat, cum Cratevae helenio consentiant, voluit Anguillara, lib. Suar. Opin. cap. de Oenopia, hisque opinantibus meo iudicio Aeliani favet narratiuncula, quam reperias Histor. Animalium lib. IX, cap. 21.

Sed nihil laetificum vel nepenthi simile, nec Cratevae, nec Aelianus,

quos modo appellavimus, huic helenio tribuunt; praeterquam quod serpentes arcere, at θηριοδήκτοις βοηθεῖν, e contra venenatorum morsus remedium esse e dicant.

Sed nunc naturae fines transilimus: quod non est propositum in hac parte, licet magnopere allubescat digressio. Nam poëtae haud sese intra hos limites distringunt, ut fideli rerum naturalium historia detineantur; sed ut quid maius doceant, ampliendi, augendi, transferendi, distorquendi, largam ad eorum libitum retinent facultatem: ut re vera potuerit Homerus ad hoc helenium respicere, quamvis medicorum et philosophorum observatione, eamdem vim, virtutemque perem, quam de eo praedicat, possidere non dignoscatur. Et pro hac re firmanda, haud omittenda Apuleii sententia de Plant. qui *Chironium panaces*, sive *Centaurion*, ait vocari *Helenium*: de quo panace, non est veneno praesentius antidotum; si Nicandro antiquo poëtae et medico fidem non denegemus, quem et merito cubiicimus; inquit enim in Theriacis:

Πρώτην μὲν Χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι
Κενταύρου Κρονίδαο φερώνυμον, ἣν ποτε Χείρων
Πηλίῳ ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο δειρῇ,
Τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χυτὴ περιδέδρομε χαίτη.
Ἄνθεα δὲ χρύσεια φαείνεται, ἥδ' ὑπὲρ αἴης
Ῥίζα, καὶ οὐ βυθόωσα πελεθρόνιον νάκος ἴσχει.
Ἣν σὺ καὶ ἀναλέην ὅτε δ' ἔγκλοον ὅλμῳ ἀράξαι
Φυρσάμενος κοτύλην πιέειν μενοεικέος οἴνης,
Παντὶ γὰρ ἄρκιός ἐστι.

Quae in latinum carmen ita sunt reddita:

Ergo salutarem primum tibi convenit herbam (1)
Vellere, idem cum centauro cognomen habentem
Quam gelido Chiron in Peli vertice quondam
Prendit: amaracino folio similis coma surgit,
Aureus est flori cultus, non altaque radis,
Vult silvestre solum, quo plurima nascitur herba.
Hanc tu vel viridem, vel siccam contare, deinde
Nobilis hemina permisce atque accipe vini,
Cuilibet haec homini mensura sat esse videtur.

At quamvis decipi potuerit hoc dicto Apuleius, quum omnes herbarii de helenio, et de panace, tanquam de diversis plantarum speciebus fuerint loquuti, nihilominus, quum nec ipse Dioscorides, lib. III, c. 52, quiverit, nisi Nicandri supra citatum locum ἄμετρον, et ad verbum infarcire, Apuleianam coniecturam non aspernabimur: cui, quatenus ad Homerum et nu-

(1) Centaurium minus nostr. Officin. tanti Veteres fecere, ut inter opp. Galeno adscripta, peculiaris exstet de Centaurii Virtute liber. Est nobis *Chironia Centaurium* Willd. *Pentand. monogyn.* Linn. *Gentian.* Juss. Ed. P.

stram hanc disquisitionem pertinet, magnopere Athenaeum vulgata receptaque lectione favere intelligimus, Deipnos. lib. IV. Siquidem ut supra ad alium finem laudavimus, ita habet εἰς τὸν οἶνον ἐμβάλλει πάναχες τῷ ὄντι φάρμακον, hoc est, ut recte Dalecampius vertit, immo potius paraphrasi illustravit, » panaces efficax re vera moeroris auxilium iniicit vino. « Dicta autem est haec herba πάναχες, id est, *tota bona*, et *salubris*: inde nomen sortita, quod magnarum virium sit in propulsandis morbis. Chironium autem a Chirone cognomentum accepit, propterea quod hic Saturni et Phillyrae filius eam in Pelio monte invenerit.

Sed illud interea haud praetereundum, quod in Macrobio, Saturn. lib. VII, cap. 10, aliquantulum nos moratur. Et quidem animadversione est dignum, an sint qui arbitrati nostrum pharmacum ex India advectum? quum » non herba fuit, non ex India succus, « de nepenthe verba faciens, ita scribat. Verum enim vero, ea de causa, hoc a Macrobio dictum puto: nempe, quum omnia admiranda et supra fidem in his regionibus oriri persuasum haberent homines, ut nullibi gentium herbam illam inveniri assereret, et ipsam in India etiam gigni pernegabat.

Sed curiosulus alioquin investigator, ne quid videretur praetermissum, harum regionum historias perlustravi.

Est autem apud Sinas, Iapones, et eis finitimas gentes, frutex quidam cuius foliis celebris potio, quam *Cia* vocant, perficitur (1).

Observat autem Trigausius huius frondes ab his gentibus verno caelo legi, easque in umbra exsiccari, et ad decoctionem quotidianam asservari, et in conviviis, et quoties aedes hospes amicum visurus ingreditur (hospitibus enim et in convivio Helena suum poculum miscet), salubriter hilariterque hac potione invitari.

Nec praetereundum in hac narratione *folium*, quod et *Indicum* cognomen habet, Graecis μαλόβαθρον, quando id ita sit, de qua re merito dubitetur, vide Iul. Scalig. Exercit. in Card. CLXVI. Eius enim haec vis est, ut mirum in modum hominem exhilaret, et fere ut alterum nepenthes a Cardano extollatur, de Subtil. lib. VIII. Similiter ad eius vires accedit, quod Paulus Iovius de Selimo imperatore agens, scribit in Turcis. Histor. illum scilicet vesci semine quodam solitum, quod rerum seriarum ac molestarum memoriam hominibus adimit, eosque liberos ac iucundos per aliquot horas facit. Et additum ad libri oram, *forsan nepenthes fuit*. Quale autem id semen, videtur Iovius ignorasse, quum solum referat, quae a Gritti, Venetiarum duce, acceperat. At Petrus Belo, qui Iovii locum memorat, cuique muneris

(1) Sinis *The*, Iaponibus *Tsia*, nobis est *Thea Bohea*, aut *viridis*; cuius prima mentio occurrit in Itiner. Arab. saec. IX (cf. *Ancienn. Relat.* p. 31, ed. *Renaudot*.) Miras illi virtutes Sinae tribuunt: ab ea vegetiora reddi corpora, hebetiores excitari sensus, cor exhilarari, etc. etc. sed constat apud nos multo minorem esse huius potus efficaciam; sive Theam simpliciter Sinae plus aequo iactitent, ex qua paululum levaminis percipiunt, ut mos est hominum; sive deteriores tantum Theae species, quod libenter crediderim, in Europam vulgo advehantur. Ed. P.

id et facultatis erat, quidquid in his regionibus admirabile oriretur, diligenter investigandi; nec illud quivit, saltem per nomen, exprimere, in suis Observ. lib. III, cap. 15.

Sed quid diutius in his immoramur? quin immo Fabii Columnae, viri undequaque doctissimi, in hac re iudicium non interponimus: qui, ut interroganti mihi obsequeretur, ex tempore, ut est herbariae rei columen et naturalis historiae peritissimus, se inter narcotica pharmaca hoc nepenthes reponendum existimare respondit: quod nec Eustathius scriptor sane eruditissimus ignoravit in Odyss. IV, quum καθ' ἱστορίαν ἰχθυτέον, historice iuxta hanc partem, quam agimus, putet exponendum: Ὡς καὶ τοιούτων ὄντων παρ' Αἰγυπτίοις ναρκοτικῶν τινων ἢ θελκτηρίων φαρμάκων. » Quod huiusmodi fuerint apud Aegyptios stupefacientia vel demulcentia medicamenta. »

Verum, quum a nobis sint explicata, quae delinire animos et exhilarare creduntur, nunc de his, quae ex stupore et oblivione vim suam patefaciunt quemadmodum de opio, hoc est, de papaveris succo, asseritur. Illius ean Turcae animosiores fiunt, minimeque belli periculum expavescunt. Nec apud eos tantum in usu, ut Petrus Belo refert Observat. lib. III, cap. 15, sed apud Persas, Indos, aliasque quamplurimas nationes, inter quas Aegyptiorum gentem notat Prosper Alpinus, qui diu in Aegypto versatus, peculiari observatione cognovit, eos pharmaca quaedam animi gratia saepius adhibere, quae hilaritatem, deinde stuporem advocant, et visiones concitant admodum iucundas, ipsisque optatas. (1) Praeter enim cannabis folium, quod per excellentiam *assis*, id est, herbam, vocant, et alia quaedam, nostrum opium ipsis praecipuo in usu, quod *Affion* dicunt; additque illud, quo omnes utuntur, ex locis Saieth, ubi olim Thebarum urbs erat praeclarissima, deferri; ibi etenim nigra papavera copiosissime proveniunt, caeterisque omnibus facultate praestant.

Marius Schipanus, vir doctrina et eruditione praecellens, mihi affirmavit, herbam Polydamnae, et Thebarum opium idem fuisse. Quae quidem περὶ νηπένθους opinio mirum in modum Poëtae congruit: haud enim de eo narrat, cor laetificare et animi hilaritatem inducere, ut qui ad buglossum respexere, aut ad Theophrasti oenotheram lib. IX, cap. 21 (nec desunt, qui hanc herbam illud esse affirment, et brevitati consulens omitto expendere), et vel ex hoc à vero alios aberrasse demonstrari posset, sed tantummodo luctus, irae, et malorum omnium oblivionem inferre, ut recte Lucianus Dialogo de Salt. λεθηδόνον φάρμακον absolute dixerit, id est, » oblivionem pariens inducensque medicamentum. » Plena enim oblivionis papavera sunt: unde Servius ad illud Maronis carmen G. I, 78: » Vrunt lethaeo perfusa papavera somno, » ut in plerisque solet, eruditissime annotat: Cererem ab Iove commonefactam, papavere (*Cereale* apud eumdem Virgil. Georg. I, 212, voca-

(1) *Opiati* quoddam genus, Kaempferus in Amoen. *electuarium laetificans* appellat; quandoquidem sumentium animos miris perfundere gaudiis, et veluti magicis cerebrum demulcere imaginibus dicitur. De *papavere somnifero* opium elici nemo non novit, quod pro nepenthe Veterum inter recentiores habent DD. Villerson, Vibex, Sprengel, et multi alii, ut iam ad locc. Plinii citt. monuimus. Ed. P.

tur) orbitatis oblitam, quum iam Proserpinam raptam a Plutone ex inferno recipere non potuisset. Et hoc modo dubitationi occurritur, ne temere a receptis excidamus, quae ἄχολον illud nepenthes epitheton, ut aliter interpretaremur, allexit. Haud enim dissidet iram et moerorem delere, quum per soporiferam vim id contingere affirmemus.

Soporiferum autem nepenthes fuisse, et Poëta etiam indicat, quum paulo post ipsius haustum, inducit Telemachum dicentem, Odyss. IV:

> Ἀλλ' ἄγετ' εἰς εὐνὴν τρέπεθ' ἡμέας, ὄφρα κεν ἤδη
> Ὕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ τερπώμεθα κοιμηθέντες.
> Sed agite ad cubile ducite nos, ut iam
> Somno dulci delectemur dormientes.

Sed quoniam, gravis et ipse auctor, Plutarchus in Problem. convivalibus, lib. I, quaest. 5, τῶν ὑπνωτικῶν φαρμάκων duas species recenset: μηκώνιον, id est *opium*, καὶ μανδραγόραν, *et mandragoram*: quumque ea, quae iam dudum de papavere relata sunt, ab Homeri narratione non aliena iudicavimus, fortasse etiam ad eum mandragora pertinebit.

Genus enim plantae est soporiferum (1), sed a Veteribus superstitione veneratum, a Magis religione observatum, et in amatoriis potionibus a Circe, unde Circaeam dictam, ut Dioscorides inquit, IV, 74, adhibitum. Cuius effodiendi ritus sane haud praetermittendus, quem Theophrastus et Plinius referre operae pretium iudicarunt. Theophrastus, Plant. Hist. lib. VI, cap. 11: Περιγράφειν δὲ καὶ τὴν μανδραγόραν εἰς τρεῖς ξίφει, τέμνειν δὲ πρὸς ἑσπέραν βλέποντα· τὸν δὲ ἕτερον κύκλῳ περιορχεῖσθαι, καὶ λέγειν ὡς πλεῖστα περὶ ἀφροδισίων. Quorum sensus: « Circumscribunt et mandragoram gladio ter, secantque ad occasum spectantes: iubent et alium saltantem tripudio circumagi, multaque de Veneris usu et re dicere. » Plinius, lib XXV, cap. 11, addit, « cavent fossuri contrarium ventum, etc. » Quibus caerimoniis nobilitata mandragora, velut insigne quoddam miraculum, facile meruerat Helenes fieri donum, et ab eadem propter narcoticam facultatem moestis hospitibus vino misceri: celebre siquidem cum vino eius temperamentum: unde μανδραγορίτην οἶνον, cuius parandi duplicem modum, id est, coctura, et secus, Dioscorides proponit lib. IV, cap. 74.

Tertium est omnium delicatissimum, quod ex Plutarcho colligitur, inquit enim de audiendis Poëtis: Ὥσπερ γὰρ ὁ μανδραγόρας ταῖς ἀμπέλοις παραφυόμενος, καὶ διαδοὺς τὴν δύναμιν εἰς τὸν οἶνον, μαλακοτέραν ποιεῖ τὴν καταφορὰν τοῖς πίνουσιν. « Vt enim mandragora prope vites nascens, virtutemque ministrans vino, leniorem efficit illius in potatores vim soporandi. » Veteres enim, quibus mandragorae in cibo potuque maximus usus, eam prope vites plantabant, ut inde, contracta in vinum virtute, lenius soporarentur. Sic etiam brassicis, ut exilius vinum haberent, eodem modo usos retulit Athenaeus, Deipnos. lib. I, quod eo libentius dixi, ut Antiquorum industria

(1) Recentioribus dicitur *Atropa Mandragora* (*Pentand. monogyn.* gen. 502 Pers. *Solan.* Juss.); de qua fusius agit Plinius, lib. XXV, cap. 94. Ed. P.

diligentiaque in ea curanda patesceret. Cui addendum, a Pythagora ἀνθρωπόμορφον (1) vocari, ex semihominis forma.

Sed Pierii oscitantiam silentio occulere non possum: ponit enim mandragoram laetitiae hieroglyphicum, et Xenophontis testimonio in Sympos. eam pro laetitiae argumento haberi confirmat. Quod quantum a vero sit alienum, Xenophontis locus indicabit, quem subiciemus. Sic enim lepidissimus et suavissimus scriptor, immo potius haec Socratem loquentem inducit: Ἀλλὰ πίνειν μέν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐμοὶ πάνυ δοκεῖ, τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας ἀνθρώπους, κοιμίζει τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. « Bibendum sane, o praeclari viri, admodum censeo, quandoquidem ee vera nostros animos vinum rigans curas et molestias sopit, ut homines mandragora; hilaritatem vero excitat, ut oleum flammam. » Laetitiam quippe et hilaritudinem ex vino oriri, haud ex mandragora; hoc loco Xenophon ait; illudque sedare curas affirmat, pari modo ac mandragoram sensus hominum corripere: et sic τὴν ἀναισθησίαν illius exemplo, non iucunditatem exprimit, ut Pierius voluit.

Est et alia somniferi species, cuius fortasse habenda ratio. Hanc *solanum*, Graeci στρύχνον μανικὸν vocant: in quo describendo, delineando, egregiam, ut in omnibus, sibi laudem meruit Fabius Columna lynceus in Phytobasano sun, eamdemque esse ait, quam Christophorus a Costa *daturam* appellat, medicique legitimam nucem *metel* Arabum esse censent. Vim habet pota in vino radis drachmae unius pondere, inquit Dioscorides, lib. IV, cap. 72, φαντασίας ὑποτελεῖν οὐκ ἀηδεῖς, « imaginationes efficiendi non iniucundas. » Sumi autem a Turcis, et esse apud eos frequenti in usu, ex Belonis Observationibus, constat lib. III, cap. 56.

Venit ergo in mentem, ad hoc illam Aloysii Anguillarae referre opinionem: quum nepenthes, aut oenopiam esse, quam eamdem cum helenio facit, addubitat, aut quamdam aliam Italiae notam, quam consulto ait tacere, causatus christianam religionem, quum inde multa mala confici possint. Sic Plinius, ne omnia de solano diceret, causas praetexuit, « minime, inquiens, diligenter demonstranda remedia, non venena tractantibus. » Liquet sane ad furta, ad res venereas, et ad insaniam inferendam abuti quosdam solano posse; vid. Garc. ab Hort. Arom. lib. II, cap. 24; Christoph. a Costa, cap. de Datura.

Sed nuper quum de hac re quemdam ex Africana gente captivum, et Ossanensium ducis trirenibus mancipatum, consuluissem; is me docuit *Mazluc* etiam apud Arabes herbam esse inter frumenta nascentem,

(1) Mandragora, bifurcata inferne radice, hominis crura dun et rudem quamdam effigiem saepius repraesentat. Circulatores autem in radicibus mandragorae, bryoniae alusve adhuc virentibus, tam virorum, quam feminarum formas scite sculpebant, infixis avenae aut mihi granis, iis nempe in locis, quos pilis vestitos natura voluit. Deinde radices infodiebant rursus, donec grana emitterent radiculas; quas demum in filamenta quam tenuissima fissas, aptabant, ita ut capillum, barbam et caeteros corporis humani pilos referrent. Haec est illa Pythagorae ἀνθρωπομορφία. Ed. P.

hoc est, *lolium* significare; ac rerum medicarum commentariolo, quod secum sua lingua exaratum circumferebat, conatus est comprobare. Et porro haud a veritate alienum videtur, quum lolium tenebricosas vertigines, et mentis aberrationem, atque temulentiam efficiat; immo αἶρον a Graecis volunt plerique, παρὰ τοῦ αἴρεσθαι dictum. Rapitur quippe in cerebrum lolii vapida et nocua aura. Qua etiam ratione in soporiferis medicamentis eius farina immiscetur: quod Mathias Lobel peritissimus et diligentissimus botanicus in stirpium Observationibus, cap. de Lolio, et in adversariis notat.

Formant ex ea farina Aegyptii, adiectis cannabis seminibus, medicamentum, quod *Bosa* eorum lingua nuncupatur: idque ea omnia praestat, et valentius, ut scribit Alpinus, de Medic. Aegypt. l. IV, cap. 2, quae meconio superius adscripta sunt. Vino autem farinas immiscere, non est a moribus Veterum alienum; quum ex Homero in Nestoris et Circes poculo albam farinam inspersam, immo et caprinum caseum adrasum, supra iam sit probatum.

Sed his, licet plane videatur exhausta materia, quum fere sint omnes de hac re sententiae in medium productae, insuper aliquid addere excogitavimus, quod et propositum attingit finem, et scire haud modicum delectabit; siquidem an medicamentum nepenthes ex chemia officina conflatum sit, superest considerare? Et sane, ex Marco Tullio, de Nat. Deor. lib. III, sciri potest, Vulcanum, quem Aegyptii *Opam* nuncupant, in Nilo natum, et Nili filium, nec custodem tantum esse Aegypti, quae et ab eo Ἡφαιστία dicta, Eustath. in Diog. Aphr. sed, ut Diogenes Laërtius narrat in Prooem. ὃν ἄρξαι φιλοσοφίας « qui primum Aegyptiis philosophiae aperuit principia. » Invenit autem Vulcanus, inquit Tzetzes in Chiliad.

Πῦρ, καὶ τέχνας δὲ ἐκ πυρὸς ὁπόσας.
Ignem, et artes ex igne quot sunt.

Eius ergo philosophia in ignis invento habuisse originem consonum est: et ab eo chemiam artem repertam, eique nomen, si articulum demas, Aegyptium. Siquidem Aegyptum, quae vel maxime nigram habet terram, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ, chemiam vocari scribit Plutarchus, in libro de Iside et Osiride.

Respuisse autem de chemia Homerum dicere, haud fortasse negabit, cui Helenam ex ovo nasci, aliquid chemicum subolebit. « Non enim, scribit Michael Meierus, de Volucr. Arb. cap. IV, in ovo homines, ut pulli naturaliter, per artificium generantur: quamvis Helena, illa mulierum formosissima, belli Troiani, hoc est, opificii chemici causa, una cum Polluce fratre ex uno ovo prodiisse fingatur. » Qui etiam Graecos, ex Aegyptiorum doctrina, non aliud adumbrasse contendit in Herculis laboribus, Vlyssis erroribus, Iasonis periculis, Thesei facinoribus, et aliis plerisque eorum fabulis.

Itaque modesta satis, atque admodum simul amplectenda, nostra haec apparebit conclusio: Poëtam videlicet pro Aegyptiaco Helenae pharmaco ex chemia arte quaesitum medicamentum aliquod indicare; unde factum est, ut plerique medicorum filii, qui eam profiteri merito gloriantur, nonnulla huius generis, et tanquam in hanc sententiam euntes, sub nepenthus nomine tradere conati sint: inter ipsa autem medicamenta, et quae ex dictarum alia-

rumque plantarum substantiis erui possunt, nihil auro praestare existimo. Contusum enim et in foliis redactum ad vires cordis reparandas vulgatum remedium. Quod autem optimum, si absolute potabile chemicorum industria efficiatur, ut experientia viris doctissimis observatum. Hoc etiam ab regibus parari, ministrari, ob suumque pretium regale effici donum, et omnia cum Homericis verbis congruere, facile concedendum. Nec opus, exhilarandi aureae potionis eximiam facultatem in dubium revocare, atque ad horum omnium singularem probationem descendare.

Exegi quae ad nepenthus historiam pertinere videbantur. Reliquum est ut hanc partem allegoria compleat. Materia aeque nobilis ac incunda, certe ad Homeri propositam intelligentiam pernecessaria. Quidquid enim in eo maximum et admiratione dignum, id non in verborum cortice et narrationum figmentis (quibus tamen sua laus), sed in sententiarum recessu fabularumque allusionibus latere a Veteribus compertum est. Metrodorus Lampsacenus, de quo Diogenes in Anaxagora, et Tatianus in Orat. contra Graecos, maminere, totum Homeri poëma ad allegorias traxit: idemque Heraclides Ponticus, Proclus, et Eustathius, aliique quamplurimi sunt imitati. Strabo, copiosus et elegans auctor, de Homeri fabulis adversus Eratosthenem id convincit Geogr. lib. I, et prudentissimus scriptor Plutarchus, de aud. Poët. Παρὰ δὲ Ὁμήρῳ, inquit, σωπώμενόν ἐστι τὸ τοιοῦτον γένος τῆς διδασκαλίας· ἔχει δὲ ἀναθεώρησιν ὠφέλιμον ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων μάλιστα μύθων· οὓς τοῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις. » Apud Homerum id mutum doctrinae genus exstat, consideratione habens utilem iis in fabulis etiam quae maxime vituperantur, quae nunc allegorias vocant, antiqui hyponoeas nominabant. »

(Quae supra attulimus, desumpta sunt ex secundo dissertationis parte, seu Historica, de nepenthe Homeri, auctore Petro La Seine, in Antiq. Graec. Thes. vol. XI, pag. 1349, sqq. Ex tertia opusculi parte, quae et Allegorica, nihil fere decerpsimus; nihil omnino de quarta, quae et Anagogica; quamvis et in iis sicut in superioribus, quantum eruditionis et doctrinae deprehendatur, tantum iudicii ac subtilitatis eluceat: sed pleraque pro iure nostro, quo saepius utendum fuit, ut nostram ad rem parum facientia, omittenda censuimus; quae in opere mox laudato, integra perlegere, cuique, ut libuerit, licebit. Adiiciemus tamen, ut nostri ipsius Petri verbis utamur, coronidem operi, ne quid deesse ad complementum huius commentarioli videatur: quod et Homerus exposcit, et ad sententiam interpretis probe dignoscendam perquam necessarium est. Sunt Petri verba ex quinta dissertationis parte, quae et de Avocamentis dicitur. Ed. P.)

Pindarus nec immerito optat Chironem reviviscere, Pyth. Od. III:

> Ἤθελον Χείρωνά κε Φιλλυρίδαν
> Εἰ χρεὼν τοῦθ' ἁμετέρᾳ ἀπὸ γλώσ-
> σᾳ κρινὸν αὔξασθαι ἔπος,
> Ζώειν τὸν ἀποιχόμενον.

> Velim Chironem Phillyriden
> Si fas hoc e nostra lingua

Commune optare verbum,
Reviviscere mortuum.

Sed quid Chironem requirimus, si alterum habemus Aesculapium? et is est Homerus, qui utramque medicinam in sua admirabili poesi exactissime demonstravit, et, ut est omnis philosophiae auctor, lenitatem Epicuri Stoicorum miscuit severitati, et suo remedio, velut Epicurostoico quodam temperamento, ut ita mihi fas sit nominare, mentem instruit, et sensus ad voluptates convertit. Quibus autem animum communire opus sit, iam satis supra indicatum: reliqua breviter adiicienus. Et primum illud non ambigendum, sola sorbitione haud absolvi Homeri pharmacum, quum ipsius pharmacoposias nullum Poëta recenseat effectum, sed statim ad Heleues narrationem descendat, et hanc Aegyptiam temperaturam: Ἐνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε, Διὸς ἐκγεγαυῖα, "Inter alia excogitasse Iovis filiam," expresse dicat, ut plura superesse adversus luctum praesidia huiusmodi commonefaceret; ea autem ut uno verbo explicem, avocatio est. Nam quum omnis nostra, tum sensatio, tum cogitatio fiat per rerum species, a rebus ad sensus et mentem derivatas, et ea omnia consulto tentanda sint, quae nec minimum nos ad tristitiam convertant, evocandus est ad ea obiecta animus, e quibus voluptatem quamdam haurire et laetitiam possit.

Inter autem avocamenta, tria praecipue commemorat, cibos, Helenam et somnum; quibus ea complector omnia, quae in historia et allegoria superius nobis sunt explicata. Nam etsi morbos non revellunt ab animo, cui recta tantum ratione occurrendum, sanant tamen commotiunculas illas primas, quibus adolescunt affectus. Et quum iam sit maximus inde fructus, non duxit Homerus silentio praeterenda. Percurram autem singula, inter quae illud potissimum me in admirationem rapit. Quid est quod faciat ad Telemachi, Pisistratique oblectamentum iam undique Vlyssis memoria, et interempti Antilochi, excitatis lacrymis? denuo regem Menelaum instruere mensas, ac reiterare convivium sapientissimo Poëtae placuit. Sic enim ille loc. laud.

Ἡμεῖς δὲ κλαυθμὸν μὲν ἐάσομεν, ὃς πρὶν ἐτύχθη,
Δόρπου δ' ἐξαῦτις μνησώμεθα, etc.
Nos vero fletum relinquamus, qui prius incidit;
Coenae rursus memores simus, etc.

Nec a primis epulis, longiuscula temporis intercapedo, et famem sitimque, ciborum potusque copia profligatam docet, frequentato carmine:

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος, καὶ ἐδητύος ἐξ ἔον ἕντο.

Quod Virgiliano istoc, Aeneid. VIII, exprimitur:

Postquam exempta fames, et amor compressus edendi.

Quis hoc obiter factum dicet, et non potius summo iudicio, et doctrinam haud despicabilem continere? an, si superis placet, is erit crapularum et ingluviei magister, qui temperantiae et frugalitatis praecepta frequentissimaque exempla praestitit? nec alibi dissimilis in hoc Menelai convivio, ut

notatum reliquit Suidas in Homer. « Nam Menelaus Hermionas nuptias celebrans, sit doctus interpres, et filii, et filiae, et quum Telemachus ad eum venisset, assum bovis tergum sustulit, quod ei ipsi appositum erat. »

Vidit has repetitas epulas Athenaeus, et singulariter esse, sed non potuit Poëtae mentem istae speculatione attingere. Primum scilicet symposium, hospitalitatis et grati animi commune indicium. Alterum tantummodo ad luctus avverunctionis documentum. Sed audiamus Athenaei verba, Deipnos. lib. I: Παρὰ Μενελάῳ εἰσάγει συμπόσιον δειπνήσαντας γὰρ ποιεῖ ὁμιλοῦντας, εἶτ' ἀπονιψαμένους ποιεῖ πάλιν δειπνοῦντας, καὶ δόρπου ἐξαῦτις μεμνημένους, μετὰ τὸν κλαυθμόν. Hunc in modum verti potest: « Peculiare autem, Homerus, apud Menelaum inducit convivium. Prausos siquidem facit confabulari, et lotus iam rursum post lacrymas convivari, et coenae memores fingit. » Idem Homerus non indigna quae ad hunc locum assuamus, in Iliad. XIX (Pallad. in Florileg. lib. I, cap. 63), cecinit:

> Γαστέρι δ' οὔ πώς ἐστι νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς.
> Non licet Graecos inani deflere mortuum ventre.

Sed μεμνῆσθαι πόσιος καὶ ἐδητύος, « meminisse potus et cibi. » Et Il. XXIV, adiecto exemplo, quod etiam Seneca, Epistola LXIII, animadvertit:

> Καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου,
> Τῇ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο.
> Nam et Niobe pulchricoma memor cibi fuit,
> Cui tamen duodecim liberi in aedibus obierunt.

Plinius addit rationem, lib. XXII, cap 24, et tamquam ad Homeri scholium: « Ergo et haec animi asperitas, seu potius animae, dulciore succo mitigatur... Nullius non ira luctusque, tristitia, et omnis animi impetus cibo mollitur. » Quamobrem nec exquisita edulia, et quae ipsius Helenes cibi vocabantur (Ephippus enim apud Athenaeum, suaves cibos τῆς Ἑλένης βρώματα dictos indicat), et ipsae Apicianae artes malae, si tantum ad hoc remedium: nec immerito apud Locros, quibus lessu mortuos prosequi interdictum; defunctum ἐπειδὰν ἐκκομίσωσιν, εὐωχοῦνται, « postquam elatum fumus est, convivia agitant; » Heracl. de Polit. Quam prudentem disciplinam magnus vir et orator Pollio Asinius edoctus, non solum intra quartum diem, ex quo Ateriom filium amiserat, vehementius quam unquam declamavit; sed eodem, quo exulerat, coenavit. Quod et Divo Augusto respondisse fert Senec. Declamat. lib. IV, in Prooem. quum, mortuo in Lycia Caesare, per codicillos questus esset, quod in magno et recenti luctu suo, homo carissimus, pleno convivio coenasset.

Itaque indignam boni philosophi, illam Hieronymi Cardani sententiam, de Subt. lib. XII, iudicabis, quae auxilia adversus luctuum pericula, tria statuit, lacrymas, suspiria, et inediam: ita ut lugere adversus luctum sit adiumento; ut contra aegritudinem aegrescere, et adversus lethargiam indormire: quod nemo sanae mentis ita esse existimabit. Nec culpet quispiam minus apte ad has epulas referri exhilarantia medicamenta: idque si ex usitata medendi ratione arguatur, profecto bene: quum potiones frequententur scru-

pulatim confectae, mille rebus mixtis coinquinatae, quas nec olfacere tuto et absque stomachi fastidio valemus.

Sed nos iuxta Homeri mentem, ex doctrina Aegyptiorum loquimur. Hi autem ἰατρικὴν ἐξεῦρον, ut clare inquit Isocrates de Busir. laudat. ἐπικουρίαν οὐ διακεκινδυνευμένοις φαρμάκοις χρωμένην, ἀλλὰ τοιούτοις, ἃ τὴν μὲν ἀσφάλειαν ἔχει ὁμοίαν τῇ τροφῇ τῇ καθ' ἡμέραν, τὰς δὲ ὠφελείας τηλικαύτας, ὥστ' ἐκείνους ὁμολογουμένως ὑγιεινοτάτους, καὶ μακροβιωτάτους εἶναι. » Aegyptii medicinam invenerunt, non eam quae periculosis medicamentis utitur, sed eiusmodi, quae, quum aeque tuto sumi possint ac cibi quotidiani, tantas utilitates habent, ut nemo neget, eos saluberrimis esse corporibus, et diutissime vivere. » Adhibent tamen, ut superius diximus, medicorum sapientissimi sub nepenthus epigraphe, etiam Aegyptiorum, id est, spagyrica, ut aiunt, arte, nonnulla medicamina, quae haud in rem praesentem sperno, sed non mei iuris est ea vel recensere, vel approbare. Praestat tamen eorum obtemperare consiliis.

Subsequitur ab Helena solatium, tum forma, tum interventu, et allocutione. Et primum, tam illustris feminae, in ipso tristitiarum puncto articuloque adventus et praesentia, dilui luctum dulcedine societatis demonstrat. Nam quum misero instrumentum mortis sit solitudo, hic magnopere eam cavendam esse Poëta docuit, itemque Iliad. VI de Bellerophonte verba faciens, his verbis:

Ἤ τοι ὁ καππεδίον τὸν Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Et ut Cicero, Tuscul. lib. III, vertit:

Qui miser in campis moerens errabat Aleis
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans, etc.

Notavit istud idem Rutilius Claudius, cuius versus Itin. lib. I:

Sic nimiae bilis morbum assignavit Homerus
Bellerophontaei sollicitudinibus:
Nam iuveni offenso, saevi post tela doloris,
Dicitur humanum displicuisse genus.

Et quamvis, χρυσοῦν ἐστὶ πρᾶγμα ἐρημία, *aurea res solitudo*, sit qui cum Antiphide asserat, et prudentes sapientesque viri confirment (nam hoc ex philosophia lucrum, iuxta illud Antisthenis, τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν, posse cum semetipso versari), re vera tamen in ipsa solitudine, aut deus, aut bellua, ut dici solet: quum huiusmodi quidpiam sit, ut bonos secum vivere doceat, malis improba omnia persuadeat, et hinc vitiis obbrutescant suis. In luctus vero aegritudine, quum in tumore sit animus, haud tutum vitam degere solitariam: hinc illud Senecae est epistol. X: « Lugentem timentemque custodire solemus, ne solitudine male utatur. » Non igitur occurrit hospitibus Helena, neque in primis interfuit epulis, sed post excitatas Vlyssis commemoratione lacrymas, in eorum conspectum venit: siquidem ut Philemon Comicus dicebat,

..... ἐπάν τις τυγχάνῃ λυπούμενος
Ἧττον ὀδυνᾶται, φίλον ἐὰν παρόντ' ἴδῃ.

..... quando moeror quempiam occupaverit,
Adesse amicum si videt, moeret minus.

Nam dulce afflicto est εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐμβλέπειν, « in oculos amici hominis inspicere, » ut inquit Euripides. Ner quum adest Helena, silentium tenet, sed loquitur, et alloquitur.

Hinc narratio illa quam tantopere in delinimentum moeroris Macrobius et Plutarchus sunt admirati, ut eam solam, aliudque nihil, nepenthes esse contenderint. Et quidem praeter hoc, quod superius minime verum esse probavimus, magnam vim atque efficariam volens libensque imperfior. Illud insuper addo: huiusmodi narrationem, non solum ἅπως ἀναγκαῖον τῷ ποιητῇ ἐνταῦθα τὸν τῆς Ἑλένης ἐπεισόδιον, ut inquit Eustathius, velut necessarium episodium, ad quarumdam rerum de Vlysse cognitionem, quae aliunde sciri non possent: sed principaliter et ex proposito ab Homero confictam in lugentium hospitum delectationem, et veri nepenthus complementum. Quod ipsius Helenae verba perquam manifeste aperiunt, Homer. Odyss. loc laud.

Ἡτοι νῦν δαίνυσθε καθήμενοι ἐν μεγάροισι,
Καὶ μύθοις τέρπεσθε· ἐοικότα γὰρ καταλέξω.

Quare nunc convivamini sedentes in aedibus,
Et sermonibus delectamini; decentia enim ordine dicam.

Rursum, et in hac causa, illud minime praetereundum, quod huius Helenae orationis efficaciam summopere exauget, ut desperandum ait unquam aegresceuti alicui id contingere posse solatium, cuius ad exemplar, utque Poëtam decet, admirabile, hoc tale ab Homero proponitur: et illud est, ut iam monuimus, Helenae pulchritudo et ornatus. De qua formositate si aliqua exordiri vellem, rem proferto supervacaneam agerem, quum satis Graecorum historiis, Asiae atque Europae contentione sit clara: et passim poëtarum occurrant testimonia, nec desint optimi oratores, qui peculiari sermone eius laudes celebraverint: ut Gorgias, Orat. de Halena, Isocrates, Helenae laud. eumque aemulatus Lucianus, sive quiquis ille fuerit, qui *Charidemus*, vel de pulchritudine Dialogum, scripserit: ad hanc respexit Homerus ibid. Helenae speciem deae simillimam faciens, quum ait:

Ἐκ δ' Ἑλένη θαλάμοιο θυώδεος ὑψοροφοιο
Ἤλυθεν, Ἀρτέμιδι χρυσηλακάτῳ εἰκυῖα.

Helena vero ex thalamo odorifero excelso
Egressa est, Dianae aureum arcum tenenti similis.

Et Athenaeus, Deipnos. lib. V, notat, Telemachum Pisistratumque adeo Helenae pulchritudine captos, ut prope eam taciti sederent, πρὸς τὸ περιβόητον ἐκκεκωφωμένοι κάλλος, velut celebertima illius forma exsurdati et attoniti.

Pulchritudo vero eloquentiae coniuncta, quantas ad alliciendos animos

vires habeat, Phavorinus apud Stobaeum, serm. CLIX, non indigno quod huc transferatur elogio demonstravit: Ἱκανὸν μὲν οὖν ἴσως, καὶ τὸ τῆς ὄψεως, μεῖζον ἂν δὲ ὁ καλὸς, καὶ αἱμύλος ᾖ, καὶ λεκτικός· λέγε, ὦ νεάνισκε, λέγε, Ἀντίλοχε, γλυκερώτερον Νέστορος ἐρεῖς· λέγε Τηλέμαχε, σφοδρότερον Ὀδυσσέως ἐρεῖς· λέγε Ἀλκιβιάδη, κἂν μεθύῃς, ἀκουσόμεθα τοῦ μεθύοντος ἡδέως· τοιοῦτόν ἐστι τὸ καλὸν εἶναι· εὐφραίνει μὲν βλεπόμενος, εὐφραίνει δὲ ἀκουόμενος· εἰ δέ μοι κατὰ Πλάτωνα, τὸ θάρρος ἦν, εἶπον ἂν ὅτι καὶ πάσας τὰς αἰσθήσεις ὁ καλὸς εὐφραίνει, καὶ οὐκ ἂν ἔδεισα τὴν εὐωχίαν τὴν τῶν καλῶν. « Satis forsan fuerit, vel sola facies, magis si simul formosus sit, facetus, et affabilis. Dic igitur adolescens, dic Antiloche, suavius Nestore loqueris: dic, o Telemache, vehementius Ulysse dices: dic Alcibiades, etsi inebriatus sis, libenter ebrio tibi auscultabimus. Huiusmodi res est formosum esse, iucunda visu, delectabilis auditu; et ut cum Platone dicam, sensus omnes formosus delectat, quare pulchritudinis epulo frui non dubito. »

Itaque ad abolendum luctum animique iram et furorem eliminandum, in speciosissimis formis oblectationem aucupari, tum intuitione, tum alloquio, ac mutua consuetudine par est: et quidquid inde voluptatis est, haurire, quatenus tamen minime honestis moribus et christianae religioni officiat.

Quapropter (dicam cum pervetusto poëta Cn. Mas. ap. Agell. lib. XV, cap. 25, illudque libenter in his casibus suadebo).

... edulcare convenit vitam,
Curasque acerbas sensibus gubernare.

Sed sponte haud subiiciam:

Sinuque amicam recipere frigidam caldo
Columbatimque labra conserens labris.

Quamvis hoc voluptatis genere ad allevandum curas, ait Cardanus de Subt. lib. XII, nihil sit melius. Haud certe illud praeteriit Epicurus, qui quum levationem aegritudinis potissimum in revocatione ad contemplandas voluptates posuisset, inter eas numerat, ut ait Cicero, Tuscul. lib. III: « Saporem, corporum complexum; et ludos, atque cantus, et formas eas, quibus oculi iucunde moventur. » Plutarchus « quod non possit suaviter vivere, » puellarum nomina recenset; Leontium, Boidium, Hedicia, Nicedium, circa hortum Epicuri frequentantia scorta.

Nec ad sedandam iram imbecillis ipsa Helenes elegantia. Siquidem Chrysippus apud Galenum de Dogm. Hipp. et Plat. lib. IV, cap. 12, et Clemens Alexandrinus, Strom. lib. II, notant ex Euripide in Troad. Menelaum, post Troiam captam, quum impetu ferretur ad occidendam Helenam, ut quae tot fuisset causa malorum, stupore adeo ob pulchritudinem correptum, ut id non potuerit efficere, unde illa exclamatio:

Ergo hebetantur enses pulchritudine!

Detinetur quippe tali obiecto animus, et ita eius rapitur admiratione; ut ad hoc unum propriae naturae lenocinio intentus, caeteras omnes nedum

molestas ac tristificas posthabeat curas, sed et res quae ad corporis subsidium et ad vitae institutum sunt necessariae.

Quamobrem Dion Chrysostomus, Homericae doctrinae studiosissimus, ac eloquentia praecellens, Orat. XII; Nepenthus vires expresse transtulit ad pulchritudinem; et quod mirandum, non ad humanam, corporis scilicet animaeque gratificantis ei decus, et formam; membrorum vita, colorum nitore, oculorum irradiatione, motusque concinnitate praestantem; sed ad immobilem, mutam, demortuamque, ut ita dicam, Phidiae sculptoris statuam. Aitque (nec enim a propriis verbis tam aurei scriptoris temperandum:) Ἀνθρώπων δὲ ὃς ἂν ᾖ παντελῶς ἐπίπονος τὴν ψυχὴν, πολλὰς ἀπαντλήσας συμφοράς, καὶ λύπας ἐν τῷ βίῳ, μηδὲ ὕπνον ἡδὺν ἐπιβαλλόμενος, καὶ ὃς δοκεῖ μοι κατεναντίον στὰς τῆσδε εἰκόνος τῶν ἐκλαθέσθαι πάντων, ὅσα ἀνθρωπίνῳ βίῳ δεινὰ καὶ χαλεπὰ οἴεται παθεῖν· οὕτω εὖ γε ἀνεῦρες καὶ ἐμηχανήσω θέαμα ἀτεχνῶς·

Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων.

Τοσοῦτο φῶς, καὶ τοσαύτη χάρις ἔπεστιν ἀπὸ τῆς τέχνης! Id est, « ea hominibus vero etiam si quis fuerit omnino afflictus, animi multas exantlans calamitates, aegritudinesque in vita, neque somnum admittens dulcem, is mihi videtur e regione stans huius imaginis, oblivisci omnium posse, quae humanae vitae atrocia et difficilia accidere solent: tale tu quidem reperisti et machinatus es spectaculum vere:

Luctum adimens bilemque malique oblivia praebens.

Tanta lux, tantaque illi gratia ex arte addita est! ». Ad huiusmodi etiam avocamenta trahas oportet, quae de splendida Menelai aede, et instructissima, sumptuosissimaque eius supellectile Homerus narrat Odyss. loc. cit. nec quidquam, me judice, congruentius, magisque ad rem, quum earum pulchritudinem affectate describat.

Namque, ut in repetitis epulis recte admonebamus, non abs re domus elegantia, auri, argenti, electri, eborisque elaborata artificia (et huiusmodi iterationem non ταυτολογία et Poetae vitio vertendam censemus) bis enarrantur extolluntur que: sed ut intelligas istic Homerum naturam rerum sequutum esse, ut doceret simpliciter quid in nova obiecta, eaque delectabilia, perspicientibus accidere soleat, quod cum regia magnificentia, et nuptiarum apparatu, quae tunc temporis apud Menelaum celebrabantur, congrueret. Rursus ceu inter alia ponderantur excogitata, quae Helenae pharmacum consequuntur. Quod si hoc modo non res se haberet, haud Crantore plenius et melius adversus luctum poëtam nostrum concinnasse remedia dicendum foret. Sed fere in hac re plerique hominum perperam faciunt, quum tetris vestibus atratisque aulaeis sese ac totam domum denigrantes, amotis pictorum tabulis ac caeteris ornamentis, unice student, ut moerores et luctus sibi comparent et adsciscant: dum prorsus in contraria studia incumbendum esset. « Quodque nunc facimus, ut verbis Ciceronis dicam, quum laxati curis sumus, ut spectare aliquid velimus, et visere: » id multo tunc faciendum accuratius, et signa, tabulas pictas, vasa caelata mirari, et quodcumque vel ab arte, vel a

natura commendatur, inspicere et contemplari debemus. Id etiam docuit Homerus, Iliad. XIX (Themist. Orat. III); nam clypeum miro artificio ab Vulcano fabrefactum, quem universum caelum continere fingit, solemque ac lunam, et e regione solis, mare, atque terram, arantesque insuper, et uxores ducentes, litigantes, ac bellum inter se gerentes, quum Thetis ad Achillem Patrocli necem lugentem attulisset, continuo eo spectaculo captus, diluto moerore, inquit poeta:

> Τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα.
> Oblectabatur, in manibus tenens dei splendida dona.

Ecquis nisi plane μισόκαλος his non capiatur oblectationibus, quibus detineri bonos, prudentes et studiosos viros video? Laudo etiam ac cum iucundissimis hisce occupationibus flosculorum contemplationem annumero, si ii quidem non ad hortorum pompam, quod aetate nostra communis est magnatum fastus, sed tantum animorum causa Lipsiano studio colantur, ut ipse ait de Consolat. lib. II, cap. 2.

Sed superest ut de hoc etiam aliquid dicamus, quod inter luctus avocamenta supra commemoravimus. Dicit autem Poeta, Odyss. l. c.

> Αλλ' ἄγετ', εἰς εὐνὴν τρέψατ' ἡμέας, ὄφρα κεν ἤδη
> Ὕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ τερπώμεθα κοιμηθέντες.
> Agite dum, in lectum nos abducite, somno
> Vt blando iam dormientes recreemur.

Procul dubio nepenthus causa, ut inde intelligeres, curandum iis esse de somno, quorum animos moeror invasit, ut in Priamo luctuosissimo sene, Homerus Iliad. lib. XXIV, evidentius demonstravit. Quamobrem et soporifera tentanda. Cardanus ait se solano usum. Opium ex his, quae diximus, maxime excellit. Nolo tamen Turcarum mores ob necessitatem repetendi hic exornare. Opportunius rigari vino, sed Laconice, et nonnunquam, ut ait Seneca de Tranquill. Animi, usque ad ebrietatem, quum inde sopor et laetitia. Nam inde Critias huiusmodi potationem inquit,

> Πρὸς θ' ὕπνον ἁρμόζειν τὸν καμάτων λιμένα.
> Ad somnum conferre, qui laborum portus est.

Et Homerus noster:

> Οἶνόν τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἄριστον,
> Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδώνας.
> O Menelae, dii vinum fecere beati,
> Vt curas animi pellat mortalibus acres.

Et Horat. Carm. lib. I, Od. VI:

> ..... sic tu sapiens finire memento
> Tristitiam vitaeque labores
> Molli, Plance, mero.

Et urgente tristitia, vinum leniter mandragora aliove pharmaco medicabimus, ut cum cessatione sensuum, quae somnus est, reliqua luctus adminicula diluantur. Hinc Chironia illa admonitio, tristem aegritudinem vino cantuque allevare; ut dignum sapientissimi prudentissimique auctoris consilium reputetur, eo sensu conciliandum est, ut musica, vel intima animorum compositio designetur, de qua supra nos egimus; vel ea, atque extima corporis recreatio, et pharmaci appendicula refectio intelligatur; non ad solam voluptatem, sed sobriter ad virtutem et hanc iucunditatem comparandam, quibus integrum nepenthes ex Homeri doctrina perficitur. Sed quia flores, odores, cibi, potusque, et quae alia sensuum sunt illecebrae permittuntur, hanc Homeri doctrinam eodem naso suspendet aliquis, quo Cicero Epicurum irridet, Tusculan. lib III: « Ad hanccine igitur vitam, inquit, Telamonem illum revocabis, ut leves aegritudinem? et si quem suorum afflictum moerore videris, huic acipenserem potius quam aliquem Socraticum libellum dabis? αὐλῶν (vel ὑδραύλεως; ita etiam legitur apud Athenaeum, lib. X) hortabere ut audiat voces potius, quam Platonis? expones quae spectet florida et varia; fasciculum ad nares admovebis, incendes odores, et sertis redimiri lubebis et rosa? » Nec multo post: « Eripiamus huic aegritudinem. Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutellam dulciculae potionis, aliquid vini demus et cibi. » Sed quanto hic in errore versaretur, vel ipse Tullius edoceret: nam eatenus culpat Epicurum, quatenus pro Socratico libello acipenserem det, et hortetur potius ad hydraulicam symphoniam, quam ad Platonis dogmata. Qui autem Socratico planus grege, divinae philosophiae purissimos latices hauserit, huic et conquisitissimi cibi, atque omnis huiusmodi voluptatis contemplatio ad abstergendum luctum potissima et necessaria medicamenta: nec frustra istud Homeri pharmacum Epicurostoica temperatura concinnari diximus; nam nec ἀπάθειαν et stuporem animi cum Stoicis absolute praecipit, nec enervari voluptatibus, ac molli inertia diffundi permittit. Et hac ratione devitatis alterutrius sectae vitiis, super omne sapientiae culmen eminentissimus poëta veram in his morbis humanaeque vitae convenientissimam medicinam adinvenit. Et quemadmodum Plato, de Legib. lib. II, compotationes et choreas Liberi patris sub moderatione legis coërcuit: ut, habita ratione temperantiae, eas non modo commendabiles, sed utiles et necessarias fecerit; ita si non effuse et temerarie, sed ex huius pharmaci praescripto sensuum voluptatibus quis utatur, longe abest ut insapientis Epicuri sapientiae insimuletur, quum omnia ad virtutem et rectam rationem dirigantur, neque in alia re maiora et solidiora eius adminicula, ut plane iam superius demonstratum.

Hoc igitur medicamen, quotus quisque sibi sapit, repositum in mentis myrothecio, summo studio colere et conservare debet, ut quandocumque opus, et est sane perfrequenter, ex eius copia depromat ad pectus, atque praesentissimo subsidio ingruenti occurrat infelicitati; ut magis elusisse videatur fortunae ictum, quam vulneri medicinam fecisse. Est quidem ita natura comparatum, ut hominibus nec perpetuae adsint felicitates, nec perennent infortunia. Lacrymas consolatione exsiccari, extremaque gaudia luctibus diluiri vidimus, quum Juppiter, ut est apud Homerum Iliad. XXIV, binis doliis, quae promptim ad manus habet, bona malaque distribuat.

Itaque in afflictione animorum, quacumque de causa, nedum ob carissimorum obitum, ad nos ingruat, summa solertia enitendum est eam evomere atque funditus exstirpare, nec cum vesanis ingeniis temporis et fortunae beneficia exspectare.

Recurrendum igitur ad Homerum, ex quo, me praevio ac monitore, hoc utilissimum et admirabile nepenthes haurito. Sed prius et semper ad D. O. M. νηπενθέα Απόλλωνα, corporis animaeque incolumitatis auctorem:

> Pharmaca cunctorum Juppiter unus habet:
> Ζεὺς πάντων αὐτὸς φάρμακα μοῦνος ἔχει.

Quod idem noster dixit Homerus.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXII.

I.

Implesse poterant miraculum sui natura atque tellus, reputantium vel prioris tantum voluminis dotes, totque genera herbarum, utilitatibus hominum, aut voluptatibus genita. Sed quanto plura restant? quantoque mirabiliora inventu? Illa enim maiore in parte cibi aut odoris decorisve commendatio ad numerosa experimenta duxit. Reliquarum potentia approbat, nihil a rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni.

II. (1.) Equidem et formae gratia ritusque perpetui, in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam, adverto animum. Illinunt certe aliis aliae faciem in populis barbarorum feminae, maresque etiam apud Dacos et Sarmatas corpora sua inscribunt. Simile plantagini glastum in Gallia voca-

I. *Implesse.* Sic ex MSS. Hard. *Complesse* Gron. et al. Ed. P.

Vel prioris. Superioris proxime libri. Hard.

II. *Glastum.* Ἰσατιν Graeci, Latini vitrum dixere, quod vitreo, hoc est, caeruleo colore tingit. Marc. Emp. c. XXIII, p. 162: *Lienosis prodest... herba, quam nos vitrum, Graeci isatida vocant.* Caesar Comment. Bell. Gall. V, 14. Iradit, omnes se Britannos vitro inficere, quod caeruleum colorem efficiat, atque hoc horridiores fieri in pugna adspectu. Et Mela, III, 6, pag. 56. *Britanni, incertum ob decorem, an aliquid aliud, vitro corpora infecti,*

tur, quo Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitae, quibusdam in sacris et nudae incedunt, Aethiopum colorem imitantes.

III. (II.) Iam vero infici vestes scimus admirabili fuco. Atque ut sileamus Galatiae, Africae, Lusitaniae granis, coccum imperatoriis dicatum paludamentis, Transalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit, omnesque alios colores. Nec quaerit in profundis murices, seque obiiciendo escam, dum praeripit belluis marinis, intacta etiam ancoris scrutatur vada, ut inveniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor insidietur nuptae. Stans et in sicco

Nunc etiam apud Cambrobritannos retinet vetustum nomen et *glas* appellatur. Similiter et caeruleum colorem *glas* vocant: et qui ab iis genus duxisse falso creduntur, Aremorici Galliae Britanni. Magnum quaestum multis regionibus in Gallia affert. Viridem herbam molis premunt, ut herbaceam saniem excludant: dein abacto liquore, digerunt in magnos globos, quos tabulatis in cinerem sinunt computescere: herbam ipsam *Pastellum* plerisque locis ab effigie pastillorum in quam glomerantur, nominantes: *Pastel*. Hos deinde globos cortinis infectoriae coquunt officinae, et laneos pannos ac vellera demergunt; ut caeruleum ebibant colorem. Caeruleam illam spumam innatantem, quam igni confervescentes eructant cortinae, Indum nostri vocant infectores: hanc ad pictorum usus siccant. Haec fere ex Ruellio II, pag. 434, quem alii deinde sunt sequuti. His adde quae de isati diximus XX, 25. Cave autem Salmasio credas, qui *guastum*, non *glastum*, scribi iubet, nec libris ullis secundis, neque id ferente Britannici hodieque sermonis usu. H. — *Isatis tinctoria (Tetradyn. siliqual.* gen. 1563 Pers. *Crucifer.* Juss.). Habitat ad vias in ruderatis, et ad littora Europae australis. Caeruleus etiamnunc apud nos regius est color. Conf. Caes. nost. ed. pag. 186. Ed. P.

III. *Galatiae*. Coccum Galatiae reliquis omnibus antiqui praetulerunt: ut dictum est IX, 63, et alibi saepe. Vnde *Scarlati* vox, quae nunc cocco tribuitur, deflexa nobis a Galatico videtur H.

Paludamentis. Paludamentum vestis imperatorum fuit, hoc est, eorum qui exercitus educebant: *cotte d'armes*. Isid. XIX, 24: *Paludamentum erat insigne pallium imperatorum, cocco, purpura, auroque distinctum*. Vide Voss. in Etymol. H.

Transalpina. Vaccinio uti dictum XVI, 31. H. — *Tyrium atque conchylium*, Broter. ex MS. Reg. 2, et ed. principe, *Tyria atque conchylia*. Ed. P.

Stans et in sicco carpit. Minore impendio, inquit, ac labore, stans Gallia Transalpina, et in sicco ac solido ut fruges demetit, sic carpit herbas,

carpit, quo fruges modo: sed culpa, non ablui usu: alioqui fulgentius instrui poterat luxuria, certe innocentius. Non est nunc propositum ista consectari: nec committemus, ut subiiciendo tutiora luxuriam vilitate circumscribamus, dicturi et alias herbis tingi lapides, parietesque pingi. Nec tingendi tamen rationem omisissemus, si umquam ea liberalium artium fuisset. Interim fortius agetur; auctoritasque quanta debeatur etiam surdis, hoc est, ignobilibus herbis; perhibebitur. Siquidem auctores imperii romani conditoresque immensum quiddam et hinc sumpsere, quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis

quibus Tyria atque conchylia, omnesque alios colores imitetur. H.

Sed culpa non ablui usu, etc. Sententia haec videtur esse, culpari idcirco eum colorem, quod pati aquam non posset, dilabereturque paulatim abluendo, dilutiorque fieret. Vno verbo: culpa eius coloris est, quod ablui in usu vestis non possit, quin diluatur et evanescat color, etc. — Totidem plane syllabis apicibusque locum hunc repraesentamus, quot exhibent codices MSS. Regg. Colb. Ch. et Voss. teste Gronovio. Fuit mirifice alioqui divexatus a criticis. In libris nunc vulgatis legitur, *quod frugi mundos exculpat. His alioqui fulgentibus instrui*. Istud *frugi mundos* ab Hermol. est: *His alioqui fulgentibus*, a Gelenio. Pintianus: *carpit frugem qua mundus sine culpa non absit*. Salmas. in Solin. p. 272 et 1147: *carpit quod frugi non oderit, culpa non abnuat: usu alioqui fulgentium*, etc. Gronovius: *Sed culpa non placuisse usui, alioqui frugalius*. Sincerum vas alius alio incrustat modo. Hard.

Committemus. Brot. ex Reg. 2, ed. princ. et Rezzonic. *ommittemus*; et mox *utiliora*, non *tutiora*. Ed. P.

Subiiciendo. Quae facilius, nec tanto impendio, aut periculo comparantur. Male hactenus *utiliora* legebatur. H.

Luxuriam. Non committemus, ut id agere nunc videamur, ut viliora quaedam proponamus, quibus quasi finibus luxuria contineatur. Hard.

Dicturi. Lib. XXXV, 1. Hard.

Interim fortius agetur. Fortius acturum nunc se pollicetur, hoc est, argumentis rerum, quae viros fortes magis deceant: cuiusmodi sunt usus herbarum minus celebrium in sacris, in legationibus, in praemiis bellicae fortitudinis. Nam quae sunt allata hactenus, ad formam scilicet colendam pertinentia, vestesque tingendas, mollia ac muliebria iure videantur. Har.

Sagmina. Festus: *Sagmina vocantur verbenae, id est, herbae parae, quia ex loco sacro arcebantur a consule, praetoreve, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum, bellumque indicendum*. Livius I, pag. 9: *Sagmina*, inquit Fecialis, *te rex posco*. Vide Vossium in Etymol. Origo ex graeco,

fuere, et in sacris legationibusque verbenae. Certo utroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex arce cum sua terra evulsum: ac semper e legatis, quum ad hostes clarigatumque mitterentur; id est, res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur.

IV, (III). Corona quidem nulla fuit graminea nobilior, in maiestate populi terrarum principis, praemiisque gloriae. Gemmatae et aureae, vallares, mu-

σάγισμα, pro ἄγισμα, unde sagmen: ut ex ἄγημα, agmen. — *Fortius*, etc. Sic restituimus ex fide codd. MSS. R. et Colb. quum prius et vitiosa interpunctio et corrupta verba sententiam everterent: *Interim fortius augetur auctoritas: quae quanta debeatur*, etc. Hard.

Remediis publicis fuere. Vel ornandis aris deorum, quos propitiatos et placatos volebant, vel lustrandis ac purgandis domibus. Conf. lib. XXV, cap. 9. Dal.

Sacris. Verrendae nimirum mensae Iovis. Dal.

Legationibusque. Nam, ut ait Marcellus in Pandectis, Romanorum legati, ne violarentur, herbam ferebant, sicut Graecorum legati τὰ κηρυκεῖα, nempe caduceum: vel, ut alii legunt, τὰ ἱκετήρια. Dal.

Verbenae. Livio, Nevio, Servio, Turnebo *verbenae* non herbae privatum genus dicuntur, sed rami, virgae, frondes omnium sacrarum arborum, ut lauri, olivae, myrti: quin etiam herbas ex puro loco decerptas, quibus festis diebus aras coronantur. Virgil. Ecl. VIII, 65: *Verbenasque adole pingues*, etc. Verbenas quasi *herbenas* dictas volunt, illasque facile accendi, et flammam concipere ob pinguitudinem. Guillard.

Certo utroque nomine. Sagminis ac verbenae. De verbena seu verbenaca privatim Plinius XXV, 59: *Haec est*, ait, *quam legatos ferre ad hostes indicavimus.* Hunc nempe respiciebat locum. Hard. — Graecis ἱερεβοτάνη, vel περιστερεών; nostris vulgo, *verveine*. Est *Verbena officinalis* (*Didyn. angiosp.* gen. 421 Pers. *Verben.* Juss.). Habitat in ruderatis. En. P.

Gramen ex arce. Unde arceri dicebatur, auctore Festo, id est, ex arce velli. Haan.

Ac semper ex legati. (Sic prius legebatur). Vossianus: *ac semper e legatis.* Omnino recte: vult enim ex sequentibus cum his conlungi: *e legatis unus.* Praecepit Pintianus. Gron. — *Ac semper e legatis*, etc. Feciales, cum eorum principe patre patrato, a faciendo et patrando dictos, quasi belli et pacis auctores, significat. Fuerunt il oratores quatuor, qui sancto legatorum officio, ad eos qui rapinis, vel iniuriis hostili mente bellum commoverant, ac pacem violaverant, aut socios laeserant, res repetitum mittebantur: ac nisi redditae fuissent, iacta vibrataque in eorum fines hasta, bellum pium indicebant. Nox.

IV. *Corona.* Vide quae diximus XVI, 3. Festus etymon Gradivi Martis quosdam petere ait, *quia gramine sit*

rales, rostratae, civicae, triumphales, post hanc fuere, suntque cunctae magno intervallo, magnaque differentia. Caeteras omnes singuli, et duces ipsi, imperatoresque militibus, aut aliquando collegiis dedere: (IV). decrevit in triumphis senatus, cura belli solutus, et populus otiosus: graminea nunquam nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. Caeteras imperatores dedere, hanc solam miles imperatori. Eadem vocatur obsidionalis, liberatis obsidione abominandoque exitio totis castris. Quod si civicae honos uno aliquo ac vel humillimo cive servato, praeclarus sacerque habetur, quid tandem existimari debet, unius virtute servatus universus exercitus? Dabatur haec viridi e gramine, decerpto inde ubi obsessos servasset aliquis: namque summum apud antiquos signum victoriae erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra et altrice ipsa humo, et humatione etiam cedere:

ortus: quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximae est honorationis. Hard.

Collegiis. Firmat hoc Claudius Saturninus, qui librum de Coronis edidit, quem Tertullianus laudat lib de Corona Milit. c. x: *Ipsae denique fores, inquit, ipsae hostiae et arae, ipsi ministri et sacerdotes eorum coronantur. Habet omnium collegiorum sacerdotalium coronas apud Claudium.* H.

Graminea nunquam nisi in desperatione, etc. Festus: *Obsidionalis corona quae datur imperatori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos. Ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. . . Inter obsidionalem et civicam hoc interest, quod altera singularis signum salutis est, altera diversorum civium servatorum.* Gramineae coronae effigiem vide in nummo inscripto GALLIENAE AVGVSTAE: de quo diximus X, 68. Hard.

Namque summum — signum victoriae erat. Festus: *Herbam do, quum ait Plautus, significat, victum me fateor, quod est antiquae et pastoralis vitae indicium: nam qui in prato, cursu aut viribus contendebant, quum superati erant, ex eo solo in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant.* Serv. in Aen. VIII, ad eum versum: *Et vitta comptos voluit praetendere ramos: hinc est illud proverbium*, herbam do, *id est, cedo victoriam. Quod Varro in antiquitatis libris ponit: Quum in agonibus herbam in modum palmae dat aliquis ei, cum quo contendere non cupit, et fatetur esse meliorem.* Hard.

quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio.

V. (v). Donatus est ea L. Siccius Dentatus semel, quum civicas quatuordecim meruisset, depugnasset-que cxx praeliis semper victor. Tanto rarius est servatorem unum a servatis donari! Quidam imperatores et saepius donati sunt, veluti P. Decius Mus, tribunus militum, ab exercitu: altera ab his, qui in praesidio obsessi fuerant, quanta esset eius honoris auctoritas, confessus religione: siquidem donatus bovem album Marti immolavit, et centum fulvos, qui ei virtutis causa dati fuerant simul ab obsessis. Hic Decius postea se consul, Imperioso collega, pro victoria devovit. Data est et a senatu populoque romano, qua claritate nihil equidem in rebus humanis

Quem morem etiam nunc durare. Et in Vasconia hodieque. In Formulis veleribus, ea quae est ordine XIX, *traditoria de terra*, huiusce moris vestigium servat pag. 134, his verbis: *Vel herbam, vel terram visus fuit tradidisse.* De his similibusque traditionis symbolis multa pererudite Cl. Ducangius in Gloss. verbo *investitura.* Hard.

V. *Donatus est ea*, etc. Praeter hos, quos memorat auctor, data est et Q. Cincinnato a Minutio et toto exercitu; M. Valerio consuli, bello gesto contra Samnites; et Iulio Caesari in expugnatione Mitylenarum. Rostratam primus accepit Marcus Varro bello piratico, donante Pompeio, deinde Agrippa bello Siculo ab Augusto. Primus Aul. Postum. Dictator ad lacum Regillum, castris hostium expugnatis auream dedit. Alex. ab Alex. XXII, 18. Dal. — *Donatui.* Vide quae diximus VII, 29. Hard.

P. Decius. Transcripsit hunc locum Festus verbo *obsidionalis.* Idem tradit etiam Livius, VII, p. 133: *Legiones gramineam coronam obsidionalem . . . Decio imponunt, altera corona eiusdem honoris index, a praesidio suo imposita est. His decoratus insignibus, bovem eximium Marti immolavit: centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant.* P. Decius pater is fuit, de quo iam antea dictum est, XVI, 5. Intelligitur porro ad Veserim pugna Samnitico bello. H.

Imperioso. T. Manlio Torquato, L. Manlii Imperiosi dictatoris filio: eo qui filium, quod iniussu suo pugnarat, securi percussit. Consulatum ambo gessere an. V. 414. De Imperiosi cognomine, quod a plebe primum indidum est, mox ab ipso Manlio ad saevitiae ostentationem adscitum, v. Livium, IV, pag. 76, et VII, p. 122. Hard.

Pro victoria devovit. Livius, VIII,

sublimius duco, Fabio illi, qui rem omnem romanam restituit non pugnando. Nec data, quum magistrum equitum et exercitum eius servasset: tunc satius fuit nomine novo coronari, appellatum patrem ab his quos servaverat: sed quo dictum est consensu honoratus est. Hannibale ex Italia pulso. Quae corona adhuc sola ipsius imperii manibus imposita est, et quod peculiare ei est, sola a tota Italia data.

VI. (vi). Praeter hos contigit eius coronae honos, M. Calpurnio Flammae, tribuno militum in Sicilia: centurioni vero uni ad hoc tempus Cn. Petreio Atinati, Cimbrico bello. Primum pilum is capessens sub Catulo, exclusam ab hoste legionem suam hortatus, tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, legionemque eduxit. Invenio apud auctores eumdem praeter hunc honorem, adstantibus Mario et Catulo coss. praetextatum immolasse ad

pag. 139 et 140, et Valerius Maxim. I, 7, n. 3. Hard.

Fabio. Q. Fabius Maximus, qui prodictatore a populo factus, cunctando restituerat rem, ni plaga Cannensis anno sequente, Urbis 538, alterius temeritate consulis accidisset. Hard.

Magistrum equitum. Minutium, victum ab Hannibal[illegible] Hard.

Appellatum. A Minutio ipso quem servarat. Huius oratio ad suos milites a Livio recitatur eiusmodi, XXII, p. 218: *Castra cum Fabio iungamus: ad praetorium eius signa quum tulerimus, ubi ego eum parentem appellavero, quod beneficio eius erga nos, ac maiestate dignum est: vos milites eos, quorum vos modo arma dexteraeque texerunt, patronos salutabitis*, etc. H.

VI. *Calpurnio.* Manlii oratio apud Liv. XXII, p. 227: *Sicut nobis adolescentibus priori punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, quum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hostes, duceret, dixit: Moriamur, milites, et morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones*, etc. Vide Aurel. Vict. lib. de Viris illustr. cap. 39, in Attilio Calatino. Hard.

Primum pilum. Pila, tela rom. sunt, Primum pilum, prima centuria est, in qua gravis armaturae milites, et eo genere teli instructi. Caesar de Bell. Gall. V; *T. Baluentio, qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti*, etc. Hard.

Ab hoste. Gronov. et al. ante Hard. *ab hoc*; item non *exclusam*, sed *inclusam* Pintianus legit. En. P.

Mario. Marii quarto consulatu, a. V. 652, ut fasti quidem produnt. H.

tibicinem foculo posito. Scripsit et Sylla dictator, ab exercitu se quoque donatum apud Nolam, legatum bello Marsico: idque etiam in villa sua Tusculana, quae fuit postea Ciceronis, pinxit. Quod si verum est, hoc exsecrabiliorem eum dixerim, quandoquidem eam capiti suo proscriptione sua ipse detraxit, tanto paucioribus civium servatis, quam postea occisis. Addat etiamnum huic gloriae superbum cognomen Felicem: ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis, hac corona Sertorio cessit. Aemilianum quoque Scipionem Varro auctor est donatum obsidionali in Africa, Manilio consule, cohortibus servatis, totidemque ad servandas eas eductis: quod et statuae eius in foro suo Divus Augustus subscripsit. Ipsum Augustum M. Cicerone filio consule idibus septembris senatus obsidionali donavit. Adeo civica non satis videbatur. Nec praeterea quemquam hac invenimus donatum.

VII. Nullae ergo herbae fuere certae in hoc hono-

Aemilianum. P. Corn. Scipionem, qui de uxoris Aemiliae nomine, Pauli Aemilii filiae, more romano dictus est Aemilianus; idemque Carthaginem, Numantiamque devicit, Africanus sequens, seu posterior appellatus. H.

Manilio. Ann. V. 605. In libris vulgatis: *Manlio cos. tribus cohortibus servatis.* Manlium Appianus vocat, toto libro de bello punico: Manilium Pliniani codices manu exarati: in quibus nec cohortium numerus signatur: credo, quod incertus forel. Nam Liv. in epitome lib. XLIX, duas dicit. *Obsideri*, inquit, *oppugnarique coepta est Carthago a L. Marcio, M. Manlio coss.. In qua oppugnatione quum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent, et ab oppidanis graviter caederentur. a Scipione Africano explicati sunt.* Appianus in bello punico, pag. 42, quatuor; Aurelius Vict. lib. de Vir. ill. c. 58, octo: *Tribunus in Africa*, inquit, *sub M. Manlio imperatore, cohortes octo obsidione v[illegible]as consilio et virtute servavit, a quibus corona obsidionali aurea donatus.* Hard.

Subscripsit. Gron. et al. ante Hard. *adscripsit.* Ed. P.

M. Cicerone. In fastis consularibus, ann. Urb. 723, consul notatur, EX. KAL. SEPTEMB. M. TVLLIVS. M. F. M. N. CICERO. *Hard.* — *Augustum M. Cic. fil. consule.* Gronov. et al. *Augustum cum M. Cic. fil. consulem*, et mox *septembribus*, non *septembris.* Ed. P.

re; sed quaecumque fuerant in periculi sede, quamvis ignobiles ignotaeque, honorem nobilem faciebant: quod latere apud nos minus quidem miror, cernens negligi ea quoque, quae ad valetudinem conservandam, cruciatusque corporis propulsandos, et mortem arcendam pertinent. Sed quis non mores iure castiget? Addidere vivendi pretia deliciae luxusque. Nunquam fuit cupido vitae maior, nec minor cura. Aliorum hanc operae esse credimus: ne mandato quidem nostro alios id agere, medicisque provisum esse pro nobis. Ipsi fruimur voluptatibus, et (quo nihil equidem probrosius duco) vivimus aliena fiducia. Immo vero plerisque ultro etiam irrisui sumus ista commentantes, atque frivoli operis arguimur: magno, quanquam immensi laboris, solatio, sperni cum rerum natura: quam certe non defuisse nobis docebimus, et invisis quoque herbis inseruisse remedia: quippe quum medicinas dederit etiam aculeatis. Haec enim proxime restant ex his, quas priori libro nominavimus, in quibus ipsis providentiam naturae satis mirari, amplectique non est. Dederat,

VII. *Addidere vivendi pretio deliciae* (sic olim). Hoc Gelenio debemus. MSS. et priores: *pretia*. Multo melius. *Addidere pretia vivendi*; id est, auxere, plura reddidere, fecere, ut malus operae esset vivere: quippe quum per eas mollius commodiusque agi vulgo putetur. Inde illa, quam statim notat, cupido vitae. *Pretia vivendi* blandimenta vitae. Plinius iunior l. I, ep. 12: *Sed tam longa, tam iniqua valetudine conflictabatur, ut haec tanta pretia vivendi, mortis rationibus vincerentur*. Gron.—*Addidere*. Vitam fecere cariorem deliciae, quum valetudo prius parvo constaret, obviis unicuique morbo medicamentis, vel ex hortorum proventu. Hard.

Ne mandato. Maiores, inquit, nostri regebant ipsi valetudines suas, et suae operae curam eam esse ducebant, voluptatibus parcentes: nunc in libidines nos ingurgitamus, quid de corporibus nostris fiat securi, omni ea providentia medicis delegata. Ita recte Gronovius: cui MSS. Regg. et Colb. ac Chiff. favent. Hard.

Magno. Quis enim idem pati, quod natura rerum, graviate ferat? Hard. — *Magno . . . solatio*. Gronov. et al. ante Hard. *magna . . . solatia*. Eo. P.

Quas priori libro. Proxime superiori. Hard.

Satis admirari amplectique non est

quas diximus, molles cibisque gratas. Pinxerat remedia in floribus, visuque ipso animos invitaverat, etiam deliciis auxilia permiscens. Excogitavit aliquas aspectu hispidas, tactu truces, ut tantum non vocem ipsius fingentis illas, rationemque reddentis exaudire videamur, ne se depascat avida quadrupes, ne procaces manus rapiant, ne neglecta vestigia obterant, ne insidens ales infringat: his muniendo aculeis, telisque armando, remediis ut tuta ac salva sint. Ita hoc quoque, quod in iis odimus, hominum causa excogitatum est.

VIII. (VII). Clara in primis aculeatarum erynge est, sive eryngion, contra serpentes et venenata omnia nascens. Adversus ictus morsusque radix eius bibitur drachmae pondere in vino: aut si plerumque tales iniurias comitatur et febris, ex aquâ. Illinitur plagis, peculiariter efficax contra chersydros ac ranas. Omnibus vero contra toxica et aconita efficaciorem Heraclides medicus, in iure anseris decoctam, arbitratur. Apollodorus adversus toxica cum rana decoquit, caeteri in aqua. Ipsa dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali, et maiore aliquan-

(sic prius). Vossian. *satis mirari*; ut cap. 42: *Vt non sit mirari satis ingenium eius.* Gron.

Quas diximus. Lib. XX. Hard.

Exeog. Gr. et al. *Inde exc.* Ed. P.

Remediis. Vt ad remedia servarentur. Hard.

VIII. *Clara in primis aculeatarum erynge est.* Sic Oribasii interpres, XI, p. 197, post Dioscor. III, 24: Ἠρύγγιον τῶν ἀκανθωδῶν ἐστιν, etc. Diximus de eo superiore lib. cap. 56. Hard. — *Eryngium planum* (*Pentand. digyn.* gen. 668 Pers. *Umbellifer.* Juss.). Ed. P.

Contra serpentes. Salamandras aquaticas eryngii montani contactu, quod caerulea capita gignit, statim mori deprehensum est; eodem, vel prope tantum admoto, tanquam moribundas iactari, contremiscere supinas everti. Dalec. — *Contra.* Nicandr. in Ther. p. 47 et 60, ad id ἤρυγγον pariter commendat. Vbi Schol. p. 39: ἤρυγγος, βοτάνη ἐστίν. Et pag. 39: ἤρυγγος, εἶδος λαχάνου ἀκανθώδους. Hard.

Adversus ictus morsusque. Sic Diosc. III, 24. Hard.

Ipsa. Diosc. l. c. Hard.

to, alia albicans, alia nigra; radice odorata, et sativa quidem est. Sed et sponte nascitur in asperis et saxosis; et in littoribus maris, durior, nigriorque, folio apii.

IX. (VIII). Ex his candidam nostri centum capita vocant. Omnes eiusdem effectus, caule et radice in cibos Graecorum receptis utroque modo, sive coquere libeat, sive cruda vesci. Portentosum est, quod de ea traditur: radicem eius alterutrius sexus similitudinem referre, raram inventu: sed si viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc et Phaonem Lesbium dilectum a Sappho. Multae circa hoc non Magorum solum vanitates, sed etiam Pythagoricorum. Sed in medico usu praeter supra dicta auxiliatur inflationibus, torminibus, cordis vitiis, stomacho, iecineri, praecordiis in aqua mulsa, lieni in posca.

Sed et sponte nascitur, etc. Diosc. l. c. Quod vero in littoribus maris nasci dicitur, eryngium marinum est, a Clusio depictum, pag. 159, et a Dodonaeo, pag. 718. Hard. — *Folio apii*. Verius folio scolymi: forte Plinius legit σελίνου pro σκολύμου ut iam observavit Dalecampius. Est Eryngium maritimum, C. Bauh. Bot.

IX. *Ex his candidam nostri centum capita vocant*. Appellationis causa videtur esse, quod in illius vertice coacta in globum capitella, muricato spiculorum vallo, stellae modo radiantur: quorum color in pubertate viridis, adultae caeruleus, flaccescenti candidus conspicitur. Radix ei pollicaris est, intus alba, foris nigra, sed odoratis, quam hodie Gallia saccharo vel melle condit, eryngiatum vocans, inquit Ruellius, III, pag. 491. In Indice Pliniano, *De centum capite*. Hard. — *Centum capita*. Forte *Scolymus maculatus* (*Syngenes. aequal.* gen. 1789 Pers. *Cichorac.* Juss.). Conf. quae dicta sunt c. 56 super. l. Ed. P.

Et Phaonem. Psiaephatus de incred. Hist. p. 66: Οὗτος ὁ Φάων ἐστίν, ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις ἄσμα ἐποίησε. *Hic ille Phaon est, in cuius amorem saepe Sappho carmen cecinit*. Prius Lesbium eum esse monuerat. Sappho Lesbia, seu Mitylenaea, meretrix fuit, de qua Aelian. Var. Hist. XII, 19. Eresiam facit Athenaeus, XIII, p. 596. H.

Multae. Si otium est vanitates eas plane nosse, libellum consule, qui falso *Kiranidum Kirani* inscribitur, pag. 37. Hard.

Sed in medico usu, etc. Tradit haec pariter Diosc. II, 24. Hard.

Torminibus Στρόφοις. De suo eryngio silvestri haec pariter Dioscorides. Dal.

Item ex mulsa renibus, stranguriae, opisthotonicis spasmis, lumbis, hydropicis, comitialibus, mulierum mensibus, sive subsidant, sive abundent, vulvarumque omnibus vitiis. Extrahit infixa corpori cum melle. Strumas, parotidas, panos, recedentes ab ossibus carnes, sanat cum axungia salsa, et cerato: item fracturas. Crapulam praesumpta arcet, alvum sistit. Aliqui e nostris sub solstitio colligi eam iussere. Ex aqua caelesti imponi omnibus cervicis vitiis. Oculorum quoque albugines sanare adalligatam tradiderunt.

X. (IX). Sunt qui et acanon eryngio adscribant, spinosam brevemque, ac latam herbam, spinisque latioribus. Hanc impositam, sanguinem miro sistere.

XI. Alii eryngen falso eamdem putaverunt esse et glycyrrhizam, quare subiungi eam protinus refert. Et ipsa sine dubio inter aculeatas est, foliis echinatis, pinguibus, tactuque gummosis, fruticosa, bi-

Opisthotonicis spasmis. Dioscor. l. cit. Hard.

Comitialibus. Idem Dioscor. loco cit. Hard.

Sive subsidant, sive abundent. Sic vires oppositas ciendi menstrua, sanguinemque sistendi, Dioscor. quibusdam herbis attribuit, ut adianto, IV, 136. Hard.

X. *Sunt qui et acanon.* Acanon advectam e Creta describit Anguillere, P. VIII, pag. 189, sed sine vulgari nomine. Hard. — Ἄκανος Theophr. Hist. I, 16, etc. ὀνόγορος Nicend. Ther. 71; nobis est *Onopordum Acanthium* (*Syngen. aequal.* gen. 1800. Pers. *Cynaroceph.* Juss.), auctore Sprengelio. Ed. P.

XI. *Glycyrrhizam.* Vel a radicis gustu, qui subdulcis et odoratus est, vel quod echinatus spinosusque glycyrrhizae fructus sit instar eryngii. Dalec.

Foliis echinatis. Hanc ipsam esse glycyrrhizam, quae a Dioscoride describitur, III, 37, omnia conferenti liquido constebitur. Unde suspicatur Saracenus in Notis ad Dioscoridem aliique post eum, ut Dalecampius primum, ac deinde Salmasius, in praef. pag. 90, legisse Plinium raptim cursimque apud scriptorem graecum, unde haec hausit, ἰχίνῳ, non σχίνῳ: quum folie echinata dicit, quae lentisci similia dislsse oportuit. Sic enim Dioic. Γλυκυῤῥίζα γεννᾶται πλείστη ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ Πόντῳ· ἔστι δὲ θαμνίσκος, ῥάβδους ἔχων διπήχεις, περὶ οὗς τὰ φύλλα πυκνά. ἐοικότα σχίνῳ, λιπαρὰ, καὶ κολλώδη ἁψαμένῳ.

num cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis. Praestantissima in Cilicia, secundu Ponto, radice dulci, et haec tantum in usu. Capitur ea Vergiliarum occasu, longa ceu vitium: coloris buxei melior, quam nigra, quaeque lenta, quam quae fragilis. Vsus in subditis decoctae ad tertias, caetero ad mellis crassitudinem, aliquando et tusae: quo genere et vulneribus imponitur, et faucium vitiis omnibus. Item voci utilissimo succo: sic ut spissatus est, linguae subdito: item thoraci, iocineri. Hac diximus sitim famemque sedari. Ob id quidam adipson appellavere eam, et hydropicis dedere,

τὸ δὲ ἄνθος ὑακίνθῳ ὅμοιον, καρπὸς δὲ πλατάνου σφαιρίων μέγεθος, etc. Hard. — *Glycyrrhiza glabra*, Linn. (*Liquiritia officinalis* Moench. Habitat in Europa meridionali. Gen. 1727 Pers. *Leguminos.* Juss.), non *G. echinata*, ut ea prava Plinii interpretatione, ad id tempus intellectum est: et haec tamen in Italia quoque provenit. Cf. Spreng. I, pag. 184. Ed. P.

Longa, ceu viti, coloris buxei. Meliorque nigra (sic lib. ante Hard. editi). De radice glycyrrhizae loquitur. MSS. *vitium*. Sed quomodo coloris buxei dicitur in genere, et tamen melior nigra? Dioscoridis πυξοειδῆ. Lege: *Longa ceu vitium. Coloris buxei melior quam nigra, quaeque lenta, quam quae fragilis.* Gronov. — *Longa.* Dioscorid. loc. citat. ῥίζαι μακραὶ, πυξοειδεῖς, ὡς γεντιάνης. Hard.

Vsus in subditis. Pellicerio in Nott. MSS. et Dalecampio, Plinius videtur *subdita* hic substantive dixisse, pro his quae linguae subduntur, et linctu diluuntur, liquescunt, et in fauces arteriasque immittuntur, qualia Graeci eclicmata, Latini linctus appellant. Nos longe secus verbum istud accipimus. Subdita interpretamur medicamenta ea quae molli lana excepta feminis subiiciuntur, ut Celsus sit, V, 21, hoc est, naturalibus feminarum apponuntur: πεσσοὺς Graeci et πρόσθετα nuncupant. Nam quod ad fauces attinet, quibus linguae subdita glycyrrhiza prodest, id mox Plinius quoque prodet, quod hic indicare iterum superfluum idcirco fuerit. Hard.

Decoctae. Gr. et al. *decocta.* Ed. P.

Item voci. Diosc. III, 7: Ποιεῖ δὲ τὸ χύλισμα πρὸς τραχύτητας ἀρτηρίας· δεῖ δὲ ὑποτιθέντας τῇ γλώττῃ ἀπαχυλίζειν. *Est vero succus spissatus ad arteriae scabritias efficax: verum oportet, ut linguae subditus eliquescat.* H.

Item thoraci, etc. Diosc. loc. cit. post Theophr. Hist. IX, 13. Hard.

Hac diximus. Lib. XI, 119. Marc. Emp. c. XVII, pag. 126: *Glycyrrhizae surculum parvum sub lingua habeto, et salivam quae creverit transglutito, quo facto neque sitiet, neque os tibi inarescet.* H. e. xx, pag. 148; Columella similiter, I, 35: *Et quia famem sitimque sedat glycyrrhiza, ob hoc ἀδιψὸς vocata est.* Sic etiam Diosc. loco citato. Hard.

ne sitirent. Ideo et commanducata stomatice est, et hulceribus oris inspersa saepe, et pterygiis. Sanat et vesicae scabiem, renum dolores, condylomata, hulcera genitalium. Dedere eam quidam potui in quartanis, drachmarum duarum pondere, et pipere, hemina aquae. Commanducata sanguinem ex vulnere sistit. Sunt et qui calculos ea pelli tradiderunt.

XII. (x). Tribuli unum genus in hortis nascitur, alterum in fluminibus tantum. Succus ex his colligitur ad oculorum medicinas. Est enim refrigerantis naturae, et ideo utilis contra inflammationes collectionesque. Hulcera per se erumpentia, et praecipue in ore, cum melle sanat: item tonsillas. Potus calculos frangit. Thraces, qui ad Strymona habitant, foliis tribuli equos saginant: ipsi nucleo vivunt, panem facientes praedulcem, et qui contrahat ventrem. Radix caste pureque collecta, discutit strumas. Semen adalligatum, varicum dolores sedat: tritum vero et in aquam sparsum, pulices necat.

Stomatice. Subintellige δύναμις, hoc est, compositio ad vitia oris accommodata. Sic Dioscorid. loc. citat. Στοματικὸν δεχομενόμενον, commanducatum prodest oris affectibus. H.— *Inspersa.* Sunt qui sic interpungendum putent: *hulceribus oris: inspersa saepe, et pterygiis.* Quod hulceribus oris inspergi vix possit. Et vero Diosc. loc. cit. Η δὲ ῥίζα ξηρὰ, inquit, λειοτριβηθεῖσα, πτερυγίοις κατάπασσος ἐστιν ἐπιτήδειος. *Arida autem radix ad laevorem detrita, pterygiis commode inspergitur.* Hard.

Sanat et vesicae scabiem. Diosc. l. c. et Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 167. Vesicae scabiem, seu scabriliem dixeris, nihil interest. Dioscor. πρὸς ψωριάσεις κύστεως dixit, Galenus τραχύτητας ἐν ψωριάσει κύστεως. Hard.

Sunt et qui calculos ea pelli tradiderunt. Vrinam certe efficacijer promovere ait Martell. Emp. c. xxvi, pag. 180. Hard.

XII. *Tribuli unum genus*, etc. Sic etiam Diosc. IV, 44, ubi Saracenus consulendus in notis. Hard. — Vnum, *Tribulus terrestris*, s. *Fagonia cretica*; alterum, *Trapa natans* Cf. lib. super. cap. 58. Ed P.

Succus. Medicinae hae omnes, ad ea verba, *radix caste*, etc. totidem verbis exstant apud Diosc. l. c. Habet nonnullas Galen. de Fac simpl. med. VIII, pag. 236. Hard.

Tritum. Hęc pariter Diosc. tradit loco citato. Hard.

XIII. (XI). Stoebe, quam aliqui phleon vocant, decocta in vino, praecipue auribus purulentis medetur: item oculis ictu cruentatis: haemorrhagiae quoque et dysenteriae infusa.

XIV. (XII). Hippophyes in sabulosis maritimisque nascitur, spinis albis. Ederae modo racemosa est, candidis, et ex parte rubentibus acinis. Radix succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis farinae. Haec bilem detrahit obolo ponderis, saluberrime

XIII. *Stoebe*, etc. In MSS. ut iam monuimus, *pheon*. Tamen Tiberius Mulomedicus, I, 55: Στοίβη· ἐστὶ δὲ φλέως. Quae de stoeba hic referuntur, totidem verbis leges apud Galenum l. c. p. 290. In officinis nomen est, ut plurimis videtur, *scabiosae*. Iconem vulgaris maioris apud Dodonaeum v. p. 122. Hard. — *Poterium spinosum*. Conf. Clus. Hist. II, 308, et super. l. cap. 54. Ed. P.

Decocta in vino, etc. Iisdem fere verbis haec Diosc. IV, 12. Hard.

Item oculis ictu cruentatis. Diosc. l. c. Hard.

Cruentatis. Contusis, συγχυθεῖσι ὀφθαλμῶν τῇ ἐκ πληγῆς. Dioscor. Est autem is morbus, oculi perturbatio, cum coloris mutatione, pupillae vel dilatatione, vel diminutione, ac interdum divulsione. Dal.

Infusa. Clystere videlicet; Diosc. ἐγκλύζεται. Hard.

XIV. *Hippophyes*. Sive quod idem est, hippophaes. Dioscorid. in Noth. Ἱπποφαής, οἱ δὲ ἱππόφυς, οἱ δὲ ἱπποφαής, etc. Et Oribas. XI, p. 199: Ἱπποφαής, *quod alii, hippophyes, id est, lappaginem vocant, qua fullones vestes politunt, in arenosis maritimisque locis nascitur*. In Peloponneso, ἄκανθα νὰ καθαρίσῃ, hoc est, spina purgatoria, appellatur, inquit Anguillara, P. VIII, pag. 144, ubi eam accurate describit, nec dum in Italia sibi visam testatur. Iisdem porro notis a Dioscoride, IV, 162, quibus et a Plinio nostro delineatur. Hard. — *Hippophyes*, Ἱπποφαής Hippocr. et Dioscorid. cum *Hippophae Rhamnoide* recentiorum non confundenda. Vt testatur enim Diosc. IV, 163, hippophyes, de qua nunc Noster agit, succo turgescit lacteo et cathartico, quod manifesto in quamdam euphorbiae speciem quadrat. Suffragari videtur Theophrast. Hist. X, 15, dum loquitur de τιθυμάλλῃ ἐξ οὗ τὸ ἱπποφαής, cuius loco ἱπποφαής reposuerunt Parkinson. Theat. 195, et Boccon. Mus. 124. Fuerintne Veterum Hippophyes *Euphorbia spinosa* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1190 Pers. *Euphorbiae*. Juss.) inquirendum est; habitat certe in Cretae, Italiae et Gallo-provinciae montibus maritimis. Conf. Spreng. Hist. Rei herb. tom. II, praef. Ed. P.

Ederae modo racemosa est, etc. Diosc. loco cit. Hard.

Radix. Diosc. et Orib. ll. cc. Pastillos farinae intellige, ex farina concinnatos globos: quam quidem ὀρόβινον, nempe ervinam esse Dioscor. iubet. Hard.

Haec bilem detrahit, etc. Dioscor. l. c. et Marc. Empir. c. XXX. Hard.

cum mulso. Est altera hippophyes, sine caule, sine flore, foliis tantum minutis. Huius quoque succus hydropicis mire prodest. Debent accommodatae esse et equorum naturae, neque ex alia causa nomen accepisse. Quippe quaedam animalium remediis nascuntur, locupleti divinitate ad generanda praesidia: ut non sit mirari satis ingenium eius, disponentis auxilia in genera, in causas, in tempora, ut aliis prosit aliud horis, diesque nullus prope sine praesidiis reperiatur.

XV. (XIII). Vrtica quid esse invisius potest? At illa praeter oleum, quod in Aegypto ex ea fieri diximus, vel plurimis scatet remediis. Semen eius cicutae contrarium esse Nicander affirmat: item fungis et argento vivo. Apollodorus et salamandris cum iure decoctae testudinis. Item adversari hyoscyamo, et serpentibus, et scorpionibus. Quin illa ipsa amari-

Est altera. Hippophaeston intelligit, de qua dicemus XXVII, 66. Hard. — *Hippophyes.* Gronov. et al. *hippope.* Ed. P.

Huius quoque succus. Succum eius, seu foliis, seu radice, seu capite expressum, ex aqua mulsa bibitum, aquam pituitamque per alvum detrahere, scribit Dioscor. IV, 136, H. — Ἱππόφαιστον Dioscor. loc. citat. est *Cnicus stellatus* (*Syngenes. aequal.* gen. 1802 Pers. sub *Carduo. Cynaroceph.* Juss.). Habitat in Europa australi. Ed. P.

Debent. Ego vero sic censeo, et ἱππόφαις et ἱππόφαιστον, nomen accepisse, quod valde candidos ac lucidos, seu splendidos pannos efficiunt: sunt enim plantae fullonicae. Ἱππο in compositis praestantiam, magnitudinemque significat: φάος splendorem. Hard.

Generanda. Gron. et al. ante Hard. *gerenda.* Ed. P.

Prosit aliud horis. Gron. et al. ante Hard. edit. *atque aliis horis.* Ed. P.

XV. *Vrtica.* Est *Vrtica dioica*, vel *U. minor*; de his iam egimus super. lib. cap. 55. Ed. P.

Diximus. Lib. XV, 7. Hard.

Semen. Nicand. in Alexiph. adversus cicutam: Ἠ πάντοι κνίδης τε μέγα σπερμεῖα λείνας. Nicandro concinit Diosc. Εὐπορ. II, 142. Hard.

Apollodorus. Nicander quoque in Alexiph. pag. 168: Καὶ ποτὲ κνίδαν Ἐφαλίην κοίμωσιν πολυκάμνας φαρμάσσων, etc. Hard.

Item. Dioscorid. Εὐπορ. II, 151: Πρὸς δὲ ὑοσκύαμον, κνίδης σπέρμα σὺν οἴνῳ, ἢ τὰ φύλλα. Hard.

tudo mordax, uvas in ore, procidentesque vulvas: et infantium sedes, tactu resilire cogit: lethargicos expergisci, tactis cruribus, magisque fronte. Eadem canis morsibus addito sale medetur. Sanguinem trita 2
naribus indita sistit, et magis radice. Carcinomata et sordida hulcera, sale admixto: item luxata sanat, et panos, parotidas, carnesque ab ossibus recedentes. Semen potum cum sapa, vulvas strangulantes aperit, et profluvia narium sistit impositum: vomitiones in aqua mulsa sumptum a coena faciles praestat, duobus obolis: uno autem in vino poto lassitudines recreat. Vulvae vitiis tostum, acetabuli mensura: po- 3
tum in sapa resistit stomachi inflationibus. Orthopnoicis prodest cum melle: et thoracem purgat eodem ecligmate. Et lateri medetur cum semine lini. Addunt hyssopum et piperis aliquid. Illinitur lieni. Difficilem ventrem tostum cibo emollit. Hippocrates vul-

Procidentesque. Diosc. IV, 95: Καὶ ὑστέρας προπτώσεις ἀποκαθίστησι νεαρὰ τὰ φύλλα προσαπτόμενα. Hard.

Lethargicos. Plin. Val. III, 7: *Lethargicis: Vrtica fronti et pedibus illinitur.* Hard. — *Expergisci.* Brot. ex Reg. 2 et edit. princ. *expergiscit.* Ed. P.

Eadem canis morsibus, etc. Ita plane Diosc. loc. cit. Hard.

Sanguinem trita. Diosc. loc. cit. et Plin. Val. I, 26. Vide etiam Marcell. Emp. c. x. Hard.

Carcinomata. Dioscor. l. c. Galen. de Facult. simpl. med. VI, p. 251, et Plin. Val. III, 20. Hard.

Item. Diosc. l. c. Hard.

Carnesque ab ossibus recedentes. Ita videtur reddere vocem graecam Dioscoridis ἀποστήματα, et inscite quidem *Abscessus* commodius ille verterit. Ni forte illam hoc loquendi genere, quo aliis multis locis utitur, cutem detritam, pannosam, lacerosam intelligit, quae abscessu tardius aperto, vel aegri metu, vel imperitia medici, immodice, rodente pure, attenuata et resiccata est, ideoque subiectis partibus agglutinari nequit: ῥακώδες δέρμα Galenus vocat, lib. II ad Glaucon, et ad eum morbum valde mel laudat, de quo Diosc. suo capite scripsit, τὰ ἀφεστῶτα σώματα παρακολλᾶν. Dal.

Semen. Diosc. l. c. Hard.

Orthopnoicis. Haec totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Illinitur lieni. Folia cum cerato lienosis imponi scribit Diosc. l. c. II.

Difficilem. Plin. Valer. II, 23, et Gal. l. c. Hard.

Hippocrates. Lib. I de Morb. mul. text. 47: Ἢν κύουσα οἰδέῃ, κνίδης καρπὸν ὡς πλεῖστον, καὶ μέλι, καὶ

vam purgari poto eo pronuntiat. Dolore levari tosto acetabuli mensura, dulci poto, et imposito cum suc-
4 co malvae. Intestinorum animalia pelli cum hydromelite et sale. Defluvia capitis, semine illito cohonestari. Articularibus morbis et podagricis plurimi cum oleo vetere, aut folia cum ursino adipe trita imponunt. At eadem radix tusa cum aceto non minus utilis: item lieni. Et cocta in vino discutit panos, cum axungia vetere salsa. Eadem psilothrum est sicca.
5 Condidit laudes eius Phanias physicus, usilissimam cibis coctam conditamve professus, arteriae, tussi, venturis destillationi, stomacho, panis, parotidibus, pernionibus, cum oleo sudorem, coctam cum conchyliis ciere alvum: cum ptisana pectus purgare, mulierumque menses: cum sale, hulcera quae serpant cohibere. Succo quoque in usu est. Expressus illitusque fronti, sanguinem narium sistit: potus urinam

οἶνον κεκρημένον εὐώδεα διδόναι πότον, δὶς τῆς ἡμέρας. *Si praeghans intumescat, urticae semen plurimum, et mel, ac vinum dilutum odorandum potu bis die dabis.* Hard.

Dulci poto. Cum vino dulci, σὺν γλυκεῖ, seu passo. Hippocr. de Morb. mul. I, text. 88: Ἢν δὲ αἱ μῆτραι ἑλκωθόωσι ... ὀδύνη ὀξείη λαμβάνει ἐς τὰς ἰξύας, καὶ ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ ἐς τὴν νεαιρὴν γαστέρα, καὶ ἄνω φοιτᾷ ἡ ὀδύνη... καὶ ἐς τὰς πλευρὰς, καὶ ἐς τὰς ὠμοπλάτας ... Et p. 474: Κνίδης καρπὸν τρίβων ἐν οἴνῳ εὐώδει μέλανι κεκρημένῳ. *Si uteri fuerint hulcerati ... dolor acutus corrumpit lumbos, et inguina, et imum ventrem, et dolor sursum procedit ... ad costas et ad scapulas ... Vrticae semen terito in vino odorato nigro et potui dato.* Hard.

Et imposito cum succo malvae. Libro de Natura mul. t. 105: Ἢν γυνὴ μὴ κυίσκηται, καθαρτήριον· κνίδης καρπὸν καὶ μαλάχης χυλὸν, ἐν στέατι χηνὸς τρίψαντα προσθεῖναι. *Purgatorium, si mulier non concipiat. Semen urticae et malvae succum, cum adipe anserino tritum subdat.* Hard.

Defluvia capitis, semine illito cohonestari. Ita MSS. Hoc est, corrigi. Tradit hoc Hippocr. de Morb. mul. II, t. 67. Et Theod. Prisc. I, 4: *Ad defectionem capillorum: Agrestis urticae semine oleo contrito loca continge.* Hard.

Tussi. Cels. l. IV, c. 4, de tussi. H.

Coctam. Haec omnia pariter Diosc. loc. citat. Sed is evocari menses cum myrrha dixit. Hard.

Succo. Nempe urtica. Neque id infrequens Nostro loquendi genus. Gr. et al. *succus.* Ed. P.

Potus urinam ciet. Marc. Emp. c. xxvi, pag. 177. Hard.

ciet, calculos rumpit: uvam gargarizatus reprimit. Semen colligi messibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur. Ad omnia haec et mitiores quidem teneraeque efficaces, sed praecipue silvestris illa, et amplius lepras e facie tollit, in vino pota. Si quadrupes fetum non admittat, urtica naturam fricandam monstrant.

XVI. (XIV). Ea quoque num, quam lamium inter genera earum appellavimus, mitissima, et foliis non mordentibus, medetur cum mica salis contusis, incussisque, inustis, et strumis, tumoribus, podagris, vulneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus sacris medetur. Quidam e nostris tempore discrevere genera. Autumnalis urticae radicem alligatam in tertianis, ita ut aegri nuncupentur, quum eruitur ea radix, dicaturque cui, et quorum filio eximatur, liberare morbo tradiderunt. Hoc idem et contra quartanas pollere. Iidem urticae radice addito sale,

Vvam. Diosc. l. c. Marc. Emp. cap. XIV, p. 100: *Vrtica teritur, eiusque succus expressus et tepefactus, ab eo qui uvam dolet, salubriter gargarizatur.* Et Plin. Val. I, 43: *Ad uvam... succus urticae gargarizetur.* Hard.

Praecipue silvestris illa, etc. Quae canía et Herculanea dicta est, XXI, 55. Hard.

Si. Si equa *marem* non admittat ad feturam; urtica fricari oportere genitalis aiunt. Si coitum negat; τὰ μόρια τῆς ἵππου pariter fricari iubet Anatolius in Veter. c. 14, p. 56. Simila est quod habet Hippocr. in Ἱππιατρ. Εἰ βούλει συλλαβεῖν φορβάδα, κνίδας ὅσον εἰς τὸ στόμα τοῦ ἵππου. Vt porro Graeci φόστν pro pudendis dicunt tam virorum quam feminarum: sic Latini naturam. Tullius de Divin. II, n. 145: *Parere quaedam matrona cupiens, dubitans essetne praegnans visa est in quiete obsignatam habere naturam*, etc. Th. Pr. I, 25: *De veteri, hoc est, de natura vitiis.* Vtuntur et alii ea voce, quos Ducangius appellat in Glossario. Hard.

XVI. *Ea quoque num.* Scil. pro etiamnum. Vtitur hac particula rursum XXV, 5. Hard. — Brot. ex Reg. 2 et edit. princ. *ea quoque, quam lamium*: Ed. P.

Quam lamium. Eodem nempe nomine *Lamium maculatum* etiamnunc nos appellamus. Conf. super. lib. cap. 55. Ed. V.

Incussisque. Vt quum quis temere digitum incussit parieti. Hard.

Radicem alligatam. Gronov. et al. ante Hard. *radice alligata.* Ed. P.

Dicaturque cui. Gron. et al. ante Hard. *et dicatur quae, cui.* Ed. P.

infixa corpori extrahi. Foliis cum axungia strumas discuti: vel si suppuraverint, erodi complerique.

XVII. (xv). Ex argumento nomen accepit scorpio herba. Semen enim habet ad similitudinem caudae scorpionis, folia pauca. Valet et adversus animal nominis sui. Est et alia eiusdem nominis effectusque sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, et inde nomen.

XVIII. (xvi). Leucacantham alii phyllon, alii ischiada, alii polygonaton appellant, radice cyperi, quae commanducata dentium dolores sedat. Item laterum, et lumborum, ut Hicesius tradit, semine poto drachmis octo, aut succo. Eadem ruptis, convulsis medetur.

XIX. (xvii). Helxinen aliqui perdicium vocant,

XVII. *Ex argumento.* Sic Diosc. l. IV, c. 195: Σκορπιοειδὲς *herbula*, inquit, *foliis paucis et semine caudae scorpionis effigie. Haec illita contra scorpionum ictus praesentaneo remedio sunt.* Est scorpioides bupleuri folio, a Lobelio delineatum, pag. 224. Galli vocant *Chenille*. Hard. — *Scorpiurus sulcata* (*Diadelph. decand.* gen. 1732 Pers. *Legumin.* Juss.); habitat in Europa australi. Ed. P.

Scorpio. Gr. et Al. *scorpius.* Ed. P.

Est et alia. Tragos, sive scorpion appellatur, de qua dicemus XXVII, 116. Hard. — Τράγος Diosc. IV, 51; *Salsola Tragus* (*Pentand. digyn.* gen. 659 Pers. *Atriplic.* Juss.); habitat in Europa australi. Ed. P.

XVIII. *Leucacantham.* Leucacanthos dicta est XXI, 45. Dioscor. III, 22: Λευκάκανθα, (et in Nothis additur, οἱ δὲ πολυγόνατον, οἱ δὲ φύλλον, οἱ δὲ ἰσχιάδα καλοῦσι, Ῥωμαῖοι κνιακάρδους, Θοῦσκοι σπίνα ἄλβα). Ταύτης ἡ ῥίζα ὁμοία κυπείρῳ... ἥ τις μασσηθεῖσα ὀδονταλγίας παραμυθεῖται. H.

Ischiada. Quoniam ἰσχιαδικοῖς medetur, ex Diosc. Galenus quoque de Fac. simpl. med. VII, p. 204: Λευκάκανθον, οἱ δὲ πολυγόνατον, οἱ δὲ ἰσχιάδα καλοῦσιν. H. — *Carduus leucographus* (*Syngen. aequal.* gen. 1802 Pers. *Cynar.* Juss.); an potius ad *Cnicum Casabonae* referatur? In Europa meridionali nascuntur. Ed. P.

Ut Hicesius tradit. Et qui Hicesium transcripsit totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Eadem. Dioscorid. Βοηθεῖ ῥύγμασι σπωμένοις. Hard.

XIX. *Helxinen.* Diosc. IV, 86: Ελξίνη, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ ἡράκλειαν, etc. Et Galenus de Fac. simpl. med. VI, p. 173: Ελξίνη, ἔνιοι δὲ περδίκιον ὀνομάζουσιν, ἄλλοι δὲ παρθένιον, ἄλλοι δὲ σιδηρίτιδα, εἰσὶ δὲ οἱ ἡράκλειαν. Hesych. Ελξίνη, ἡ περδίκιος βοτάνι. Et, Σιδηρῖτιν πόαν

quoniam perdices ea praecipue vescantur. Alii sideritin, nonnulli parthenium. Folia habet mixtae similitudinis plantagini et marrubio, cauliculos densos, leviter rubentes, semina in capitibus lappaceis adhaerentia vestibus: unde et helxinen dictam volunt. Sed nos, qualis vera esset helxine, diximus priori libro. Haec autem inficit lanas, sanat ignes sacros, et tumores, collectionesque omnes, et adusta. Panos succus cum psimmythio, et guttura incipientia turgescere. Item veterem tussim cyatho hausto; et omnia in

τὴν ἑλξίνην καλουμένην. H.—Ἑλξίνις duplex genus Diosc. IV, 39, et IV, 86; quorum unum ad *Polygonum dumetorum* magis quam ad *Convolvulum arvensem* referendum Sprengelio videtur; alterum vero, de quo nunc Noster agit, *Parietaria* est *officinalis* (*Monoec. tetrand.* gen. 2058 Pers. *Vrtic.* Juss.): Perdicium autem sive parthenium, de quo c. seq. si eadem sit cum herba urceolari cuius meminit Scrib. Larg. comp. XXXIX, et quam Plin. Valer. II, 18, *vitraginem* dicit, nihil aliud erit, Sprengelio iudice, quem ipsa parietaria officinarum. Plinienum certe perdicium diversum videtur a Theophrasteo, Hist. I, 71, de quo actum est sup. lib. c. 62. Iamdudum Dalecamp. subodoratus est, Plinium nomenclaturae varietate deceptum, aut plantas diversas hic confudisse, aut plantam eamdem bis diverso nomine tractasse. Ed. P.

Mixtae similitudinis, etc. Mercurialis Diosc. Ex sideritidie Heracleae historie Plinius id videtur avellere. Dal.

In capitibus lappaceis. Quae leppae instar adhaerescunt. Hard.

Helxinen dictam volunt. Quasi ab ἕλκω, *traho*: ἕλξις, *attractio*, vel *attractus*. Hard.

Sed nos qualis esset, etc. Verius helxinen aevo suo eppelletem innuit, quae ἐξίνη Theophrasto dicitur, de qua actum est a nobis lib. sup. c. 56. Hard.

Haec autem inficit lanas. Δύναμιν δ' ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν, στυπτικὴν, folia refrigerandi et spissandi vim habent. Legit Plinius βαφικὴν. Quidam hunc locum sic interpretantur, ad infecturam lanarum esse utilem, quod abstersoria sua vi, radiculae, sive struthii modo, sordes auferat et eluat, impedituras alioqui ne succum suum lanae bibant. Caeterum en ad id parietaria Veteres usi fuerint, a nemine, quod equidem sciem, proditum est. Dal.

Sanat. Haec pariter Diosc. IV, 6: Καταπλασσόμενα ἰᾶται ἐρυσιπέλατα, κονδυλώματα, κατακαύματα, etc. H.

Pannos succus cum psimmythio. Diosc. l. c. Hard.

Item. Diosc. l. c. Hard.

Et omnia in humido. Hoc est, omnia vitia, hulceraque; et rimas, quae sunt in humidis; qua loquendi forma usus est lib. sup. c. 76, extrem. Et l. XXIII, 4: *Sanat ea quae in humido sunt hulcera, ut oris, tonsillarum, genitalium*. Lib. XXVII, 78: *Hulcera*

humido, sicut tonsillas, et varices, cum rosaceo. Imponitur et podagris cum caprino sevo, ceraque Cypria.

XX. Perdicium, sive parthenium (nam sideritis alia est) a nostris herba urceolaris vocatur, ab aliis astericum, folio similis ocimo, nigrior tantum, nascens in tegulis, parietinisque. Medetur cum mica salis trita iisdem omnibus, quibus lamium, et eodem modo: item vomicae, calfacto succo potu. Sed contra hulcera, rupta, lapsusque et praecipitia, aut vehiculorum eversiones, singularis. Verna carus Pericli Atheniensium principi, quum is in arce templum aedificaret, repsissetque super altitudinem fastigii, et inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus, monstra-

quae fiunt in teneris partibus corporis. Humida hulcera, lib. XXXII, 27. H.

Sicut tonsillas. Ad tonsillas oblini et gargarizari succum iubet Diosc. l. c. Hard.

Imponitur et podagris. Diosc. l. c. Καὶ ποδάγρας σὺν κηρωτῇ Κυπρίᾳ ἀναληφθεὶς, ἢ τραγείῳ ςέαρι. Apul. quoque, c. 81. Hard.

XX. *Perdicium*. Ex tribus nominibus, inquit, quae helxinae superius explicatae nonnulli tribuerunt, herba altera, urceolaris appellata, duo sibi verius vindicat, perdicium parthenium que: tertium, nempe sideritin, altera rursum, de qua dicemus XXV. Hard.

Herba ure. Forte quod apta sit detergendis urceis. Cave tamen eamdem hanc esse cum superiore helxine idcirco existimes, cuius vim pariter abstersivam in vitreis vasis Galenus commendat, de Fac. simpl. med. VI, p. 473. Dissimilis enim utriusque facies vel ex ipsa foliorum figura, quam Plinius accurate describit, intelligitur. Quae sit urceolaris tamen ista, statuere haud proclive est. Hard. —Vid. sup. cap. not. 4. Ed. P.

Medetur. Medetur itaque tumoribus, podagris, aliisque. De podagris certe scribit Scribonius Larg. Comp. p. 158: *Ad podagram caldam cum fervore et humore rubicundo: benefacit primis diebus herba urceolaris: item caseus mollis recens per se: postea herbae salis pusillum admiscere oportet*. Hard.

Potu. Gron. et al. *pota*. Hard.

Vehiculorum. Ioonem auriganlis v. in nummis consularibus: e curru excussi, in Not. I Rhodii ad Scrib. Larg. pag. 169. Hard.

Verna. Plut. hoc ipsum refert in vita Periclis, p. 160: a Minerva remedia indicata dicit, quibus est puer sanatus: parthenium monstratum non dicit. Sed idem in Sylla monet curatum deinde, ut iuxta arcem herba ea crescereet, ad memoriam rei sempiternam: περὶ τὴν ἀκρόπολιν φυόμενον παρθένιον vocat, pag. 460. H. —

ta Pericli somnio a Minerva. Quare parthenium vocari coepta est, assignaturque ei deae. Hic est vernula, cuius effigies ex aere fusa est, et nobilis ille Splanchnoptes.

XXI. (XVIII). Chamaeleonem aliqui ixiam vocant. Duo genera eius. Candidior asperiora folia habet: serpit in terra echini modo spinas erigens, radice dulci, odore gravissimo. Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maxime circa Canis ortum, quo modo thura nasci dicuntur: unde et ixia appellatur. Hoc, ut mastiche, utuntur mulieres.

Verna. Gron. et al. *Vernula.* Ed. P.

Parthenium. Est enim Παρθένος, et Palladis, et virginis nomen: ut Παρθενῶν et Palladis templum est, et locus ubi virgines habitant. Hard.

Et nobilis ille Splanchnoptes. Ab extis assatis, ἀπὸ τῶν σπλάγχνων ἑψεῶν, id ei nomen: quod et argumentum operis declarat: fuit enim statua, exta torrens, ignem oris pleni spiritu accendens, ut dicetur XXXIV, 19. Hard.

XXI. *Chamaeleonem.* Dioscorid. in Noth. pag. 452, de chamaeleone albo, οἱ δὲ χρυσόκκκ

Quare et chamaeleon vocetur, varietate foliorum evenit. Mutat enim cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, alibi croceus, atque aliis coloribus. Ex his candidus hydropicos sanat succo radicis decoctae. Bibitur drachma in passo. Pellit et interaneorum animalia acetabuli mensura succi eiusdem, in vino austero, cum origani scopis. Facit ad difficultatem urinae. Hic succus occidit et canes, suesque, in polenta. Addita aqua et oleo contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. Radicem eius aliqui concisam servari iubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Graeci rheumatismos vocant. Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset; et feminam, cui violaceus. Vno nascuntur caule cubitali, crassitudine digitali. Radicibus earum lichenes curantur, cum sulphure et bitumine una coctis: commanducatis vero dentes mobiles, aut in aceto decoctis. Succo scabiem etiam quadrupedum sanant. Et ricinos canum necant:

Quare et chamaeleon vocetur. Haec iisdem verbis Dioscorid. III, 11, de chamaeleone universim. Hard.

Mutat. Dioscor. loc. c. Ονόμασται δὲ χαμαιλέων, διὰ τὸ ποικίλον τῶν φύλλων, etc. Hard.

Ex his candidus. Diosc. III, 10; et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 241. Hard.

Pellit. Hoc est, lumbricos, Θμινθα πλατεῖαν inquit, Dioscor. l. c. et Theophr. Hist. IX, 13; Galenus quoque l. c. Hard.

Origani scopis. Scopas medici vulgo manipulos vocant: fasciculos videlicet manuales herbarum, hoc est, qui teneri manu possunt. Hard.

Ad difficultatem urinae. Diosc. l. c. Καὶ πρὸς δυσουρίαν τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πίνεται. Hard.

Hic succus. Diosc. l. c. sequutus Theophr. Hist. IX, 13. Hard.

Addita aqua, etc. Dioscorid. l. c. Αποκτείνει καὶ κύνας, καὶ ὗς, καὶ μύας σὺν ἀλφίτῳ πεφυραμένη, καὶ ὑδρελαίῳ διεθεῖσα. Hard.

Rheumatismos. Ρευματισμούς. Vox haec fluxionem sonat, perinde atque ista καταῤῥοὰς. De huius morbi generibus, causisque ac remediis, vid. Theod. Priac. II, pag. 2, cap. 7. H.

Vno nascuntur caule. Hoc est, simili ac pari. Tamen in MSS. *Et una nascuntur*, hoc est, simul. H.

Radicibus. Dioscor. III, 11. Hard.

Commanducatis. Diosc. l. c. H.

iuvencos quoque anginae modo. Quare a quibusdam ulophonon vocatur et cynozolon, propter gravitatem odoris. Ferunt et haec viscum hulceribus utilissimum. Omnium autem generum eorum radices scorpionibus adversantur.

XXII. (XIX). Coronopus oblonga herba est cum fissuris. Seritur interim, quoniam radix coeliacis praeclare facit in cinere tosta.

XXIII. (XX). Et anchusae radix in usu est, digitali crassitudine. Finditur papyri modo; manusque inficit sanguineo colore: praeparat lanas pretiosis

Iuvencos. Ita MSS. Iuvencorum fauces, inquit, anginae modo, angit ac strangulat. Quamobrem οὐλοφόνον appellatur, quasi οὔλον vel ὅλον φόνον φέρον, perniciosam, vel omnem mortem afferens. Ita Nicand. in Alex. p. 148, ubi Schol. p. 62: Οὐλοφόνον δὲ τὰ οὖλα βλάπτον, ἢ ὅλον φονευτικόν. Tamen Pliniani codices MSS. tum hoc loco, tum in indice οὐλόφυτον, quae vox exitiosam herbam indicat, eodem fere significatu. H. — *Ulophonon.* Brot. ex MSS. et ed. pr. *ulophyton* legendum ait, et scribit tamen *ulophon*, mera sane operarum culpa. Ed. P.

Et cynozolon. A foetore canis, κυνὸς ὄζη. Hard.

XXII. *Coronopus.* Diosc. II, 158, totidem verbis: Κορωνόπους, πρόμηκες βότανον ... κατεσχισμένας ... ῥιζαν λεπτὴν ἔχον, συπτικήν, ἐσθιομένην πρὸς κοιλιακούς ποιοῦσαν. Galenus de Fac. simpl. med. VII, p. 195: Κορωνόποδος ἡ ῥίζα πεπάτευται κοιλιακοὺς ὠφελεῖν ἐσθιομένη. Frustra sunt qui *colicis* ex Aeginetae solito exemplari vitiato pro *coeliacis* hic reponunt. Hard. — *Coronopus.* Servat nomen: *Coronopus Ruellii* (*Tetradyn. silicul.* gen. 1550 Pers. sub *Senebiera. Cruciferae.* Juss.). Habitat in ruderatis, ad vias. Ed. P.

XXIII. *Et anchusae radix.* Anchusam hodie Gallia *Orcanettam* vocat, mulieribus non ignotam, quae colorem faciei nativum fuco mentiuntur: quaeque vernaculum genarum pallorem, maculasque vultus hoc infectu occulunt: certe malas eleganti commendat purpurisso. Et sui aevi hunc morem fuisse Suidas innuit: Ἀλχουσα, inquit, εἶδος βοτάνης, ἥς ἡ ῥίζα ἐρυθρά, ᾗ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόσωπα αἱ γυναῖκες. H. — Ἀγχουσα prima Dioscoridi IV, 23, ἣν ἔνιοι πάλυκα, οἱ δὲ ἀνοχλεῖαν, etc. *Anchusa italica* (*Pentand. monogyn.* gen. 353 Pers. *Borraginis.* Juss.); habitat in Europa australi. Ed. P.

Finditur. Instar papyri Aegyptiacae. Hard.

Manusque inficit sanguineo. Diosc. τὴν χρόαν ὠφαιμος ἐν τῷ θέρει γενομένη, per aestatem colore rubescens, καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας ac manus inficiens. Legit Plinius, sui eius scriba, τὴν χρόαν ὠφαιμος, ὡς πάπυρος σχιζομένη, καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας, inconsiderate ac negligenter.

coloribus. Sanat hulcera in cerato, praecipue senum: item adusta. Liquari non potest in aqua: oleo dissolvitur: idque sincerae experimentum est. Datur et ad renum dolores drachma eius potui in vino: aut si febris sit, in decocto balani. Item in iocinerum vitiis, et lienis, et bile suffusis. Lepris et lentigini illinitur ex aceto. Folia trita cum melle et farina, luxatis imponuntur: et pota drachmis duabus in mulso alvum sistunt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur.

XXIV. Est et alia similis, pseudanchusa ob id appellata, a quibusdam vero echis, aut doris, et multis aliis nominibus, lanuginosior, et minus pinguis, tenuioribus foliis et languidioribus. Radix in oleo non fundit rubentem succum: et hoc ab anchusa

Orpheus in Argon. ἄγχουσαν ἐρυθρὴν vocat. Dat.

Praecipue senum. Vetera hulcera, τὰ παλαιὰ ἕλκη, dixit Dioscor. l. c. Hulcera senilia; Plin. XXXI, 41; Diosc. Εὐπορ. I, 482: ἕλκη πρεσβυτικά. Hard.

Item adusta. Sive ambusta, πρὸς καταπεπόμενα. Diosc. l. c. Hard.

Datur, Diosc. l. c. Hard.

In decocto balani. Hoc est, ex aqua in qua decocta myrobalanus fuerit. De myrobalano diximus XII, 46. Dioscorid. l. c. ex aqua mulsa praeberi tum iubet. Hard.

Et lienis. Dioscor. l. c. et Aetius de Re med. I, p. 6. Hard.

Lepris et lentigini. Et vitiligini Diosc. dixit, καὶ ἀλφοὺς, καὶ λέπρας· σὺν ὄξει καταπλασσομένη. Hard.

Et pota... alvum sistunt. Diosc. et Aetius ll. cc. Hard.

XXIV. *Pseudanchusa.* Brot ex Mss. Reg 2 et edit. princ. *pseudoanchusa.* Ed. P.

A quibusdam vero echis, etc. Ita MSS. tum hoc loco, tum in Indice: non, ut editi, *anchusa.* Echion est Dioscoridi IV, 27, ἔχιον, οἱ δὲ ἀρέβιον (scribe ex Aegineta, οἱ δὲ δωριάδα vel δωρίδα), οἱ δὲ ἀλκιβίον, etc. Iisdem notis a scriptore graeco describitur, quas Plinius affert. Echios altera Plinii est, de qua XXV, 58. H. — *Echium rubrum (Pentand. monog. gen. 363 Pers. Borragin. Juss.).* Hab. in Pannoniae, Austriae pratis, etc. Ed. P.

Radix. Hunc esse subnigram Diosc. ait. Ita restituimus hunc locum, tum ex MSS. Reg. Colb. et Chifll tum ita postulante sententia: quum prius perperam legeretur: *Radix oleum non fundit, sed rubentem succum.* Nam neque oleum anchusa fundit: nec si rubentem succum dat pseudanchusa, ab anchusa discernitur. Hard.

discernitur. Contra serpentes efficacissima potu foliorum, vel seminis. Folia ictibus imponuntur. Virus serpentium fugat. Bibitur et propter spinam. Folium eius sinistra decerpi iubent Magi, et cuius causa sumatur dici, tertianisque febribus adalligari.

XXV. (xxi). Est et alia herba proprio nomine onochiles, quam aliqui anchusam vocant, alii arcebion, alii onochelim, aliqui rhexiam, multi anchusam, parvo frutice, flore purpureo, asperis foliis et ramis, radice messibus sanguinea, caetero nigra, in sabulosis nascens, efficax contra serpentes, maximeque vipera, et radice et foliis, aeque cibo ac potu. Vires habet messibus. Folia trita odorem cucumeris reddunt. Datur in cyathis tribus vulva procidente. Pellit et tineas cum hyssopo. Et in dolore renum aut iocitam vocant. Pingitur a Lobellio in Adv. pag. 248. Vidimus in horto R. Hard. — Anchusa secunda Dioscorid. nobis *Anchusa tinctoria*, lanis inficiendis utilior quam medicinis. Ed. P.

Contra serpentes, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Folia ictibus, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Virus serpentium. Ita libri vulgati, cum Reg. 3 cod. At Colb. 3, forte sincerius, *virus serpentes fugat*: ut vox ea, *virus*, non venenum serpentium, sed gravem pseudanchusae odorem significet, qui serpentes fugat. Sic idem alibi: *Cuius radix evulsa virus hirci redolet*. Harp.

Bibitur. Ad spinae dolores, et lumborum: Dioscorides loc. cit. Πάσχει δὲ καὶ σφόδρα ἕλκωμα, μετ' ὀδύνου ληρούσα. Hard.

Adalligari. Gron. et al. ante Hard. *alligari*. Ed. P.

XXV. *Alia herba proprio nomine onochiles*, etc. Diosc. IV, 24: Αγχουσα ἑτέρα, ἣν ἔνιοι ἀλκιβιάδειον, ἢ ὀνοχειλὶς ἐκάλεσαν. In Nothis additur, οἱ μὲν κατάγχουσαν, οἱ δὲ ἀρχεβέλλιον. Galen. de Fac. VI, pag. 449: ἡ ὀνοχείλος. Et hanc Galli *Orcanettam* vocant. Pingitur a Lobellio in Adv. pag. 248. Vidimus in horto R. Hard. — Anchusa secunda Dioscorid. nobis *Anchusa tinctoria*, lanis inficiendis utilior quam medicinis. Ed. P.

Multi anchusam. In Indice, *enchrysam*. Hard. — Reg. 2 *enerisam*. Brul. *enchrysam*. Ed. P.

Parvo frutice, flore purpureo, asperis foliis. Iisdem plane verbis, notisque a Dioscoride describitur, IV, 24. Hard.

Messibus. Hoc est, messis tempore, περὶ τὸν πυραμητόν, inquit Diosc. l. c. Hard.

Efficax. Diosc. loc. cit. cum Nicandro in Ther. p. 60, cuius Scholiasten vide pag. 38. Sic cum Diosc. totidem verbis Galen. loc. cit. H.

Pellit et tineas, etc. Hoc vero cum Diosc. IV, 25, de anchusa altera prodidit, quam Plinius mox describet. Galenus quoque, loc. cit. pag. 150. Hard.

neris ex aqua mulsa, si febris sit: sin aliter, ex vino bibitur. Lentigini ac lepris radix illinitur. Habentes eam, a serpentibus feriri negantur. Est et alia huic similis flore rubro, minor, et ipsa ad eosdem usus; traduntque commanducata ea, si inspuatur, mori serpentem.

XXVI. Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii eranthemon, quoniam vere floreat: alii chamaemelon, quoniam odorem mali habeat. Nonnulli melanthemon vocant. Genera eius tria flore tantum distant, palmum non excedentia, parvisque floribus, ut rutae, candidis, aut colligitur vere, et in coronamenta reponitur. Eodem tempore et medici folia tusa in pastillos digerunt: item florem et ra-

Lentigini. Galen. l. cit. vitiligini, lepriique dixit: ἀλφοῦς καὶ λέπρας ἴᾶται. Hard.

Habentes eam, etc. Dioc. loc. c. Hard.

Est et alia, etc. De qua Dioscor. IV, 25. Nomine hanc carere Galen. ait, l. c. H. — *Lithospermum fruticosum* (*Pentaml. monog. gen.* 354 Pers. *Borrag.* Juss.); habitat in Europa australi. Ed. P.

Traduntque. Hoc Dioscor. de foliis alterius anchusae, et de semine tertiae tradit. Ed. P.

XXVI. *Anthemis.* Tot nominibus, quot hic repraesentantur, ab Oribasio appellatur, lib. XI, *l.* 190, post Dioscorid. λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἠράνθεμον, διὰ τὸ ἀνθεῖν ἐπὶ ἔαρος, οἱ δὲ χαμαίμηλον, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῇ ὀσμῇ, οἱ δὲ μελάνθεμον, οἱ δὲ χρυσάνθεμον, οἱ δὲ παλλίαν καλοῦσι. Galen. in explic. voc. Hipp. t. II, p. 90: Εὐάνθεμον, ὅπερ καὶ ἀνθεμὶς λέγεται, καὶ χαμαίμηλον. Omnibus officinis, interpolato postremo hoc graeco nomine, et vulgo quoque *Camomilla* dicitur; notior quam ut debeat aliis depingi notis. Hard.

Nonnulli melanthemon. Vel, ut MSS. *melanthion.* Hard.

Genera eius tria flore tantum distant. Dioscor. loc. cit. ἔνθοθεν μὲν χρυσίζοντα, ἄνθη δὲ ἔξωθεν περίκειται κυκλοτερῆς λευκά, ἢ μήλινα, ἢ πορφυρᾶ, etc. Quibus intelliguntur *Anthemides Cota*, et *montana*, et *Chrysanthemum monpeliense.* Cf. sup. l. cap. 34. Ed. P.

Colligitur vere. Dioscor. loc. cit. Apul. c. XXIII: *Legi eam mense aprili.* Hard.

Et in coronamenta. Non ad luxum modo, sed etiam ad usum medicinae: ad depellendum scilicet capitis dolorem, uti ex Archigene et Galeno discimus, κατὰ τόπους, II, 2, p. 381. Hard.

dicem. Dantur omnia mixta drachmae unius pondere, contra serpentium omnium ictus. Pellit mortuos partus: item menstrua in potu, et urinam, calculosque. Inflationes, iocinerum vitia, bilem suffusam, aegilopia commanducata, hulcerum eruptiones manantes sanat. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est, quae florem purpureum habet: cuius et foliorum, et fruticis amplitudo maiuscula est. Hanc proprie quidam eranthemon vocant.

XXVII. Loton qui arborem putant tantum esse, vel Homero auctore coargui possunt. Is enim inter herbas subnascentes deorum voluptati loton primam nominavit. Felia eius cum melle, oculorum cicatrices, argema, nubeculas discutiunt.

XXVIII. Est et lotometra, quae fit ex loto sata, ex cuius semine simili milio fiunt panes in Aegypto a

Item menstrua in potu. Diosc. l. c. Hard.

Inflationes. Dioscor. l. c. totidem verbis. Hard.

Ex omnibus. Dioscor. similiter, l. c. Hard.

Hanc. Dioscorid. loc. cit. H.

Quidem. Geon. *quidem.* Eo. P.

XXVII. *Is enim inter herbas*, etc. Iliad. Ξ, 347, de Iove et Iunone loquens: Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύε νεοθηλέα ποίην, Λωτόν θ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον. Apud eumdem Odyss. Δ, 602, Telemachus sic Menelaum alloquitur: οὐ γὰρ πιδίοιο ἀνάσσεις Εὐρέος, ᾧ ἐνὶ μὲν λωτὸν πολύν, ἠδὲ κύπειρον. Dal.

Folia eius. Loti nimirum herbae, quam Dioscorid. IV, 111, salivam appellat; herbam Plin. XIII, 52, ubi eadem de viribus illius affert. H. — Λωτὸς ἥμερος, οἱ δὲ τρίφυλλον, Diosc. loc. cit. *Melilotus officinalis.* (*Diad. decand.* gen. 1749 Pers. *Legum.* Juss.), vel ut quidam malunt, *Lotus corniculatus* Linn. (gen. 1753 Pers.); cuius plures numerantur varietates. In pratis. Eo. P.

XXVIII. *Lotometra.* Sic Theophr. Λωτόμητρα, ἐκ τοῦ λοτοῦ σπαρέντος γίνεται. Non e lolo quidem proxime explicata, quae ubique nascitur, sed ex congenere, hoc est, Aegyptia, quae αὐτομάτος sponte nascitur, et agrestis est, culturaque melior efficitur, grandiorque, unde ei lotometrae nomen. Sic ortygometrum, coturnicum maiorem; echinometras, maiores echines vocant. H. — *Nymphaea Lotus* (*Polyand. monog.* gen. 1258 Pers. *Hydrochar.* Juss.); de lotometra, seu loto aegyptyaca cf. Her. Theoph. et Excurs. de Lotis Vet. tom. V, p. 243 hujus edit. Eo. P.

Simili. Sic XIII, 32: *Intus granum milium.* Diosc. IV, 114: Ἔστι δὲ

pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto. Negatur quidquam illo pane salubrius esse, aut levius, dum caleat: refrigeratus difficilius concoquitur, fitque ponderosus. Constat eos qui illo vivant, nec dysenteria, nec tenesmo, neque aliis morbis ventris infestari. Itaque inter remedia eorum habetur.

XXIX. Heliotropii miraculum saepius diximus, cum sole se circumagentis, etiam nubilo die: tantus sideris amor est: noctu velut desiderio contraht caeruleum florem. Genera eius duo: tricoccum, et helioscopium. Hoc altius (quanquam utrumque semipe-

ἡ κωδία μήκωνι μεγίστη· ἐν ᾗ καρπὸς ὡς κέγχρος, ὃν ξηράναντες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ, βάλλουσιν εἰς ἀρτοποιΐαν. Sic etiam Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 205. In MSS. Regg. Colb. Chiffl. legitur *semine simillimo porri*, quod eodem recidit. Haed. — Et sic Brot. ex edit. principe. Ed. P.

XXIX. *Saepius diximus.* Vt libro XVIII, cap. 67, etc H. — *Noctu . . . contrahi caeruleum florem.* Movit haec caerulei floris nota, inter herbarios, aliosque, lites ingentes, ut quae planta demum heliotropii nomine censenda esset, pro se quisque statueret. Cichorii florem existimavit esse Dalecampius: risit hoc commentum Salmasius, in Confutat. Cercoetii, p. 141. Hallucinatum esse Plinium vir summus putavit, in Mastigoph. 3, p 81, qui caeruleum heliotropio florem affinxerit: apud Diosc. IV, 193, non ὑποπόρφυρον, sed ὑπόπυῤῥον, legi oportere; atque id recentiorum calculo firmat: quibus adiungi Oribasius potuit, XI, p. 198. Nam is *subfulvum* reddidit: nisi id interpretis aut codicum graecorum, quod verius reor, vitium fuit. Nam purpureum, cui affinis colos caeruleus est, heliotropio florem Apuleius tribuit, cap. 49: *Cum flore*, inquit, *in summitate tenui, et veluti purpureo, atque uncato, in similitudinem scorpionum . . . Eius herbae divinae ad solis cursum floscelli se vertunt: et quum sol occidit, flores se claudunt*, etc. Similem violae facit Ovid. Metamorph. IV, v. 268, ubi de Clytie in heliotropium florem mutata: *Membra ferunt haesisse solo, partemque coloris Luridus exsangues pallor convertit in herbas. Est in parte rubor, violaeque simillimus ora Flos tegit: illa suum, quamvis radice tenetur, Vertitur ad solem, mutataque servat amorem.* H. — Ovidianus flos Sprengelio est *Hesperis matronalis* (*Tetrad. Siliq.* gen. 1571 Pers. *Cracifer.* Juss.); v. β, *hortensis*, flores habet plenos, albos, odoratissimos: vulgo *julienne* Habitat in Gallia, Helvetia, etc. Ed. P.

Hoc altius. Helioscopium videlicet, seu heliotropium maius, cuius iconem apud Clusium vide Histor. Rar. pl. IV, p. 46. H. — Ἡλιοτρόπιον τὸ μέγα Diosc. IV, 193; servat nomen: *Heliotropium europaeum* (*Pentand. monog.* gen. 348

dalem altitudinem non excedit) ab ima radice ramosum. Semen in folliculo messibus colligitur. Nascitur nonnisi in pingui solo, cultoque maxime: tricoccum ubique. Si decoquatur, invenio cibis placere: et in lacte iucundius alvum molliri: et si decocti succus bibatur, efficacissime exinaniri. Maioris succus excipitur aestate, hora sexta: miscetur cum vino, sic firmior. Capitis dolores sedat, rosaceo admixto. Verrucas cum sale tollit succus e folio: unde nostri verrucariam herbam appellavere, aliis cognominari effectibus digniorem: namque et serpentibus, et scorpionibus resistit, ex vino aut aqua mulsa, ut Apollophanes et Apollodorus tradunt. Folia infantium destillationibus, quod siriasin vocant, illita medentur. Item contractionibus, etiam si id comitialiter accidat. Decocto quoque foveri os saluberrimum est. Potum id pellit tineas, et renum arenas. Si cuminum adiiciatur, calculos frangit. Decoqui cum radice oportet, quae cum foliis et hircino sevo podagris illinitur. Alterum genus, quod tricoccum appellavimus, et alio

Pers. *Borragin.* Juss); hab. in Europa austreli. Ed. P.

Et si d. succus. Eo pituitam per alvum, bilemque detrahi, pariter docet Diosc. IV, 193. Hard.

Verrucas. Ad verbum ista Marc. Emp. c. XIX, pag. 132, et Diosc. l. c. Hard.

Namque et serpentibus. Apul. cap. 49, tit. 3: *Ad serpentium morsus, et scorpionum ictus: herba solago maior,* etc. Hinc est, quod σκορπιοκτόνον; ab effectu videlicet, appellatum idem Apuleius ait. Vt ille solaginem, sic *herbam solarem* Celsus vocat V, 27, tit. *Adversus ictum scorpionis: Bibere oportet herbae solaris, quam* ἡλιοτρόπιον *Graeci vocant, semen, vel certe folia ex vino.* Hard.

Folia infantium, etc. Diosc. loc. c. Hard.

Siriasin. Σιρίασις, ardor capitis, adustio, ustulatio, est cerebri et membranarum eius inflammatio (τὸ κεῦμα) cum oculorum et syncipitis cavitate, totius corporis ariditate, febre ardente, pallore; appetentia deiecta et nonnunquam diarrhoea. Dal.

Os. Gron. et al. *eos.* Ed. P.

Potum id pellit tineas. Hoc est, latos ventris teretesque lumbricos. Minori heliotropio hanc vim adscribunt Dioscor. IV, 194, et Apul. cap. 63, tit. 1. Hard.

Alterum genus, quod tr. appellavimus

nomine scorpiuron vocatur, foliis non solum minoribus, sed etiam in terram vergentibus. Semen ei est effigie scorpionis caudae: quare ei nomen. Vis ad omnia venenata et phalangia, sed contra scorpiones praecipue illita, non feriuntur habentes. Et si terram surculo heliotropii circumscribat aliquis, negant scorpionem egredi. Imposita vero herba, aut uda omnino respersum, protinus mori. Seminis grana quatuor pota, quartanis prodesse dicuntur; tria vero tertianis: vel si herba ipsa ter circumlata subiiciatur capiti. Semen et Venerem stimulat. Cum melle panos discutit. Et verrucas hoc utique heliotropium radicitus extrahit, et excrescentia in sedibus. Spinae quoque ac lumborum sanguinem corruptum trahit illitum, semen, et potum, in iure gallinacei decoctum, aut cum beta et lente. Cortex vero liventibus colorem reddit. Magi heliotropium quartanis quater, in tertianis ter alligari iubent ab ipso aegro; precarique eum, soluturum se nodos liberatum, et ita facere non exempta herba.

XXX. Aliud adianto miraculum: aestate viret,

mus. Ἡλιοτρόπιον τὸ μικρὸν Dioscor. IV, 194, est *Croton tinctorium* (*Monoec. monad.* gen. 2138 Pers. *Euphorb.* Juss.) caeruleum praebet colorem: Gallis *tournesol*. Cf. Clusius, II, 47, qui fere primus veram Dioscoridis plantam delineavit. Ed. P.

Scorpiuron. Σκορπιοῦρον, a floris vel seminis inflexione. Hard. — *Effigie scorpionis.* Effigiem illam habet caulis, cui semen insidet. Brot.

Vis ad omnia venenata. Nicand. in Ther. p. 48. Hard.

Seminis grana quatuor pota. De semine heliotropii maioris id Diosc. IV, 139. Dal.

Et verrucas, etc. De minore pariter id Dioscor. IV 194. Hard.

Spinae quoque, etc. Qualem morbum significet obscurum est, nisi forte sanguinem impurum, faeculentum, crassum intelligat, renibus impactum, et dolores excitantem; quo in morbo prodest urinas meiere turbidas, cruentis similes, et tanquam iniecta permixtaque fuligine nigras. Alibi sanguinem *inutilem* vocat. Dal.

Cortex vero. Brot. ex Reg. 2 et ed. princ. *Cortex seminis.* Ed. P.

XXX. *Aliud adianto miraculum.* Aliud Plinio, aliud Dioscoridi ἀδίαντον est. Dioscoridis quidem id est,

bruma non marcescit: aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est: tanta dissociatio deprehenditur: unde et nomen a Graecis: alioqui frutici topiario. Quidam callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu. Tingit enim capillum; et ad hoc decoquitur in vino cum semine apii, adiecto oleo copiose, ut crispum densumque faciat: defluere autem prohibet. Duo eius genera: candidius, et nigrum breviusque. Id quod maius est, polytrichon: aliqui trichomanes vocant. Vtrique ramuli nigro co-

quod capillum Veneris vocant officinae, *capilloire*. Plinianum, non aliud quam Dioscoridis trichomanes est, pictum a Lobellio in Obss. pag. 474. H.—Aliud Plinio, aliud Dioscoridi ἀδίαντον esse falso Harduinus sutumat. Verius dixisset Nostrum duo genera, post graecum auctorem, distinxisse; sed praelata unius, adianti nempe, ut vocant, etymologia; disertam alterius, sive trichomanis, descriptionem ab Dioscoride mutuari satis habuisse: iure an iniuria, nihil interest, quod saltem ad medicinas pertinet. Hic enim Plinius omnes adianti vires et usus recenset, et ipso teste Anazarbaeo: Τριχομανὲς δοκεῖ τὰ αὐτὰ δύνασθαι τῷ προειρημένῳ, sc. ἀδιάντῳ. Recentioribus duo illa genera dicuntur eodem nomine, *Adiantum Capillus*, et *Asplenium Trichomanes*: utrumque ex *Filicum* ordine. Ro. F.

Vnde et nomen. Ἀδίαντον, quod οὐ διαίνεται: quod in aqua non madescat, sive ut ait Nicander, quod imbres ac pluviarum stillicidia foliis eius non insideant: in Ther. pag. 60: Ἀχραὶς τ' ἀδίαντον, ὃ οὐκ ὄμβροιο ῥαγέντος Λεπταλέη πίπτουσα νοτὶς πετάλοισιν ἐρέζει. *Et nunquam madidum Veneris compone capillum, Cui non insideant effusi nubibus imbres*

Tradit autem haec etiam Theophrast. Hist. VII, 13. Hard.

Frutici topiario. Subintelligé ex antecedentibus, simile est. Hard.—Nempe quod veluti naturae quodsui artificio muros vestit, e quibus prorumpit. Dal.

Quidam callitrichon. Apul. cap. 47: *Graeci callitrichon, iidem adianton, iidem polytrichon, iidem trichomanes... Latini capillum Veneris, iidem herbam capillarem*, etc. Sic etiam Marc. Emp. c. vi, p. 45, et Galenus κατὰ τόπους, cap. 2, p. 381. Hard.

Tingit. Apul. cap. 47, lit. 21: *Ad capillos tingendos: Herba callitricho in oleo trita capilli uncti inficiuntur.* Hard.

Defluere autem prohibet. Galen. de Fac. simpl. med. VI, 7, etiam ex alopecia glabrum caput capillis convestire ait, ἀλωπεκίας δασύνει. Th. Histor. VII, 13: Χρήσιμα δὲ ἀμφότερα πρὸς ἄκρυσιν κεφαλῆς τριχῶν ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα. Dioscor. quoque IV, 136, et Marc. Emp. cap. vi, pag. 45. H.

Duo eius genera. Haec sunt apud Theophrast. Histor. VII, 13. Maius a Lobelio pingitur, ut diximus: minus teneriusque a Bauhino tom. III, lib. XXXVII, p. 755. Hard.

Aliqui trichomanes. Ita MSS. Reg.

lore nitent, foliis filicis: ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt: omnia autem contrariis pediculis densa inter se ex adverso: radix nulla. Vmbrosas petras, parietumque aspergines, ac fontium maxime specus sequitur, et saxa manantia: quod miremur, quum aquas non sentiat. Calculos e corpore mire pellit, frangitque, utique nigrum. Qua de causa potius, quam quod in saxis nasceretur, a nostris saxifragum appellatum crediderim. Bibitur e vino, quantum terni decerpsere digiti. Vrinam cient. Serpentium et araneorum venenis resistunt. In vino decocti alvum sistunt. Capitis dolores corona ex his sedat. Contra scolopendrae morsus illinuntur, crebro auferendi, ne perurant: hoc et in alopeciis. Strumas discutiunt,

Colb. Chiffl. non ut editi, *aliud trichomanes*. Est enim ea maioris quoque, et candidi, seu polytrichi, callitrichive appellatio: ut vidit acute Anguillara, part. XIV, p. 289. Iisdem fere verbis a Dioscorid. describitur, 437: Τριχομανὲς, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀδίαντον καλοῦσι... ὅμοιον πτέριδι... στοιχηδὸν ἐξ ἑκατέρου μέρους τὰ φύλλα ἔχον λεπτὰ, φακοειδῆ, ἐναντία ἀλλήλοις, ἐπὶ ῥαβδίων λεπτῶν καὶ στιλπνῶν καὶ στρυφνῶν, ὑπομελάνων. Vires deinde adiicit easdem huic esse, quae sunt adianto alteri propriae. Hard.

Radix. Sed fibrae tantum et capilli tenues. Vel, nullius usus, ῥίζα ἄχρηστος, ut ait Diosc. IV, 136. H.

Vmbrosas petras, etc. Dioscor. IV, 136, de adianto suo: φύεται δὲ ἐν παλισκίοις καὶ ἑλώδεσι τόποις, καὶ τοίχοις ἐνίκμοις, καὶ περὶ τὰς κρήνας. *Vmbrosis palustribusque locis, et in parietibus aspergine humentibus, ac circa fontes provenit*. Et cap. seq. de trichomane: φύεται κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους. Hard.

Calculos. Dioscor. loc. cit. et Marc. Emp. cap. XXVI, pag. 181.

Saxifragum appellatum crediderim. Et Apuleius saxifragum agnoscit, c. 97, quod et adiantum vocetur, virtute ad pellendos calculos singulari, ramulis nigro colore nitentibus, quales sunt trichomani: sed folia tribuit similia coriandri, quod falsum est. De hac saxifraga loquutus etiam Q. Serenus videtur, c. XXXIII, pag. 146: *Si vero in lapides densus convertitur humor Qui retinet cursus, gemitumque dolore frequentat, Saxifragam seu fontigenam succurrere credunt*. Fontigenam vocat, quoniam, ut Plinius ait, fontium specus sequitur. Hard.

Vrinam cient. Theophr. Hist. VII, 13: Πρὸς στραγγουρίαν τὸ τριχομανὲς ποιεῖ. Dioscorid. quoque ll. cc. Hard.

Serpentium et araneorum. Dioscor. ll. cc. Hard.

In vino decocti. Adianti scilicet, nam et virili genere Latini extulerunt, ut Apuleius. Hard.

Ne perurant. Lib. ante Hard. editi, *ne pereant*. Ed. P.

furfuresque in facie, et capitis manantia hulcera. Decoctum ex his prodest suspiriosis, et iocineri, et lieni, et felle suffusis, et hydropicis. Stranguriae illinuntur, et renibus cum absinthio. Secundas cient, et menstrua. Sanguinem sistunt ex aceto, aut rubi succo poti. Infantes quoque exhulcerati perunguntur ex iis cum rosaceo et vino prius. Folium in urina pueri impubis, tritum quidem cum aphronitro, et illitum ventri mulierum, ne rugosus fiat, praestare dicitur. Perdices et gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis; pecorique esse utilissimos.

XXXI. (XXII.) Picris ab insigni amaritudine cognominatur, ut diximus: rotundo folio. Tollit eximie verrucas. Thesium quoque non dissimili amaritudine est: sed purgat alvum: in quem usum teritur ex aqua.

XXXII. Asphodelum de clarissimis herbarum, quam heroion aliqui appellaverunt, Hesiodus et in silvis nasci dixit: Dionysius, marem ac feminam esse. Defectis corporibus et phthisicis constat bulbos eius cum ptisana decoctos, aptissime dari; panemque ex his

Strumas discutiunt. Diosc. et Galen. ll. cc. HARD.

Decoctum ex his prodest, etc. Diosc. loc. cit. HARD.

Secundas cient, et menstrua. Diosc. ll. cc. HARD.

Sanguinem sistunt, etc. Diosc. ll. cc. HARD.

Perdices. Coturnices, inquit Diosc. IV, 136, et gallinaceos pugnaciores facit, in cibum eorum additum adiantum: circa ovilia quoque pecorum utilitatis gratia seritur. HARD.

XXXI. *Picris.* Est *Helminthia echioides*; et mox *Thesium Linophyllum.* Cf. super. l. c. 65 et 67. ED. P.

Verrucas. Matthiolus verrucarium cichorium depingit, facultatis praestantissimae ad verrucas delendas. DAL.

XXXII. *Asphodelum.* Est nobis *Asphodelus ramosus.* Vid. quae diximus sup. lib. cap. 68. ED. P.

Heroion. Ἡρώιον. HARD. — Brot. ex MSS. Regg. 1 et 2, *heroneon.* ED. P.

Defectis corporibus. Tabe, seu macie. Graeci cachectas vocant, ut alibi dicturi sumus. HARD.

cum farina subactis, saluberrimum esse. Nicander et contra serpentes ac scorpiones, vel caulem, quem anthericon vocavimus, vel semen, vel bulbos dedit in vino tribus drachmis; substravitque somno contra hos metus. Datur et contra venenata marina, et contra scolopendras terrestres. Cochleae mire in Campania caulem eum persequuntur, et sugendo arefaciunt. Folia quoque illinuntur venenatorum vulneribus ex vino. Bulbi nervis articulisque cum polenta tusi illinuntur. Prodest et concisis ex aceto lichenas fricare: item hulceribus putrescentibus ex aqua imponere: mammarum quoque et testium inflammationibus. Decocti in faece vini, oculorum epiphoris supposito linteolo medentur. Fere in quocumque morbo magis decoctis medici utuntur. Item ad tibiarum tetra hulcera, rimasque corporum quacumque in parte, farina arefactorum. Autumno autem colliguntur, quum plurimum valent. Succus quoque tusis expressus aut decoctis utilis fit corporis dolori, cum melle: idem odorem corporis iucundum affectantibus, cum iri arida et salis exi-

Nicander et contra serpentes ac scorpiones, etc. Nunc ita quidem in Ther. p. 39: *ἄγρει δ' ἀσφοδέλοιο διανθέος ἄλλοτε ῥίζαν. Ἄλλοτε καὶ καυλεῖον ὑπέρτερον ἀνθερίκοιο, Πολλάκι δ' αὖ καὶ σπέρμα, ὅτου λοβὸς ἀμφὶς ἀέζει. Tu quoque florentis radicem velle rotundam Asphodeli, aut tollentem alte fastigia caulem, Vel quae distincto clauduntur semina folle.* Nicandrum sequitur Diosc. II, 199. De asphodelo egimus super. lib. cap. 68. Hard.

Folia quoque illinuntur. Diosc. loc. cit. Hard.

Item hulceribus. Diosc. l. c. totidem verbis. Hard.

Mammarum quoque et testium, etc. Diosc. l. c. Hard.

Decocti in faece vini. Dioscor. l. c. Hard.

Item ad tibiarum tetra hulcera. Apul. cap. 32, tit. 1: *Ad dolorem tibiarum, vel pedum: Herbae asphodeli succo cum oleo amygdalino ungues quod dolet, mire sanatur.* Hard.

Corporis dolori. Coli forte tormentis, aut lassitudini. Dal.

Odorem corporis, etc. Quia tetrum odorem corporis, alarum praecipue, feminum ac pedum emendat, ut est ex Xenocrate mox dicturus. Hard.

guo. Folia etiam supra dictis medentur; et strumis, panis, hulceribus in facie, decocta in vino. Cinis e radice alopecias emendat, et rimas pedum. Decoctae radicis in oleo succus, perniones et ambusta. Et ad gravitatem aurium infunditur: a contraria aure in dolore dentium. Prodest et urinae pota modice radix, et menstruis, et lateris doloribus: item ruptis, convulsis, tussibus, drachmae pondere in vino pota. Eadem et vomitiones adiuvat commanducata. Semine sumpto turbatur venter. Chrysermus et parotidas in vino decocta radice curavit: item strumas, admixta cachry ex vino. Quidam aiunt, si imposita radice pars eius in fumo suspendatur, quartoque die solvatur, una cum radice arescere strumam. Sophocles ad podagras utroque modo, cocta crudaque, usus est. Ad perniones decoctam ex oleo dedit, et suffusis felle in vino, et hydropicis. Venerem quoque concitari cum melle perunctis, aut bibentibus tradidere. Xenocrates et lichenas, psoras, lepras, ra-

Cinis e radice alop. emendat. Diosc. II, 199. Galen. de Facult. simpl. med. VI, pag. 161. Alex. Iatros. I, 4. H.

Decoctae rad. in oleo succus. Diosc. l. c. Hard.

A contraria. Dentium dolores, inquit, mitigat, oppositae auriculae instillatus. Diosc. l. c. Hard.

Prodest. Haec totidem verbis Diosc. loc. cit. Hard.

Eadem et vomitiones, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Semine. Potum in vino semen, inquit Diosc. violenter alvum deiicit: Ὁ δὲ καρπὸς...καταῤῥήττει τὴν κοιλίαν. Hard.

Chrysermus. Marcell. Emp. cap. xv, p. 107, etiam ad collum suspensa radice sanari parotidas credit: cave tu credas. Hard.

Item strumas, admixta cachry ex vino. Sic Theodor. Prise. I, 9, in quo de furunculis, et de strumis, quas choeredas graeco vocabulo appellat: *Asphodeli radices*, inquit, *in vino tinctae.* H.

Quartoque. Gron. et al. ante Hard. *et quarta.* Ed. P.

Sophocles. In MSS. B, Colb. Chiff. *Socles*; forte *Diocles*: nam is in huius libri indice appellatur. In quibusdam aliis *Socrates.* Socratis chirurgi meminit Cael. Aurel. Chron. V, 4. H.

Cum melle. Gron. et al. *cum vino et melle.* Ed. P.

Perunctis. Illitis genitalibus tam maris quam feminae. Dal.

dice in aceto decocta, tolli dicit. Item si cocta sit cum hyoscyamo et pice liquida, alarum quoque et feminum vitia: et capillum crispiorem fieri, raso prius capite, si radice ea fricetur. Simus lapides renum in vino decocta atque pota eximit. Hippocrates semine eius ad impetus lienis dari censet. Iumentorum quoque hulcera ac scabiem, radix illita, aut decoctae succus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugantur, caverna praeclusa moriuntur.

XXXIII. Asphodelon ab Hesiodo quidam alimon appellari existimavere, quod falsum arbitror. Est enim suo nomine alimon, non parvi et ipsum erroris inter auctores. Alii enim fruticem esse dicunt densum, candidum, sine spina, foliis oleae, sed mollioribus: coqui autem haec ciborum gratia. Radix tormina discutit, drachmae pondere in aqua

Simus. In MSS. Regg. Th. Chiffl. *Timon* legitur: haud recte. Simus enim in Indice huius libri appellatur. Sic Timon in iisdem MSS. pro Damone scribitur, lib. XXIV, 120. H.— *Renum.* Brot. ex MSS. et edit. princ. *reuium.* Ed. P.

Hippocrates. Lieni sanando, quum abundat bile, *dato*, inquit, *quae splenem attenuare quotidie valeant, ut asphodeli semen.* Διδόναι δὲ καὶ ἀ μάλλει τὸν σπλῆνα λεπτύνειν ἑκάστης ἡμέρας, ἀσφοδέλου τοῦ καρποῦ, etc. Libro de int. Aff. text. 33, p. 238. H. — *Semine* Gron. et al. *semen.* Ed. P.

XXXIII. *Asphodelon.* Quamobrem Hesychius: Σφόδελος, ἄλιμος, interpretatur: Σφόδελος et ἀσφόδελος idem, ut στάχυς et ἄσταχυς. Et ἄλιμον quidem asphodelum a fame sedanda appellari crediderim, quum Epimenidem Plato in legibus dicat, ex malva et asphodelo compositionem ἄλιμον sibi parasse, qua se a fame et siti diu vindicaret. Hard.

Alii. Quos Diosc. sequitur ad verbum, I, 120. Portulaca marina Dodonaei est, p. 759. *Pourpier marin.* Vidimus in horto Regio. H. — *Atriplex Halimus* (*Pentand. digyn.* gen. 656 Pers. *Atripl.* Juss.); habitat in maritimis. Ed. P.

Sed mollioribus. Recte id quidem, etsi a Dioscoride praetermissum, ut quidem sunt hodie libri vulgati. H.

Coqui. Ita MSS. R Colb. etc. Hoc est, folia. Diosc. l. cit. Λαχανεύεται δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα ἐψόμενα εἰς βρῶσιν. Germina, quum adhuc sunt tenera, in cibis adhiberi, auctor est Galen. de Fac. simpl. med. VI, 22, p. 153. H. — *Coqui autem haec.* Gron. et al. *coquitur autem hoc.* Ed. P.

Radix tormina, etc. Haec totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Digitized by Google

mulsa pota: item convulsa, et rupta. Alii olus maritimum esse dixere salsum, et inde nomen, foliis in rotunditatem longis, laudatum in cibis. Duorum praeterea generum, silvestre, et mitius: utrumque prodesse dysentericis etiam exhulceratis cum pane, stomacho vero ex aceto. Hulceribus vetustis illini crudum, et vulnerum recentium impetus leniri, et luxatorum pedum ac vesicae dolores. Silvestri tenuiora folia, sed in eisdem remediis effectus maiores, et in sananda hominum ac pecorum scabie. Praeterea nitorem corpori fieri; dentibusque candorem, si fricentur radice ea. Semine linguae subdito sitim non sentiri. Hoc quoque mandi, et utraque etiam condiri. Cratevas tertium quoque genus tradidit, longioribus foliis et hirsutioribus, odore cupressi: nasci sub edera maxime; prodesse opisthotonis, contractionibus nervorum; tribus obolis in sextarium aquae.

XXXIV. Acanthos est topiaria et urbana herba;

Alii. Et recta illi quidem: nam et folia olerum more edunlur, ut dictum est proxime: et in maritimis oritur, unde nomen ἀπὸ τῆς ἁλός. Hesych. Ἁλιμοῖς καὶ ἁλιμοῖς, βοτάναις δενδροειδέσιν ἐπὶ θάλασσαν, ἢ ξηροῖς τόποις. Diosc. loc. cit. φύεται ἐν παραθαλασσίοις. Vnde rectius scripseris *halimon*, etsi variant MSS. Suidae ἅλιμον scribitur. H.

Rotunditatem. Gronov. et al. *rotunditate.* Ed. P.

Silvestre. Hoc est, silvestre et sativum. Hard.

Dysentericis etiam exhulceratis. Hoc est, dysenteriae, quae cum exhulceratione intestinorum coniuncta est: quae longa periculosissima. Ἁλιμον facultatis esse subadstringentis, ὑποστύφον ἔχον, scribit Galen. loc. cit. Hard.

Leniri. Gron. et al. *lenire.* Ed. P.

XXXIV. *Acanthos.* Ακανθα Diosc. III, 119. Lobelio acanthus sativus, in Obss. p. 477. II. — *Acanthos est topiaria*, etc. Brot. ex MSS. et edit. princ. *Acanthi topiariae et urbanae herbae... duo genera sunt.* Ed. P.

Topiaria et urbana herba. Idcirco. Virgilius nunc mollem, nunc ridentem acanthum, nunc flexilem cecinit: lubricum et flexuosum Plinius Iunior, V, epist. 5. Sed Georgicon II. refert idem Virgilius *baccas semper frondentis acanthi*: Servius inibi dictum acanthum interpretatur quasi spinis plenam: nam spinosa, inquit, est arbor in Aegypto semper fron-

elato longoque folio; crepidines marginum, adsurgentiumque pulvinorum toros vestiens. Duo genera eius sunt, aculeatum et crispum, quod brevius: alterum laeve, quod aliqui paederota vocant, alii melamphyllum. Huius radices ustis luxatisque mire prosunt; item ruptis, convulsis, et phthisin metuentibus incoctae cibo, maxime ptisana. Podagris quoque illinuntur tritae et calefactae calidis.

XXXV. Bupleuron in sponte nascentium olerum numero Graeci habent, caule cubitali, foliis multis longisque, capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate: in medicina a Glaucone, et Nicandro. Semen contra serpentes valet. Folia ad secundas femi-

dens, etc. Sed homo litteratus, rem herbariam parum callens, acaolbum cum Aegyptia spina confundit, quae plurimum ab illa dissidet. Hunc enim acanthum utique constat laevem, glabrumve nullis horrere spinis: sed urbanum esse, ac satu, cultuque laetari. Hand.

Elato. Diosc. loc. cit. Folio, quam lactucae latiore multo et longiore: Ἔχει δὲ πλατύτερα φύλλα πολλῷ καὶ μακρότερα θριδάκος. H.

Crepidines. Dioscor. Φύεται ἐν παραδείσοις, καὶ ἐν πετρώδεσι καὶ παρύγροις χωρίοις. *Nascitur in hortis, in petrosis humentibusque locis.* H.

Aculeatum. Haec silvestris acantha Diosc. III, 20: Γίνεται δὲ καὶ ἀγρία ἄκανθα, ὁμοία σπαλόμῳ, ἀκανθώδης, βραχυτέρα τῆς ἐν παραδείσῳ καὶ ἡμέρου. *Est et silvestris acantha, carduo similis, aculeata, brevior sativa, eaque quae in hortis provenit.* Vt nullis urbanus acanthus spinis horret, sic agrestis contra ferus est, et exsertis aculeis aperte minitatur. H. — *Acanthus spinosus* et mox *A. mollis* (*Didynam. angiosp.* gen. 1529 Pers. *Acanth.* Juss.); hab. in Siciliae et Italiae humentibus. Conf. quae dicta sunt sup. lib. cap. 39. En. P.

Alterum. Sativa videlicet, de qua dictum est ante, acaotha Diosc. III, 19, cui et φύλλα λεῖα, et καυλὸς λεῖος. Hand.

Paederota. Dioscor. in Noth. pag. 452: Ἀκανθα .:. οἱ δὲ μελαμφυλλον, οἱ δὲ παιδέρωτα, etc. H.

Huius radices. Diosc. III, 19: Ῥίζαι πυρικαύστοις καὶ στρέμμασιν ἁρμόζουσι καταπλασσόμεναι. H.

Item ruptis, convulsis, etc. Diosc. Φθισικοῖς τε, καὶ ῥήγμασι, καὶ σπάσμασιν εὐθετοῦσιν. H.

XXXV. *Bupleuron.* Herbarii nunc fere incognitum. — *Bupleurum Baldense* (*Pent. digyn.* gen. 678 Pers. *Vmbell.* Juss.); conf. Anguillara p. 169. En. P.

Capite anethi. Vel umbellae tantum figura, vel etiamnum floris colore. Dal.

Et Nicandro. Ita nunc quidem in

narum, vel succum ex vino illinunt: et strumis folia cum sale et vino. Radix contra serpentes datur in vino, et urinae ciendae.

XXXVI. Buprestim magna inconstantia Graeci in laudibus ciborum etiam habuere; iidemque remedia tamquam contra venenum prodiderunt. Et ipsum nomen indicio est boum certe venenum esse, quos dissilire degustata fatentur. Quapropter nec de hac plura dicemus. Est vero causa, quare venena monstremus inter gramineas coronas, nisi libidinis causa expetenda alicui videtur, quam non aliter magis accendi putant, quam pota ea.

XXXVII. Elaphoboscon ferulaceum est, geniculatum digiti crassitudine, semine corymbis depen-

Theriac. p. 43: Σπέρματα βουπλεύρου τε, καὶ ἰδαίης κυπαρίσσου. H.

XXXVI. *Buprestim*: Graeci et olus, quod laudant in cibis, et venenum, contra quod remedia tradi oportuit, eadem signant appellatione. Gal. in Expl. voc. Hipp. l. II, pag. 87: Βούπρηστις, τὸ τε ζῶον, τὸ τῇ κανθαρίδι παραπλήσιον· ἔστι δὲ καί τι λάχανον ἄγριον, οὗ μέμνηται Διοσκουρίδης, etc. Hesychius: Βουπρῆστις, λαχάνου εἶδος Igitur βούπρηστις genus est animalculi, cantharidi similis, quod si forte comederit bos, inflatur protinus, et moritur: unde nomen παρὰ τὸ πρῆσαι τὰς βοῦς. Vide Nicandr. in Alex. p. 152, et Aelian. Histor. An. VI, 35. Sed et olus est, cui a magnitudine fortasse nomen, ut βουλάπαθον, magnum lapathum: βουσέλινον, apium magnum dixere. Laudat βούπρηστιν Theophr. Hist. VII, 8; sed quae sit eius herbae facies, nec ipse indicat, nec aliunde compertum. Haud Plinio latuit, ut Salmasius calumniatur in praef. pag. 9, Dalecampium, ut saepe solet, sequutus, buprestim animalis nomen esse, quod sit boum venenum: quum de eo conceptis verbis disputet XXX, 10. Sed Graecorum quorumdam, quique ii sint, carpit inconstantiam, qui in ipso olere veneni virus latere prodiderint. H. — *Buprestim*. quidam ad *Bupleurum rotundifolium*. referunt. Eo. P.

Quos dissilire, etc. De buprestl herba id non traditur sed de buprestl insecto, scarabaeo longipedi non dissimili, infra descripto lib. XXX, c. 4. Dat.

Pota ea. Gronov. et al. ante Hard. ed. *potu*. Et[illegible].

XXXVII. *Elaphoboscon*. Ἐλαφόβοσκον Diosc. III, 80. H. — *Sium Sisarum* (*Pentand. digyn.* gen. 699 Pers, *Umbell.* Juss.). Eo. P.

Semine. Corymbos appellat umbellas, quales in anetho cernimus, quibus semen continetur. Dioscorid. loc. cit: σχίαδια, alii κεφάλια vocant. Hard.

dentibus, silis effigie, sed non amaris, foliis olusatri: et hoc laudatum in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam, lateris dolores sedandos, rupta, convulsa sananda, inflationes discutiendas, colique tormenta. Contra serpentium omniumque aculeatorum ictus. Quippe fama est, hoc pabulo cervos resistere serpentibus. Fistulas quoque radix nitro addito illita sanat. Siccanda autem in eos usus prius est, ne succo suo madeat, qui contra serpentium ictus facit eam deteriorem.

XXXVIII. Scandix quoque in olere silvestri a Graecis ponitur, ut Opion et Erasistratus tradunt.

Silis effigie. In libris hactenus editis, *simili effigie*: at quae ea demum effigies est? nam buprestis certe, quae proxime antecessit, nota nulla traditur. Mendum indicarunt probatissimi codices, Regg. Colb. Th. Ch. in quibus *silis effigie* legitur. Est autem silis, sive seselia, ut alibi diximus, forma plane anetho simillima, quod ad corymboa seu umbellam attinet, quam in cacumine utraque gerunt: id quod Dioscorides cum Plinio pariter adnotavit III, 80: Ἔχει δὲ παραφυάδας ἱκανὰς ὁ καυλὸς, σκιάδια ἀχούσας ὅμοια ἀνήθῳ, etc. *Habet vero caulis ipse agnatos ramulos complures, qui quidem umbellas gerunt anethi similes*, etc. Sive ut Oribasii interpres reddidit, XI, p. 196: *Multas appendices caulis habet, quae umbellas anetho similes gerunt.* H.

Et hoc laudatum in cibis. Dioscor. l. c. Hard.

Contra serpentium, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Quippe. Diosc. loc. cit. Atque hinc sane in Noth. Diosc. in magno nominum ambitu, ἐλαφικὸν, νέφριον, ὀφιγένιον, ὀφιοκτόνον. H.

Ictus facit eam. Gronov. et al. ante Hard. *ictus non facit*, etc. Et sic quoque Brot. ex MSS. Regg. Manifestum est succum eius non facere eam deteriorem contra serpentium ictus; siquidem hoc pabulo corvi serpentibus resistunt. Ed. P.

XXXVIII. *Scandix quoque*, etc. Inter olera, quae in cibis aumuntur, praesertim apud Aegyptios, et scandicem et anthriscum recensuit. Dal. — *Scandix.* Quae nunc eo nomine indigitanda sit, certo statuere se posse negat Anguillara, parte VII, p. 107: Pingitur tamen a Dodonaeo, p. 689. H. — Σκάνδυξ, καὶ τοῦτο ἄγριον λάχανον, etc. Diosc. II, 168. Est *Scandix Cerefolium* Linn. (*Chaerophyllum sativum. Pent. dig.* gen. 714 Pers. *Umbell.* Juss.), iudice Sprengelio, qui miratur huius oleris Theophrastum non meminisse, quum tamen satis copiose ab Atheniensibus coleretur. Cf. Hist. Rei herb. I, pag. 166. Vide infra not. 4. Ed. P.

Ut Opion. In MSS. Reg. Colb. Th. Ch. *Opinion*, Hard.

Item decocta alvum sistit. Semine singultus confestim ex aceto sedat. Illinitur ambustis, urinas ciet. Decoctae succus prodest stomacho, iocineri, renibus, vesicae. Haec est, quam Aristophanes Euripidi poëtae obiicit iocularitер. matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. Eadem erat anthriscus, si tenuiora folia et odoratiora haberet. Peculiaris laus eius, quod fatigato Venere corpori succurrit, marcentesque senio iam coitus excitat. Sistit profluvia alba feminarum.

XXXIX. Et iasione olus silvestre habetur, in terra repens, cum lacte multo: florem fert candidum: concilium vocant. Et huius eadem commendatio ad stimulandos coitus. Cruda ex aceto in cibo sumpta, mulieribus lactis ubertatem praestat. Salutaris est phthisin sentientibus. Infantium capiti illita, nutrit capillum, tenacioremque eius cutem efficit.

Decoctae succus prodest stomacho, etc. Dioscor. loc. cit. totidem verbis. Hard.

Aristophanes. In ea fabula, quae Acharnensium inscribitur, act. II, sc. 4: Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ φιλτάτιον, Κάκιστ' ἀπολοίμην, εἴ τι σ' αἰτήσαιμ' ἔτι Πλὴν δὲ μόνον, τουτὶ μόνον, Σκάνδικά μοι δός, μητρόθεν δεδεγμένος. Hoc est, Frischlino interprete: *Euripides dulcissime et amicissime, Malè peream, si quid petam a te hoc amplius: scandicem da mihi a matre acceptam tua.* Vbi Scholiastes: Καὶ ἐν τοῖς Ἱππεῦσι δεδήλωται, ὅτι ἡ μήτηρ Εὐριπίδου πωλεῖν ἔλεγετο σκανδικας, Θηλυκῶς δὲ ἡ σκάνδιξ ἔλεγετο, ἔστι δὲ λάχανον ἄγριον εὐτελές. Proverb. e Vatican. Cent. 3, n. 86: Σκάνδιξ. Λάχανον ἄγριον, παρ' ὃ καὶ σκανδικοπώλην τὸν Εὐριπίδην ἔλεγον, ὡς λαχανοπώλιδος υἱόν. Et Gellius, XV, 20: *Euripidis poëtae matrem Theopompus ogrestia olera vendentem, victum quaesisse dicit.* Vide et Val. Max. III, 4. Hard.

Eadem erat. Hoc est, eadem foret. Sic. Virgil. Georg. II, 132: *Et, si non alium late iactaret odorem, Laurus erat.* Similis haec est chaerefolio vulgari: a Clusio delineatur Histor. Rar. pl. VI, p. 199, qualem in horto Regio vidimus. H. — De scandice et anthrisco conf. lib. sup. cap. 52. Ed. P.

Si tenuiora IIa Regg. et Colb. 1. At Ch. Th. *teneriora.* Hard.

XXXIX. *Et iasione.* Vide quae de ea diximus l. XXI, 65, et quae Dodonaeus habet, Pempt. II, lib. I, 10. Dissidet tamen a Dodonaeo Ruellius, II, pag. 454, iasionemque existimat eam esse, quam nostrum vulgus *liseron* vocat: namque haec serpit humi, ramulis lacte praegnantibus, flore con-

XL. Estur et caucalis, feniculo similis, brevi caule, flore candido, cordi utilis. Succus quoque eius bibitur, stomacho perquam commendatus, et urinae, calculisque et arenis pellendis, et vesicae pruritibus. Extenuat et lienis, iocineris, renumque pituitas. Semen menses feminarum adiuvat, bilemque a partu siccat. Datur et contra profluvia geniturae viris. Chrysippus et conceptionibus eam putat conferre multum: bibitur in vino ieiunis. Illinitur et contra venena marinorum, sicut Petrichus in carmine suo significat.

XLI. His adnumerant et sion, latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriusque, copiosum semine, sapore nasturtii. Prodest urinis, renibus, lienibus,

volvuli candido, etc. H. — Est *Convolvulus sepium*. Conf. super. lib. cap. 65. Ed. P.

XL. *Estur et cauc.* Iisdem fere verbis Dioscor. II, 169, et Oribas. XI, §. 200. Rura nostra a foliorum effigie, quam prae se ferunt, appellant *persil bâtard*, inquit, Ruellius II, p. 387. Caucalis albo flore a Clusio pingitur, VI, pag. 204, quidem in horto Regio vidimus. H. — *Caucalis orientalis*. Cf. super. lib. cap. 52. Ed. P.

Commendatus. Gronov. et al. ante Hard. *commodatus*. Ed. P.

Et urinae. Dioscor. loc. cit. Arenis quoque calculisque pellendis, commendat Paxamus in Geop. XII, 32, p. 355. Hard.

Renumque. Obstructiones renium a pituita factas. H.

Chrysippus Καυκαλίδος meminisse Chrysippum in opere quod inscripsit περὶ λαχάνων, de oleribus, auctor est Schol. Nicandri in Ther. p. 39, ubi ait: Καυκαλὶς λάχανόν ἐστιν ἁλμυρόν, etc. Hard.

XLI. *Et sion*. Non est Cratevae σίον, de quo Dioscor. II, 154, hoc est, nasturtium aquaticum, *cresson d'eau*, ut visum Dodonaeo p. 584, folio evidenter repugnante, nempe mentae simili: quod folium ab apio, quicum sion confertur, prorsus dissidere nemo inficias ierit. Ruellio magis assentior, aienti II, pag. 369, eum esse, quam officinae berulam vocant, laberlam gallicum vulgus, vel berlam adhuc vocat: in quo nomine veteris vocabuli relucent vestigia: ut quod apud Latinos antiquitus *laver* dixerit, sequuta aetas diminutione gaudens *laverulam* pronuntiarit: et mox extritis prioribus elementis, in berulam appellationem deflexerit. Iconem apud Matthiolum vide in Dioscorid. II, pag. 483. Est enim σίον Dioscor. loc. cit. et Speusippi apud Athen. II, p. 61. In indice Pliniano. XXVI, n. 32, *laver*, *sive sion*. H. — *Sion*. Brot. ex MSS. *sium*. Servat nomen: *Sium angustifolium* (*Pentand. digyn.* gen. 699 Pers. *Umbell.* Juss.): hab. in aquosis. Ed. P.

Prodest urinis, renibus, lienibus, mulierumque, etc. Dioscor. l. c. et Ga-

mulierumque mensibus, sive ipsum in cibo sumptum, sive ius decocti; sive semen e vino drachmis duabus. Calculos rumpit aquisque quae gignunt eos, resistit. Dysentericis prodest infusum. Item illitum lentigini, et mulierum vitiis in facie noctu illitum, momentoque cutem emendat, et ramices lenit, et scabiem equorum.

XLII. Silybum, chamaeleoni albo similem, aeque spinosam, ne in Cilicia quidem, aut Syria, aut Phoenice, ubi nascitur, coquere tanti est: ita operosa eius culina traditur. In medicina nullum usum habet.

XLIII. Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, et alio nomine limoniam appellat. Frutex est numquam cubitali altior, cristisque foliorum ac radice nigra, sed dulci: Eratostheni quoque laudata in pauperis coena. Vrinam ciere praecipue traditur: sanare lichenas et lepras ex aceto. Venerem stimulare in vino, Hesiodo et Alcaeo testibus: qui florente ea cicadas

len. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 228. Hard.

Calculos. Diosc. et Galen. ll. cc. H.

Dysentericis prodest infusum. Diosc. loc. cit. H.

XLII. *Silybum.* Iisd. verb. Diosc. IV, 169: Σίλυβον· ἄκανθά ἐστι πλατεῖα, φύλλα ἔχουσα χαμαιλέοντι ὅμοια τῷ λευκῷ. Dicemus de eo XXVI, 25. H. — *Carduus marianus* (*Syngenes aequal.* g. 1802 Pers. *Cynaroc.* Juss.): planta febrifuga, diuretica, sudorifera. En. P.

Ita operosa eius culina. Cum oleo et sale coctam edi scribit Diosc. l. c. Hard.

XLIII. *Scolymum quoque in cibos recipit Oriens.* Haec de scolymo Theophrasti audienda sunt, non Dioscoridis. Dal. — *Scolymon.* Syria. De scolymo diximus XX, 99. H. — *Scolymus maculatus?* Cf. sup. lib. cap. 56. Ed. P.

Limoniam. Ita MSS. R. Colb. Th. Chiffl. non *limonion.* Theophr. Hist. VI, 3. Σκόλυμος ἡ καὶ λειμωνία. Quasi carduum pratensem dixeris, quod sit pratorum gaudium, τῶν λειμώνων. H.

Hesiodo. Nunc ita legitur in Ἔργων, v. 582: Ἧμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ δενδρέῳ ἐφεζόμενος, λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ. Τῆμος πιόταταί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος. Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρόταται δέ τε ἄνδρες. Alcaei vero versus et Proclus recitat, in eum Hesiodi locum: Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· Τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται· Ἁ ὥρα χαλεπά. Sequitur apud Athen. X: Ἀχεῖ δὲ ἐκ πετάλων ἀδία ἂν τέττιξ,

acerrimi cantus esse, et mulieres libidinis avidissimas, virosque in coitum pigerrimos scripsere, velut providentia naturae hoc adiumento tunc valentissimo. Item graveolentiam alarum emendat radicis emedullatae uncia, in vini Falerni heminis tribus decocta ad tertias, et a balineo ieiuno itemque post cibum cyathis singulis pota. Mirum est, quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per urinam effluere.

XLIV. Estur et sonchos (ut quem Theseo apud Callimachum apponat Hecale), uterque, albus et

Ανθεῖ δὲ καὶ σκόλυμος. Νῦν δὲ μιαρώταται γυναῖκες, Λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες. Huc respicit Aristot. sect. IV, Probl. 26: Διὰ τί ἐν τῷ θέρει οἱ μὲν ἄνδρες ἧττον δύνανται ἀφροδισιάζειν· αἱ δὲ γυναῖκες μᾶλλον· καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς λέγει, ἐπὶ τῷ σκολύμῳ Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες. Hard.

XLIV. *Estur et sonchos.* Σόγχος., cuius duo sunt genera apud Dioscor. II, c. 159, alterum agreste: urbanum alterum, et esculentum. Sic etiam Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 231: Σόγχος... χλωρὸς ἔτι καὶ ἁπαλὸς ἐσθίεται, τοῖς ἄλλοις ἀγρίοις λαχάνοις ὡσαύτως. *Viridis et tener estur perinde ut caetera agrestia olera.* Galli appellant *laitron*; herbarii nonnulli *palatium leporis*: quod hoc animal ut ab aestu vindicetur, et caloris propulset incommoda, soleat sub eius ramis decumbere, et saepenumero stabulari. Vide Dodon. pag. 632. H. — *Sonchus oleraceus* (*Syng. aequal.* gen. 1763 Pers. *Cichorac.* Juss.). Ed. P.

Hecale. Hecale, anicula pauperrima, Theseum adolescentem comiter hospitio excepit, unde sacrum Hecalesium per pagos celebre Hecalo Iovi, cum Hecales summis honoribus Dal. — *Hecale.* Id nomen poëmatio fuit, quod a Callimacho est editum. Scholiastes Nicandri in Ther. p. 41, Καλλίμακον laudat ἐν τῇ Εκάβῃ ἢ Εκάλη. Scholiast. ipsius Callimachi in hymn. Ap. v. 106, p. 11, ait fuisse qui Callimachum suggillarent, quod magnum ac iustum poëma non posset condere, idcirco scripsisse leve quoddam, cui Hecale nomen esset, ἠναγκάσθη ποιεῖσθαι τὴν Εκάλην. Suidas Εκάλη ὄνομα κύριον, ἡ ἡρωῖς ἡ παρὰ Καλλιμάχῳ, etc. Aliquot versiculos ex eo poëmate recitat Aristophanis Schol. in Acharn. pag. 377. Citatur et a Stephano in Αἴδηψος. Elegans Crinagorae exstat de eo poëmatio epigramma ad Marcell. Anthol. I, 67: Καλλιμάχου τὸ τορευτὸν ἔπος τόδε· δὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ Ὠνὴρ τοὺς μουσέων πάντας ἔσεισε κάλως. Αἰίδει δ' Εκάλης τε φιλοξείνοιο καλιήν, Καὶ Θησεῖ Μαραθὼν τοὺς ἐπέθηκε πόνους. Τοῦ, σοι καὶ νεαρῶν χειρῶν σθένος εἴη ἀρέσθαι, Μάρκελλε, κλεινοῦ τ' αἶνον ἴσον βιότου. *Callimachi carmen teres aspicis: omnia quippe Qui sacra Musarum commovet hoc opere. Est Hecales istic casa parva, sed hospita Thesei: Theseos et sudans*

niger: lactucae similes ambo, nisi spinosi essent: caule cubitali, anguloso, intus cavo, sed qui fractus copioso lacte manet. Albus, qui e lacte nitor, utilis ortophnoicis lactucarum modo, ex embammate. Erasistratus calculos per urinam pelli eo monstrat, et oris graveolentiam commanducato corrigi. Succus trium cyathorum mensura, in vino albo et oleo calefactus, adiuvat partus, ita ut a partu ambulent gravidae. Datur et in sorbitione. Ipse caulis decoctus facit lactis abundantiam nutricibus, coloremque meliorem infantium: utilissimus his, quae lac sibi coire sentiant. Instillatur auribus succus, calidusque in stranguria bibitur cyathi mensura, et in stomachi rosionibus cum semine cucumeris, nucleisque pineis. Illinitur et sedis collectionibus. Bibitur contra serpentes scorpionesque: radix vero illinitur. Eadem decocta in oleo, Punici mali calyce, aurium morbis praesidium est. Haec omnia ex albo. Cleemporus nigro prohibet vesci, ut morbos faciente de albo consentiens. Agathocles etiam contra sanguinem tauri demonstrat succum eius. Refri-

in Marathone labor. Par habeas optó robur, Marcelle, inventae, Laude nec omnigena sit tibi vita minor. H.

Albus et niger. Haec pariter Oribs. XI, p. 199. H.

Copioso lacte manet. Inde *laiteron* nostrum vulgus appellare coepit. Ex eo lacte trahit candorem, seu nitorem, albus. H.

Ex embammate. Εμβαμμα condimentum est, intinctusque ad condienda obsonia. Is lactucis, oleo, sale, aceloque constat. H. — *Ex embammate.* Desunt duo illa verba in Gron. et ante Hard. vulgg. Eo. P.

Et oris graveolentiam, etc. A vitioso et putrido humore, vapore genitum; siccat enim ac refrigerat succus, ideoque putredini obsistit. D.

Ipse caulis dec. facit, etc. Dioscor. II, 158. H.

Quae lac sibi coire. In mammis spissari. H.

Et in stom. rosionibus. Aestuanti stomacho et inflammato illinitur; stomachi rosiones sorbitione mitigat. Dat.

Radix. Dioscor, loc. cit. H.

Decocta. Gronov. et al. *decocto in oleo. Punici.* Ed. P.

Contra sanguinem tauri, etc. Qui potu maxime lethalis est. H. — At

geratoriam tamen vim esse convenit nigro, et hac causa imponendum cum polenta. Zenon radice albi stranguriam docet sanari.

XLV. Condrillon, sive condrille, folia habet intubi, cirumrosis similia, caulem minus pedali, succo madentem amaro, radice fabae simili, aliquando numerosa. Habet proximam terrae mastichen tuberculo fabae, quae apposita feminarum menses trahere dicitur. Tusa cum radicibus tota dividitur in pastillos, contra serpentes, argumento probabili; siquidem mures agrestes laesi ab his, hanc esse dicuntur. Succus ex vino coctae, alvum sistit. Eadem palpebrarum pilos inordinatissimos, pro gummi efficacissime regit. Dorotheus stomacho et concoctionibus utilem carminibus suis pronuntiavit. Aliqui feminis, et oculis, generationique virorum contrariam putavere.

XLVI. Inter ea quae temere manduntur, et bo-

sanguinem tauri lethalem esse Recentioribus non constat. Ed. P.

XLV. *Condrillon.* Haec Dodonaei condrilla prior, p. 626. Iisdem fere verbis a Dioscoride describitur, II, 161, quem condrillam unam in duas species temere discerpsisse, non temere suspicamur. Nostris cliamnum, *Condrille.* H.—*Lactuca perennis* (*Syngenes. aequal.* gen. 1764 Pers. *Cichor.* Juss.); an potius, ut quibusdam placuit, *Chondrilla iuncea?* Ed. P.

Pedali. Gronov. et al. ante Hard. *pedalem.* Et sic quoque Brot. ex MSS. et edit princ. Ed. P.

Radice fabae simili. Non est radix fabae similis, sed mastiche, quam ferl proximam terrae, est fabae similis. Nomen ducit a χόνδρος, grumus, quasi diceretur planta in qua grumi concrescunt. Circa enim ipsos ramulos, ut ait Diosc. II, 161, gummi reperitur mastiches simile, fabae magnitudine, quod quidem cum myrrha tritum, et in linteo, olivae instar, appositum, menses trahit. Ba.

Habet proximam terrae mastichen. Diosc. l. c. H. — *Mastichen tuberculo fabae.* Mastichen, quae in chondrilla reperitur, κυαμιαῖα μεγέθει εἶναι. Dios. tradit, fabae similem esse. Dat.

Succus ex vino coctae, etc. Diosc. loc. cit. H.

Eadem palpebrarum pilos, etc. Dios. loc. cit. Ἀναχολλᾷ δὲ καὶ τρίχας ... ῥίζα πρόσφατος, βαπτομένης εἰς αὐτὴν βλόνας, etc. H.

XLVI. *Et boletos.* Graeci quoque βωλίτας vocant, ut Galen. de alim. Fac. II, c. penult. Hi sunt e fungorum genere, qui principatum obtinent, qui minus omnium nocentes. De his Martial. lib. III, ep. LX: *Sunt tibi boleti: fungos ego sumo suillos.* In

letos merito posuerim, optimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio Principi per hanc occasionem a coniuge Agrippina dato: quo facto illa terris venenum alterum, sibique ante omnes, Neronem suum dedit. Quorundam ex his facile noscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro. Non sunt haec in

Gallia vulgus appellat, *des champignons*, quod in campis tepido imbre proveniunt. Sunt qui ex semine nasci boletos putent. Vide Hist. Acad. Reg. Scient. ann. 1707, p. 58. H. — Inter optimos boletos notissimi, tum fungus campestris, albus superne, inferne rubens I. Bauh. tum fungus porosus, rugosus, albicans, quasi fuligine infestus. C. Bauh. Brot.

Tiberio. Ei qui Caio Caesari Germanico Aug. successit. Vide Dionem, LX, p. 688; Tacitum Annal. XII, sub finem, pag. 193; Suetonium in Claudio, c. XLIV. Post obitum ex esu fungorum relatus est Claudius in divos: qua occasione scripta a Seneca ἀποκολοκύνθωσις. Quo festive Martialis alludens I, Ep. XXI, ad Caecilianum: *Dic mihi, quis furor est? tuba spectante vocata, Solus boletos, Caecilianae, voras. Quid dignum tanto tibi ventre, gulaque precabor? Boletum, qualem Claudius edit, edas.* Quem Claudii boletum, cibum Deorum Nero appellabat. Hard.

Venenum. Fecit Agrippina, inquit, ut Claudio succederet Nero suus, iure natalium; qui fuit alterius generis venenum terris sive imperio, maxime vero ipsi matri suae: quoniam depravato suo vivendi genere mores corrupit imperii, et ante omnes Agrippinam matrem pessimo suo exemplo corrupit ex optima. Non dicit Plinius necatam a Nerone matrem. Est in Thesauro Regio, et apud Patinum, in Famil. p. 178, nummus ex aere minuto, egregiae fabricae; qui quo pertineat, nescire se Patinus fatetur. Ex anteriore parte capul feminae exhibet, cum hac epigraphe, MINERVA MP. In altera aedificium perpulchrum est: cum his litteris PS SC. Harum litterarum sententia haec est: *Mausoleum Insigne NEro Imperator Agrippinae Matri Fecit, Publico Sumptu, Senatus Consulto.* In eo nummo nexae sunt litterae duae NE, quae Neronem significant. In nummis Graecis appellatur ipsa interdum ΙΟΥΛΙΑ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ. Iulia quidem, quoniam esset ex gente Iulia, proneptis Iulii Caesaris Augusti, neptis Iuliae Augusti filiae, et Agrippae, qui prior Iuliae maritus fuit: filia denique Agrippinae, Germanici coniugis; quae Iulia quoque ex matre primum nomen habuit, ex patre Agrippa alterum. Hard.

Rancido aspectu. Qui ipso aspectu rancorem, seu putorem produnt. H. — Maxime memorabilis est differentia, quam inter fungos edules et noxios stabilivit Diphilus Siphnius, ap. Ath. II, 19: illos quidem esse teneros, graciles et valde friabiles; hos vero lividos et duros, elixosque piceo co-

quibusdam; siccique, et nitri similes, veluti guttas in vertice albas ex tunica sua gerunt. Volvam enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volva, ceu in ovo est luteum. Nec tunicae minor gratia in cibo infantis boleti. Rumpitur haec primo nascente: mox increscente, in pediculi corpus absumitur, raroque umquam geminis ex uno pede. Origo prima causaque e limo, et acescente succo madentis terrae, aut radicis fere glandiferae; initioque spuma lentior, dein corpus membranae simile, mox partus. Vt diximus, illa pernicialia, prorsus improbanda. Si enim caligaris clavus, ferrive aliqua rubigo, aut panni

lore aquam tingere. Cf. Sprong. Hist. Rei herb. I, 123. Ed. P.

Veluti guttas. Coneretam pituitam, γλοιώδες; ἐπέπαγον. Diosc. Dal.

Volvam. Sic tuber appellant, quod fungum in sese, ceu fetum vulva, complectitur. H.

Mox increscente, etc. Boleto increscente, in substantiam eius pediculi membrana consumitur. Vocem *increscente* adiecimus ex MSS. Regg. Colb. Th. Chifflet. mutila alioquin obscuraque sententia. H.

Origo prima causaque e limo, etc. Obscura etiamnum et incerta fungorum generatio, licet ab auctoribus descripta. Michelius, Hedwigius, et post eos alii plures, pollen masculum et semina in lamellatis tubulatisque fungorum pileis invenerunt, aut invenisse crediderunt; sed idem accidit quod et in muscorum ordine; nempe ut fere omnes dissentirent in definiendis partibus, quas aut masculorum, aut femininorum, ut vocant, *organorum* nomine insignirent. Tenuitas partium in prima evolutione, non sinit nodum plane solvere, sed observata πάθημα sexuum actionem, et analogiam cum caeteris plantis confirmant. Nascentis fungi primordium filamentosum est atque byssinum, in tellure arborumve cortice latens radicis instar, passim tuberculis obsitum occultis, vicissim extra prominulis, et in verum fungum excrescentibus celeri incremento; unde quidam, fungos lichenibus assimilantes, eos pro *seutis* habent plantarum subterranearum vel clandestinarum. Cf. Juss. Gen. pl. et auctores supra laudatos, Michelium, Hedwigium, Persoonium de Fungorum natura et nomenclatione, et inculantissimam Fungor. Hist. nostratis Bulliardi, qui fere omnes delineandas species suscepit, variisque et periculosis saepius experimentis, uniuscuiusque vires deprehendere tentavit. Ed. P.

Mox partus. Fetus, seu boletus ipse. Hard.

Si enim caligaris clavus, etc. Sic Diosc. IV, 83, exitiosos fieri fungos ait, si iuxta clavos rubiginosos, pannosque putridos, aut latibula serpentium gignantur: vel arboribus denique, quae privatim noxios pariunt fructus, adnascantur: ἢ γὰρ ἥλοις

marcor affuerit nascenti, omnem illico succum alienum saporemque in venenum concoquit: deprehendisse qui, nisi agrestes, possunt, atque qui colligunt? Ducunt ipsi alia vitia: et quidem si serpentis caverna iuxta fuerit, si patescentem primo adhalaverit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum. Itaque caveri conveniet, prius quam se condant serpentes. Signa erunt tot herbae, tot arbores fruticesque, ab emersu earum ad latebram usque vermantes: et vel fraxini tantum folia, nec postea nascentia, nec ante decidentia. Et boletis quidem ortus occasusque omnis intra dies septem est.

XLVII. (XXIII.) Fungorum lentior natura, et numerosa genera, sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi, qui rubent callo, minus dilato rubore, quam boleti. Mox candidi, velut apice Flaminis in-

κατιωμένοις, ἢ ῥάκεσι σεσηπόσιν, ἢ ἑρπετῶν φωλεοῖς παραφύονται, ἢ δένδρεσιν, ἰδίως βλαπτικοὺς φέρουσι τοὺς καρπούς H.—*Caligaris clavus.* Caliga, militare calceamentum, clavis suffixum ferreis, argenteis, aureis, ut quisque luxu et opibus diffluebat: commune tam gregario, vili, et obscuro militi, quam duci et centurioni: Inde *caligati milites* Suetonio in Augusto et Vitellio. Indo nomen Caligulae imperatoris. Supra lib. VII, c. 43: *P. Ventidius iuventam inopem toleravit in caliga militari.* Dal. — *Affuerit.* Brot. *adfuit.* Ed. P.

Deprehendisse qui. Libb. ante Hard. edd. *deprehendisseque.* Gron. tamen in not. *qui.* Ed. P.

Si patescentem primo adhalaverit. Si erumpentem primo fungum e terra serpens halitu suo afflaverit. Hard.

Et vel fraxini tantum folia. Id iam superius adnotatum XVI, 24. Hard.

XLVII. *Fungorum.* Humidior. Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 240: Μύκης, ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν ἱκανῶς, etc. Hard.

Qui rubent callo. Quibus caro rubet. H. — Multi quidem sunt fungi esculenti et intissimi. At ob gulam et venenis saepe pascimur, nec nos deterrent infames tot mortes per singulos ferme annos. Brot.

Velut apice Flaminis insignibus pediculis. Pediculis eorum fungorum apicem Flaminis repraesentantibus. Est autem apex, in summo Flaminis pileo virga lanata, hoc est, in cuius extremitate modica lana est; quod primum constat ap. Albam Ascanium statuisse. Haec Servius in Aeneid. II. Huius pilei cum apice, effigiem nummus Iulii Caesaris exhibet; ap. Ant. August. Tab. 8. Apex alter Flaminum, alter Pontificum fuit. De utroque Philippus Rubenius Elect. II, 25. H.

signibus pediculis. Tertium genus suilli, venenis accommodatissimi. Familias nuper interemere, et tota convivia, Annaeum Serenum praefectum Neronis vigilum, et tribunos, centurionesque. Quae voluptas tanta ancipitis cibi? Quidam discrevere arborum generibus, fico, ferula, et gummim ferentibus; nos item
2 fago, aut robore, aut cupresso, ut diximus. Sed ista quis spondet in venalibus? Omnium colos lividus. Hic habebit veneni argumentum, quo similior fuerit arborum fici. Adversus haec diximus remedia, dicemusque: interim sunt aliqua et in his. Glaucias stomacho utiles putat boletos. Siccantur pendentes suilli, iunco transfixi, quales e Bithynia veniunt. Hi fluxionibus alvi, quas rheumatismos vocant, medentur,

Tertium. Deterioris notae, maioris que periculi id fungorum genus: de quo Martialis paullo ante laudatus. Nunc etiam Italia *Porcinos* vocat. De his aliisque generibus Matthiol: in Diosc. IV, p. 1105, consulendus, et ante caeteros Ruellius, III, p. 619. Hard.

Annaeum, Serenum. Fuisse hunc Senecae familiarissimum, auctor est Tacit. Annal. XIII, pag. 200. Seneca ipse Ep. LXIII: *Haec tibi scribo*, inquit, *is qui Annaeum Serenum, carissimum mihi, tam immodice flevi, ut quod minime velim, inter exempla sim eorum, quos dolor vicit*. Et inscripserat is eidem libros suos de Tranquillitate. Hard.

Quidam discrevere arborum generibus. Nostri nunc praeferunt e montibus inter juniperos, et in locis apricis enatos: quanquam scribit Horat. Sat. II, 4, v. 20: *Pratensibus optima fungis Natura est: aliis male creditur*. Innocentissimi etiam sunt e rubis et carduis vere nati, rotunditate clusili, quos spinulos inde, et prunulos appellant et cardeolos. Hard.

Et gummim. MSS. omnes ubique, *gummis et gummim* exhibent femineo genere. Hard.

Ut diximus. Lib. XVI, cap. 11. H.

Hic habebit. Ita MSS. non *his aberit*, ut editi. Certe virus praeferre lividum colorem, etiam in boletis, superiore capite Plinius admonuit. Hard.

Adversus haec diximus. Lib. XX, cap. 13, alibique passim. Hard.

Interim sunt aliqua et in his. Sunt et quae petantur e fungis remedia. Hard.

Rheumatismos. Ρευματισμὸς κοιλίας, rheumatismus alvi, i. e. fluxus mali et noxii humoris in alvum; vel simpliciter fluxio alvi: quo morbo qui laborant, coeliaci dicuntur. Κοιλίαν ῥευματιζομένην dixit Diosc. I, 164. Et est dysenteria quoque teste Th. Prisc. II, p. 2, cap. 18: *Intestinorum vulneratio cum rheumatismo*. Hard.

excrescentibusque in sede carnibus: minuunt enim eas, et tempore absumunt. Item lentiginem et mulierum vitia in facie. Lavantur etiam, ut plumbum oculorum medicamento. Sordidis hulceribus et capitis eruptionibus, canum morsibus ex aqua illinuntur. Libet et coquendi dare aliquas communes in omni eo genere observationes, quando ipsae suis manibus deliciae praeparant hunc cibum solum, et cogitatione ante pascuntur, succineis novaculis, aut argenteo apparatu comitante. Noxii erunt fungi, qui in coquendo duriores fient: innocentiores qui nitro addito coquentur, si utique percoquantur. Tutiores fiunt cum carne cocti, aut cum pediculo piri. Pro-

Lavantur etiam, ut plumbum. Dalecampius (quoniam Superis ita placuit) medicus, legi ita iubet: *Linuntur etiam ad plumbum et oculorum medicamenta*: quod nec orationis structura patitur, nec mens scriptoris. Lavari plumbum, quod genus metalli notissimum est, ad oculorum remedia, ipse Plinius prolixe edocet XXXIV, 50; simili ratione lavari nunc iubet, ad eadem medicamenta: quid planius? Hard.

Oculorum medicamento. Lib. ante Hard. edit. *in oculorum medicamenta.* Ed. P.

Succineis novaculis. Quarum e succino, hoc est, electro manubrium fuerit. Ait delicatos homines eo luxuriae devenisse, ut fungos manibus ipsi suis praeparent ad cibum: ac simul vel aspectu ipso et cogitatione ante pasci, quam re, quum succineis ad id novaculis utuntur, argenteisque lancibus, in quibus fungi excipiuntur. Hard.

Noxii erunt fungi. Ita Diphilus Siphnius apud Athen. II, p. 61: Ἀνοίκειοι δὲ οἱ μετὰ τὸ ἑψηθῆναι καὶ τεθῆναι προσόμενοι. *Inconvenientes ei, qui cocti et appositi fiunt duriores.* Hard.

Innocentiores. Nitri certe, oleique, vel sceli, quo diluantur, potu, fungorum venena discuti auctores sunt, Scrib. Larg. Comp. CXCVIII, et Diosc. IV, 83. Hard.

Cum carne cocti. Ob carnis pingue. Eadem ratione cum olen vel butyro multo coquunt. Dal.

Aut cum pediculo piri. Aut cum silvestribus piris, dixit Diosc. I, 168. At Celsus, V, 27, tit. *Adversus fungos inutiles: Specie quidem*, inquit, *discerni possunt ab utilibus, et coctura genere idonei fieri. Nam sive ex oleo inferbuerunt, sive piri suculus cum his inferbuit, omni noxa vacant.* Hard.

Prosunt. Silvestria quidem, ἀχράδες, si Dioscoridem audimus, in Alex. cap. 23. Hard.

sunt et pira confestim sumpta. Debellat eos et aceti natura, contraria iis.

XLVIII. Imbribus proveniunt omnia haec. Imbre et silphion. Venit primo e Cyrenis, ut dictum est. Ex Syria nunc maxime importatur, deterius Parthico: sed Medico melius, exstincto omni Cyrenaico, ut diximus. Vsus silphii in medicina: foliorum ad purgandas vulvas pellendosque emortuos partus: decoquuntur in vino albo et odorato, ut bibatur mensura acetabuli a balineis. Radix prodest arteriis exasperatis: et collectionibus sanguinis illinitur. Sed in cibis concoquitur aegre. Inflationes facit et ructus. Vrinae quoque noxia. Sugillatis cum vino et oleo

Debellat. Id multo uberius tractat Athen. II, p. 61, ex Diphilo Siphnio medico. Parari fungos ex aceto iubet, ut virus omne, venenique vis adimatur. Hard.

XLVIII. *Silphion.* Libyca planta quae ὀπὸν κυρηναϊκὸν largiebatur, est *Ferula tingitana* (*Pentand. digyn.* gen. 692 Pers. *Vmbellifer.* Juss.); folium μάσπετον dictum, cum *Apio Petroselino* ab auctoribus graecis comparatur, semen dicitur φύλλον ob alas membranaceas. Eam speciem alienam a persica Asa foetida, primus descripsit Hermannus, Parad. bot. p. 165; simul etiam Rivinus Pentap. reg. Longe aliena est a persica quam Kaempferus, Amoenit. 536, delineavit, quaeque eadem fere cum ea esse videtur, quam P. Alpinus, Exot. 210, e seminibus thracicis eduxerat. Persicam speciem, sive Asam foetidam, in Caucaso nasci et a pecudibus adamari Aristobulus refert apud Arrianum, Exped. Alex. III, 28; in Media provenire Strabo, XI, pag. 791. De silphio Conf. Laurence, *New System of agriculture*, p. 384. Nostra species *tingitana* folia magis laciniata habet, quibus ad Petroselini similitudinem accedit; nitida etiam sunt et e petiolis latissime vaginantibus surgunt: persica autem species quae Asam foetidam largitur, habet foliola integriuscula, obtusiuscula, alternatim sinuata. Cf. Spreng. Hist. Rei herb. I, p. 84. Ed. P.

Vt dictum est. Lib. XIX, 15. H.

Ex Syria nunc maxime. Diosc. III, 94. Hard.

Prodest. Diosc. III, 94: Ἀρήγει δὲ καὶ βρόγχων χρονίαις τραχύτησι· φωνήν τε αἰφνιδίως δασυνθεῖσαν ὕδατι διεθεὶς, etc. *Arteriis, seu faucibus longo tempore exasperatis opitulatur: ac vocem, quae derepente irraucuerit, aqua dilutus, sorbitione confestim expedit.* Hard.

Sed in cibis concoquitur aegre. Diosc. III, 94. Hard.

Inflationes. Diosc. l. c. Hard.

Vrinae quoque noxia. Haec pariter Diosc. l. c. Κύστεως κακωτική· ἰᾶται δὲ καὶ τὰ ὑπώπια σὺν ἐλαίῳ καταπλασθεῖσα. Hard.

amicissima, et cum cera strumis. Verrucae sedis crebriore eius suffitu cadunt.

XLIX. Laser e silphio profluens, quo diximus modo, inter eximia naturae dona numeratum, plurimis compositionibus inseritur. Per se autem algores excalfacit, potum nervorum vitia extenuat. Feminis datur in vino. Et lanis mollibus admovetur vulvae ad menses ciendos. Pedum clavos circumscarificatos ferro, mixtum cerae extrahit. Vrinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andreas spondet, copiosius sum- 2
tum nec inflationes facere, et concoctioni plurimum conferre senibus et feminis: item hieme, quam aestate, utilius, et tum aquam bibentibus; cavendumque ne qua intus sit exhulceratio. Ab aegritudine recreationi efficax in cibo. Tempestive enim datum, cauterii vim obtinet: assuetis etiam utilius, quam expertibus. Ad extera corporum, indubitatas con- 3
fessiones habet. Venena telorum et serpentium exstinguit potum: ex aqua vulneribus his circumlinitur: scorpionum tantum plagis ex oleo: hulceribus

XLIX. *Quo diximus modo.* Lib. XIX, cap. 15. Hard.

Pedum clavos circumscarificatos. Prius circumcisos, Dioscor. III, 94: Ἥλους τε καὶ τύλους αἴρει προπεριχαραχθέντας, προμαλαχθεὶς κηρωτῇ, etc. *Clavos callosque prius circumcisos extrahit laser, seu silphii liquor: siquidem cerato ante fuerit subactus,* etc. In MSS. Regg. Colb. Th. *circumscariphatos* legitur. Scarificare, seu scarifare, est per ambitum ac superficiem aliquid scindere. Hesych. Σκαριφᾶσθαι, ξύειν. Σκάριφος, ξέσις. H.

Exhulceratio. Ne sint exhulcerata intestina. Hard.

Cauterii vim obtinet. Καυτήριον, et instrumentum est, et medicamentum, quod urendi vim habet, ad intercipiendas fluxiones solitum adhiberi. Itaque laser cauterii vim dicitur obtinere, quod fluxiones ac pituitas intus desiccat, acrimonia sibi innata, quibus intercipiendis cauterio esset alioqui opus. Hard.

Ad extera corporum. Ad morbos quibus corpora exterius afficiuntur. H.

Venena telorum et serpentium exstinguit potum. Dioscor. lib. III, cap. 94. Hard.

Ex aqua vulneribus his circumlinitur. Diosc. loc. cit. Hard.

Scorpionum tantum plagis. Diosc. loc. cit. Hard.

vero non maturescentibus cum farina hordeacea, vel fico sicca. Carbunculis cum ruta, cum melle, vel per se visco superlitum, ut haereat: sic et ad canis morsus. Excrescentibus circa sedem, cum tegmine punici mali ex aceto decoctum. Clavis, qui vulgo morticini appellantur, nitro mixto. Alopecias nitro ante subactas replet cum vino et croco, aut pipere, aut murium fimo, et aceto. Perniones ex vino fovet, et ex oleo coctum imponitur: sic et callo. Clavis superrasis praecipue utilitatis. Contra aquas malas, pestilentes tractus, vel dies. In tussi, uva fellis veteri suffusione, hydropisi, raucitatibus: confestim enim purgat fauces, vocemque reddit. Podagras in spongia dilutum posca lenit. Pleuriticis in sorbitione vinum poturis datur: contractionibus, opisthotonicis, ciceris magnitudine cera circumlitum. In angina gar-

Carbunculis. Brevius, sed non accuratius, Diosc. l. c. Πρός τε ἄνθρακας, μετὰ πηγάνου, καὶ νίτρου, καὶ μέλιτος, ἢ καθ' ἑαυτόν. Hard.

Melle Gr. *vel cum melle.* Ed. P.

Sic et ad canis morsus. Diosc. l. c. Hard.

Excrescentibus. Carni excrescenti. Quod de lasere, sive succo Plinius, hoc de silphii radice Diosc. l. c. Τὰς περὶ δακτύλιόν τε ἐξοχὰς αἴρει, σιδίῳ σὺν ὄξει ἐψηθεῖσα, καὶ καταπλασθεῖσα. *Excrescentia circa sedem tollit, tegmini mali punici incocta cum aceto et imposita.* Hard.

Clavis, qui vulgo morticini. Hoc est, ut quidem remur, exitiales, lethales, mortiferi. Prius legebatur: *Clavis pedum, qui vulgo... nitro mixto, ante subactum. Carnes replet,* etc. Insigni medicamentorum perturbatione, et veterum codicum neglectu: in quibus nec vox *pedum* adest: nec *carnes*, sed *alopecias* diserte legitur. Sic Reg. 2, aliique. De clavis pedum ubique paulo post tradentur remedia, quae diversis locis non forent tractanda, si de ipsis nunc ageretur. Sed vox adiecta, *morticini*, non de vulgari genere clavorum, accipi haec oportere declarat. Alopecias vero quod attinet, Diosc. adstipulatur, III, 94: Ἀλωπεκίας θεραπεύων, σὺν οἴνῳ καὶ πεπέρει, καὶ ὄξει καταχρώμενος. Hard.

Clavis superrosis. Gr. *clavis pedum sup.* et sic Brot. edidit. Ed. P.

In tussi. Diosc. loc. cit. H.

Fellis. Hoc est, ἰκτεριοῖς, Diosc. loc. cit. Hard.

Confestim. Diosc. l. c. H.

Pleuriticis in sorbitione. Diosc. l. c. Hard.

Opisthotonicis. His oboli pondere dari laseris succum devorandum praecipit Dioscorid. loc. cit. Hard.

garizatur. Anhelatoribus, et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur: aeque ex aceto his qui coagulum lactis sorbuerint. Praecordiorum vitiis syntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulsa linguae paralysi. Coxendicibus et lumborum doloribus cum decocto melle illinitur. Non censuerim, quod auctores suadent, cavernis dentium in dolore inditum cera includi: magno experimento hominis, qui se ea de causa praecipitavit ex alto. Quippe tauros inflammat naribus illitis: serpentes avidissimas vini admixtum rumpit. Ideo nec inungi suaserim cum Attico melle, licet praecipiant. Quas habeat utilitates admixtum aliis, immensum est referre: et nos simplicia tractamus: quoniam in his naturam esse apparet, in illis coniecturam saepius fallacem, nulli satis custodita in mixturis concordia naturae ac repugnantia. Qua de re mox plura.

L. (XXIV.) Non esset mellis auctoritas in pretio minor, quam laseris, ni ubique nasceretur. Illud ipsa fabricata sit natura: sed huic gignendo animal, ut diximus: innumeros ad usus, si quoties misceatur, aestimemus. Prima propolis alvorum (de qua dixi-

In angina gargarizatur: Dioscorid. l. c. et Marc. Emp. cap. xv, pag. 104 sqq. Hard.

Qui coagulum lactis sorbuerint. Quibus haustum lac coagulatum fuerit, sive intus concreverit, sumptus ex aceto mulso silphii succus opitulatur, inquit Dioscorides, l. c. Καὶ τοῖς γάλα τεθρομβωμένον ἔνδον πιοῦσι, μετ' ὀξυμέλιτος ληφθεὶς βοηθεῖ. H.

Syntecticis. Syntectica vitia, sive syntexes, συντήξεις, ad verbum colliquationes consumptionesque, recte cum Tullio dixeris. In corpore nostro sic vocantur ex tabe quae sensim fit consumptio, colliquefacta solida substantia. Ita affectos saepe Plinius syntecticos vocat, συντηκτικούς. H.

Comitialibus. Dioscor. l. c. in aceto mulso, ἐπιληπτικοῖς μετ' ὀξυμέλιτος ληφθείς. Hard.

Non censuerim, quod auctores suadent, etc. Suadet Dioscorid. loc. cit. Hard.

Qua de re. Nempe cap. 56 huius libri. Hard.

L. *Illud ipsa*, etc. Laser natura, mel apes fingunt. H.

Et diximus. Lib. XI. H.

Prima) *Propolis, quam quidam*

mus) aculeos et omnia infixa corpori extrahit, tubera discutit, dura concoquit, dolores nervorum mulcet. hulceraque iam desperantia cicatrice includit. Mellis quidem ipsius natura talis est, ut putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atque non aspero, alia quam salis natura. Faucibus, tonsillis, anginae, omnibusque oris desideriis utilissimum, arescentique in febribus linguae. Iam vero peripneumonicis, pleu-

sacram ceram vocant, inquit Marc. Emp. cap. xv, pag. 111, forte ob eximios in medicina usus. De ea cum Plinia egimus lib. XI, cap. 6. H.

Aculeos. Pariter haec Dioscor. II, 106. Hard.

Dura concoquit. Scrib. Larg. comp. LXXXII: *Malagma ad strumam et omnem duritiem mirificum. Idem ad manimarum muliebrium duritiam, et ad panniculos, et ad tubera... Propolis, quam quidam ceram sacram vocant*, etc. Hard.

Iam desperantia. Ita libri omnes: hoc est, iam desperata fere. Tamen in MSS. Regg. Colb. *iam desperantia cicatricem, cludit*. Credo, rectius: quasi, quae desierint sperare se coitura in cicatricem. Sic *vitam desperare*, apud Tullium legas, pro Milone, n. 57. Et *rempublicam desperare* ad Famil. XII, 14. Hard. — *Cicatrice includit*. Brot. ex Regg. 1, 2, *in cicatricem cludit*. Ed. P.

Vt putrescere corpora non sinat. Alexandri corpus melle oblitum incorruptum perdurasse monstrant hi Papinii vs. Silv. III, 2, 117: *Duo et ad Aemathios manes, ubi belliger urbis Conditor Hyblaeo perfusus nectare durat*. Xenophon Commentariorum V, Agesipolio, Laecdaemoniorum regem, vita functum, et melle conditum scribit Spartam relatum, et regio funere sepultum fuisse. Gemistus Plethon Agesilaum mortuum, inopia mellis, cera circumlitum, Lacedaemonem reportatum fuisse tradit. Rhod. XXVIII, 27. Ap. Non. Varro περὶ τροφῆς: *Quare Heraclides ποντικὸς plus sapit; qui praecepit ut comburerent, quam Democritus, qui ut in melle serparent: quem si vulgus sequutus esset, peream si centum denariis calicem modsi emere possimus*. Victorius, I, 19. D. — *Vt putrescere*. Babylonios melle corpora defunctorum condire solitos, Persas vero cera, testis est Herodotus lib. I. Hard.

Faucibus. Dioscor. II, 101. H.

Arescentique in febribus linguae. Ad id potius utile fuerit saccharum, quod iuxta Galen. lib. Methodi, nec sitim facit, nec in bilem vertitur. Dal.

Iam vero peripneumonicis. Quo morbi genere teneantur ii, qui sic appellantur, Celsus explicat IV, 7: *Ex pulmone*, inquit, *vehemens et acutus morbus oritur, quem περιπνευμονικὸν Graeci vocant: eius haec conditio est: pulmo latus afficitur: huic eius casum subsequitur tussis, bilem vel pus trahens: praecordiorum, totiusque pectoris gravitas, spiritus difficultas, magnae febres, continua vigilia, cibi fastidium, tabes. Id genus morbi plus periculi, quam doloris habet*. Nos *pulmonicos* vulgo appellamus. H.

riticis decoctum. Item vulneribus, a serpente percussis. Et contra venena fungorum. Paralyticis in mulso: quamquam suae mulso dotes constant. Mel auribus instillatur cum rosaceo: lendes et foeda capitis animalia necat. Usus despumati semper aptior: stomachum tamen inflat, bilem auget, fastidium creat, et oculis per se inutile aliqui arbitrantur. Rursus quidam angulos exhulceratos melle tangi suadent. Mellis causas, atque differentias, nationesque, et indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus, quum ratio operis dividi cogeret miscenda rursus, naturam rerum pernoscere volentibus.

LI. In mellis operibus et aqua mulsa tractari debet. Duo genera eius: subitae ac recentis, alterum inveteratae. Repentina despumato melle praeclaram utilitatem habet in cibo aegrotantium levi, hoc est,

Item vulneribus. Dioscor. II, 101, iis prodesse pariter scribit, quos serpentes momorderint. Hard.

Et contra venena fungorum. Dioscor. l. c. Hard.

Mel auribus instillatur. Sonantibus, et dolore affectis. Dioscor. Dal. — *Instillatur.* Plin. Val. I, 9. Hard.

Lendes et foeda, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

Stomachum. Dioscor. loc. cit. φυσώδες κοιλίας. Hard.

Rursus quidam angulos. Scrib. Larg. Com. med. XXV: *Ad sordida ulcera oculorum, crustasque habentia, quas ἰσχάρας vocant: item carbunculos, quos ἄνθρακας dicunt, facit bene et per se mel Atticum, pyxide Cypria aeris conditum, et repositum mensibus duobus, nec minus*, etc. Dioscor. loc. cit. melle purgari asseverat ea, quae pupillis tenebras offundunt: Αποκαθαίρει δὲ καὶ τὰ ἐπιπροσθοῦντα ταῖς κόραις. Hard.

Et indicationem, in apium, ac deinde florum natura, etc. Indicium pretii, notae, ac bonitatis. Indicatura eo sensu dicitur, in Praef. ad Vespas. De ea voce dicemus uberius, XXIX, 8. Cuius mel quodque notae sit, indicasse se significat XI, 13. ubi apium natura describitur: mox et XXI, 14, sequentibusque, qui liber in explicanda florum natura versatur. H.

LI. *In mellis operibus et aqua mulsa tractari debet.* Aqua mulsa est, quae melle concinnatur. Qua illa arte paranda sit, ex Columella disce, XII, 42. Hydromeli Graeci vocant, ut diximus XIV, 20. Hard.

Alterum inveteratae. Ξηραστοῦ et ἀποθέτου, conditivae. Dioscorid. hanc proprie ὑδρόμελι vocat. Dal.

In cibo. Una cum cibo. H.

alicae elutae : viribus recreandis, ore stomachoque mulcendo, ardore refrigerando. Frigidam enim utilius dari ventri molliendo, invenio apud auctores. Hunc potum bibendum alsiosis: item animi humilis et praeparci, quos illi dixere micropsychos. Et est ratio subtilitatis immensae a Platone descendens: corpusculis rerum laevibus, scabris, angulosis, rotundis, magis aut minus ad aliorum naturam accedentibus: ideo non eadem omnibus amara, aut dulcia esse. Sic et in lassitudine proniores esse ad ira-

Alicae elutae. De alica diximus XVIII, 29. Alicae elutae iterum mentio inferius c. 61. H.

Viribus recreandis. Ad hos usus valustiorem Diosc. commendat V, 17, aut mediae certe aetatis. H.

Frigidam enim utilius dari. Frigidam mulsam Diosc. V, 17: Χρώμεθα δὲ τῷ μὴ ἀφεψημένῳ, ἐφ' ὧν κοιλίαν μαλάξαι βουλόμεθα. *Cruda utimur, quum ventrem mollire volumus.* Sic Hippocr. quoque de Morb. II, 1. 12, p. 43. Hard.

Item animi humilis. Iis qui immodico sudore digeruntur, et quibus languidus pulsus est: τοῖς διαφορουμένοις, καὶ μικροσφύκτοις. Dalec. — *Item.* Quos Graeci μικροψύχους vocant. Exclamat Salmas. in Praef. Plin. pag. 107, μικροσφύκτους confundi a Plinio cum μικροψύχοις. Pusilli animi et praeparci homines, Graecis vocari μικροψύχους, ut contra liberales et prodigos μεγαλοψύχους. At μικροσφύκτους appellari, quibus minimus est venarum seu arteriarum, pusillusque pulsus, ut est eorum, quibus animus deficit: Μικρὰν σφυγμὸν medicis dici, indeque μικροσφύκτους, quibus talis est. Hoc note Salmas. dixerat Coel. Rhodig. III, 15. At subiicit ille deinde, hanc esse Dioscoridis de melicrato, seu aqua mulsa orationem, V. Videlicet, 17: Τῷ δὲ ἀφεψημένῳ ἐπὶ τῶν μικροσφύκτων καὶ ἀσθενῶν, καὶ βασσόντων. Audivisse Plinium ab anagnoste legi μικροψύχοις, pro μικροσφύκτοις: esse id vero perridiculum, aquam mulsam prodesse hominibus animi humilis ac praeparci. Alterum hoc convitium Salmasius, ut Plinio ingereret, a Dalecampio mutuum accepit, nec raddidit tamen, non appellato eius nomine. Sed lubet de utroque conqueri, et sane licet. Quid enim? Non poterit impune et sine noxa Plinius quaedam afferre in medium, quae Dioscoridi latuerint? Etiamne si quempiam alium sententiae suae adstipulatorem habeat? Etiamne si Platonem? Atqui huius ipsius placiti auctorem hunc allegat, verbis iis quae statim subnectit: *Et est ea ratio*, inquit, *sententiaque, a Platone descendens*; molliri videlicet ac mutari cibo mores, tristitiamque et omnem animi impetum comprimi: neque magis ad corpora, quam ad animos ipsos cibum pertinere. Platoni igitur, non Plinio, si iura licet, dicam scribant eruditi illi nostri reprehensores. Hard.

Sic et in lassitudine. Egregie in eam rem Seneca de Ira, III, 10: *Fames,*

cundiam, et in siti. Ergo et haec animi asperitas, seu potius animae, dulciore succo mitigatur. Lenit transitum spiritus, et molliores facit meatus, ne scindant euntem redeuntemque. Experimenta in se cuique: nullius non ira luctusque, tristitia et omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoque observanda sunt, quae non solum corporum medicinam, sed et morum habent.

LII. Aqua mulsa et tussientibus utilis traditur, calefacta invitat vomitiones. Contra venenum psimmythii salutaris, addito oleo. Item contra hyosciamum, cum lacte maxime asinino, et contra halicacabum, ut diximus. Infunditur et auribus, et genitalium fistulis. Vulvis imponitur cum pane molli, subitis tumoribus luxatis, leniendisque omnibus. Inveteratae usum damnavere posteri, minus innocentem aqua, minusque

inquit, *et sitis ex iisdem causis vitanda est: exasperat enim et incendit animos. Vetus dictum est, a lasso rizam quaeri: aeque autem et ab euriente, et a sitiente; et ab omni homine, quem aliqua res urit. Nam ut hulcera ad levem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt, ita animus affectus minimis offenditur... Nunquam sine querela aegri tanguntur.* Hard.

Ergo et haec animi, etc. Sic etiam et vino, teste Horatio, Epist. I, 15, v. 18: *Ad mare quum veni, generosum et lene requiro, Quod curas abigat, quod cum spe divite manet In venas animumque meum, quod verba ministret*, etc. Hard.

LII. *Aqua mulsa.* Huius dotes Marcell. Emp. explanat, c. xxx, p. 241. Tussientibus praeberi calefactam, frigidam vomituris iubet Diosc. III, 7: Τῷ δὲ ἀφεψημένῳ ἐπὶ τῶν βηττόντων. Et paulo ante: Χρώμεθα δὲ τῷ μὴ ἀφεψημένῳ, ἐφ' ὧν βουλόμεθα ἔμετον κινῆσαι. Hard.

Contra venenum psimmythii. Omnibus, qui venenum quodvis hauserini, inquit Diosc. loc. cit. Επὶ τῶν θανάσιμον πεπωκότων, διδόντες αὐτὸ μετ' ἐλαίου. Hard.

Vt diximus. L. XXI, 105. H.

Genitalium) *Ex hulceribus*, inquit Celsus V, 28, *fistulae oriuntur. Id nomen est hulceri alto, angusto, calloso. Fit in omni fere parte corporis: habetque quaedam in singulis locis propria*, etc. Vt Graeci quoque σύριγγα vocant: Galli, *une fistule.* H.

Vulvis imponitur. Tumentibus, et inflatis. Diosc. Hard.

Inveteratae usum damnavere. In inflammationibus et obstructionibus viscerum. Dioscorid. ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων καὶ στεγνῶν. Dalec. — *Inve-*

vino firmum. Longa tamen vetustate transit in vinum, et constat inter omnes, stomacho inutilissimum, nervisque contrarium.

LIII. Semper mulsum ex vetere vino utilissimum, facillimeque cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam evenit. Ex austero factum non implet stomachum, neque ex decocto melle, minusque inflat, quod fere evenit. Appetendi quoque revocat aviditatem cibi. Alvum mollit frigido potu, pluribus calido sistit. Corpora auget. Multi senectam longam mulsi tantum nutritu toleravere, neque alio ullo cibo, celebri Pollionis Romilii exemplo. Centesimum

teratae. Vide Hipp. de Vict. in morb. ac. t. 27, p. 290. H.

Stomacho. Bilioso. Dalec.

LIII. *Semp. mulsum.* Sic Diosc. V, 46. Mulsum porro vinum est melle delinitum: potio ex vino ac melle confecta. Hard.

Quod in dulci nunquam evenit. In vino dulci, cui mox austerum opponitur, ex quo fit mulsum optimum. H. — *Quod.* Br *et quod.* Eo. P.

Ex austero factum non implet stomachum. Iisdem fere verbis Dioscor. loc. cit. Οἰνόμελι δὲ διαφέρει, τὸ ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἴνου καὶ αὐστηροῦ, καὶ μέλιτος καλοῦ γινόμενον· ἧττον γὰρ πνεύματοῖ, etc. Fuisse et istud Aufidii Epicurei placitum videtur, quod Horatius irridet Sat. II, 4, vs. 24: *Aufidius forti miscebat mella Falerno, Mendose: quoniam vacuis committere venis Nil, nisi lene decet: leni praecondia mulso Proluveris melius,* etc. Et Satir. eod. lib. 2, vs. 15: *Nisi Hymettia mella Falerno Ne biberis, diluta.* H.

Appetendi quoque, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Alvum mollit frigido potu, etc. Diosc. loc. cit. H.

Corpora auget. Et θρεπτικὸν ait esse Diosc. l. c. Hard.

Mulsi tantum nutritu. In MSS. Regg. Colb. etc. *mulsi tantum intrita.* Est autem intrita, panis cum vino mulsove in mortario pistillis contritus: inde intritae nomen. Sic IX, 9: *Nec piscibus tantum, sed intrita panis e vino satiantur.* De cibo autem, hoc est, intrita, non mulso mero intelligendum, satis fortassis declarat id quod continenter subiicitur, *toleravere, neque alio ullo cibo.* Adde Diophanem in Geop. XV, 7, ita pronuntiantem: Οἱ οὖν γόρᾳ μέλιτι μετὰ ἄρτου μόνον τρεφόμενοι, ἐπὶ πλεῖστον βιοῦσι. *Qui in senectate melle cum pane nutriuntur, diutissime vivunt.* Hard.

Celebri Pollionis Romili exemplo. Pintianus, *Vedii Pollionis.* Sed Chifflet. et Voss. uterque, *Romili.* Legend. *Pollionis Romilii.* Fuit enim gens Romilia. Pollio autem multarum gentium cognomen. Gron. — *Pollionis.* Romilia gens nota Tullio in Verrem, II. H. — *Romilii.* Gron. et al. *Romali.* Eo. P.

annum excedentem eum Divus Augustus hospes interrogavit, quanam maxime ratione vigorem illum animi corporisque custodisset. At ille respondit: « intus mulso, foris oleo. » Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam mulso curetur.

LIV. Melitites quo fieret modo ex musto et melle, docuimus in ratione vini. Seculis iam fieri non arbitror hoc genus, inflationibus obnoxium. Solebat tamen inveteratum alvi causa dari in febre: item articulario morbo: et nervorum infirmitate laborantibus, et mulieribus vini abstemiis.

Vigorem illum animi corporisque. Corsicos certe μακροβίους et πολυχρονίους esse tradunt, quod melle assidue utantur, et in eorum buxis, ut Diodorus ait, copiose nascenti. Aristoxenus scribit, Pythagorae discipulis mensam pane tantum et melle instructam fuisse. Quin et Democritus morte iam destinata, rogatus dies aliquot differre, ne proximis Thesmophoriis luctuosa funestaque domus esset, complusculum temporis vitam sustinuit solo mellis, vel ut alii narrant, calidi panis odoratu. Rhodig. XXI, 3. Dalec. — *Intus.* Id a Democrito Pollio didicerat: is enim interrogatus, quemadmodum incolumitas diuturna constaret, ac senecta longa, respondisse fertur: Si extera corporis oleo, interna melle maderent: Δημόκριτος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν ἄνοσοι καὶ μακραίωνες γίγνοιντο οἱ ἄνθρωποι, εἶπεν· εἰ τὰ μὲν ἔξωθεν ἐλαίῳ τοῦ σώματος, τὰ δὲ ἔνδοθεν μέλιτι χρίοιντο. Auctor Diophanes in Geop. XV, 7, et Athen. II, pag. 66. Hard.

Morbum. Hoc est, icterum. Scrib. Larg. Comp. CX, arquatum morbum, et auruginem, et regium morbum vocat. Arquatum quidem, sive arcuatum, ab arcu caelesti, cui quodam virore affinis. Auruginem pariter a colore. Regium, a delicatiori cibi genere, mulso videlicet, quo curatur. Q. Seren. cap. LIX, pag. 161: *Regius est vero signatus nomine morbus Molliter hic quoniam celsa curatur in aula.* Cels. III, 21: *Aeque notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant... Color autem eum morbum detegit, maxime oculorum, in quibus quod album esse debet, fit luteum ... Per omne vero tempus utendum est clauso loco, ludis, lascivia, per quae mens exhilaretur: ob quae regius morbus dictus videtur.* In MSS. Regg. Colb. Th. Ch. *arquatorum morbum* legitur, haud aspernanda sane scriptura. Nam qui eo morbi genere laborant, *arquati dicuntur*, inquit Nonius Marcell. cap. V, n. 14: *Quibus color et oculi virent, quasi in arqui similitudinem.* Hard.

LIV. *Melitites.* L. XIV, 11. H.

Solebat. Quae de melitite vino nunc dicuntur, ea verbis totidem refert Diosc. V, 15. Hard.

LV. Mellis naturae adnexa cera est: de cuius origine, bonitate, nationibus, suis diximus locis. Omnis autem mollit, calefacit, explet corpora: recens melior. Datur in sorbitione dysentericis, favique ipsi, in pulte alicae prius tostae. Adversatur lactis naturae: ac milii magnitudine x grana cerae hausta non patiuntur coagulari lac in stomacho. Si inguen tumeat, albam ceram in pube fixisse remedio est.

LVI. Nec huius usus, quos mixta aliis praestat, enumerare medicina possit: sicuti nec caeterorum, quae cum aliis prosunt. Ista, ut diximus, ingeniis constant. Non fecit cerotum, malagmata, emplastra, collyria, antidota, parens illa ac divina rerum artifex: officinarum haec, immo verius avaritiae commenta sunt. Naturae quidem opera absoluta atque perfecta gignuntur: paucis ex causa, non ex coniectura, rebus assumptis, ut succo aliquo sicca temperentur ad meatus: aut corpore alio humentia, ad nexus. Scru-

LV. *Suis diximus locis.* Lib. XI, 8, et XXI, 49. Hard.

Omnis autem mollit; calefacit. Haec totidem verbis Diosc. lib. II, c. 105. Hard.

Explet corpora. Hulcera corporum carne replet. Dioscor. πληρωτικὴ μετρίως. Hard.

Recens melior. Dioscorid. loc. citat. Hard.

Datur in sorbitione. Ad verbum ista quoque Marc. Emp. c. XXVII, p. 193, et Plin. Val. II, 28. Item Diosc. loc. cit. Praeivit his omnibus Celsus IV, 19, de ventris fluxu: *Est pulticula etiam, cum qua paulum ex favo vetere coctum sit.* Hard.

Non patiuntur coagulari lac, etc. Diosc. loc. cit. H.

LVI. *Ut diximus.* Scilicet in fine cap. 49. H.

Cerotum. Sive ceratum, Graecis κηρωτόν, ut alibi diximus. H. — *Cerotum.* Sic ex MSS. emend. Hard. *cerata* Gron. et al. Eo. P.

Malagmata. Μαλάγματα compositiones sunt ex rebus emollientibus concinnatae, quae concretas duritiles emolliant, sensimque per evaporationem discutiant. Materiam Corn. Celsus assignat, V, 17: *Malagmata vero, atque emplastra, pastillique, quos τροχίσκους Graeci vocant, quum plurima eadem habeant, differunt eo, quod malagmata maxime ex floribus, eorumque etiam suculis; emplastra pastillique magis ex quibusdam metallicis sunt*, etc. Hard.

Ad meatus. Ut labi facilius in alium corpus, atque permeare possint. Hard.

pulatim quidem colligere ac miscere vires, non coniecturae humanae opus, sed impudentiae est. Nos nec indicarum arabicarumque mercium, aut externi orbis, attingimus medicinas. Non placent remediis tam longe nascentia: non nobis gignuntur; immo ne illis quidem; alioqui non venderent. Odorum causa, unguentorumque et deliciarum, si placet, etiam superstitionis gratia emantur, quoniam thure supplicamus et costo. Salutem quidem sine istis posse constare, vel ob id probabimus, ut tanto magis sui delicias pudeat.

LVII. Sed medicinas e floribus coronamentisque et hortensiis, quaeque manduntur herbis, prosequuti, quonam modo frugum omittimus? Nimirum et has indicare conveniat. (XXV.) In primis sapientissima animalium esse constat, quae fruge vescantur. Siliginis grana combusta et trita in vino ammineo, oculis illita epiphoras sedant: tritici vero, ferro combusta iis, quae frigus usserit, praesentaneo sunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta, nervorum contractionibus; cum rosaceo vero, et fico sicca, myxisque

Ad nexus. Ad fustam erassitiem, et, ut vulgus loquitur, consistentiam. Hard.

Scrupulatim quidem colligere. MSS. omnes, *scripulatim*: hoc est, usque ad singula scripula minute ac scrupulose mediesmentorum pondera definire. Scripulum ponderis nomen est: terna drachmam, denariumve efficiunt. Fannius: *In scrupulis ternis drachmam: quo pondere doctis Argenti facilis signatur pondus Athenis. Uncia fit drachmis bis quatuor.* Hard. — Brol. ex Regg. 1 et 2, *scripulatim.* Eo. P.

Delicias. Homines nempe delicatos. Hard.

LVII. *Quae.* Formicas, cornices, equos, cervos, elephantos, etc.

Siliginis grana, etc. Plin. Val. I, 14. II. — Siligo est *Seriale cereale* (*Triaud. dig.* gen. 197 Pers. *Gramin.* Juss.), et mox *Triticum sativum*, var. *aestivum*, gen. 198 Pers. Secale est τίφη Theophrast. Histor. VIII, 1-4: βρίζα Galen. Fac. al. I, 342; *Siligo* Columell. lib. II, cap. 9, Eo. P.

Ferro. In sartagine patinave ferrea. Theod. Prisc. I, 10: *De oculorum causis. Grana tritici in lamina ferri calida impones: et similiter ex succo qui manaverit, cum vino commixto, inungito.* Hard.

decoctis, furfures tonsillis faucibusque gargarizatione prosunt. Sextus Pomponius praetorii viri pater, Hispaniae citerioris princeps, quum horreis suis ventilandis praesideret, correptus dolore podagrae, mersit in triticum sese super genua; levatusque siccatis pedibus mirabilem in modum, hoc postea remedio usus est. Vis tanta est, ut cados plenos siccet. Paleam quoque tritici, vel hordei, calidam imponi ramicum incommodis experti iubent, quaque decoctae sunt aqua foveri. Est et in farre vermiculus teredini similis: quo cavis dentium cera incluso, cadere vitiati dicuntur, etiam si fricentur. Olyram, arincam diximus vocari. Hac decocta fit medicamentum, quod Aegyptii atheram vocant, infantibus utilissimum: sed et adultos illinunt eo.

Sextus. Rem hanc ipsam tacito viri, in quo id animadversum, nomine, versibus cecinit Q. Serenus cap. de podagra depellenda: *Non audita mihi sit fas, sed lecta referre: Hoc quidam raptus morbo per tempora messis Vicino plantas frumenti pressit acervo, Evasitque gravem casu medicante dolorem.* Et in hydropis pariter morbo *aliquos tritico sic tectos, iuvatos esse* scribit Theod. Prisc. II, pag. 2, c. 19. Hard.

Cados plenos. Aqua aut vino plenos, acervis tritici defossos ac sepultos. Hard.

Ramicum. Ramex hernia est, interprete Nonio. Vide quae de enterocele diximus XX, 13. H.

Etiam si fricentur. Vel si ea cera vitiati dentes fricentur. H.

Olyram, ariacam diximus, etc. Nempe lib. XVIII, cap. 20. Olyra, ex qua fac, vel adoreum. Nobis est *Triticum Spelta* (*Triand. dig.* gen. 198 Pers. *Gramin.* Juss.). Ὀλυρα Th. Hist. VIII, 4; Diosc. II, 113. Ed. P.

Hac dec. fit medicamentum. Fit pultis genus, in medicinae usu pertutile. E zea fieri Dioscorides sensit, II, 114: Αθήρα δὲ ἐκ τῆς ἀληλεσμένης εἰς λεπτὸν ζειᾶς σκευάζεται. Subiicit deinde, quid athera sit: Εστι δὲ βόρημα ὡς πολτάριον ὑγρόν, παιδίοις ἁρμόδιον. *Est autem sorbitio, liquidae pulticulae instar, infantibus conveniens.* Quae sunt Plinianis satis affinia. Cassianus in Collat. XV, cap. 10: *Pulmentum, quod illi Aegyptii monachi atheram nominant.* Hesychio, p. 33: Αθήρα βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον παρ' Αἰγυπτίοις. *Eduliam, quod Aegyptii ex tritico et lacte conficiunt.* Quin et ipsum far Aegyptii Atheram vocant, si Hieronymo credimus, in Genesin: *Moris est*, inquit, *Aegyptiorum Θήραν etiam far vocare, quod nunc corrupte atheram nuncupant.* Hard.

Atheram. Gron. et al. ante Hard. *atharam.* Ed. P.

LVIII. Farina ex hordeo et cruda, et decocta collectiones, impetusque discutit, lenit, concoquitque. Decoquitur alias in mulsa aqua, aut fico sicca. Iocineris doloribus cum posca concoqui opus est, aut cum vino. Quum vero inter coquendum discutiendumque cura est, tunc in aceto melius, aut in faece aceti, aut in cotoneis pirisve decoctis. Ad multipendarum morsus cum melle: ad serpentium, in aceto: et contra suppurantia, ad extrahendas suppurationes, ex posca, addita resina et galla. Ad concoctiones vero et hulcera vetera, cum resina. Ad duritias cum fimo columbarum, aut fico sicca, aut cinere. Ad nervorum inflammationes, aut intestinorum, vel laterum, vel virilium dolores, cum papavere aut meliloto, et quoties ab ossibus caro recedit. Ad strumas cum pice

Sed et adultos illinunt eo. In cataplasmatis adhibetur: Ποιεῖ δὲ καὶ εἰς τὰ καταπλάσματα, inquit Dioscor. l. c. Hard.

LVIII. *Farina ex hordeo*, etc. Plin. Valer. III, 25. H.

Quum vero inter coquendum, etc. Quum anceps cura est, num maturanda collectio sit, an discutienda. Harn.

Multipedarum morsus. Nempe scolopendrarum. Dal.

Ad extrahendas suppurationes. Ad movendum pus. Diosc. I, 108, hordeaceae farinae cremorem ait ex aqua, cum pice oleoque decoctum, puri movendo idoneum esse: Χυλωθὲν δὲ τὸ ἄλευρον σὺν ὕδατι, καὶ ἑψηθὲν σὺν πίσσῃ καὶ ἐλαίῳ πυοκινητόν ἐστι. H.

Addita resina et galla. Sic libri vulgati, cum Reg. 1 cod. in quo *addita resina galla* legitur. At in Reg. 2, Thuan. Ch. *resina gallica.* Quae e Gallia Etruriaque convehitur, resinam in primis commendat Dioscor. I, 92; itemque larignam, quae ex Gallia Subalpina afferretur: Ἀπὸ Γαλλίας καὶ Τυρρηνίας... καὶ ἀπὸ Γαλατίας τῆς πρὸς Ἄλπεσιν. H.

Ad concoctiones. Ad concoquendas duritias. Diosc. II, 108: Συμπίσσει δὲ καὶ τὰς σκληρίας μετὰ πίσσης καὶ ῥητίνης, καὶ περιστερᾶς κόπρου. H.

Ad duritias. Subintellige, discutiendas. Dioscor. l. c. Διαφορεῖ δὲ τὸ ἄλευρον αὐτῆς μετὰ σύκων καὶ μελικράτου ἑψηθὲν, οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς, etc. Transcripsit hunc locum Plin. Val. III, 25, 27. H.

Aut intestinorum, vel laterum, etc. In MSS. Reg. 1, 2, et Ch. nulla laterum, nulla virilium mentio: sed *vel aurium* tantum legas. In Colb. 3, *vel virilium* dumtaxat. Eamdem tamen medicinam lateris dolori Dioscoridea adhibet, II, 108: Σὺν μελιλώτῳ δὲ καὶ κωδείαις ἀνωδυνίαν παρέχει τοῖς πλευρὰν ἀλγοῦσι. H.

Ad strumas. Prius legebatur, vitiata interpunctione, extritaque vo-

et impubis pueri urina, cum oleo. Cum graeco feno contra tumores praecordiorum, vel in febribus cum melle, vel adipe vetusto. Suppuratis triticea farina multo lenior. Nervis cum hyoscyami succo illinitur: ex aceto et melle, lentigini. Zeae, ex qua alicam fieri diximus, efficacior etiam hordeacea videtur: trimestris, mollior. Ex vino rubro ad scorpionum ictus tepida, et sanguinem exscreantibus: item arteriae. Tussi cum caprino sebo, aut butyro. Ex feno graeco mollissima omnium. Hulcera manantia sanat, et furfures corporis, stomachi dolores, pedes et mammas cum vino et nitro cocta. Aerina magis caeteris purgat hul-

cula, *pueri urina. Cum oleo et feno graeco*, etc. Verum et in MSS. Regg. Colb. Th. Ch. *cum graeco feno* legitur, et scriptores caeteri oleum ad strumas adhibent: ad praecordiorum seu intestinorum inflationes non adhibent. Marcellus Emp. cap. xv, p. 107: *Farina hordeacea, pix liquida, cum cera et oleo mixta, percoctaque, adlecto puerili lotio subacta, more emplastri imposita, strumas utiliter sanat.* Diosc. II, 108: Μετὰ δὲ πίσσης ὑγρᾶς, καὶ κηροῦ, καὶ οὔρου παιδὸς ἀρθόρου, καὶ ἐλαίου χοιρείου ἐκπέπτει. Et paulo ante: Καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις ἐντέρων, μετὰ λινοσπέρμου, καὶ τήλεως, καὶ πηγάνου. H.

Contra tumores praecordiorum. Contra inflationes intestinorum, περὶ ἐμπνευματώσεις ἐντέρων. Diosc. loc. mit. Hard.

Multo lenior. Lenior videlicet, et ad dolorem mitigandum. H.

Nervis... illinitur. Totidem verbis Diosc. II, p. 107. H.

Lentigine. Diosc. l. c. Σὺν ὀξυμέλιτι δὲ φακοὺς αἴρει. H.

Zeae, ex qua alicam fieri diximus. Lib. XVIII, cap. 29. Nobis est *Triticum Zea*, vulgo *épeautre*. Et mox *trimestris*, nempe *Tritici sativi*; quae varietas dicitur *hiberna*, *bled de mars*. Ed. P.

Trimestris, mollior. Lenior, quam zea. De trimestri tritico diximus XVIII, 42. Hard.

Ex feno graeco mollissima. Farina ex feno graeco. Haec molliendi, discutiendi, et dissipandi vim habet. Τὸ ἐκ τῆς τήλεως ἄλευρον μαλακτικὴν, καὶ διαχυτικὴν ἔχει δύναμιν. Diosc. II, cap. 124. Hard. — Est *Trigonella Fenum graecum* (*Diadelph. decand. gen.* 1755 Pers. *Leguminos.* Juss.); βουκέρας; Hippocrat. de Morb. mul. I, 8, 7, quod Galen. de Facult. simpl. VII, 414, idem est atque αἰγοκέρας; τηλὶς dicitur Diosc. loc. laud. Ed. P.

Aerina. Farina e lolio, cui nomen αἶρα Graeci perinde ac Latini fecere. Diosc. II, 122: Αἶρα ἡ γινομένη ἐν τοῖς πυροῖς, ἀλεσθεῖσα, δύναμιν ἔχει περιχαρακτικὴν νομῶν, καὶ σηπεδόνων, καὶ γαγγραίνης, μετὰ ῥοφάων καὶ ἁλῶν καταπλασσομένη· καὶ λειχῆνας ἀγρίους, καὶ λέπρας σὺν θείῳ ἀπύρῳ καὶ ὄξει θεραπεύει: *Lolium quod inter triticum segetes nascitur, quum*

cera vetera, et gangraenas: cum raphano et sale, et aceto, lichenas: lepras cum sulphure vivo: et capitis dolores cum adipe anserino imposita fronti. Strumas et panos coquit, cum fimo columbino, et lini semine decocta in vino.

LIX. De polentae generibus in frugum loco satis diximus, locorum ratione. A farina hordei distat eo quod torretur, ob id stomacho utilis. Alvum sistit, impetusque rubicundi tumoris. Et oculis illinitur, et capitis dolori cum menta, aut alia refrigerante herba: Item pernionibus, et serpentium plagis: item ambustis ex vino. Inhibet quoque pusulas.

LX. Farina in pollinem subacta, vim extrahendi humoris habet: ideo et cruore suffusis in fascias usque

molitum est, nomas, putrescentia hulcera, et gangraenam emarginandi vim habet, si cum raphano et sale imponatur. Feros vero lichenas et lepras, cum sulphure vivo et aceto sanat. H. — *Lolium temulentum* (*Triand. digyn.* gen. 199 Pers. *Gramin.* Juss.). In Europae agris frequens. Ep. P.

Strumas et panos coquit. Dioscor. totidem verbis, l. c. H.

LIX. *De polentae generibus.* Lib. XVIII, c. 14. Hard.

Locorum ratione. Aliter enim Graeci polentam, aliter Itali parant, ut dictum est l. c. Ita Reg. 1, et Golb. cum libris vulgatis, ut opinor, recte et facili explicatu. In his verbis tamen explanandis Dalecampius cespitavit. In Reg. 2, Th. et Ch. *mediocrum ratione* legitur, haud ita sincere: ni sententia sit, eatenus ibi de polentae generibus susceptam disputationem esse, quatenus essel ad mediocrum usus satis. Hard.

A farina hordei. Dioscor. II, 108: Τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν (κριθῶν) ἄλφιτον κοιλίας σταλτικόν, καὶ φλεγμόνων πραϋντικόν. Ibi enim ἄλφιτον legi oportere, non ἄλευρον, perspicuum est: quoniam de ἀλεύρῳ ante disserult. Hard.

Menta, aut alia refrigerante herba. Menta nimirum urbana humiditatem aliquam ex satu culluque traxit, quum sit alioqui per se, silvestris praesertim, calida, ut docit Galen. de Fac. simpl. med. VI, 7. Et ad ignem sacrum Apuleius adhibet, p. 120. Igitur refrigeratrix est. Hard.

Item ambustis ex vino. Ex aqua mavult Plin. Val. III, 36. H.

LX. *Farina.* Pollen farinae humore subactus Dioscor. II, 107: Ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀλεύρων ζύμη θερμανθεῖσα οὖσα καὶ ἐπισπαστική, etc. H.

Ideo et cruore suffusis. Ideo et iis qui partes lividas habent ob cruorem suffusum, sanguinem ea farina sic extrahit, ut fascias ipsas tingat, quibus ipsa involvitur. H.

sanguinem perducit: efficacius in sapa. Imponitur et pedum callo, clavisque. Nam cum oleo vetere ac pice decocto polline, condylomata, et alia omnia sedis vitia, quam maxime calido mirabilem in modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina, qua chartae glutinantur, sanguinem exscreantibus datur tepida sorbenda efficaciter.

LXI. Alica res romana est, et non pridem excogitata: alioqui non ptisanae potius laudes scripsissent Graeci. Nondum arbitror Pompeii Magni aetate in usu fuisse, et ideo vix quidquam de ea scriptum ab Asclepiadis schola. Esse quidem eximie utilem nemo dubitat, sive eluta detur ex aqua mulsa, sive in sorbitiones decocta, sive in pultem. Eadem in alvo sistenda torretur: dein favorum cera coquitur, ut

Imponitur et pedum callo. Dioscor. II, 107: Τὰ ἐν πέλμασι λεπτύνει καὶ τὰ ἄλλα φύματα, etc. H.

Farina. Haec totidem verbis Dioscorid. II, 107; Plin. Valer. I, 64, et Marcellus Empiric. cap. XVI, p. 120. Hard.

LXI. *Non ptisanae.* Alicae potius, quam ptisanae laudes scripsissent, si alicam nossent. Hippocratem Plinius designat, quem de ptisana volumen edidisse diximus XVIII, 15. Plinium nihilominus, tacito viri nomine, reprehendit Galenus, ad eum Hippocratis librum de ptisana, seu de Victu in Morb. ac. tom. XII, pag. 14: Τοῖς οἰομένοις μηδέπω χόνδρον εἶναι κατὰ τοὺς Ἱπποκράτους χρόνους, etc. *Nam qui alicam Hippocratis temporibus nondum fuisse existimant, eorum inscitiam argues, tum ex quibusdam Comicis vetustioribus qui alicae meminere, tum etiam ex Hippocrate ipso, qui in libro de salubri victu alicae mentionem fecit*, etc. Quin et lib. de Affectionibus, περὶ παθῶν, text. 39, alica robustior quam ptisana miliumque dicitur: χόνδρον δέ, ὡς ἰσχυρότερον πάντων. Et t. 42, alicam laudat, ptisanamque triticeam, χόνδρον καὶ πτισάνην πυρίνην· ταῦτα γὰρ τῶν ῥοφημάτων τὰ ἰσχυρότερα. H.

Esse. Et esse quidem inde ei nomen Festus testatur: *Alica enim dicitur, quod alit corpus.* H.

Sive eluta detur. Sive elutur in aqua mulsa, quae detur deinde potui: sive decoquatur et percoletur, sorbeaturque is succus: sive denique in pultem coquatur. Alica et pro tritici genere accipi, ex quo puls, sorbitiove conficitur: et pro ipsa pulte ac sorbitione solet. H.

Eadem. Plin. Val. II, 28: *Dysenteriae compescendae: Pulvis fit ex alica, tosta priusquam detur, in quem subigitur cera remissa.* H.

supra diximus. Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis subvenit, terris eius cyathis in sextarium aquae sensim decoctis, donec omnis aqua consumatur. Postea sextario lactis ovili aut caprini addito per continuos dies, mox adiecto melle. Tali sorbitionis genere emendantur syntexes.

LXII. Milio sistitur alvus, discutiuntur tormina, in quem usum torretur ante. Nervorum doloribus, et aliis fervens in sacco imponitur: neque aliud utilius; quoniam levissimum mollissimumque est, et caloris capacissimum. Itaque talis usus eius est ad omnia, quibus calor profuturus est. Farina eius cum

Vt supra diximus. Cap. 55, ubi de cera: *Datur in sorbitione dysentericis: favique ipsi in pulte alicae prius tostae.* Hard.

Peculiariter. Ad tabem et phthisin. Etsi paulo insolentiore verbo usus auctor videtur, quum tabitudinem pro tabe dixit, sequi tamen exemplarium vetustiorum fidem satius multo visum est, quam vulgatos et typis excusos libros imitari, in quibus *ad habitudinem*, aut nulla prorsus, aut admodum impedita sententia legitur. Regg. 1, 2, Colb. 1, et vet. cod. D. *ad tabitudinem*, diserte exhibent. Thuanaeus, *aut tabitudinem*. Latini tabem dicimus, Graeci σύντηξιν, de qua dictum c. 49. Atque ita sane scripsisse Plinium suadet alter Plin. Val. de Re med. I, 62, cui titulum inscripsit: *Syntexi curandae, Alicae*, inquit, *cyathi tres in passi sextaria uno, et aquae sextaris sex coniiciuntur, et sensim coquuntur, donec aqua consumatur: tunc suffundunt lactis ovilli aut caprini sextarium; quo subfervefacta fit genus sorbitionis, qua per se primis diebus curationis loco utuntur: procedentibus diebus et mel adiciunt.* Quae plane ad verbum a nostro, ut liquet, auctor mutuatus est. Certe ad phthisin, quae tabis species est, sorbitionem ex alica, ptisanaque commendat, III, 12. Hard.

Adiecto melle. Id praecipue convenit in tabe, quae morbis pulmonis succedit. Dalec.

LXII. *Milio.* Haec totidem fere verbis Dioscor. II, 119. Cels. II, 30: *Alvum adstringit pulticula, vel ex alica, vel ex panico, vel ex milio*, etc. Hard. — Milium, κέγχρος, est nobis *Panicum italicum* (*Triand. digyn.* gen. 157 Pers. *Gramin.* Juss.); hab. in Indiis et Europa australi. Ed. P.

Nervorum doloribus, et aliis. Dioscor. l. c. Φωχθεῖσα δὲ καὶ βληθεῖσα εἰς σάκκους πυριωμένη, στρόφων καὶ τῶν ἄλλων ἀλγημάτων ἐστὶ βοήθημα, *torminibus, aliisque doloribus auxilio est.* Hydropicis similiter teste Prisciano, II, p. II, c. 19. Item ischiadicis, cap. 21 Hard.

Levissimum mollissimumque. Hoc est, quod Hippocrates inquit: καὶ γὰρ ἀσῦφον, καὶ κροσπνὲς ὁ κέγχρος. Dalec.

Farina. Plin. Val. III, 57. H.

pice liquida, serpentium et multipedae plagis imponitur.

LXIII. Panicum Diocles medicus mel frugum appellavit. Effectus habet, quos milium. In vino potum prodest dysentericis. Similiter his, quae vaporanda sunt, excalfactum imponitur. Sistit alvum in lacte caprino decoctum et bis die haustum: sic prodest et ad tormina.

LXIV. Sesama trita, in vino sumpta, inhibet vomitiones. Aurium inflammationi illinitur, et ambustis. Eadem efficit, et dum in herba est. Hoc amplius, oculis imponitur decocta in vino. Stomacho inutilis cibus, et animae gravitatem facit. Stellionum morsibus resistit. Item hulceribus, quae cacoethe vocant: et

LXIII. *Panicum.* Μελίνην forsan Diocles, a melleo sapore dictum putavit. Μελίνην enimvero idem esse quod panicum, sive ἔλυμον, e Graecis multi dixere, in quibus Galenus, de alim. Fac. I, tom. VI, c. 15; et Festus, verbo *milium* Alii diversum a panico genus constituunt, in quibus Theophrastus. Harpocration verbo Μελίνη: Ἔνιοι μὲν οὖν εἶδος κέγχρου νομίζουσι τὴν μελίνην ὅπερ τινὰς καλεῖν ἔλυμον. Θεόφραστος δὲ ἐν ἑβδόμῳ περὶ φυτῶν, ὡς διαφέροντα ταῦτα ἀνάγραφει. Κέγχρον, ἢ Μελίνην, ἢ Ἔλυμον. H. — *Panicum miliaceum* Linn. *P. Milium* Pers. gen. 157. Habitat in India; nunc ubique colitur. Ed. P.

Effectus habet; quos milium. Dioscor. II, 120. Valet itaque ad sistendam alvum, ad tormina, etc.

Quae vaporanda sunt. Siceo fotu calfacienda. Dalec.

LXIV. *Sesama.* MSS. omnes, ut alias monuimus, *Sesima.* Hard. — *Sesamum orientale* (*Didynam. ang.* gen. 1508 Pers. *Bignon.* Juss.). Ed. P.

Aurium. Diosc. II, 121. Hard.

Eadem. Diosc. l. c. Hard.

Hoc amplius Subintellige, dum in herba est, efficit. Dioscor. l. c. Ἡ δὲ πόα καθεψηθεῖσα ἐν οἴνῳ, etc. H.

Stomacho inutilis cibus. Sesamo olim in bellariis usi sunt, veluti re suavissima et delicatissima, quod etiamnum fit a Lucensibus. Dal. — Diosc. Σήσαμον κακοστόμαχον, καὶ δυσωδίας στόματος ποιητικόν, ὁπόταν βεβρωτόμενον ἐμμείνῃ μεταξὺ τῶν ὀδόντων. *Sesama stomacho nocet, et animae gravitatem facit, si quando commanducata dentium commissuris inhaeserit.* Hard.

Stellionum. Theod. Prisc. I, 22: *De apum percussibus, vel scorpionum, caeterorumque serpentum: sesami folia, vel ipsum tritum, vel appositum* prodest. Hard.

Quae cacoethe vocant Κακοήθη, hulcera maligna, insanabilia. De hoc hulcerum genere Celsum consule V, 28, tit. *de carcinomate.* Hard.

auribus oleum, quod ex ea fit, prodesse diximus. Sesamoides a similitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore. Nascitur in glareosis. Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni sacro: discutit panos. Est etiamnum aliud sesamoides Anticyrae nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant; caetera simile erigeronti herbae, de qua suo dicemus loco: granum sesamae. Datur in vino dulci ad detractiones, quantum tribus digitis capitur, miscentque ellebori albi unum et dimidium obolum, pur-

Et auribus oleum, quod ex ea fit. Oleum ex sesama fieri, dictum est XV, 7. Auribus id auxiliari dicetur inferius, XXIII, 49. Quare *dicemus* legi hoc loco forsan satius fuerit: ad utrumque enim morbum, qui nunc indicatur, sesaminum oleum conceptis ibi verbis commendat: *Sesaminum*, inquit, *oleum aurium dolores sanat, et ulcera quae serpunt, et quae cacoëthe vocant.* Harn.

Sesamoides. Σησαμοειδής, iisdem a Dioscoride verbis describitur IV, 153. Officinis incognitum id grani, sive seminis genus. Harn. — *Astragalus sesamoides* (*Diadelph. decand.* gen. 1745 Pers. *Legumin.* Juss.); hab. in Europa australi et Barbaria. Ed. P.

Nascitur. Glareosa arva fere saxosa et sabulosa appellantur. Diosc. l. c. ἐν τραχέσι dixit. Harn.

Detrahit bilem. Haec ita fere Diosc. l. c. Harn.

Est etiamnum aliud sesamoides. De quo Diosc. IV, 152: Σησαμοειδὲς τὸ μέγα ἐν Ἀντικύρᾳ ἐλλέβορον καλοῦσι, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλεβόρῳ. *Sesamoides maius Anticyraei elleborum vocant, quoniam in purgationibus candido veratro admisceatur.* Galeno idcirco, de Fac. simpl. med. VIII, p. 227, Ἀντικυρικὸς ἐλλέβορος appellatur. Et istud pariter officinis herbariisque incognitum. H. — *Reseda alba* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1188 Pers. *Affin. Capparid.* Juss.); hab. in Gallia australi, Hispania, Barbaria. Ed. P.

Caetera simile erigeronti. Sic Dioscor. l. c. Ἔοικε ἡ πόα ἐριγέροντι ἢ παγάνῳ. De erigeronte, seu senecione dicemus XXV, 106. Harn.

Granum. Prius legebatur, *Granum sesamae datur in vino dulci.* Atqui non sesamae modo, sed sesamoidis remedia tractantur: nec ad purgationes sesamae granum, sed sesamoidia adhibent. Itaque priores hae voces, *granum sesamae*, cum superioribus connectendae; ut sententia sit, sesamoidis granum esse simillimum sesamae. Mox nova instituta periodo: *Datur*, sesamoides scilicet, in quo versatur in praesenti oratio, *in vino dulci*, etc. Sic Dioscor. IV, 152, de sesamoide: Σπέρμα ὅμοιον σησάμῳ, πικρὸν ἐν τῇ γεύσει, ἐ καθαίρει ἄνω φλέγμα τε καὶ χολήν, etc. H. — *Granum sesamae.* Brot. ex MSS. Regg. 1 et 2, *grano sesamae.* Ed. P.

Ad detractiones. Ad iectiones bilis et pituitae per vomitum et exscreationes. Dioscorid. l. c. Καθαίρει ἄνω φλέγμα τε καὶ χολήν, ὅσον τοῖς τρισὶ

gationem eam adhibentes, maxime insaniae melancholicae, comitialibus, podagricis. Et per se drachmae pondere exinanit.

LXV. Hordeum optimum, quod candidissimum. Succus decocti in aqua caelesti digeritur in pastillos, ut infundatur exhulceratis interaneis et vulvis. Cinis eius ambustis illinitur, et carnibus quae recedunt ab ossibus, et eruptionibus pituitae, muris aranei morsibus. Idem asperso sale ac melle, candorem dentibus et suavitatem oris facit. Eos qui pane hordeaceo utuntur, morbo pedum tentari negant. Novem granis si furunculum quis circumducat, singulis ter, manu sinistra, et omnia in ignem abiiciat, confestim sanari aiunt. Est et herba phoenicea appellata Graecis, nostris vero hordeum murinum. Haec trita e vino pota praeclare ciet menses.

LXVI. Ptisanae, quae ex hordeo fit, laudes uno volumine condidit Hippocrates, quae nunc omnes in alicam transeunt. Contra quanto innocentior est alica?

δακτύλοις λεῖον ληρῶν μετὰ ἐλλεβόρου λευκοῦ ἡμιωβόλων, σὺν μελικράτῳ. Haad.

Exinanit. Purgat per alvum, κατὰ χολίαν. Haad.

LXV. *Cinis eius ambustis.* Addit Plin. Val. III, 36, ex albo ovorum illini. Haad.

Novem. Plin. Val. III, 32, iisdem fere verbis. Similis medicina et in cicercula ad verrucas inferius affertur, c. 72; ad furunculos ipsos in faba, c. 60. Haad.

Est et herba phoenicea. Ea Diosc. III, 43, φοῖνιξ appellatur, folio quam hordei breviore et angustiore, apice lolio simili. A Matthiolo recte pingi Anguillara testatur c. 14, p. 259 H. — Nobis est *Lolium perenne* (*Triand. Digyn.* gen. 199 Pers. *Gramin.* Juss.); ubique vulgare. En. P.

Ciet menses. E dulci vino pota fortassis: nam ex austero sistit, si Dioscoridem audimus, l. c. H.

LXVI. *Ptisanae.* Accipiendum est ptisanae nomen hoc loco, ut monet Lambinus in Horat. non pro succo, qui in potionem praebeatur, cuiusmodi hodie fieri et percolari consuevit ea hordeo cocto, in qua nihil inest praeter aquam, et hordei cremorem: sed pro pulte, in qua solidae partes ipsius hordei manent, quae dentur in cibum, vulgo nostri, *orge mondé.* H.

Hippocrates. Vide quae diximus XVIII, 25. Haad.

Contra quanto innocentior est alica?

Hippocrates tamen sorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniam in alvo non intumesceret, quoniam facile redderetur, et assuetis hic solus cibus in febri bis die possit dari: tantum remotus ab istis, qui medicinam fame exercent. Sorbitionem tamen dari totam vetuit,

Quae uti ex hordeo ptisana, sic ipsa ex tritico farina concinnatur. H.

Hippocrates tamen. Sic MSS Reg. Colb. etc. non *tantum*. Verba nunc Hippocr. haec sunt, lib. de Victu in morb. ac. t. 17, p. 13, t. XI: Πτισάνη μὲν οὖν μοι δοκεῖ ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων... τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτέης λεῖον, καὶ συνεχές, καὶ προσηνές ἐστι καὶ ὀλισθηρόν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τουτέου προσδέοι, καὶ οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε ἄραδον κακόν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀνώδικε γὰρ ἐν τῇ ἐψήσει, ὁκόσον ἂν πλείστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι. *Ptisana igitur triticeis eduliis recte praelata fuisse mihi videtur ... Cremor enim eius laevis, continuus, suavis, lubricus, et moderate humidus, sitim restinguit: et si quid cibi indiguerit, id facile eluitur: neque adstrictionem habet ullam, neque pravam perturbationem, neque in alvo turgescit. Nam in elixatione, quoad maxime intumescere potuit, intumuit.* Hard.

Et assuetis. Graeca nunc Hippocratis haec sunt, t. 19: Καὶ τοῖσι μὲν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον, etc. *Bis die cibum sumere consuetis ptisana his danda est*, etc. Et t. 6, mane sumi ac vespere commode posse ait, ab iis potissimum, qui tota ptisana uti consueverunt: Ξυμφέρει δὲ τὰ τοιάδε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῖσιν ὅλησιν πτισάνησιν αὐτέκα χρεομένοισιν. Hard.

Sorbitionem tamen dari totam vetuit. Hoc est, ptisanam solidam, nec colatam. Ptisanam enim Hippocratea t. 30, sorbitionem et ipse vocat, πτισανόρροφιν. Idem et a potu sorbitionem secernit, lib. de Vet. med. tom. 12, ubi aegros ait, quibus sorbitio gravior est, potu contentos esse oportere: Ὁκόσοι δὲ μηδὲ τῶν ῥοφημάτων ἐδύναντο ὑποκρατέειν, ἀγείλον καὶ ταῦτα, καὶ ἀφίκοντο ἐς πόματα. Tota ergo quum dicitur, non colata intelligitur: quod et Galenus ipse admonet Com. I ad Hipp. de ptisana l. p. 22, t. XI: Εἰν τε ὅλας, εἴν τε κριθώδεις, εἰὰν τε ἁπλῶς πτισάνας εἴπῃ, ἓν καὶ ταυτὸν ἐκ τῶν τριῶν σημαίνεται λέξεων, τὰς ἀδιηθήτους πτισάνας δηλοῦντος... ἔπειτ' ἰδίᾳ τὸν χυλὸν ἀποκρίνας, ἐκεῖνον διδῷ, οὔθ' ὅλαις πτισάναις, οὔτε κριθώδεσι πτισάναις, οὔτε ἁπλῶς εἰρημέναις πτισάναις ὁ τοιοῦτος λεχθήσεται χρῆσθαι, χυλῷ δὲ μόνον πτισάνης. *Sive totam, sive hordeaceam, sive ptisanam simpliciter dixerit, unum et idem his tribus dictionibus significatur, ptisanam unaquaque non colatam significante. Nam a decoctione si quis ipsam colaverit, deinde per se cremorem separaverit illumque dederit: is neque tota ptisana, neque hordeacea ptisana, neque simpliciter dicta ptisana uti dicetur, sed solo ptisanae cremore.* Vide et t. 46, ubi Hippocratis placita egregio suo Commentario Galenus illustrat. Adde et Commentarium huius secundum in t. 19. Hard.

aliudve quam succum ptisanae. Item quamdiu pedes frigidi essent, tunc nec potionem dandam. Fit et ex tritico glutinosior, arteriaeque exhulceratae utilior.

LXVII. Amylon hebetat oculos, gulae inutile, contra quam creditur. Item sistit alvum, epiphoras oculorum inhibet, et hulcera sanat: item pusulas et fluxiones sanguinis. Genas duras emollit. Datur cum ovo his qui sanguinem reiecerint. In vesicae vero dolore, semuncia amyli cum ovo, et passi tribus ovis suffervefacta, a balineo. Quin et avenacea farina decocta in aceto naevos tollit.

Aliudve quam succum. Quam cremorem ptisanae: τὸν χυλὸν, sive τὸν ποτὸν μοῦνον, ἄνευ ῥοφημάτων, solum potum sine sorbitionibus, hoc est, sine ptisana solida. Hard.

Quamdiu pedes frigidi essent. Paroxysmorum initio. Dalec. — *Quamdiu pedes.* Verba haec sunt Hippocratis t. 45, t. XI: Οταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ πότου ἀπέχεσθαι. *Quum pedes frigidi fuerint, sorbitionis (ptisanae) exhibitionem prohibere oportet: maxime vero et a potu temperandum est.* Ac rursum: Ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτὸν, μήτε ῥόφημα, μήτ' ἄλλα μηδὲν δίδου τοιόνδε, etc. H.

Tunc. Gr. et al. t. *quidem.* Ed. P.

Ex tritico glutinosior. Κρίμνον vocat Dioscorid. crassiorem tritici farinam, alicae propemodum similem. Dal.

LXVII. *Contra quam creditur.* Recentiores, credo, aevi sui medicos suggillat, quos Dioscorides tamen est sequutus, qui lib. I, c. 123: τὰ περὶ ἀρτηρίαν πραῦνειν, gulae, sive arteriae, sive faucium asperitates amylum lenire scribit. Hard.

Item sistit alvum. Auctor libri de Simpl. med. ad Patern. inter opera Galeni t. XIII, p. 984: *Potest amylum*, inquit, *leniter stringere; propter quod collyriis ad lacrymam facientibus miscetur, et ad profluvium ventris prodesse comprobatur.* Hard.

Epiphoras oculorum inhibet. Diosc. II, 123: Ποιεῖ δὲ πρὸς ὀφθαλμῶν ῥεύματα, καὶ κοιλότητας, καὶ φλυκταίνας. *Efficax est contra oculorum fluxiones, cava hulcera, pusulasque.* H.

Datur cum ovo. Ita recte codex Reg. 2, et Colb. 3; in quibusdam aliis, *cum opio*, male. Hard.

Et passi tribus ovis. Et passi tantumdem, quantum trium ovorum putamine continetur (ut recte iam Dalecampius admonuit). Laborat vehementer Pintianus, ut *tribus obolis*, non *tribus ovis* legatur, libris invitis omnibus; frustra. Passi ova tria quum audis, tantumdem passi intellige, quantum capiat putamen vacuum ovorum trium. Hanc interpretationem gemina auctoritate fulcimus, Marcelli primum Empirici, cap. XXVI, p. 180: *Amyli*, inquit, *semunciam teritò, atque addito ovum recens, et ejus ovi testam ter passo impleto: idque pocu-*

LXVIII. Panis hic ipse, quo vivitur, innumeras paene continet medicinas. Ex aqua et oleo aut rosaceo mollit collectiones, ex aqua mulsa duritias valde mitigat. Datur et ex vino ad discutienda quae praestringi opus sit, et si magis etiamnum, ex aceto, adversus acutas pituitae fluxiones, quas Graeci rheumatismos vocant: item ad percussa, luxata. Ad omnia autem haec fermentatus, qui vocatur autopyros, utilior. Illinitur et paronychiis, et callo pedum in aceto. Vetus aut nauticus panis tusus, atque iterum coctus, sistit alvum, Vocis studiosis, et contra distillationes, siccum esse primo cibo, utilissimum est. Sitanius (hoc

lum diu agitatum et fervefactum stran-gurioso reverso a balneis dato: omni eum dolore ac difficultate celeriter absolves. Deinde Plin. Valer II, 39: *Amyli semuncia conteritur; et ovum eiusque putamen ter impletur passo, idque a balneo subfervefactum datur adversum calculi dolorem.* Hard.

LXVIII. *Panis hic ipse*, etc. Panis facultates Dioscorides attigit lib. II, c. 107. Dal.

Ex aqua et oleo aut rosaceo. Duritias porro intellige, quales sunt parotides, de quibus Theod. Priss. II, 8: *Ex pane madido, cum oleo infuso, contritoque, cataplasmentur.* Hard.

Quae praestringi. Quae coërceri opus sit, ut fluxiones pituitae, seu ῥεύματα. Hard.

Fermentatus, qui v. autopyros. Qui fermentatus sit, et simul αὐτόπυρος. Hoc est, ut Celsus loquitur, II, 29, et fermentatus simul, et cibarius. Meminit panis αὐτοπύρου, Athen. III, 110. Is est, cui nihil furfuris ademptum est, teste Celso, II, 18. Cicero et Celsus cibarium panem translulere. Hard.

Nauticus. Ammianus Marcellinus ad usus diuturnitatem excoctum vocat *buccellatum.* Brod. VI, 11. Dal. — *Vetus aut nauticus.* Plin. Valer. qui haec transcripsit, navalem panem appellat, II, 27. Galli biscoctum, *biscuit.* Habet eadem Dioscor. II, 107. Cels. II, 30: *Contra, alvum adstringunt, panis ex siligine, vel ex simila, magis si sine fermento est, magis etiam si ustus est, intenditurque vis etiam eius, si bis coquitur.* Hard.

Vocis studiosis. Aut φωνάσκους, aut eos, qui claram et altam vocem custodire volunt, ne aspera et rauca fiat: aut συμφωνιακοὺς qui canoram, suavem, plenam, levem vocem suis modulationibus adhibere maxime nituntur et student. Dal. — *Studiosis.* Gronov. et al. ante Hard. *studiosos.* Ed. P.

Siccum. Iul. Capitolinus in Anton. Pio, pag 22: *Senex etiam, antequam salutatores venirent, panem siccum comedit ad sustentandas vires.* Panis siccus est, qui citra potum sumitur. Id Veterum ientaculum fuit. Hinc ap. Lucian. ἀποσιτεῖν, ientare. Hard.

est, e trimestri) incussa in facie, aut desquamata, cum melle aptissime curat. Candidus aegris, aqua calida frigidave madefactus, levissimum cibum praebet. Oculorum tumori ex vino imponitur. Sic et pusulis capitis, aut adiecta arida myrto. Tremulis panem ex aqua esse ieiunis statim a balineis demonstrant. Quin et gravitatem odorum in cubiculis ustus emendat: et vini, in saccos additus.

LXIX. Auxiliatur et faba: namque solida fricta, fervensque in acre acetum coniecta, torminibus medetur. In cibo fressa, et cum allio cocta, contra deploratas tusses, suppurationesque pectorum, quotidiano cibo sumitur: et commanducata ieiuno ore, etiam ad furunculos maturandos, discutiendosve imponitur; et in vino decocta, ad testium tumores et

Sitanius. Subintellige, panis σιτάνιος; et σιτάνιος Graecis, ut diximus, XVIII, 12. Hard.

Incussa. Percussa in facie, inquit Plin. Valer. haec transcribens, III, 47. Hard.

Aut desquamata, etc. Cutem in squamae modum perstrictam. Hard.

Levissimum cibum. Intritam panis vocat Celsus. Dal.

Oculorum tumori ex vino. Plin. Val. I, 14. Theod. Prisc. I, I, 10: *De oculorum causis: Panis mundus vino infusus, et cum oleo roseo tritus, saepe oculos liberavit.* Ante hos Cels. VI, 6, tit. *ad oculos scabros. Succurrit his et aridae lippitudini, si quis panem ex vino subactum super oculum imponit*, etc. Hard.

Tremulis. Quibus videlicet artus tremunt. Hard.

In s. additus. Per quos vinum saccatur, sive colatur, ut diximus l. IV, 25, et XVIII, 17. Hard.

LXIX. *Namque solida fricta.* Haec totidem verbis Marc. Emp. c. XXVIII, p. 196. Hard.

In cibo fressa. Hoc est, fracta. Graecis ἕψος κυάμινον, *puls fabacea.* Vide Voss. in Etymol. verbo *Frendeo.* Haec Marc. Emp. cap. XVI, pag. 118, exscripsit ad verbum. Hard.

Suppurationesque pectorum, etc. Quas purulentas exscreationes interpretor, cum Plinio altero Valer. I, 58: *Faba fricta desecta, eaque faba in cibo vel ex melle sumpta, et tussi, et purulentis exscreationibus medetur.* Hard.

Et in vino decocta. Marcell. Emp. c. XXXIII, p. 230; Q. Seren. c. XXXVII, p. 149: *Et tumidos testes Nereia lympha coërcet, Aut faba cum tepidis Bacchi decocta fluentis.* Theod. Prisc. I, 24: *Faba in vino cocta, aut mellicrato cum melle trita, fervores testium vel indignationes curat.* H.

genitalium. Lomento quoque ex aceto decocto, tumores maturat atque aperit: item livoribus, combustis medetur. Voci eam prodesse, auctor est M. Varro. Fabalium etiam siliquarumque cinis, ad coxendices, et ad nervorum veteres dolores cum adipis suilli vetustate prodest. Et per se cortices decocti ad tertias sistunt alvum.

LXX. Lens optima, quae facillime coquitur, et ea quae maxime aquam absorbet. Aciem quidem oculorum obtundit, et stomachum inflat: sed alvum si-

Lomento. Lomentum farina fabacea est. Hac pariter ex aceto decocta M. Emp. utitur ad podagram leniendam, c. XXXVI, pag. 246, quoniam educit sanguinem et dolorem levat. Q. Serenus coriandrum pro aceto substituit, c. XLI, pag. 151: *Mollis odorato faba iungatur coriandro: Proderit appositum, mollitque aperitque tumorem.* H. —*Viciae fabae*, seu *Fabae vulgaris*, ut et orobi, lupini, hordei, ex farinarum numero est, quas *resolventes* Neoterici vocant. Ed. P.

Livoribus. Ad nigredinem, maculasque vultus farinam de faba Marc. Emp. adhibet cap. XIX. Hard.

Voci. Inde fabarii olim cantores vocati. Rabanus Maurus, de Inst. Cl. II, 48: *Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abstinebant: pallentia tantum legumina causa vocis sumebant, unde et vulgo cantores fabarii dicti sunt. Si ergo hoc apud gentiles tantum servandae vocis causa agebatur*, etc. Rabano praeivit Isidorus, de divi Offic. II, 2: *Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abstinebant: psallentes tamen* (ex Rabano malim *pallenti tantum*) *legumine in causa vocis assidue utebantur. Unde et cantores apud gentiles fabarii dicti sunt.* Hard.

Fabalium. Fabalia Plinius hic vocat, quos fabarum culmos Columell. dicit. Dalec. — *Fabalium* Stipulas fabales appellat Ovid. Fast. IV, 775. H.

Et ad nervorum vet. dolores. Gal. de Fac. simpl. med. VII, p. 198. H.

Cum adipis suilli vetustate. Hoc est, adipe vetusto. Sic XXI, 74, hulcerum vetustatem, pro vetustis hulceribus dixit. L. XXIV extremo, *Nunc claritas herbarum dicetur*, pro herbis clarioribus. Libro vero XXVIII, 18, obstetricum nobilitatem, pro *nobiles obstetrices*. Claritates animalium pro *clarioria animalia* c. 22 eius libri. H.

Et per se cortices, etc. Longe pluras ad varios morbos et fabae, et eius farinae, et cortices facultates Dioscorides memorat. Dal. — *Cortices.* Fabarum videlicet. Haec totidem verbis Plin. Val. II, 27, et Marcell. Empir. c. XXVII, pag. 195. Hard.

LXX. *Lens.* Quae toto hoc capite de sativa lente referuntur, usque ad ea verba, *Est et palustris lens*, totidem ferme verbis exstant apud Diosc. II, 129. H. —*Ervum Lens* (*Diadelph. decand.* gen. 1718 Pers. *Legum. Juss.*), de quo alias dictum. Ed. P.

Sed alvum sistit. Praeter Dioscoridem refert hoc etiam Galen. de alim.

stit in cibo, magisque discocta caelesti aqua: eadem solvit, minus percocta. Crustulas hulcerum rumpit, eaque quae intra os sunt, purgat et adstringit. Collectiones omnes imposita sedat, maximeque exhulceratas et rimosas. Oculorum autem epiphoras cum meliloto, aut cotoneo. Contra suppurantia cum polenta imponitur. Decoctae succus ad oris exhulcerationes et genitalium adhibetur: ad sedem, cum rosaceo, aut cotoneo. In his, quae acrius remedium exigant, cum putamine punici, melle modico adiecto. Ad id demum, ne celeriter inarescat, adiiciunt et be-

Fac. I, 18, p. 323, tom. VI, et de Fac. simpl. med. VIII, p. 238. Plinius quoque Val. II, 23, aliique. Et priores quidem, detracto cortice discoqui accurate iubent, prima aqua inter coquendum effusa: quod primum illius decoctum alvum solvit. Hard.

Crustulas hulcerum. Quae inustis ferro candenti aut caustico partibus fiunt. Dal. — *Crustulas.* Crustam dicitur hulcus ducere, quando solidatur. MSS. Regg. Colb. Chiffl. *pusulas hulcerum.* Plin. Val. III, 22, haec transcribens, *fistulas* legit: *Fistulas hulcerum*, inquit, *lenticula cocta rumpit; eadem collectiones sedat.* Dioscor. II, 129: Εσχάρας περιρρήττει, *crustas seu margines hulcerum rumpit.* H. — Brot. ex MSS. et edit. prine. *pusulas.* Certe scimus pusulas variolarum, *petite vérole*, lente decocta etiamnum apud nos frequentius illini; quanquam de propinando lentium decocto minime inter se conveniunt medici. Cf. Geoff. Mat. m. t. III, p. 705 sqq. Ed. P.

Eaque quae intra os sunt. Oris hulcera. Diosc. II, 129, καὶ ἕλκη ἀνακαθαίρει. In solo Chiffl. cod. *purgat et abstergit.* Hard.

Collectiones. Plin. Valer. III, 25, et Diosc. l. c. Hard.

Oculorum. Diosc. l. c. et Plin. Val. I, 4: *Ad oculorum epiphoras et tumores... lenticula cum cotoneis cocta, et una trita adiuvat.* Hard.

Contra suppurantia. Discutiendis tumoribus, qui ad suppurationem vertuntur, ne suppurent. Dalec. — *Contra.* Plin. Valer. III, 22, de lente: *Intra suppurantia cum polenta decocta imponitur*; lege, *contra suppurantia.* Nam ut idem admonet cap. 27. *Lens ipsa cum melle imposita, prohibet suppurare.* Hard.

Decoctae succus ad oris, etc. Plin. Val. III, 22. Hard.

Ad sedem. Ad sedis inflammationes, πρὸς φλεγμονὰς δακτυλίου, Diosc. II, 129. Hard.

In his, quae acrius remedium exigant. Scrib. Larg. comp. CCXXXIV: *Ad veteri tumorem lens ex aqua cocta, et trita, rosaceo oleo mixta prodest. Si maior tumor erit, mali granati corium ex aqua coctum ac tritum, lenticulae pari pondere admiscere oportet.* H.

tae folia. Imponitur et strumis panisque, vel maturis, vel maturescentibus, ex aceto discocta. Rimis ex aqua mulsa; et gangraenis cum punici tegmine. Item podagris cum polenta, et vulvis, et renibus, pernionibus, hulceribus difficile cicatricem trahentibus. Propter dissolutionem stomachi triginta grana lentis devorantur. In choleris quoque et dysenteria efficacior est in tribus aquis cocta: in quo usu melius semper eam torrere et ante tundere, ut quam tenuissima detur, vel per se, vel cum cotoneo malo, aut piris, aut myrto, aut intubo erratico, aut beta nigra, aut plantagine. Pulmoni est inutilis, et capitis dolori, nervosisque omnibus, et felli: nec somno facilis: ad pusulas utilis, ignique sacro, et mammis in

Imponitur et strumis, etc. Plin. Val. iisdem verbis, III, 27. H.

Rimis. Dioscor. II, 129. H.

Item podagris cum polenta. Diosc. loc. cit. Παρηγορεῖ δὲ καὶ ποδάγρας σὺν ἀλφίτῳ ἑφθὸς κατεψηθεὶς, καὶ καταπλασθεὶς. *Decocta cum polenta impositaque podagras lenit.*

Pernionibus. Theod. Prisc. I, 28, de Pernionibus: *Et lenticulae coctae et tritae cataplasma proderit.* H.

Hulceribus d. cic. trahentibus. Plin. Val. III, 25. H.

Dissolutionem stomachi. Contra subversionem stomachi, ἀνατροπὴν στομάχου, Diosc. loc. cit. quum nempe stomachus in vomitiones effunditur. Hard.

In choleris quoque. Describit hunc morbum Cels. IV, 11: *Facienda*, inquit, *mentio est cholerae, quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul et deiectio et vomitus est: praeterque haec, inflatio est, intestina torquentur, bilis supra infraque erumpit. Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Graeci nominarunt*, etc. Ἀπὸ τῆς χολῆς deductum nomen putat, qui communis medicorum error, a Constantino in Lexico configitur. Ῥεῦμα τῆς κοιλίας fluxionem alvi simpliciter nuncupat II, 19, ubi haec ipsa remedia totidem ferme verbis affert. H.

Et ante tund. Gron. et al. ante Hard. *aut tund*. Brot. *ante et*. Ed. P.

Pulmoni est inutilis. Dioscorid. ad verbum, loco citat. H.

Nec somno facilis. Quia somnia tumultuosa facit, inquit Diosc. l. cit. Ἔστι δὲ δυσόνειρος. H.

Ad pusulas utilis. Pustulas prohibere lenticulae farinam cum melle aut vino, auctor est Celsus, V, 27. Diosc. loco citato, πρὸς δὲ φλυκταίνας καὶ ἐρυσιπέλατα. De igne sacro, concinit et alter Plin. Val. III, 34. H.

Mammis in aqua marina decocta. Ad mammas grumoso concretoque lacte turgentes, nimiumque distentas,

aqua marina decocta; in aceto autem duritias et strumas discutit. Stomachi quidem causa, polentae modo potionibus inspergitur. Quae sunt ambusta, aqua semicocta curat, postea trita, et per cribrum effuso furfure, mox procedente curatione addito melle. Ex posca coquitur ad guttura. Est et palustris lens per se nascens in aqua non profluente, refrigeratoriae naturae: propter quod collectionibus illinitur, et maxime podagris, et per se, et cum polenta: glutinat et interanea procidentia.

LXXI. Est et silvestris elelisphacos dicta a Graecis,

πρὸς χονδριώντας μαστοὺς, καὶ σπαργανώσεις. H.

In aceto autem duritias. Cervicis rigorem (opisthotonon vocant) ita discuti; Q. Serenus cecinit c. XVII, p. 135. H.

Quae sunt ambusta. Explicatius paulo Plin. Valer. III, 36: *Ambustis sanandis: Lens ex aqua semicocta imponitur: procedente vero curatione lens cruda conteritur, eiectoque furfure eius, decoquitur, et sic imponitur; et postea mel adiicitur.* Sic Th. Prisc. I, 47: *De ustione calidae, vel ignis.* H.

Est et palustris lens. Plin. Val. ad verbum, III, 14, et Diosc. IV, 88: φακὸς ὃς ἐπὶ τῶν τελμάτων εὑρίσκεται, ἐπὶ τῶν στασίμων ὑδάτων, βρύον ὃν ὅμοιον φακῷ. *Lens palustris in aquis pigris stagnantibusque reperitur, muscus videlicet lenticulae similis.* H. — Nobis *Lemna minor* (*Dioec. diandr.* gen. 2025 Pers. *Naiad.* Juss.), *lentille d'eau.* Ed. P.

Profluente. Al. *fluente.* Ed. P.

Collectionibus. Collectiones videntur humores esse ex collecta pituita vel sanguine, cum inflammatione interdum coniunctae. Diosc. l. cit. inflammationibus mederi lentem palustrem dixit, πάσαις φλεγμοναῖς. Neque nunc modo, sed et saepius, ubi Plinius *collectiones* habet, oedemata, οἰδήματα fere appellantur, hoc est, molles tumores, laxioresque, ac sine dolore. Hard.

Et maxime podagris. Plin. Valer. III, 14, et Marcell. Emp. c. XXXVI, pag. 250. Hard.

Et per se. Hoc est, sola. H.

Interanea. Ἐντεροκήλας Graeci vocant, descensum intestinorum in alterum naturae locum. Diosc. loc. cit. Παρακολλᾷ δὲ καὶ ἐντεροκήλας τὰς ἐπὶ παίδων. Hard.

LXXI. *Est et silvestris elelisphacos.* Ex affinitate nominis occasione sumpta, de elelisphaco nunc sermonem instruit, quod lenti scilicet, quae Graecis φακὸς dicitur, proximam habuerit appellationem, σφακός. Nam re, forma, dotibusque, immensum quantum a lente dissidet. Herbariis nostris incognita. H. — Nec sane cognosci potuit herba, quae numquam fuit. Noster enim nomenclatura deceptus, salviam praepostere lentis speciem habuit. Ex Cl. Gerard. not. ined. Ed. P.

ab aliis sphacos. Ea est sativa lente levior, et folio minore, atque sicciore, et odoratiore. Est et alterum genus eius silvestrius, odore gravi: haec mitior. Folia habet cotonei mali effigie, sed minora et candida, quae cum ramis decoquuntur. Menses ciet et urinas, et pastinacae ictus sanat. Torporem autem obducit percusso loco. Bibitur cum absinthio ad dysenteriam. Cum vino eadem commorantes menses trahit: abundantes sistit decocto eius poto. Per se imposita herba vulnerum sanguinem cohibet: sanat et serpentium morsus. Et si in vino decoquatur, pruritus testium sedat. Nostri, qui nunc sunt, herbarii elelisphacon graece, latine salviam vocant, mentae similem, canam, odoratam. Partus emortuos ea apposita extrahunt: item vermes aurium hulcerumque.

LXXII. Cicer et silvestre est, foliis sativo simile,

Ab aliis sphacos. Ita scribendum, non φακός, tum ex Suida, apud quem alphabeti series id certo confirmat: Σφακός, ait, ἀντὶ τοῦ ἐλελίσφακος, etc. tum vero ex Pliniano Indice. H.

Est et alterum genus. Perinde officinis, herbariisque ignotum. Vt nunc *silvestrius*, sic XVI, 50, *silvestriora* dixit. Hard.

Folia habet cotonei mali. Ita fere Diosc. l. c. de elelisphaco. Vnde perspicuum est non hanc esse salviam Latinorum, cui folia non sunt cotonei mali effigie, sed mentae potius, ut Plinius recte animadvertit, post Cratevam scilicet, cuius sententiam comprobat, tum ipsa experientia, tum Anguillara, part. XII, pag. 201, ubi haec scriptoris graeci verba recitat: Φύλλα ἔχει ὅμοια τῷ ἡδυόσμῳ. H.— Ελελίσφακος Theophr. VI, 2, nobis est *Salvia triloba*; quanquam Hippocrates, iudice Sprengelio, et *officinalem et creticam* hoc eodem habet nomine. Ed. P.

Cum ramis. Diosc. loc. cit. H.

Menses. Dioscor. loc. cit. H.

Pastinacae ictus. Gronov. et al. ante Hard. *pastinacae marinae ictus.* Ed. P.

Per se. Dioscorid. loc. cit. H.

Et si in vino decoquatur, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Latine. Galli nostri vocant *de la sauge.* Hard.

LXXII. *Cicer et silv.* Ἄγριος ἐρέβινθος apud Graecos: apud Recentiores nullum adhuc certum nomen invenit. Pictum vide apud Dodonaeum, pag. 516. Dioscorides totidem verbis, II, 126: Γίνεται δὲ καὶ ἄγριος ἐρέβινθος, ὅμοιος τοῖς φύλλοις τῷ ἡμέρῳ, ὀσμῇ δριμύς, etc. H. — *Cicer arietinum* (*Diadelph. decand.* gen. 1791 Pers. *Leguminos.* Juss.), cuius plures Noster Varietates enumerat, ut et XVIII, 83. Ed. P.

odore gravi. Si largius sumatur, alvus solvitur, et inflatio contrahitur, et tormina. Tostum salubrius habetur. Cicercula etiamnum magis in alvo proficit. Farina utriusque hulcera manantia capitis sanat, efficacius silvestris. Item comitiales, et iocinerum tumores, et serpentium ictus. Ciet menses et urinas, grano maxime. Emendat et lichenas, et testium inflammationes, regium morbum, hydropicos. Laedunt omnia haec genera exhulceratam vesicam, et renes. Gangraenis utiliora cum melle, et his quae cacoethe vocantur. Verrucarum in omni genere prima luna singulis granis singulas tangunt, eaque grana in linteolo deligata post se abiciunt, ita fugari vitium arbitrantes. Nostri praecipiunt arietinum in aqua cum sale discoquere, ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinae. Sic et calculos pellit, morbumque regium. Eiusdem foliis sermentisque decoctis, aqua quam maxime calida morbos pedum mollit, et ipsum calidum tritumque illitum. Columbini decocti aqua, horrorem tertianae et quartanae minuere creditur. Nigrum autem cum gallae dimidio tritum, oculorum hulceribus ex passo medetur.

Cicercula. Cicerculam Plinius pro cicere saepe dixisse, ipsumque id legumen intellexisse, quod ἐρέβινθον Graeci vocant. De salivi ciceris facultate, ad bonam alvum faciendam Diosc. suffragatur loc. cit. Ἐρέβινθος ὁ ἥμερος, εὐκοίλιος, etc. H.

Ciet menses. Diosc. II, 126. H.

Emendat. Haec totidem verbis Dios. loco citato. Hard.

Verrucarum. Totidem verbis haec rursum Diosc. loco citato. H.

Nostri praecipiunt, etc. Plin. Val. II, 39: *Cicer arietinum*, inquit, *in aqua discoquitur cum sale, et ex ea aqua bibuntur bini cyathi per triduum in difficultate urinae.* Marc. Emp. cap. XXVI, p. 181: *Cicer arietinum in aqua decoquito cum sale, eumque stranguriosо ad binos cyathos bibendum dato.* Hard.

Sic et calculos pellit. Plinius Valer. loco citato. H.

Morbumque. Plin. Valer. l. c. H.

Columbini d. aqua. Ciceris columbini, de quo XVIII, 32. H.

LXXIII. De ervo quaedam in mentione eius diximus: nec potentiam ei minorem veteres, quam brassicae tribuere. Contra serpentium ictus ex aceto, ad crocodilorum hominumque morsum. Si quis ervum quotidie ieiunus edat, lienem eius absumi certissimi auctores affirmant. Farina eius varos, sed et maculas toto corpore emendat. Serpere hulcera non patitur: in mammis efficacissimum. Carbunculos rumpit ex vino. Vrinae difficultates, inflationem, vitia iocineris, tenesmon, et quae cibum non sentiunt, atropha appellata, tostum, et in nucis avellanae magnitudinem melle collectum devoratumque corrigit: item impetigines, ex aceto coctum et quarto die solutum. Panos in melle impositum suppurare prohibet. Aqua

LXXIII. *De ervo.* Nobis *Ervum Ervilia* Linn. (*Diadelph. decand. gen.* 1717 P. sub *Vicia. Leguminos.* Juss.); cf. XVIII, 38. Ed. P.

Contra serpentium ictus. Plin. Val. III, 57. Dioscorid. II, 131: Σὺν οἴνῳ κυνόδηκτα, καὶ ἀνθρωπόδηκτα, καὶ ἐχιόδηκτα θεραπεύει καταπλασσόμενος. Hard.

Si quis ervum, etc. Carmine id Q. Serenus expressit; c. xxiv, pag. 140: *Nonnulli memorant consumi posse lienem, Ervum si semper ieiuno sumpserit ore.* H.

Farina. Diosc. loco cit. Vari apud Celsum, VI, 5, maculae sunt in facie, ut lenticulae et ephelides. Plinius, XXIII, 16: *Vitia cutis in facie, varosque et lentigines, et sugillata emendat*, etc. — *Farina.* In libris hactenus editis, interpolatorum insigni licentia, *Farina eius*, ut Varro ait, *maculas*, etc. In Reg. 1, et Colb. *Farina eius varro, sed et maculas.* Sinceram nos (post Pintianum tamen) scripturam, tum ex iis vestigiis primitivorum codicum, tum ex Plinio Valeriano eruimus, qui totum fere opus suum ex Plinianis verbis ac sententiis concinnavit. Is enim, III, 41, cuius lemma: *Varis tollendis: Farina*, inquit, *ervi ex aqua imposita sanantur, et toto corpore maculae emendantur.* Hard.

Serpere. Marc. Emp. c. iv, p. 42; Plin. Valer. III, 22, et Diosc. l. c. Vide et Celsum, V, 28, tit. de fistulis. Hard.

Carbunculos. Plin. Valer. III, III, 30, Diosc. loc. cit. Theod. Prisc. I, 28: *de carbunculis. Ervi pulvis cum vino tritus.* H.

Vrinae difficultates. Haec pariter Diosc. loc. cit. H.

Quae cibum non sentiunt. Quae non aluntur cibo. Quae nutritionem a cibo non sentiunt. De hac ἀτροφίᾳ nos opportunius XXVIII, 33. Dioscor. l. c. Ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἀτροφοῦσι, καρύου μέγεθος φρυκτὸν ληφθὲν σὺν μέλιτι. Hard.

Panos. Marc. Emp. c. xxxii, pag.

decocti perniones et pruritus sanat fovendo. Quin et universo corpori, si quis quotidie ieiunus biberit, meliorem fieri colorem existimant. Cibis idem hominis alienum. Vomitiones movet, alvum turbat, capiti et stomacho onerosum. Genua quoque degravat. Sed madefactum pluribus diebus, mitescit: bubus iumentisque utilissimum. Siliquae eius virides, prius quam indurescant, cum suo caule foliisque contritae, capillos nigro colore inficiunt.

LXXIV. Lupini quoque silvestres sunt, omni modo minores sativis, praeterquam amaritudine. Ex omnibus quae eduntur, sicco nulli minus ponderis est,

224, et Plin. Val. III, 27: *Panos cum melle*, etc. H.

Aqua d. perniones. Ad verbum Dios. loc. cit. Hard.

Quin. Diosc. loco citato. H.

Vomitiones movet, etc. Haec pariter Diosc. loco citato. H.

Genua quoque degravat. Graves genuum dolores excitat. In Aeno mulieres aeque ac viri, qui leguminibus vivitarunt, crurum impotentia vexati sunt, nec ab eo morbo sanati. Qui autem ervum esitarunt, genuum dolor afflixit. Hippoc. Dalec.—*Genua.* Hipp. Epid. VI, cap. 4, tom. 13, Ὀρθοφαγίσαντες, γονυαλγέες. H.

Mitescit. Ervi grana uberiora et candidiora aqua permiscenda maceratur Dioscoridi, et ubi satis squae combibierint, torrentur, quoad rumpatur hians cortex: moluntur: inde farina fit. Dal.

Bubus. Si elixum apponatur, boves saginat, inquit Dioscor. l. c. βοῦς δὲ λιπαίνει ἑφθὸς παρατιθέμενος. H.

Siliquae eius virides. Marc. Emp. totidem verbis, cap. VII, pag. 48: *Ervi siliquae, priusquam arescant, cum foliis et caule suo conteruntur, et raso capiti, ut capilli nigrescant, protinus illinuntur.* Plin. Val. I, 7: *De capillis denigrandis: Siliquae erucae* (lege *ervi*), *cum suis foliis et caulibus conteruntur, et capiti raso illinuntur.* Hard.

Capillos nigro colore inficiunt. Color in capillis niger non tantum a viris canescentibus expetebatur, ut senectutis vitium dissimularent, sed etiam a mulieribus, quod matronae spectal ac pudicitiae nigro capillo, toga longe ac late fusa, et ad talos demissa, stola, flammeo, vittis et reticulo sese ornarent: meretrices vero flavo capillo, togaque subducta, stola pulla absque vittis et flammeo internoscerentur. Alex. lib. V, cap. 18. Dal.

LXXIV. *Lupini quoque silvestres sunt.* Sic Dioscor. II, 133: Γίνεται δὲ καὶ θέρμος ἄγριος, ἡμερῶν τῷ ἡμέρῳ, κατὰ πάντα δὲ πικρότερος. Alii μικρότερος. Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 178: Θέρμος ἄγριος πικρότερος, καὶ ἰσχυρότερος εἰς ἅπαντα τοῦ ἡμέρου ἐστίν, etc. H. — *Lupinus albus* (*Diadelph. decand.* gen. 1679 Pers. *Legumin.* Juss.). Ed. P.

nec plus utilitatis. Mitescunt cinere aut aqua calidis. Colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant: amari contra aspidas valent. Hulcera atra, aridi decorticatique triti, supposito linteolo, ad vivum corpus redigunt. Strumas, parotidas, in aceto cocti discutiunt. Succus decoctorum cum ruta et pipere, vel in febri datur ad ventris animalia pellenda, minoribus triginta annorum: pueris vero impositi in ventrem iciunis prosunt. Et alio genere tosti, et in defruto poti, vel ex melle sumpti. Iidem aviditatem cibi faciunt, fastidium detrahunt. Farina eorum aceto subacta, papulas pruritusque in balineis illita cohibet, et per se siccat hulcera. Livores emendat. Inflammationes cum polenta sedat. Silvestrium efficacior vis est contra coxendicum et lumborum debilitatem. Ex iisdem decocta lentigines, et foventium cutem corrigunt: si vero ad mellis crassitudinem de-

Hulcera atra. Ex vetustate, et corruptione. Cels. lib. V, 612: *Modo hulcus nigrum est, quia caro eius corrupta est, idque vehementius etiam putrescendo intenditur.* Et paulo ante: *Interdum enim vetustas hulcus occupat, inducituque ei callus, et circum orae crassae livent*, etc. Marc. Emp. c. IV, p. 43: *Vetustis hulceribus ... medetur farina lupini indocti, et sine cortice, inspersa cum vino.* Sic pariter Theod. Prisc. I, 18. H.

Strumas. Diosc. II, 132; Plin. Val. I, 13, III, 29, Marc. Emp. XV, 107. Hard.

Succus. Plin. Valer. II, 21; Marc. Emp. XXVIII, p. 200, et Diosc. l. c. Praeivit his omnibus Cels. IV, 17: *Si tali sunt lumbrici, aqua potui dari debet in qua lupinum decoctum sit.* Hard.

Pueris vero impositi. Vide quae diximus XVIII, 36. H.

Et alio genere tosti. Diosc. loc. c.

Iidem. Diosc. loc. cit. H.

Farina. Diosc. l. c. Plin. Val. III, 39, et Serenus; c. VII, de prim gine et papulis, p. 129: *Ferventes papulas oleo curuto liquenti, Aut acido Baccho miscebis farra lupini: Atque hinc in calido percurres membra lavacro.* H.

Livores emendat. Diosc. Καθαίρει πελιώματα, καὶ φλεγμονὰς πραΰνει σὺν ἀλφίτῳ καὶ ὕδατι. H.

Silvestrium efficacior vis, etc. Et sativis nihilominus dos illa quoque communis, teste Dioscoride II, 132: Σὺν ὄξει δὲ ἰσχιάδας παρηγορεῖ. H.

Cutem corrigunt. Dioscor. loco cit. Καθαίρει τὸ ἄλφιτον χρῶτα. Galen. similiter loco citato. H.

Si vero ad mellis, etc. Marc. Emp. c. XIX, p. 129. H.

coquantur vel sativi, vitiligines nigras et lepras emendant. Sativi quoque rumpunt carbunculos impositi; panos et strumas minuunt, aut maturant, cocti ex aceto: cicatricibus candidum colorem reddunt. Si vero caelesti aqua discoquantur, succus ille smegma fit: quo fovere gangraenas, eruptiones pituitae, hulcera manantia utilissimum. Expedit ad lienem bibere et cum melle menstruis haerentibus. Lieni crudi cum fico sicca triti ex aceto imponuntur. Radix quoque in aqua decocta, urinas pellit. Medentur pecori cum chamaeleone herba decocti, aqua in potum collata. Sanant et scabiem quadrupedum omnium, in amurca decocti, vel utroque liquore postea mixto. Fumus crematorum culices necat.

LXXV. Irionem inter fruges sesamae similem esse

Rumpunt carbunculos, etc. Dioscor. loco cit. Ἀνθρακας περιῤῥήσσει. H.

Panos et strumas minuunt, etc. Prius legebatur mutata interpunctione; *aut maturant. Cocti ex aceto cicatribus*, etc. Vt ille ex aceto temperandi modus ad posteriorem solam medicinam referendum videretur, non etiam ad superiorem. Contra Diosc. II, 52: Φύματα καὶ χοιράδας μεταβάλλει ἐν ὄξει ἑψηθεὶς καὶ κατα-πλασθείς. Galenus quoque de simpl. Fac. med. VI, p. 174: Ἀλλὰ καὶ χοιράδας καὶ φύματα σκληρὰ θεραπεύει· ἐν ὄξει δ' ἕψειν αὐτὸ χρὴ, etc. Marc. Emp. c. XXXIII, pag. 226: *Lupini ex aceto cocti, et subacti, et pro emplastro adpositi, causam punicularum maturant, et minuunt dolorem.* Denique Plinius etiam Valer. III, 27: *Panis depellendis, Lupini*, inquit, *ex aceto cocti, aut minuunt, aut maturant.* Quod ut ita sane se habeat, et in sequenti pariter remedio ex aceto incoqui nihilominus necesse est. Plin. Val. III, 48: *Ad colorem cicatricibus reddendum: Lupini ex aceto cocti imponuntur.* Hard.

Si vero caelesti aqua. Diosc. et Gal. ll. cc. Hard.

Expedit. Diosc. et Gal. ll. cc. lienosis aiunt lupini decoctum prodesse, cum ruta potum ac pipere. H. — *Et cum melle.* Adiicit et myrrham praeterea Diosc. loc. cit. et subdi in pesso iubet, προσθέτω. Dioscoridem sequitur Galen. l. c. H.

Radix. Diosc. l. c. H.

Aqua in potum collata. Non potu, sed ablutione tantum, decoctum eiusmodi prodesse pecorum scabiei tradit Diosc. loco citato. H.

Vtroque liquore. Amurca videlicet et, decocto lupini: non, uti Dalecampio visum est, chamaeleonis decocto. Hard.

LXXV. *Irionem*, etc. Ἐρύσιμον Theophrast. Hist. VIII, 3, nobis est

diximus, et a Graecis erysimon vocari: Galli velam appellant. Est autem fruticosum, foliis erucae, angustioribus paulo, semine nasturtii. Vtilissimum tussientibus cum melle, et in thoracis purulentis exscreationibus. Datur et regio morbo, et lumborum vitiis, pleuriticis, torminibus, coeliacis. Illinitur vero parotidum et carcinomatum malis. Testium ardoribus ex aqua, alias cum melle. Infantibus quoque utilissimum. Item sedis vitiis, et articulariis morbis, cum melle et fico. Contra venena etiam efficax potum. Medetur et suspiriosis: item fistulis, cum axungia veteri, ita ne intus addatur.

LXXVI. Horminum semine, ut diximus, cumino simile est, caetero porro, dodrantali altitudine. Duo-

Alysum sativum (*Tetradyn. silicul.* gen. 1558 Pers. sub *Camelina. Cruciffer.* Juss.); ἐρύσιμον item Dioscor. II, 188, est *Erysimum officinale* (*Tetradyn. siliq.* gen. 1568). Conf. XVIII, 22. Ed. P.

A Graecis erysimon vocari. Plinius admodum inconsiderate erysimon herbam descriptam a Dioscoride confundit cum erysimo fruge a Theophrasto memorato, lib. II, cap. 17; et lib. VI, cap. 19, de Causis plantarum. Dal.

Galli velam appellant. Ita MSS. R. Colb. etc. tum hoc loco, tum in Indice: non *velarum* (ut Gron. et alii). Est autem haec huius loci sententia: irionis, quae inter fruges censetur, et a Graecis erysimon appellatur, naturam superius atque indolem esse tractatam; nunc ex affinitate nominis occasione sumpta alterum erysimon explicari, quod herbacei generis est, Galli quondam *velam* appellarunt: Sic paulo ante cap. 7, a lente, quae Graecis φακός, ad elelisphacon, sive σφακόν, orationem transtulit. H.

Fruticosum, etc. Iisdem verbis a Dioscorid. describitur II, 188. H.

Vtilissimum. Haec totidem verbis Diosc. l. c. H.

Datur. Diosc. loco citato. H.

Illinitur vero parotidum, etc. Dios. l. c. et Galen. de Fac. simpl. med. VI, d. 174. H.

Carcinomatum malis. Caecorum, occultorum: de quibus l. VI, aphor. 38; κρυπτῶν Diosc. Dalec.

Testium ardoribus. Dioscor. et Gal. ll. cc. H.

Contra. Dioscor. l. c. H.

LXXVI. *Horminum.* Ὄρμινον Th. Histor. VIII, 7, ὄρμινον Dioscor. III, 145, nobis est *Salvia Horminum* (*Diand. monogyn.* g. 64 Pers. *Labiat.* Juss). Habitat in Graecia et Apulia. Cf. Sibth. Flor. Graec. t. xx, et Plin. XVIII, 22. Ed. P.

Porro. Plinius pro πρασίου legit πράσου. Dalec. — Dioscor. III, 145: Ὄρμινον ἥμερον, πόα ἐστὶν ἐμφερὴς πρασίῳ τοῖς φύλλοις. *Horminum herba*

rum generum: alteri semen nigrius, et oblongum. Hoc ad Venerem stimulandam, et ad oculorum argema et albugines. Alteri candidius semen et rotundius. Vtroque tuso extrahuntur aculei ex corpore, per se illito ex aqua: folia ex aceto imposita, panos per se vel cum melle discutiunt: item furunculos, priusquam capita faciant, omnesque acrimonias.

LXXVII. Quin et ipse frugum pestes in aliquo sunt usu. Infelix dictum est a Virgilio lolium. Hoc tamen molitum ex aceto coctum, impositumque, sanat impetigines; celerius, quo saepius mutatum est. Medetur et podagris, aliisque doloribus, ex oximelite. Curatio haec a caeteris differt. Aceti sextario uno dilui mellis uncias duas iustum est: ita temperatis sextariis tribus, decocta farina lolii sextariis duobus usque ad crassitudinem, calidumque ipsum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit ossa fracta.

LXXVIII. Miliaria appellatur herba, quae necat

est foliis marrubio similis. Apud scriptorem graecum, quisquis ille fuerit, a quo haec Plinius mutuatus est, rectius multo πράσῳ legit, quam πρασίῳ Dioscorides. Hormini enim folia sunt arundinaceis propiora, porraceisque, quam marrubii. H.

Hoc ad Venerem, etc. Haec pariter Diosc. l. c. H.

Vtroque tuso, etc. Diosc. III, 145: Καταπλασθὲν δὲ μεθ' ὕδατος . . . καὶ σκόλοπας ἐπισπᾶται. H.

Priusquam capita faciant. Priusquam in capita exuberent, et tubera rotundentur. H.

LXXVII. *Infelix dictum est a Virgilio lolium*. Lolium pani admixtum vertiginem capitis facit et gravedinem; unde proverbium, *lolio vietitare*. D. — *Infelix* Georg. I, 153: *interque nitentia culta Infelix lolium, et steriles dominantur avenae*. Infelix autem lolium appellatur, vel quod infecundum est, ut Servius interpretatur, vel quod oculis nocet. Ovid. Fast. I, 694: *Et careant loliis oculos vitiantibus agri*. Fulgent. lib. de prisco Sermone: *Luscitiosos dici voluerunt interdiu parum videntes, quos Graeci γλαυκῶπας vocant. Plautus Milite: Mirum est lolio vietitare te, tam vili tritico.* PA. *Quid iam? sc. Quia luscitiosus. Dicunt enim, quod lolium comedentibus oculi obscurentur.* HARD.

Hoc tamen molitum, etc. Dioscor. II, 122. H.

milium. Haec trita, et cornu cum vino infusa, podagras iumentorum dicitur sanare.

LXXIX. Bromos semen est spicam ferentis herbae: nascitur inter vitia segetis, avenae genere: folio et stipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes parvulas velut locustas habet. Semen utile ad cataplasmata, atque hordeum, et similia. Prodest tussientibus succus.

LXXX. Orobanchen appellavimus necantem ervum et legumina: alii cynomorion eam appellant, a similitudine canini genitalis: cauliculus est sine san-

LXXVIII. *Miliaria appellatur herba, quae necat milium.* Circumligando sese. Officinis incognita. — Nobis *Panicum verticillatum.* Ed. P.

LXXIX. *Bromos.* Vt Graecis βρῶμος, sic avena Latinis gemina est: altera sativa et esculenta, quae inter cerealia non postremum obtinet locum: *de l'avoine*: iumentorum cibus: altera sponte nascens ac sterilis, quae inter frugum vitia numeratur, describiturque a Dioscoride IV, 140; eadem plane cum sativa forma, ut recte Anguillara, parte VI, p. 98. H.

Folio. Diosc. lib. II, 116, de avena sativa: Βρῶμος κάλαμός ἐστι, πυροῖς ὅμοιος καὶ τοῖς φύλλοις, γόνασι δὲ διειλημμένος· καρπὸν δὲ ἔχει ἐν ἄκρῳ ὥσπερ ἀκρίδια δίκωλα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα χρήσιμον εἰς καταπλάσματα, ὡς ἡ κριθή. *Avena tum culmo, tum etiam foliis triticum imitatur, sed geniculis distinguitur. In cacumine vero dependentes velut parvulas locustas bipedes gerit, in quibus semen continetur, aeque ut hordeum, ad cataplasmata utile.* Totum hoc caput de bromo apud Diosc. suppositititium esse spuriumque censet Anguill. p. XIV, p. 290. H.— Nobis *avena sativa.* Ed. P.

Atque hordeum. Forte, *aeque atque hordeum*, ex Diosc. et ex Galeno de Facult. Simpl. med. VI, p. 165. H. — Vet. apud Dalec. *aeque ut hordeum.* Ed. P.

Prodest tussientibus succus. Diosc. l. c. Ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ χυλὸς ῥοφούμενος βήσσουσιν ἁρμόζει. *Ejus cremor tussientibus sorbitione prodest.* H.

LXXX. *Orobanchen appellavimus.* Lib. XVIII, cap. 44. Vide quae ibi diximus in Notis. Hard.

Alii cynomorion. Diosc. in Nothis, p. 246: Ὀροβάγχη, οἱ δὲ κυνομόριον, etc. Sed a coniectore aliquo insertam hanc vocem in Dioscoridis textum inde liquet, quod alia est Dioscoridis, alia Plinii orobanche, quae et cynomorion appellata est, ut antea monuimus, XVIII, 44. H.

Cauliculus. Est et cauliculus eiusdem nominis, sine sanguine, hoc est, sine humore, quia fistulosus, et fragilis, ac siccioris naturae. Haec vero Dioscoridis orobanche est, quam ille describit II, cap. 172: pingit Dodonaeus, p. 343. — *Cauliculus.* Sic Mss. R. Colb. etc. non ut editi: *Cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens.* Folia subpinguia, subrubrumque caulem

guine, foliis rubens. Estur et per se, et in patinis, quum tenera est decocta.

LXXXI. Et leguminibus innascuntur bestiolae venenatae, quae manus pungunt, et periculum vitae afferunt, solipugarum generis. Adversus omnia eadem medentur, quae contra araneos et phalangia demonstrantur. Et frugum quidem haec sunt in usu medico.

LXXXII. Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Ægypto, celia et ceria in Hispania, cervisia et plura ge-

orobanchae pariter Dioscorides attribuit, II, 172: Οροβάγχη καυλίον ἐστὶν ὑπέρυθρον ὡς διοπτθαμαῖον ... φύλλοις ὑπολίπαρον; etc. H. — Nobis est *Orobanche elatior* (*Didynam. angiosp.* gen. 1534 Pers. *Pedicular.* Juss.). Habitat in agris. Ep. P.

Estur et per se. Hoc est, sola, sive cruda. Diosc. loco cit. Λαχανεύται δὲ καὶ ὠμὸν καὶ ἑφθὸν, ὡς λοπάδος ὡς ἀσπάραγος ἐσθιόμενον. *Estur autem oleris instar cruda, et in patinis asparagi modo decocta.* Hard.

LXXXI. *Solipugarum.* Vide quae diximus ad lib. VIII, cap. 43. H. — Gron. et al. ante Hard. *solifugarum.* Ep. P.

LXXXII. *Zythum.* Ex hordeo parabatur. Suidas: Ζύθος, πῖνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος. Sic Herod. II, Euterpe, 416, n. 77; et Diod. Sic. Bibl. I, pag. 31. *Pelusiaci pocula Zythi* appellat Columella, lib. X, de Cultura hortorum pag. 349. H. — *Celia.* Flor. II, 18, de Numantinis: *Quum sese priua epulis implevissent, carnis semicrudae, et celiae: sic vocant indigenam ex frumento potionem.* — *Celia.* En haud obscure celiam a cervisia Plinius diversam facit; egregie, quum non situ magis terrarum Gallia Hispaniaque dissideant, quam hae potiones duae. Celia ex frumento concinnatur, Florus teste, II, 18, hoc est, e tritico, ut Orosius interpretatur, V, 7: *Postmodum*, inquit, *diu obsidione conclusi Numantini duabus desubito portis cuncti eruperunt, larga prius potione usi, non vini cuius ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succum a calefaciendo Celiam vocant: suscitatur enim illa ignea vis germinis madefactae frugis, ac deinde siccatur, et post in farinam redacta molli succo admiscetur, quo fermentato sapor austeritatis, et calor ebrietatis adiicitur.* Orosium sequitur Isidorus, XX, 5, et Papius. Quibus verbis ii non materiam modo celiae designant, sed et conficiendi modum. At cervisia ex hordeo concinnatur, et ex alia quadam simili fruge, quae propris carel in Latio appellatione, generali modo frumenti nomenclatione signant. Tac. lib. de mor. Germ. *Potus, humor ex hordeo aut frumento, in quamdam similitudinem vini corruptus.* Quare nec Matthaeum Silysticum audio, qui parum sibi constans, ita primum: *Celea*, inquit, *potio ex succo tritici inebrians*: quod quidem utinam solum diceret. At mox inferius: *Celsia, id est, cervisia, dicta a calfaciendo.* Nec Joh. Sarisb. Ep. 85, celiam cum cervisia commiscentem. De cervisiae etymo consulendus, praeter iam appel-

nera in Gallia, aliisque provinciis, quorum omnium spuma cutem foeminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet, praestat ad vini transire mentionem, atque a vite ordiri medicinas arborum.

latos, V. Cl. Ducangius in glossario. H. — *Et ceria*, etc. Nomen id Hispanicum pariter, ut celia est: nec Bivarium audio, qui in Maximi Chron. a. 516, *cidria* legi putat hic oportere, quae vox in Gallia potum a pomorum succo concinnatum indicat. Quae parentur e fruge, non a pomis, potiones, Plinius hoc loco attingit: nam uti monuit XIV, 29: *Est et occidentis populis sua ebrietas, fruge madida: pluribus modis per Gallias Hispaniasque, nominibus aliis, sed eadem ratione.* Idem quae quibus concinnentur e pomis, explicuit XIV, 19. H. — *Cervisia*, etc. Vox haec origine gallica merito censetur a Cambdeno, in Britannia, Vossioque in Etymol. quos consule. Nunc vulgus vocat, *de la bière*: quidam etiamnum vetusta nomenclatione, *cervoise*. Hard.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXIII.

I.

Peracta cerealium in medendo quoque natura est, omniumque quae ciborum aut florum, odorumque gratia proveniunt supina tellure. Non cessit his Pomona, partesque medicas et pendentibus dedit, non contenta protegere, arborumque alere umbra quae diximus; immo velut indignata plus auxilii inesse his quae longius a caelo abessent, quaeque postea coepissent. Primum enim homini cibum fuisse inde, et sic inducto caelum spectare, pascique et nunc ex se posse sine frugibus.

II. Ergo hercule has in primis dedit vitibus, non

I. *Sapina.* Humi, in ipsa superficie, in qua flores frugesque adhaerescere natura voluit: pendere contra in sublimi arborum fructus, Pomona. *Colles supinos* Virgilius, Horatius *Tibur supinum* dixit. Hard.

Et pendentibus. Fructibus ex arbore pendentibus. Hard.

Alere. Fruges et sata quae diximus XVII, 18: *Non fastidienda haec quoque scientia, atque non in ultimis ponenda, quando quibusque satis umbra aut nutrix, aut noverca est*, etc. H.

Primum enim homini cibum fuisse inde, et sic inductos. Ita libri ante Hard. editi. Vossianus, *induto.* Recte: praecessit enim *homini* qui *et sic* (ἐμφατικώτερον, etiam hac re, etiam hac occasione) inductus est, ut caelum spectaret. Gron. — *Inducto.* Dum cibum ex alto petit, sursum oculos tollere hominem Pomona, *caelumque tueri iussit.* Hard.

II. *Has.* Partes scilicet medicas. H. — *Has in primis.* Brot. ex MSS. Regg. edii. princ. et Rezzon. *artes in primis*; nempe medicas dedit natura vitibus.

contenta delicias etiam, et odores atque unguenta, omphacio, et oenanthe ac massari (quae suis locis diximus), nobiliter instruxisse. Plurimum, inquit, homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno. Ego palmas et poma, totque varietates: neque ut tellus, omnia per labores, aranda tauris, terenda areis, deinde saxis; ut quando, quantove opere cibi fiant? At ex me parata omnia, nec curvo laboranda, sed sese porrigentia ultro; et si pigeat attingere, etiam cadentia. Certavit ipsa secum, plusque utilitatis causa genuit etiam, quam voluptatis.

III. Folia vitium et pampini capitis dolores, inflammationesque corporum mitigant cum polenta. Folia per se ardores stomachi ex aqua frigida: cum farina vero hordei, articularios morbos. Pampini triti et im-

Sine auctoritate emendatum *has in prim.* Ed. P.

Omphacio et oen. ac massari. De his egimus XII, 60 sq. Hard.

Plurimum. Pomonam loquentem inducit, omnis pomorum generis Deam. Harc.

Saxis. Seu modis frumentariis, Virgil. G. I, 267: *Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.* Hard.

Nec curvo laboranda. Nec ab homine curvato aranda. Sic *curvus arator* apud Virg. Ecl. III, v. 47. In libris ad hunc diem vulgatis: *Nec curvo adoranda aratro, nec cura laboranda, sed sese*, etc. Quo, in contextu verborum, quid interpolatorum coniectura praestiterit, liquet: adiectis nempe vocibus iis, *nec cura laboranda*, quae priorum vicem supplerent, plane affinium, *nec curvo adoranda*: at *aratro* praeterea addito: quarum vocum in exemplaribus vetustis, nec vola, ut aiunt, nec vestigium. In Reg. 1, *nec curvo adoranda, sed sese*, etc. Reg. 2, *nec cura laboranda.* Hoc tantum. Harc.

III. *Folia.* Haec pariter tradidit Dioscor. V, 1, totidem verbis: Ἀμπέλου οἰνοφόρου τὰ φύλλα, καὶ αἱ ἕλικες λεῖαι καταπλασσόμεναι, κεφαλαλγίας πραΰνουσι, φλεγμονήν τε στομάχου καὶ καῦσον ὕδατος ἀλφίτου. Hard.

Folia per se. Dioscor. loc. cit. Καὶ καθ' ἑαυτὰ ἐπιτιθέμενα τὰ φύλλα, etc. Hard.

Pampini. Hoc est, capreoli, sive claviculae, αἱ ἕλικες. Dioscorid. loc. cit. De his diximus XVII, 35. Satis eleganter Ruffinus in praef. ad librum Iudae: Ἕλικα *vitem dicunt Graeci, non tam palmitem, quam illos uncinulos, vel cincinnulos palmitis, quibus nascentes palmes ipse, innectere se et suspendere solet, vel palis, vel quibuscumque innititur adminiculis, quos capreolos, ut arbitror, appellant agricolae: quibus nexibus tutus, et sine*

positi, tumorem omnem siccant. Succus eorum dysentericis infusus medetur. Lacryma vitium, quae veluti gummis est, lepras et lichenas, et psoras nitro ante praeparatas sanat. Eadem cum oleo saepius pilis illitis, psilothri effectum habet, maximeque quam virides accensae vites exsudant: qua et verrucae tolluntur. Pampini sanguinem exscreantibus, et mulierum a conceptu defectioni, diluti potu prosunt. Cortex vitium et folia arida, vulnerum sanguinem sistunt, ipsumque vulnus conglutinant. Vitis albae viridis tusae succo impetigines tolluntur. Cinis sarmentorum vitiumque et vinaceorum, condylomatis et sedis vitiis medetur ex aceto: item luxatis et ambustis, et lienis

lapsus periculo, vel gravatur fructibus palmes, vel vaga proceritate distenditur. Cael. Aurel. Chron. I, 1, de capitis passione, quam Graeci cephalaeam nominant, eleganter *anulos vitis, quos helicas vocant*, appellat. Hard. — *Viti viniferae* capreoli, sive claviculae, sive cirrhi sunt dichotomi, interdum floriferi, et ideo pro pedunculis sterilibus habendi: nostris vulgo, *vrilles*. Ed. P.

Succus eorum dysentericis. Plin. Val. II, 28: *Dysenteriae compescendae: succus pampinorum, et vitium clysterio immittuntur.* Hunc vero succum Dioscor. loc. cit. dysentericis non tantum infundi clystere, sed et propinari bibendum iubet. Hard.

Lacryma vitium, etc. Haec totidem verbis Dioscor. V, 1: Τὸ δὲ δάκρυον αὐτῆς ὅμοιον ὂν κόμμει, etc. Hard.

Eadem. Dioscor. loc. cit. Hard.

Maximeque quam virides accensae. Subintellige lacrymam, ex antecedentibus, seu liquorem, quem accensa sarmenta vitium exsudant. Dioscor. loc. cit. Καὶ μάλιστα ὁ ἀπὸ τοῦ χλωροῦ καιομένου κλήματος ἀφιδρούμενος ἰχώρ· ὃς καὶ μυρμηκίας ἐπιχριόμενος ἐκβάλλει. H. — *Maximeque quam.* Sic post Pint. emend. Hard. *maximeque aqua quam* Gronov. et al. Ed. P.

Pampini. Hoc est, ut diximus, capreoli, claviculaeque. Dioscor. loc. cit. Ἀποβραχεῖσαι δὲ καὶ ἕλικες ἐν ὕδατι, καὶ ποθεῖσαι, ὠφελοῦσι δυσεντερικοὺς, καὶ αἱμοπτοϊκοὺς, καὶ στομαχικοὺς, καὶ κισσώσας. Hard.

Defectioni. Dioscorides κίσσαν vocat: proprieque fastidium est feminarum praegnantium, quum alios atque alios cibos appetunt, gustatosque mox respuunt. Hard.

Cortex vitium et folia, etc. Haec totidem verbis habet Plin. Valer. lib. III, cap. 21. Hard.

Succo impetigines, etc. Gron. et lib. ante Hard. editi, *succo et thure impetigines.* Ed. P.

Cinis sarmentorum, etc. Marc. Emp. cap. XXXI, p. 223, et Dioscor. V, 1, iisdem verbis. Hard.

Item lux. et ambustis. Diosc. l. c. H.

tumori, cum rosaceo, et ruta et aceto. Item igni sacro ex vino citra oleum aspergitur, et intertrigini: et pilos absumit. Dant et bibendum cinerem sarmentorum ad lienis remedia aceto conspersum, ita ut bini cyathi in tepida aqua bibantur; utque qui biberit, in lienem iaceat. Claviculae ipsae, quibus repunt vites, tritae, et ex aqua potae, sistunt vomitionum consuetudinem. Cinis vitium cum axungia vetere contra tumores proficit, fistulas purgat, mox et persanat: item nervorum dolores frigore ortos, contractionesque: contusas vero partes cum oleo, carnes excrescentes in ossibus cum aceto et nitro, scorpionum et canum plagas cum oleo. Corticis per se cinis combustis pilos reddit.

IV. Omphacium qua fieret ratione incipientis uvae pubertate, in unguentorum loco docuimus. Nunc ad medicinam de eo pertinentia indicabimus. Sanat ea, quae in humido sunt hulcera, ut oris, tonsillarum, genitalium. Oculorum claritati plurimum confert. Scabritiae genarum, hulceribusque angulorm, nubeculis, hulceribus quacumque in parte manantibus, cicatricibus marcidis, ossibus purulente limosis. Mitigatur

Et lienis tumori. Marc. Emp. cap. XXVIII, pag. 160; Plin. Val. II, 18 et Diosc. l. c. Hard.

Et intertrigines, et pilos absumit (sic prius). Lege, *et intertrigini*, et iunge superioribus. Pint.

Cinis vitium. Marcell. Emp. c. IV, p. 42, et cap. XXXVI, p. 250; et Theod. Prisc. I, 9, de furunculis. Hard.

Fistulas purgat, mox et persanat. Plin. Val. III, 22. Hard.

Et canum plagas cum oleo. Plin. Val. III, 51. Hard.

Corticis per se cinis. Plin. Val. III, 36. Hard.

IV. *In unguentorum loco docuimus.* Lib. XII, 60. Hard.

Sanat ea, quae in humido. Quae ex omphacio medicinae petuntur, toto hoc capite, omnia fere totidem verbis habet rursum Diosc. lib. V, cap. 6. Hard.

Hulceribusque angulorum. In angulis oculorum arrosis, περιβρώσεσι κανθῶν. Diosc. l. c. Hard.

Cicatricibus. Deceptum hoc loco Plinium Saracenus in Diosc. putat affinitate vocum; quod οὐλὴ cicatricem, οὖλον gingivam significat. Eumdemque quum apud scriptorem graecum

vehementia eius melle aut passo. Prodest et dysentericis, sanguinem exscreantibus, anginis.

V. Omphacio cohaeret oenanthe, quam vites silvestres ferunt, dicta a nobis in unguenti ratione. Laudatissima in Syria, maxime circa Antiochiae et Laodiceae montes: et ex alba vite refrigerat, adstringit, vulneribus inspergitur, stomacho illinitur, utilis urinae, iocineri, capitis doloribus, dysentericis. Contra fastidia obolo ex aceto pota. Siccat manantes capitis eruptiones, efficacissima ad vitia quae sunt in humidis: ideo et oris hulceribus et verendis, ac sedi,

legisset, id quod apud Dioscor. V, 6, extat, prodesse omphacium contra οὖλα πλαδαρά, hoc est, gingives humore flaccidas, minus caute *marcidas cicatrices*, quas nemo intelligat, interpretatum. At ex alio fonte Plinius fortasse hausit, cicatricesque mercidas humide vulnera, ac minus bene coëuntia intellexit. Hard.

Ossibus purulente limosis. Quid sint ossa purulente limosa, fateor me nondum intelligere, nec de mendo tamen quod hic lateat, admonent codices MSS. Verum quum apud Dioscor. V, 9, ubi pares de omphacio medicinae traduntur, legere me meminerim, post cicatrices, vel gingivas polius, ut dixi, marcidas, statim aures purulentas subiisi, οὖλα πλαδαρά, ὦτα πυορροῦντα, nullus fere dubito, quin *auribus purulente lithosis* scripsisse Plinium existimandum sit. Hard. — *Ossibus.* Item *auribus* reponendum Brot. censet, qui tamen, contra codicum manu exaratorum fidem, nihil mutatum voluit. Ed. P.

Mitigatur. Ita Reg. 2, et Ch. In editis, *frangitur.* Reg. 1, et Colb. *fatigatur.* H.

V. *Dicta.* Lib. II, c. 61. Hard.

Laudatissima in Syria. Diosc. V, 5. Hard.

Vulneribus inspergitur. Diosc. loc. cit. Hard.

Stomacho illinitur. Dioscorid. loc. cit. Contra stomachi ardores cum polline polentae, ac vino illinitur. Πρὸς κάυσούμενον στόμαχον καταπλάσσεται σὺν παιπάλῃ ἀλφίτου καὶ οἴνου. H.

Utilis urinae. Sic Dioscorid. οὐρητικὴν, ciendae utilem urinae prodidit. Hard.

Capitis doloribus. In capitis doloribus, inquit Diosc. loc. cit. tam viridis quam sicca, cum aceto rosaceoque perfunditur. H.

Dysentericis. Gronov. et al. ante Hard. *dysentericis, coeliacis, cholericis.* Ed. P.

Contra. Diosc. l. c. Hard.

Siccat manantes capitis eruptiones. Diosc. l. c. H.

Ideo et oris hulceribus, etc. Sic locus hic interpungendus est, non uti prius; *verendis ac sedi. Cum melle ac croco alvum sistit.* Nam per se potam oenanthem, alvum sistere, cum melle et croco verendis similibusque hulceribus imponi pro cataplasmate, auctor est Diosc. V, 5: Πινομένη...κοι-

cum melle et croco. Alvum sistit. Genarum scabiem emendat, oculorumque lacrymationes: ex vino stomachi dissolutionem: ex aqua frigida pota sanguinis exscreationes. Cinis eius ad collyria, et ad hulcera purganda, et paronychia, et pterygia, probatur. Vritur in furno, donec panis percoquatur. Massaris odoribus tantum gignitur; omniaque ea aviditas humani ingenii nobilitavit, rapere festinando.

VI. (1) Maturescentium autem uvae vehementiores nigrae, ideoque vinum ex his minus iucundum: suaviores albae, quoniam e translucido facilius accipitur aër. Recentes stomachum, et spiritum inflant, alvumque turbant: itaque in febri damnantur, utique largiores. Gravedinem enim capiti, morbumque lethargicum faciunt. Innocentiores, quae decerptae diu pependere: qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho, aegrisque. Nam et refrigerant leviter, et fastidium auferunt.

VII. Quae autem in vino dulci conditae fuere,

λίαν ἐρεστῶσα. Κατάπλασμά τε ἐναίμων... καὶ τῶν ἐν στόματι οὐλῶν, καὶ νόμων τῶν ἐν αἰδοίοις, σὺν μέλιτι, καὶ κρόκῳ, καὶ ῥοδίνῳ, καὶ σμύρνῃ λειανθεῖσα. H.

Sanguinis exscreationes. Dios. loc. cit. H. — *Exscreationes.* Gron. et al. ante Hard. *exscreationem.* Ed. P.

Cinis eius. Diosc. l. c. H.

Massaris. Dictum est de massari XII, 64. Hard.

Odoribus, etc. Eam tamen ad medicos tantum pertinere scribit lib. XII, cap. 28. Dal.

Rapere festinando. Priusquam flos in fructum transeat. Daleç. — Nam oenanthe quidem colligitur, quum floret: itemque massaris quae in Africa fit: omphacium vero et ex acerba vite conficitur, ut dictum est suis locis, hoc est, XII, 60 sq. H.

VI. *Recentes st. et spiritum inflant*, etc. In MSS. Regg. Colb. Ch. etc. *spiritum inflatione* legitur. Libentius iade agnoverim, *stomachum spiritus inflatione, alvumque turbant*, Dioscorid. V, 31 Ἡ δὲ πρόσφατος πᾶσα ἐκταράσσει κοιλίαν, καὶ ἐμπνευματοῖ στόμαχον. Hard. — Brot. *et spiritus inflatione alvum turbant.* In edit. princ. *spiritum infl.* forte pro *spiritum.* Ed. P.

Innocentiores. Diosc. loc. e. iisdem verbis. H.

Nam et refrigerant leviter, etc. Diosc. l. c. H.

VII. *Quae autem in v. dulci*, etc. Plin. XIV, 3: *Conduntur et musto uvae, ipsaeque vino suo inebriantur*, etc. De

caput tentant. Proximae sunt pensilibus in palea servatae; nam in vinaceis servatae, et caput, et vesicam, et stomachum infestant: sistunt tamen alvum, sanguinem exscreantibus utilissimae, quae vero in musto fuere, peiorem vim etiamnum habent, quam quae in vinaceis. Sapa quoque stomacho inutiles facit. Saluberrimas putant medici in caelesti aqua servatas, etiamsi minime iucundas: sed voluptatem earum in stomachi ardore sentiri, et in amaritudine iecoris, fellisque vomitione in choleris: hydropicis, cum ardore febrium aegrotantibus. At in ollis servatae, et os, et stomachum, et aviditatem excitant. Paulo tamen graviores existimantur fieri vinaceorum halitu. Vvae florem in cibis si edere gallinacei, uvas non attingunt.

VIII. Sarmenta earum, in quibus acini fuere, adstringendi vim habent, efficaciora ex ollis.

reliquis uvarum condendarum modis dictum est abunde XV, 18. H.

In palea servatae. Paleales idcirco eas vocat Caelius Aurelianus, Chron. lib. III, cap. 21. Vide Columell. lib. XII, c. 23. Dal.

Nam in vinaceis servatae. Et has quidem vesicam, capulque lenire: ori tamen esse iucundas, Diosc. scribit V, 3. Quid sint vinacei diximus XIV, 3. H.

Sistunt tamen alvum. Diosc. l. cit. Hard.

Sanguinem. Plin. Val. I, 64, et Dioscor. l. c. H.

Quae vero in musto fuere, etc. Dioscor. l. c. H.

Stomacho inutiles facit. Αἱ δὲ ἐκ τοῦ ἑψήματος καὶ γλυκίος παροστομαχώτεραι. Dioscorides, loco citato. Hard.

Saluberrimas putant medici. Diosc. l. c. H.

Stomachi ardore. Siticulosis, ardentibus, et longis febribus. Dal.

At in ollis servatae. Diosc. l. c. et Galen. de alimentor. Facult. lib. II, cap. 9, p. 342. H.

Vinaceorum. Quibus scilicet uvae stipantur ollis inclusae. Supra XIV, 3: *Aliae in sua tantum continentur anima, ollis fictilibus; et insuper doliis inclusae, stipatae vinaceis circumsudantibus* H.

Vvae florem in cibis, etc. Simile illud est, quod superius attulit XIV, 18, de vitis labruscae acinis: *Universi nunquam maturescunt: et si prius quam tota maturescat uva, incocta detur gallinaceo generi, fastidium gignit uvas appetendi.* H.

IX. Nuclei acinorum eamdem vim obtinent: hi sunt qui in vino capitis dolorem faciunt. Tosti tritique stomacho utiles sunt. Inspergitur farina eorum, polentae modo, potioni, dysentericis, et coeliacis, et dissoluto stomacho. Decocto etiam eorum fovere psoras et pruritum utile est.

X. Vinacei per se minus capiti aut vesicae nocent, quam nuclei: mammarum inflammationi triti cum sale utiles. Decoctum eorum veteres dysentericos et coeliacos iuvat et potione, et fotu.

XI. Vva theriace, de qua suo loco diximus, contra serpentium ictus estur. Pampinos quoque eius edendos censent, imponendosque, vinumque et acetum ex his factum auxiliarem contra eadem vim habet.

XII. Vva passa, quam astaphida vocant, stomachum, ventrem et interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent: iis exemptis vesicae

IX. *Nuclei acinorum.* Diosc. V, 3. Acini grana sunt uvarum: nuclei acinis, seu granis includuntur. H.

Tosti tritique stomacho, etc. Diosc. l. c. H.

Inspergitur farina eorum, etc. Dioscor. Φρυγέντα δέ, καὶ ἀντὶ ἀλφίτου ἐπιπασσόμενα λεῖα, ἁρμόζει δυσενταρικοῖς, καὶ κοιλιακοῖς, καὶ τοῖς τὸν στόμαχον ἀναλελυμένοις. H.

Dissoluto stomacho. Gronov. et al. ante Hard. *dissolutis stomacho.* Ed. P.

X. *Mammarum inflammationi*, etc. Diosc. loc. cit. Τὸ δὲ στέμφυλον αὐτῶν ἀποτεθὲν, καταπλάττεται μεθ' ἁλῶν πρὸς φλεγμονὰς, καὶ φυληρίας, καὶ σπαργῶσιν μαστῶν. *Reconditi vinacei, inflammatis praeduris, ac lacte turgentibus mammis cum sale imponuntur.* Hard.

Decoctum. Dioscorid. l. c. H.

Et coeliacos, etc. Et feminae uteri fluxione vexatas, καὶ ῥοϊκάς. Dioscor. Dalec.

XI. *Vva theriace.* De qua XIV, 22. Quae de hoc uvae genere Plinius refert, eadem totidem verbis auctor Geoponic. lib. IV, cap. 7, pag. 107. Hard.

Pampinos. Nunc pampinos pro foliis accipit: nam graecus auctor proxime laudatus habet, τὰ φύλλα τῆς ἀμπέλου λειούμενα, καὶ ἐπιτιθέμενα. Hard.

XII. *Vva passa, quam ast. vocant.* Haec totidem fere verbis Dioscor. V, 4, ubi hanc uvam σταφίδα vocat, quam caeteri Attici ἀσταφίδα. Vide Lexicon Constantini. H.

Interanea tentaret. Ob dulcedinem, qua laxat, et mollit, obstructionesque parit. Dal.

Iis exemptis, Dioscorid. l. c. H.

utilis habetur; et tussi, alba utilior. Vtilis et arteriae, et renibus: sicut ex his passum privatim e serpentibus contra haemorrhoida potens. Testium inflammationi cum farina cumini, aut coriandri imponuntur: item carbunculis, articulariis morbis, sine nucleis tritae cum ruta: fovere ante vino hulcera oportet. Sanant epinyctidas et ceria, et dysenteriam cum suis nucleis. Et in oleo coctae gangraenis illinuntur cum cortice raphani et melle. Podagris et unguium mobilibus cum panace, et per se ad purgandum os caputque, cum pipere commanducantur.

XIII. Astaphis agria, sive staphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falso: suum enim genus habet,

Et tussi. Η λευκὴ ὠφελεῖ βῆχας, Diosc. l. c. H.

Vtilis et arteriae, et renibus. Diosc. l. c. H.

Testium inflammationi, etc. Diosc. loc. cit. totidem fere verbis; sed pro coriandri farina, fabarum lomentum adhibet. Idem tamen III, 71, cum uve passa coriandrum testium inflammationibus, carbunculisque auxiliari prodidit. H.

Item carbunculis, etc. Dioscor. totidem verbis. H.

Epinyctidas et ceria. Sic lib. XX, cap. 2: *Radix sanat hulcera concreta in modum favi, quae ceria vocant.* Lib. XXIII, 7: *Iidem cum melle hulceribus, quae ceria vocant, illinuntur.* Psellus περὶ καινῶν ὀνομάτων ἐν νοσήμασιν Κηρίον, ὄγκος ἐκ τοῦ δέρματος ἔχων κατατρήσεις. Oxon. — *Sanant epin. et ceria.* Voculem hanc, *et ceria*, hoc est, favos, de quibus XX, 6, addidimus admonitu codicum Regg. Colb. etc. in quibus *et ceteria*, et *teria* legitur: tum vero maxime Dioscoride ipso suffragente cuius haec verba Plinianis plene paria sunt, V, 4: Επινυκτίδας δὲ, καὶ ἄνθρακας, καὶ πηρία... χωρὶς γιγάρτων ἰᾶται λεῖα σὺν πηγάνῳ ἐπιτιθεμένη. Quibus ille verbis monet sine nucleis uvam passam his morborum generibus adhibendam: uti dysenteriae contra paulo antea cum nucleis iussit edi: καὶ δυσεντερίαν σὺν τοῖς γιγάρτοις, ἐσθιομένη καθ' ἑαυτήν. Quae omoia nostrem emendationem egregie constabiliunt. H. — Iampridem ex vet. cod. praeerat emendationi Pintianus. Gronov. et al. ante Herd. *epinyctidas et dysenteriam.* Ed. Pae.

Gangraenis illinuntur. Et his quoque opituleri, scribit Dioscor. loc. cit. Harr.

Podagris. Haec verbis totidem Dioscor. H.

XIII. *Astaphis.* Corn. Cels. tradit ea quae hic a Plinio reprehenduntur III, 21: *Vva taminia, quam σταφίδα ἀργίαν Graeci nominant.* H.

Suum enim genus habet. Suum enim σταφὶς ἀργία genus habet diversum a taminia. Describitur illud a Dioscor.

cauliculis nigris, rectis, foliis labruscae: fert folliculos verius, quam acinos, virides, similes ciceri: in his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia, nigrescitque: quum taminiae rubentes norimus acinos, sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis. His nucleis ad purgationem uti non censuerim, propter ancipitem strangulationem: nec ad pituitam oris siccandam, fauces enim laedunt. Phthiriasi caput et reliquum corpus liberant triti, facilius admixta sandaracha: item pruritu, et psoris. Ad dentium dolores decoquuntur in aceto, ad aurium vitia, rheumatismum cicatricum, hulcerum manantia. Flos tritus in vino contra serpentes bibitur: semen enim

IV, 156: Σταφὶς ἀγρία, φύλλα μὲν ἔχει ὥσπερ ἀμπέλου ἀγρίας ἐπεσχισμένα, κάυλία ὀρθὰ... μέλανα... τὸν δὲ καρπὸν ἐν θυλακίοις χλωροῖς ὥσπερ ἐρεβίνθου, τρίγωνον, etc. Quae sunt Plinianis prorsus gemina, psriaque. Pingitur a Dodonaeo p. 362. In officinis retinet nomen: Gallia pedicularem vocat, *l'herbe aux poux*. Et vetus illa quidem appellatio est, Scribonio quoque Largo agnita, Comp. VIII, ad capitis dolorem: Σταφίδος ἀγρίας, *quam herbam pedicularlam, quod pediculos necat, quidam appellant*. H. — *Delphinium Staphisagria* (*Polyand. Trigyn.* gen. 1327 Pers. *Ranuncul.* Juss.); hab. in Europa meridionali. Ed. P.

Quum taminiae rubentes. Eam Plinius innuit, quam silvestrem vitam Dioscorides vocat; quae paulo post describitur, et ampelos agria nominatur, et quae Theophrasto athragena vocatur. Dal.

His nucleis, etc. Dioscorid. iisdem verbis IV, 156. H.

Nec ad pituitam oris siccandam. Hoc est, trahendam, et exhauriendam. Nam Dioscoride teste, loc. cit. plurimam pituitam commanducata trahit: διαμασηθεῖσα δὲ φλέγμα ἕλκει πλεῖστον. H.

Phthiriasi. Iisdem verbis Dioscor. l. c. Et Theod. Prisc. lib. I, cap. 4: *de pediculosis*. *Staphidos agriae unciis II. Sandaracae uncia una, cum oleo et aceto, postquam contriveris, omne corpus perungendum est*. Atque inde sane pedicularias appellationem traxit. Nam φθεῖρες, Graecis pediculi sunt. H.

Item pruritu et psoris. Dioscor. loc. cit. H.

Ad dentium dolores. Dioscor. iterum loc. cit. H.

Rheumatismum cicatricum. Ap. Dioscor. est: οὐλά τε ῥευματιζόμενα στέλλει, καὶ ἄφθας τὰς ἐν στόματι θεραπεύει μετὰ μέλιτος. *Rheumatismum gingivarum sistit, hulcera oris manantia cum melle sanat*. Sic Ruellius eum Plinio. Malleem vertere, *hulcera oris depascentia*. Deceptus est Plinius in vocibus οὐλή et οὖλον. Dal. — *Rheumatismum*. Quid rheumatismus cicatricum sit, nec scio ego, nec quis-

abdicaverim, propter nimiam vim ardoris. Quidam eam pituitariam vocant, et plagis serpentium utique illinunt.

XIV. Labrusca quoque oenanthen fert, satis dictam; quae a Graecis ampelos agria appellatur, spissis et candicantibus foliis, geniculata, rimoso cortice: fert uvas rubentes cocci modo, quae cutem in facie mulierum purgant, et varos: coxendicum et lumborum vitiis tusae cum foliis et succo prosunt. Radix decocta in aqua, pota in vini Coi cyathis duobus, humorem alvi ciet: ideo hydropicis datur. Hanc potius crediderim esse, quam vulgus uvam taminiam vocat. Vtuntur ea pro amuleto: et ad exspuitionem sangui-

quam medicorum scit. Suspicor vero apud scriptorem graecum, a quo haec accepta, legisse Plinium, id quod apud Dioscoridem hodieque exstat IV, 156: οὐλά τε ῥευματιζόμενα, hoc est, *gingivarum fluxiones*, quas Graeci rheumatismos vocant: deceptum porro affinitate vocum οὐλὰς intellexisse, quae vox cicatrices sonat. Nisi forte, ut diximus cap. 4, humentia adhuc vulnera intelligit. H.

Quidam eam pituitariam. Quod pituitam, ut dictum est, e capite eliciat: quod Galenus confirmat de Facult. simpl. med. VI, 161: ἀποφλεγματίζει. Hard.

XIV. *Labrusca.* Lib. XII, cap. 64. Sic quoque fere describitur a Diosc. IV, 183: Ἀμπελος ἀγρία κλήματα ἀνίησι μακρά, ὡς ἀμπέλου, ξυλώδη, τραχέα, φλοιορραγοῦντα... καρπὸν δὲ βοτρυδίοις μικροῖς ὅμοιον, πεφαινόμενον ἐρυθρόν. *Sarmenta vitis modo longa emittit, eaque ligniosa, aspera et limosa cortice... fructum exiguis uvis similem, atque, ubi maturitatem est assequutus, rubentem.* Haec vitis silvestris Dodonaei est pag. 396, ut diximus XXI, 50. H. — *Tamus communis* (*Dioec. Hexand.* gen. 2234 Pers. *Asparag.* Juss.) Ed. P.

Quae cutem in facie. Maculas a sole contractas, caeterasque omnes huiusce vitis uva purgari, scribit Diosc. l. c. Hard.

Et varos: Sequuti sumus fidem exemplarium MSS. Regg. Colb. etc. neglecta librorum, qui sunt hactenus editi, scriptura, quae erat eiusce modi: *Et variis coxendicum et lumborum vitiis.* Dioscor. IV, 184: Ἀποκαθαίρουσι καὶ πάντα σπίλον, *omnem maculam in facie expurgant.* Est autem varus, ut alibi diximus, macula in facie. H.

Humorem alvi. Aquas quae alvo continentur: ὑδατώδες καθαίρει, inquit Dioscor. loc. cit. δίδοται δὲ καὶ ὑδρωπικοῖς, *aquosa purgat: ideo hydropicis datur.* Celsus item III, 21, quanquam is uvam taminiam, quam praeberi hydropicis praecipit, falso, ut dictum est, σταφίδα ἀγρίαν vocat. Hard.

Ad exspuitionem sanguinis. Quum is crassus, et viscida pituita permixtus, faucibus adhaeret, et strangulationis

nis quoque adhibent, non ultra gargarizationes, et ne quid devoretur, addito sale, thymo, aceto mulso. Ideo et purgationibus ancipitem putant.

XV. Est huic similis, sed in salictis nascens: ideo distinguitur nomine; quum eosdem usus habeat, et salicastrum vocatur. Scabiem et pruriginem hominum quadrupedumque aceto mulso trita haec efficacius tollit.

XVI. Vitis alba est, quam Graeci ampeloleucen, alii ophiostaphylon, alii melothron, alii psilothrum, alii archezostin, alii cedrostin, alii madon appellant. Huius sarmenta longis et exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia pampinosa ad magnitudinem ederae, dividuntur ut vitium. Radix alba, grandis, raphano similis initio: ex ea caules asparagi similitudi-

periculum affert. Dal. — *Ad.* Contra exscreationem sanguinis. H.

Et ne quid devoretur. Ita ut ne quid sorbeatur ex eo decocto, vel glutiatur. H.

XV. *Est huic similis, sed in sal. nascens.* Haec est glycypicron Dodonaei, et ut quidam volunt, melothron Theophrasti. Dal. — *Solanum Dulcamara?* (*Pentand. monog.* gen. 506 Pers. *Solan.* Juss.). Ed. P.

Scabiem Scrib. Larg. Comp. CCXLIII: *Ad papulas in capite effervescentes, vel qualibet parte corporis totius pruriginem, staphis agria trita*, etc. *Item alumen liquidum ex aceto, staphide agria adiecta*, etc. H.

XVI. *Vitis alba est.* Ita Dioscorid. VI, 184: Ἀμπελος λευκὴ, οἱ δὲ ὀφιοστάφυλον, οἱ δὲ χελιδόνιον, ἢ μήλωθρον, ἢ ψίλωθρον, ἢ ἀρχέζωστιν, ἢ ἄγρωστιν, ἢ κέδρωστιν καλοῦσι. Habet eadem libelli eius auctor, qui Kiranidum Kirani falso inscribitur pag. 13. Hipp. de fist. t. 6, pag. 686: Τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίης, ἣν ἔνιοι καλοῦσι ψιλόθριον. De causa huius appellationis dicemus XXXII, 24. A Dodonaeo pingitur pag. 395. Visa a nobis in horto Regio: Gallis, *coulcuvrée*. H. — *Bryonia dioica* (*Monoec. monad.* gen. 2162 Pers. *Cucurbit.* Juss.); hab. in Europae et Barbariae sepibus. Ed. P.

Ampeloleucen. Ἀμπελον λευκὴν, a radicis colore. Ὀφιοστάφυλον, quasi sanguina uva, quod in sepibus nascitur, in quibus angues plerumque latent, etc. H.

Huius sarmenta, etc. Dioscor. ll. cc. et auctor Kiranidum Kirani p. 14. H.

Folia pampinosa. Folia pampinis seu clavieulis instructa tortilibus, similia ederaceis, sativam vitem imitantur. Dioscorid. ll. cc. Ταύτης τὰ κλήματα, καὶ τὰ φύλλα, καὶ αἱ ἕλικες, ὅμοια τῇ ἡμέρῃ ἀμπέλῳ, etc. H.

Ex ea caules aspar. similitudine. Dioscor. loc. cit. Ταύτης οἱ ἀσπάραγοι κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν ἐρθοὶ

ne exeunt. Hi decocti in cibo alvum et urinam cient. Folia et caules exhulcerant corpus: utique hulcerum phagedaenis et gangraenis, tibiarumque taedio cum sale illinuntur. Semen in uva raris racinis dependet, succo rubente, postea croci. Novere id qui coria perficiunt: illo enim utuntur. Psoris et lepris illinitur: lactis abundantiam facit coctum cum tritico, potumque. Radix numerosis utilitatibus nobilis, contra serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis in facie, varosque, et lentigines, et sugillata emendat, et cicatrices: eademque praestat decocta in oleo. Decoctae datur et comitialibus potus: item
3 mente commotis, et vertigine laborantibus, drachmae pondere quotidie anno toto. Et ipsa autem largior aliquanto sensus purgat. Illa vis praeclara, quod ossa

ἐσθίονται, οὔρησιν καὶ κοιλίαν κινοῦντες. H.

Folia. Haec totidem verbis Diosc. loc. cit. et auctor proxime laudatus, p. 10. Hard.

Tibiarumque. Tibiarum putridis hulceribus, καὶ σαπροκνήμων ἑλκῶν, inquit Diosc. ll. cc. Hard.

Semen. Dioscor. καρπὸν, fructum dixit: quod Plinius, ut ei solenne est, semen transtulit. Καρπὸν δὲ, inquit ille, ἔχει βοτρυοειδῆ, πυῤῥὸν, ᾧ ψιλοῦται τὰ δέρματα. *Fructum gerit racemosum, rufum, quo coria depilantur.* Sic etiam auctor Kiranidum Kirani, p. 14. Hard.

Psoris et lepris illinitur. Diosc. loc. cit. et auctor libri, cui titulus Kiranidum Kirani, p. 13. Hard.

Lactis abundantiam facit, etc. Auctores mox laudati ll. cc. Hard.

Radix numerosis utilitatibus. Totidem verbis Diosc. loc. cit. et auctor modo laudatus, p. 13. Hard. — Ad eosdem fere usus etiamnunc commendatur bryoniae radix. Confer. Geoff. Mat. med. t. III, p. 222. Ed. P.

Vitia cutis in facie. Dioscor. ll. cc. et auctor proxime citatus, pag. 12. Hard.

Eademque. Dios. l. c. Hard.

Decoctae. Radicis videlicet; atque ita sane Diosc. l. c. et auctor Kiranidum Kirani, p. 13: *Ad epilepsiam*, inquit, *bibitur* < 1 *per annum quoque die cum oxymelle.* Hard.

Item mente commotis. Dioscor. loc. cit. et auctor appellatus p. 13. H. — Cf. Geoffr. loc. cit. Ed. P.

Sensus purgat. Ni codicum manu exaratorum consensus obstaret, qui hanc lectionem pertinaciter tuentur, scriberem intrepide *sensus turbat*: tum ita, ut quidem videtur, postulante sententia: ut quum prius opitulari mente commotis, et vertigine laborantibus dixerit, nunc largiorem usum eius cavendum admoneat, ne sensum perturbet: tum vero Dioscoride, IV, 184, de bryonia similiter tradente,

infracta extrahit in aqua, imposita, ut bryonia: quare quidam hanc albam bryoniam vocant. Alia vero nigra efficacior in eodem usu cum melle et thure. Suppurationes incipientes discutit, veteres maturat et purgat. Ciet menses et urinam. Ecligma ex ea fit suspiriosis, et contra lateris dolores, vulsis, ruptis. Splenem ternis obolis pota triginta diebus consumit. Illinitur eadem cum fico et pterygiis digitorum. Ex vino secundas feminarum apposita trahit: et pituitam, drachma pota in aqua mulsa, succus radicis. Colligi debet ante maturitatem seminis: qui illitus per se et cum ervo, laetiore quodam colore et cutis teneritate mangonizat corpora. Tunditur ipsa radix cum pingui fico, erugatque corpus, si statim bina stadia ambulentur: alias urit, nisi frigida abluatur. Iucundius

ὑποταράττει δ' ἐνίοτε τὴν διάνοιαν. Et auctor libelli, qui Kiranidum Kirani falso inscribitur. p. 13: *Turbat autem ventrem, et sensum, et apposita quoque secundinam educit*, etc. H.

Illa via praeclara. Dioscorid. l. c. Ἀνάγει δὲ καὶ ὀστᾶ λείᾳ καταπλασσομένη. Sic etiam auctor Kiranidum Kirani, p. 9 sq. Hard.

Quare quidam. In quibus est Diosc. IV, 184, et auctor Kiranidum Kirani pag. 8 et 13. Galenus quoque de simpl. med. Facult. VI, 34, pag. 155. Hasd.

Alia. De qua cap. sq. H.

Suppurationes incip. discutit. Redit ad vitem albam, cuius doles absolvit. Inflammationes discutere, ac rumpere abscessus scribit Diosc loc. cit. H.

Ciet menses. Dioscor. et Kiran. auct. p. 13. Hard.

Ecligma. Diosc. loco citato: Ἐκλεκτὸν δὲ μετὰ μέλιτος δι' αὐτῆς, τοῖς πνιγομένοις, καὶ δυσπνοοῦσι, καὶ βήσσουσι, πλευρά τε ἀλγοῦσι, καὶ ῥήγμασι, καὶ σπάσμασι δίδοται. H.

Splenem. Diosc. et Kiranidum auctor ll. cc. Apuleius quoque, cap. 66. Hard.

Illinitur. Dioscorid. loc. cit. Galen. de Facult. simpl. med. VI, pag. 155. Hasd.

Ex vino secundas, etc. Diosc. loc. cit. Προστιθεῖσα ὑστέρᾳ, ἔμβρυα καὶ δεύτερα ἐπισπᾶται. *Apposita, sive in pesso subdita, partus et secundas morantes trahit.* Sic et Kiranidum auctor, p. 13. Hasd.

Et pituitam. Dioscor. loc. cit. Χυλίζεται δὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς, ἔαρος πίνεται δὲ σὺν μελικράτῳ ὁ χυλὸς... ἄγων φλέγμα. *Succus e radice vere exprimitur, qui ex aqua mulsa potus ... pituitam trahit.* Hard. — Hydropicorum aquas subducit; viscerumque obstructiones tollit. Cf. Geoffr. loc. sup. cit. Ed. P.

Qui illitus per se, etc. Diosc. l. c. et auct. Kir. p. 12. H.

Corpora. Adduni Gron. et al. *ser-*

hoc idem praestat nigra vitis; quoniam alba pruritum affert.

XVII. Est ergo et nigra, quam proprie bryoniam vocant, alii chironiam, alii gynaecanthen, aut aproniam similem priori, praeterquam colore. Huius enim nigrum esse diximus. Asparagos eius Diocles praetulit veris asparagis in cibo, urinae ciendae, lienique minuendo. In frutectis et arundinetis maximo nascitur. Radix foris nigra, intus buxeo colore, ossa infracta vel efficacius extrahit, quam supra dicta. Caeterum eidem peculiare est, quod iumentorum cervicibus unice medetur. Aiunt si quis villam ea praecinxerit, fugere accipitres, tutasque fieri villaticas alites. Eadem in iumento homineque, flemina, aut sanguinem, qui se ad talos deiecerit, circumligata sanat. Et hactenus de vitium generibus.

pentes fugat, quae duo verba ignorant codd. manu exarati. Ed. P.

XVII. *Est ergo et nigra*, etc. De qua Diosc. IV, 185: Ἄμπελος μέλαινα, οἱ δὲ βρωνία μέλαινα, οἱ δὲ Χειρώνειον ἄμπελον. Eadem ex Crateva refert Nicandri Schol. in Ther. p. 39. Colore tantum ab alba discrepat: in Saxonia, Westphalia, Pomerania gignitur, ut Dodonaeus testatur, pag. 395. H. *Est ergo et nigra*. Recentioribus dicitur *Bryonia alba*. Baccas nigras habet; ut prior, habitat in sepibus. Ed. P.

Nigrum esse diximus. Nempe sup. cap. Hard.

Asparagos. Et post Dioclem Diosc. IV, 185. Hard.

Radix foris nigra. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Hard.

Vel efficacius. At Dioscor. ἧττον μέντοι ἐνεργεῖ, inefficacius prodest. Dioscoridem sequitur Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 155. H.

Caeterum. Diosc. ll. cc. H.

Si quis villam ea praecinxerit. Ita scripsimus ex vestigiis veterum codicum, pro *tinxerit*, quod est insulsum. Hard.

Villaticas. Gallinas videlicet: quibus praeterea vitis alba utilis est contra pituitam, ut dictum est lib. X, c. 78. Hard.

Flemina. Decurtatum hunc locum Barbarus, et conclamatum putavit. In libris vulgatis, *phlegma, aut sanguinem, qui se ad talos deiecerit*. Vbi Dalecampius, *in podagra*, inquit, *et articulari morbo*. Egregium vero medicum, *flemina*, non *phlegmata*, legere oportuit, ex MSS. Regg. Colb. aliisque: et quid essent flemina, tum ex Plinio, tum ex Festo, Caproque, tum ex Plauto discere. Festus enim: *Flemina*, inquit, *dicuntur, quum ex labore vinc sanguis deflui circa talos*.

XVIII. Musta differentias habent naturales has, quod sunt candida, aut nigra, aut inter utrumque: aliaque, ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum: cura differentias innumerabiles facit. In plenum ergo haec dixisse conveniat. Mustum omne stomacho inutile, venis iucundum. A balineis raptim et sine interspiratione potum, necat. Cantharidum naturae adversatur. Item serpentibus, maxime haemorrhoidi, et salamandrae. Capitis dolores facit, et gutturi inutile: prodest renibus, iocineri, et interaneis vesicae: collaevat enim ea. Privatim contra buprestim valet. Contra meconium, lactis coagulationem, cicutam,

Et Caper Grammaticus, de Orthogr. *Flemina est, ubi abundant crura sanguine, Plemina, quum in manibus vel in pedibus callosi sunt sulci.* Plaut. Epidic. act. V, sc. 2, v. 5: *Dico ego tibi iam, ut scias, Alium tibi te comitem melius quaerere: ita, dum te sequor, Lassitudine invaserunt misero in genua flemina.* Rursumque in Pseudolo, act. IV, sc. 7, v. 92, et Poen. act. III, sc. 1, v. 67. Quin etiam, vel si *flegma* hoc loco Plinius, non *flemina* diceret, de alio morbo, quam de podagra, accipi hoc a Dalecampio oportuit; nempe pro eo quem alio nomine Latini boam vocavere, auctore Festo: *Boa*, inquit, *crurum tumor viae labore collectus appellatur*, unde haec ipsa ei qui eo morbo tenetur, haec sit appellatio. Glossarium vetus, Βόα, ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων.

XVIII. *Cura.* Ars, industriaque hominum. Haro.

Mustum. Vinum novum: unde musteum vocatur, quidquid novellum, inquit Nonius. H.

A balineis, etc. Dioscor. in Alex. c. 34; Καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ πόθιν, ἢ ἄκρατος πολύς, καὶ γλυκὺς οἶνος ποθεὶς, etc. *Aqua etiam frigida unico haustu, ac sine interspiratione bibita, aut meracum vinum, passumve liberalius haustum, praesertim a balneo, aut cursu, et concitatiore quavis exercitatione, strangulatus ac dolores infert.* Haro.

Cantharidum naturae adversatur. Adversus cantharidas vinum dulce liberalius haurriendum monet Dioscor. in Alex. c. 1. Haro.

Collaevat. Laeviorem facit vesicam et magis lubricam. Eglmus de hac voce XVII, 35: Cave Stephano credas, qui *collevare* putat hic esse ἐπιχουρίζειν, quum potius sit ἐπιλαίνειν. H. — Gron. et al. *collevat.* Ed. P.

Contra meconium. Scrib. Larg. comp. CLXXX: *Ad opium, sive meconium: Prodest et vini cyathus, et passi, et olei cyathus... Item vinum et acetum pari mensura datum ex aqua mulsa cum rosa eius mensurae, ita ut ista subinde cogatur reiicere*, etc. Opium, sive meconium, papaveris viridis succus est. Potum facit capitis gravitatem, gelationem et livorem artuum... Praeterea spirationem impedit, mentem soporat, sensusque aba-

toxica, dorycnium, ex oleo potum, redditumque vomitionibus. Ad omnia infirmius album, iucundius passi mustum, et quod minorem capitis dolorem afferat.

XIX. Vini genera differentiasque perquam multas exposuimus, et fere cuiusque proprietates. Neque ulla pars difficilior tractatu, aut numerosior: quippe quum sit tardum dictu, pluribus prosit an noceat: praeterea quam ancipiti eventu potu statim auxilium fit, aut venenum? Etenim de natura ad remedia tantum pertinente nunc loquimur. Vnum de dando eo volumen Asclepiades condidit, ab eo cognominatum: qui vero postea de volumine illo disseruere, innumera. Nos ista romana gravitate, artiumque liberalium appetentia, non ut medici, sed ut iudices salutis humanae, diligenter distinguemus. De generibus singulis disserere immensum et inexplicabile est, discordibus medicorum sententiis.

XX. Surrentinum veteres maxime probavere: sequens aetas Albanum aut Falernum. Deinde alia alii iniquissimo genere decreti, quod cuique gratissimum, caeteris omnibus pronuntiando. Quin, ut constarent sententiae, quota portio tamen mortalium his generibus posset uti? Iam vero nec proceres usquam sinceris. Eo venere mores, ut nomina modo cella-

lienat, etc. Haec idem Scribonius Largus, loc. cit. H.

Laetis. Lac potum, si in stomacho coagulatur, et congelatur, hominem praefocat. Vide Scrib. Larg. comp. CXCII. HARD.

Toxica Toxicum genus est veneni nobis haud satis explorātum. De dorycnio diximus XXI, 105. H.

Iucundius passi mustum. Vini nempe dulcis mustum. H.

XIX. *Vini genera ..... exposuimus.* Lib. XIV, capp. 8, 9, 10. H.

Neque ulla. Gronov. et al. ante Hard. *neque est ulla.* ED. P.

Tardum dictu. Ita libri omnes. Forte, *arduum dictu.* H.

Cognominatum. MS. Reg. 2, *cognominatus.* BR.

Sed ut iudices. Codices aliqui manu exarati *indices.* H.

XX. *Quin ut constarent.* Quamvis constarent sententiae. H. — *Vsquam* Gr. et Br. *umquam.* ED. P.

rum veneant, statimque in lacubus vindemiae adulterentur. Ergo hercle, mirum dictu, innocentius iam est quodcumque et ignobilius. Haec tamen facere constantissime videntur victoriam, quorum mentionem fecimus. Si quis hoc quoque discrimen exigit, Falernum nec in novitate, nec in nimia vetustate corpori salubre est. Media eius aetas a quinto decimo anno incipit. Hoc non rigido potu stomacho utile, non item in calido. Et in diutina tussi sorbetur merum utiliter a ieiunis: item in quartanis. Nullo aeque venae excitantur. Alvum sistit, corpus alit. Creditum est obscuritatem visus facere: nec prodesse nervis, aut vesicae. Albana nervis utiliora. Stomacho minus, quae sunt dulcia: austera vel Falerno utiliora. Concoctionem minus adiuvant; stomachum modice implent. At Surrentina nullo modo, nec caput tentant: stomachi et intestinorum rheumatismos cohibent. Caecuba iam non gignuntur.

XXI. At quae supersunt Setina, cibos concoqui co.

Vt nomina modo cellarum veneant. Pendebat enim e doliis, vineriisque vasis tabula, in qua vini solum natale et aetas scribebatur, ac quo tempore, quibusve consulibus esset conditum. Iuvenal. Sat. V: *cuius patriam titulumque senectus Delevit, multa veteris fuligine testae.* Brod. I 3. Dal.

Videntur victoriam. Gronov. et al. ante Hard. *videntur sententiae victoriam.* Ed. P.

Quorum. Surrentinum, Albanum, Falernum. In quibus et aetatis differentia est. H.

Exigit. Gron. *exigat.* Ed. P.

Hoc non rigido potu, etc. Non adeo frigido potu. H.

Et in diutina tussi, etc. Plin. Vel. I, 58, iisdem fere verbis H.

Creditum. Credidit Diosc. V, 10: Κύστει ἄθετος, καὶ ἀμβλυωποῦσι. *Vesicae nocet, et iis qui visus hebetudinem sentiunt.* H.

Albana nervis utiliora. Diosc. loc. cit. Ἀλβανὸς... τοῦ νευρώδους ἧττον πάχωτικός. H.

Stomacho minus. Stomacho minus utilia ex Albanis ea quae sunt dulcia. Diosc. l. cit. Ο δὲ Ἀλβανὸς... ἥγλυκος, ἐμπνευμάτων στόμαχον.... παλαιωθεὶς δὲ αὐστηρός γίνεται. Hard.

At Surrentina. Diosc. totidem verbis loc. cit. Ο δὲ Συρεντῖνος, αὐστηρός ἱκανῶς ἐστιν, ὅθεν ἐντέρων καὶ στομάχου ῥεῦμα ἵστησι· κεφαλῆς τε ἧττον ἅπτεται. H.

gunt. Virium plus Surrentina, austeritatis Albana, vehementiae minus Falerna habent. Ab his Statana non longo intervallo abfuerint. Alvo citae Signinum maxime conducere indubitatum est.

XXII. Reliqua in commune dicentur. Vino aluntur vires, sanguis, colosque hominum. Hoc quoque distat orbis medius, et mitior plaga a circumiectis: quantum illi feritas facit roboris, tantum nobis hic succus. Lactis potus ossa alit, frugum nervos, aquae carnes. Ideo minus roboris est in corporibus illis, et minus roboris, contraque labores patientiae. Vino modico nervi iuvantur, copiosiore laeduntur: sic et oculi. Stomachus recreatur: appetentia ciborum invitatur: tristitia et cura hebetatur: urina et algor expellitur: somnus conciliatur. Praeterea vomitiones sistit: collectiones extra lanis humidis impositis mitigat. Asclepiades utilitatem vini aequari vix Deorum potentia pronuntiavit. Vetus copiosiore aqua miscetur, magisque urinam expellit: minus siti resistit. Dulce minus inebriat; sed stomacho innatat: austerum facilius concoquitur. Levissimum est, quod celerrime inveteratur. Minus infestat nervos, quod vetustate dulcescit. Stomacho minus utile est pingue, nigrum,

XXI. *Falerna.* Gron. et al. ante Hard. *Surrentino... Albano... Falerno:* nempe τῷ *habent* omisso, nobiscum tamen facit Gron. in not. Ed. P.

Alvo citae. Vide quae diximus in eam rem XIV, 8. H.

XXII. *Orbis medius.* Zona, ut aiunt, temperata, torridam inter gelidamque media. H.

Appetentia ciborum. Mart. V, LXXIX: *Post haec omnia forte si monebit Bacchus, quam solet, esuritionem,* etc. H.

Potentia pronuntiavit. Gron. et al. *potentia posse pronuntiavit.* Ed. P.

Stomacho innatat. Stomachum inflare, στομάχου πνευματωτικόν, dixit Diosc. V, 8. H.

Minus infestat nervos. Et renes. Diosc. V, 11: Οἱ μέν τοι παλαιοὶ, καὶ γλυκεῖς, πρὸς τὰ περὶ νέφρους ἐπιτηδειότεροι. H.

Stomacho. Quod pingue est, et idem nigrum, stomacho minus utile est. Diosc. V, 11: Οἱ δὲ παχεῖς καὶ μέλανες κακοστόμαχοι, φυσσώδεις· σακρὸς μέντοι γεννητικοί. H.

sed corpora magis alit. Tenue et austerum minus alit, magis stomachum nutrit. Celerius per urinam transit, tantoque magis capita tentat: hoc et in omni alio succo semel dictum sit. Vinum si sit fumo inveteratum, insaluberrimum est. Mangones ista in apothecis excogitavere. Iam et patres familias aetatem addi his, quae per se cariem traxere. Quo certe vocabulo satis consilii dedere prisci: quoniam et in materiis cariem fumus erodit: at nos e diverso fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus. Quae sunt admodum exalbida, haec vetustate insalubria fiunt. Quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit, et in amaritudinem corpori minime utilem coit. Condire eo aliud minus annosum, insalubre est. Sua cuique vino saliva innocentissima, sua cuique aetas gratissima, hoc est, media. 3

Minus alit, magis stomachum nutrit. Et Cels. II, 24, inter ea quae stomacho idonea sunt, vinum austerum annumerat, licet iam asperum sit. Haan.

Celerius per urinam transit. Haec pariter Diosc. V, 9, 42. Idcirco fortassis hydropicis dari Celsus idem iubet I, 21: *Vinum austerum, sed quam tenuissimum.* H.

Vinum si sit fumo inveteratum. Dolia vel apotechas ipsas iis locis superponebant, unde fumum accipere, et vetustatem facilius citiusque mentiri vina possent. Hinc Venusinus poeta Od III, 8, laudat: *Amphoram fumum bibere institutam.* H.

Aetatem addi his quae per se cariem traxere. Patres familias *etiam* excogitavere *quemadmodum* adderetur aetas iis, quae vetustatem per se *sine fumo* acquirerent. — Ita legi oportere non modo codices Regg. Colb. Ch. suadent, sed et ipsa loci sententia, cuius acumen Dalecampium fugit. Contrario plane sensu in libris vulgatis hactenus legebatur, *aetatem ademere his.* Haan.

Consilii dedere prisci. Non esse a fumo, sed ab ipsa vini indole, cariem vetustatis exspectandam. H.

Insalubria fiunt. Sic et Chifl. Gron. et al. ante Harduin. *salubria.* Ed. P.

Quo generosius vinum. Vide quae in eam sententiam diximus, XIV, 6. Hard.

Sua cuique, vino saliva. Suus cuique vino nativus sapor, *sine ulla conditura*, saluberrimus est. Hoc est, suus naturalis sapor, sine ullo condimento. Hoc enim vocabulo illud expressit, quod prolisius Colum. XII, 19, cui titulus est: *De pluribus generibus conditurarum, quibus vinum confirmatur: Quaecumque vini nota*, inquit, *sine condimento valet perennari*,

XXIII. Corpus augere volentibus, aut mollire alvum, conducit inter cibos bibere. Contra minuentibus, alvumque cohibentibus, sitire in edendo, postea parum bibere. Vinum ieiunos bibere, novitio invento, inutilissimum est curis, vigoremque animi, ad procinctum tendentibus: somno vero ac securitatibus iamdudum hoc fuit, quod Homerica illa He-

optimam esse eam censemus: nec omnino quidquam permiscendum, quo naturalis sapor eius infuscetur. Salivam pro gustu, seu sapore, alii dixere. Pers. Sat. VI, 24: *Turdorum nosse salivam.* Prop. El. IV, 9: *Et Methymnaei graeca saliva meri.* Hoc est vini graeci sapor. Hard.

XXIII. *Corpus augere volentibus.* Non sitire, et cibos modice proluere, optimum est praeceptum. Dioic. Dal.

Aut mollire alvum, etc. Gal. Comm. 4, aph. 83, tom. IX. Hard.

Alvumque cohibentibus. Galen. loc. cit. Hard.

Vinum ieiunos bibere, novitio invento, inutilissimum est curis, etc. Hunc locum summa fide repraesentamus totidem apicibus ac syllabis, quot in codd. Reg., et Colb. vidimus: serie ipsa orationis ita legi postulante. Corruperant mirum in modum interpolatores, hoc modo: *inutilissimum est. Curas vigoremque animi impedit ad procinctum*, etc. Ceterum hunc morem carpit auctor, inventumque novitium, quod superius attigit XIV, 28: *Tiberio Claudio principe ante hos annos XL institutum, ut ieiuni biberent, potusque vini antecederet cibos*, etc. Extremo Tiberii anno id excogitatum indicat. De hoc Tiberiani aevi, consequentiumque temporum more, Plutarch. Symp. VIII, qu. 9, p. 734: Μέγα δὲ καὶ τὸ τῶν καλουμένων προπομάτων· οὐδὲ γὰρ ὕδωρ οἱ παλαιοὶ πρὶν ἐντραγεῖν ἔπινον· οἱ δὲ νῦν ἄσιτοι προμεθυσθέντες ἅπτονται τῆς τροφῆς διαβρόχῳ τῷ σώματι καὶ ζέοντι, λεπτὰ καὶ τομὰ καὶ ὀξέα προσφέροντες ὑπέκκαυμα τῶν ὀρέξεων, etc. *Magnum etiam illud de praebibitionibus, quas vocant propomata. Nam antiqui ne aquam quidem biberunt ante quam edissent: nunc ante cibum vino oppleti, humefacto ac fervescente corpore cibum aggrediantur, tenuia et acuta et vi incidendi praedita ad appetitum excitandum ingerentes*, etc. Et hanc consuetudinem Iuvenalis attigit Sat. VI, v. 423: *tandem illa venit rubicundula, totum Oenophorum sitiens, plenu quod tenditur urna. Admotum pedibus: de quo sextarius alter Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim.* Quasdoque pro vino mulsum ante cibos pariter praesumebant, teste Horatio, Sat. II, iv, v. 25: *Vacuis committere venis Nil nisi lene decet: leni praecordia mulso Proluerit melius.* Hard.

Inutilissimum est. Galen. Comment. aphor. 28, lib. VI. Dal.

Ad procinctum. Ad bellicam expeditionem, sive potius ad serias res agendas, animum intendentibus. H

Somno vero ac securitatibus. Ad somnum, inquit, conciliandum, abigendasque curas, iamdudum in usu vinum fuit. Adhibuit enim Helena, etc. Hard.

lena ante cibum ministravit. Sic quoque in proverbium cessit, sapientiam vino obumbrari. Vino debemus homines, quod soli animalium non sitientes bibimus. Aquae potum interponere utilissimum: itemque iugi superbibere. Ebrietatem quidem frigidae potus extemplo discutit. Meracis potionibus per viginti dies ante Canis ortum, totidemque postea sua-

Homerica illa Helena. Odyss. Δ, v. 19: Ἐνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησ' Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα. Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον Νήπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

Sapientiam vino obumbrari. Eo pertinent Graecorum illae sententiae: Οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον, κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ' οἶνος δὲ νοῦ. Ac rursum hoc Xenophontis in Symposio: Τὸν οἶνον κατὰ τὰς τῶν ἀνδρῶν ψυχὰς ὥσπερ μανδραγόραν τὰς λύπας κοιμίζειν· τὰς δὲ φιλοφροσύνας ἐγείρειν, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα. Lepide hoc Aristophanes, τὸ δὲ ζῆν, εἰπέ μοι, τί ἐστι; Β. τὸ πίνειν, φημ' ἐγώ. Idem et perquam venuste, vinum ἀφροδίτης εἶναι γάλα scribit. Rhod. cap. et lib. XXVIII. Dal.— *Sapientiam.* Et est in Proverbiis Ecclesiasticis, duo esse quae sapientem etiam virum a mente deiiciant, vinum et mulieres. Eccl. XIX, 2. Hard.

Vino debemus. In MSS. Regg. Colb. Ch. *vino damus.* Haan. — Brot. et ed. princ. *vino damus.* Ed. P.

Interponere. Vsus hac voce Martial. Ep. I, cvii: *Interponis aquam subinde, Rufe; Et si cogeris a sodale, raram Dilati bibis unciam Falerni.* Et Sueton. in Vesp. *Inediam unius diei per singulos menses interponebat.* Hard.

Itemque iugi superbibere. Ebrietatem, etc. Forte e *iugi,* aqua videlicet, quam post compotationem superbibere utilissimum sit: quoniam, ut statim subiungitur, ebrietatem frigidae potus discutit.— Ita libri omnes MSS. Regg. Colb. Ch. non uti correctorum vitio vulgati prae se ferunt libri, obscura plane sententia: *Itemque iugi superbibere ebrietati: quam quidem,* etc. Vini perpotationi aquam superbibere utilissimum pariter censet Dioscor. V, 11: Δεῖ μέντοι γε μετὰ τὴν οἴνωσιν ὕδωρ πίνειν, quoniam temulentiam discutit. Ne caput vino tentent, aquam superbibere et Galenus iubet, Com. 3 de vict. Rat. in morb. ac. Haan.

Ebrietatem quid. frigidae potus extemplo discutit. Hanc quidem sententiam memorabili exemplo Celsus confirmat, in praefatione operis sui: *Ingeniosissimus,* inquit, *saeculi nostri medicus, quem nuper vidimus, Cassius, febricitanti cuidam, et magna siti affecto, quum post ebrietatem eum premi coepisse cognosceret, aquam frigidam ingessit; qua ille epota, quum vini vim miscendo fregisset, protinus febrem somno et sudore discussit.* Hard.

Meracis potionibus. Meracum a mero distat omnino, quod merum sit, cui nihil: meracum, cui aquae parum admixtum sit. Tamen meracius bibere dicuntur ii, qui vinum aqua minus diluunt. Cels. I, 3: *cibum modicum, potiones meracas,* etc. Et infra: *Vinum dilutius pueris, senibus meracius.* Iterumque: *Hiema plus esse convenit; aestate minus, sed meracius bibere.* H.

Totidemque postea. Exoriente si-

det Hesiodus uti. Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, viscum, meconium, argentum vivum, apes, vespas, crabrones, phalangia, serpentium scorpionumque ictus, contraque omnia quae refrigerando nocent. Privatim contra haemorrhoidas, presteras, fungos. Item contra inflationes rosionesque praecordiorum, et quorum stomachus in vomitiones effunditur: et si venter aut interanea rheumatismum sentiant. Dysentericis, sudatoribus, in longa tussi, in epiphoris, meracum. At vero cardiacis, in mamma laeva merum in spongia imponi prodest. Ad omnia autem maxime album inveterascens. Vtiliter etiam fovetur vino calido virilitas iumentis: quo etiam infuso cornu lassitudinem auferri aiunt. Simias, quadrupedesque, quibus digiti sunt, negant crescere assuetas meri potu.

XXIV. Nunc circa aegritudines sermo de vinis e-

dere id a se fieri gloriatur Anacreon. Dal.

Hesiodus. Is quum ardet Sirius, tribus aquae portionibus quartam vini dilutam bibi iubet, Εργων v. 194. Επεὶ κεφαλὴν, καὶ γούνατα Σείριος ἄζει, Τρὶς δ' ὕδατος προχέειν· τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου. Hard.

Merum quidem remedio est contra cicutas, etc. Totidem verbis haec Diosc. V, 11. Quin et canum morsus multo meracoque vino epoto sanari quidam censuere, teste Celso V, 27.

Refrigerando nocent. Diosc. loc. cit. *refrigerando necant*: Οσα πλήξαντα ἢ δάκνοντα, κατὰ ψύξιν ἀναιρεῖ. Nempe, ut Celsus ait V, 27: *Necessarium est exsorbere potionem meri vini cum pipere, vel quidlibet aliud, quo calor movendus est.. : Nam maxima pars venenorum frigore interimit.* Hard.

Item contra inflationes. Diosc. ad verbum loc. cit. Privatim contra cicutam Scrib. Larg. Comp. CLXXXIX, vinum meracum quamplurimum caldum commendat. Contra coriandrum, Comp. CLXXXV: *Coriandrum.. facit raucitatem, et mentem movet. Adiuvari autem debent, qui biberunt, ex vino mero, atque plurimo*, etc. H.

Dysentericis. Diosc. loc. cit. Καὶ ἐφιδροῦσι, καὶ διαφορουμένοις ἁρμόζουσι, μάλιστα δὲ οἱ λευκοὶ (οἶνοι) καὶ παλαιοὶ, καὶ εὐώδεις. H.

Meracum. Parum dilutum. Prorsus meracum in iis aegritudinum generibus noxium fuerit. Dal.

Inveterascens Mss. Regg. Colb. Chif. *inveterescens*. H.

Virilitas. Genitalia. Hard.

Quo etiam infuso cornu. In os. Vide quae diximus XIV, 28. H.

XXIV. *Liberaliter genitis.* Bona

rit. Saluberrimum liberaliter genitis, Campaniae quodcumque tenuissimum: vulgo vero, quod quemque maxime iuverit validum. Vtilissimum omnibus sacco viribus fractis. Meminerimus succum esse, qui fervendo vires e musto sibi fecerit. Misceri plura genera, omnibus inutile. Saluberrimum, cui nihil in musta additum est; meliusque, si nec vasis pix adfuit. Marmore enim et gypso aut calce condita, quis non etiam validus expaverit? In primis igitur vinum marina aqua factum, inutile est stomacho, nervis, vesicae. Resina condita, frigidis stomachis utilia existimantur. Non expedire vomitionibus, sicut neque mustum, neque sapa, neque passum. Novitium resinatum nulli conducit. Capitis dolorem et vertigines facit: ab hoc dicta crapula est. Tussientibus et in

corporis natura praeditis. Dal. — *Liberaliter*. E liberaliori familia genitis, liberaliter educatis, ἐλευθέρως τεθραμμένοις. H.

Validum. Dum is integra valetudine est. Hard.

Sacco viribus fractis. Vt sacco vino vires frangerent, diximus lib. XIV, cap. 28. Hard.

Cui nihil in musta additum. Non pix, non resina, non marina aqua. Quae condiendi causa in musta adderent primo fervore, dictum est XIV, 27. In eam rem egregie Colum. XII, 19: *Quaecumque vini nota sine condimento valet perennari, optimam eam esse censemus*, etc. H.

Si nec vasis pix. Vino condendo dolia picabantur, ut diximus XIV, 25. Hard.

Marmore. Vide quae dicta sunt XIV, 24 Hard. — *Quis non etiam*, etc. Gron. legit, *quis non et validus*. Ed. P.

In primis igitur vinum marina aqua, etc. Admixta marina aqua, ut dictum fusius est, XIV, 10, 19. Quam varie marina aqua vina factitentur, docet Diosc. V, 27: Οἱ δὲ διὰ θαλάττης οἶνοι ποικίλως σκευάζονται. Et mox: Κακοστόμαχοι μέντοι καὶ οὗτοι, etc. Sane omnia salsa aliena stomacho esse Celsus edocet II, 25. H.

Resina condita. Diosc. V, 9: Οἱ δὲ πίσσαν ἢ ῥητίνην πιτυΐνην ἔχοντες, θερμαντικοὶ καὶ πεπτικοί. *Picata vina aut resinata excalfaciunt et concoctionem adiuvant*. Et Celsus inter ea res quae sunt stomacho idoneae, vinum resinatum annumerat, II, 24; IV, 5. Hard.

Non expedire. Diosc. loc. cit. Ἀδοτοι δὲ τοῖς ἐμετικοῖς. H. — *Vomitionibus*. Gron. et al. ante Hard. *vomitoribus*. Ed. P.

Capitis. Dioscorid. V, 43, de vino resinato: Κεφαλαλγής καὶ σκοτωματικός. Hard.

Ab hoc dicta crapula est. Inde, inquit, et resinae flori, quo musta

rheumatismo nominata prosunt. Item coeliacis et dysentericis, mulierum mensibus. In hoc genere rubrum nigrumve magis constringit, magisque calfacit. Innocentius pice sola conditum. Sed et picem meminisse debemus non aliud esse, quam combustae resinae fluxum. Hoc genus vini excalfacit, concoquit, purgat: pectori, ventri utile: item vulvarum dolori, si sine febre sint, veteri rheumatismo, exhulcerationi, ruptis, convulsis, vomicis, nervorum infirmitati, inflationibus, tussi, anhelationibus, luxatis, in succida lana impositum. Ad omnia haec utilius id, quod sponte naturae suae picem resipit, picatumque appellatur. Helvenaco quoque tamen nimio caput tentari convenit. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febre, nisi veteribus aegris; nec nisi declinante morbo. In acutis vero periculis, nullis nisi qui manifestas remissiones habeant, et has noctu potius: dimidia enim pars periculi est

condiuntur, crapula nomen est, ut diximus XIV, 25, et ebrieteti, quam vine resinata faciunt; ut latinum *crapula*, ita κραιπάλη, graecum est, ἀπὸ ταῦ τὰ κάρα πάλλειν, quasi caput vibret. Hard.

Tussientibus et in rheumatismo. Resina condita, mustum sapa, passum. De resineto in primis Diosc. loc. cit. Καταῤῥοιζομένοις, καὶ βήσσουσι ἁρμόζοντες· κοιλιακοῖς, δυσεντεριακοῖς, ὑδροπικοῖς, καὶ ῥοικαῖς γυναιξί. H.

In hoc genere. Diosc. V, 43.

Combustae resinae. Igne expressae resinae fluxum: ut diximus lib. XIV, initio cap. 25. Hard.

Hoc genus vini excalfacit, etc. Et has vini piceti dotes Dioscorides quoque refert l. c. totidem fere verbis. Hard.

Veteri rheumatismo. Χρονίοις ῥεύμασι, καὶ ἑλκώσεσι ταῖς ἐν βάθει. *Vetustis fluxionibus et exulcerationibus profundis.* Ρευματισμὸς fluxus est mali ac noxii humoris. H.

Exhulcerationi. Profundarum et abditarum partium. Diosc. v. 43, τοῖς ἐν βάθει εἱλκωμένοις.

Picatumque. Egimus de eo XIV, 3. Allobrogicum appellat, et eodem libro, cap. 4, Plinius, et similiter Celsus, IV, 5, atque in resolutione stomachi hoc vini genus in primis commendat. H.

In febre. Brot. ex Reg. 2 et edit. princ. *in febri.* Et stetim mox Gron. et al. *aegris vinum nec.* Ed. P.

Dimidia enim pars periculi. Levius, ac minus periculum est, quum, remissa febri, alliciendi somni causa

noctu, hoc est, spe somni, bibentibus: nec a partu abortuve, nec a libidine aegrotantibus, nec in capitis doloribus, nec quorum accessiones cum frigore nec in febri tussientibus, nec in tremore nervorumque doloribus, vel faucium, aut si vis morbi circa illa intelligatur: nec in duritia praecordiorum, venarum vehementia: neque in opisthotono, tetano: nec singultientibus, nec si cum febre dyspnoea sit. Minime vero oculis rigentibus, et genis stantibus, aut defectis gravibusque: nec quorum conniventium perlucebunt oculi, palpebrisve non coëuntibus, vel si dormientibus hoc idem eveniet: aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemae in oculis erunt. Minime lingua fungosa, nec gravi, et subinde imperfecta loquentibus: nec si urina difficile reddetur, neque ex-

bibitur. Dal. — *Dimidia*. Dimidio levius periculum est. H.

A libidine aegrotantibus. Vinum enim debilitatos iam immodica venere nervos gravius offendit. Dal.

Venarum vehementio. Concitatiore venarum pulsu. H.

Tetano. Cels. II, 1: *Frigus modo nervorum distentionem, modo rigorem infert: illud σπασμός; hoc τέτανος graece nominatur*. Et lib. IV, cap. 3, statim initio: *Neque aliud importunior, auctiorque morbus est, quam is qui quodam rigore nervorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori annectit, modo rectam et immobilem cervicem intendit. Priorem Graeci ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον; ultimum τέτανον appellant; quamvis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur*. Tetanum praeterea accurate Hippocrates explicat de morbis l. III, c. 43, p. 104. H.

Singultientibus. Ab acri humore stomachum lancinante. Dal.

Dyspnoea. Difficultas spirandi. Cels. IV, 4: *Est etiam circa fauces malum, quod apud Graecos aliud atque aliud nomen habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit. Sed haec, dum modica est, neque ex toto strangulat δύσπνοια appellatur. Quum vehementior est, ut spirare aeger sine sono et anhelatione non possit, ἄσθμα. Quum accessit id quoque, ne nisi recta cervice spiritus trahatur, ὀρθόπνοια*. H.

Et genis stantibus. Rigentibus palpebris, quae non moventur. Rigentes Caio Germanico Caesari Aug. oculos fuisse diximus XI, 54. Genas pro palpebris dici Plinio solemne ac familiare esse, eodem libro, c. 56 sq. Hard.

Perlucebunt oculi. Micantibus scintillis. Alias *vinum optimum vetus in nocte adhibitum, oculorum aciem reformare*, auctor est Theod. Prisc. I, 40. Hard.

Vel si lemae. Λήμη Graecis humor est in oculis concretus, unde lippi-

pavescentibus repente; nec spasticis, aut rursus torpentibus, nec si per somnos genitura effundatur.

XXV. Cardiacorum morbo unicam spem in vino esse certum est. Sed id dandum quidam non nisi in accessione censent, alii non nisi in remissione. Illi, ut sudorem coërceant: hi, quia tutius putant, minuente se morbo: quam plurium sententiam esse video. Dari utique non nisi in cibo debet, nec a somno: nec praecedente alio potu, hoc est, utique sitienti: nec nisi in desperatione suprema; et viro facilius quam feminae: seni, quam iuveni: iuveni, quam puero: hiems, quam aestate: assuetis potius, quam expertibus. Modus dandi pro vehementia vini: item mixtura. Atque vulgo satis putant unum vini cyathum duobus aquae misceri. Si dissolutio sit stomachi, dandum: et si cibus non descendat.

XXVI. Inter vini genera, quae fingi docuimus, nec fieri iam arbitror, et supervacuum eorum usum:

tudo nascitur. Hesychius: Ἄκμαι, αἱ περὶ τοὺς κανθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν πεπηγυῖαι συστάσεις, ἀκρίδουσαι τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσίαι. H.

XXV. *In vino.* Seneca ep. xv: *Bibere et sudare, vita cardiaci est.* Cardiaci nempe ex virium imbecillitate, immodico sudore diffluunt, et crebro vini potu foventur. Huc et Juvenalis allusit Sat. V, v. 32: *Cardiaco cyathum nunquam mixturus aquaeo.* H.

Dari utique non nisi in cibo debet. Celsus III, 19: *Cardiaci morbi curatio... Tertium auxilium est, imbecillitati iacentis vino cibique succurrere. . . Nisi autem necesse est, ad vinum festinare non oportet. Si verendum est, ne deficiat, tum et intrita ex hoc: et hoc ipsum austerum quidem, sed tamen tenue moracum.* H.

Nec a somno. Ne calfacta somno viscera vino etiamnum magis incalescant. Dal. — *Nec a somno.* Brot. voculam *nec* omittit. Ed. P.

Si dissolutio sit stomachi. Ex Celso l. c. *Quod si stomachus resolutus parum continet; et ante cibum et post eum, sponte vomere oportet; rursusque post vomitum cibum sumere. Si ne id quidem manserit, sorbere vini cyathum, interpositaque hora, sumere alterum. Si id quoque stomachus reddiderit, totum corpus bulbis contritis superillinendum est: qui ubi inaruerunt, efficiunt ut vinum in stomacho continetur, exque eo toti corpori calor, venisque vis redeat.* Eadem ferme repetuntur IV, 5. H.

XXVI. *Quae fingi docuimus.* Lib. XIV, capp. 18, 19, 20. H.

Et supervacuum. Subintellige arbitror, ex proxime antecedente sen-

quum ipsis rebus, ex quibus finguntur, doceamus uti. Et alias modum excesserat medicorum in his ostentatio, veluti e napis vinum utile esse ab armorum equitandive lassitudine praecipientium: atque ut reliqua omittamus, etiam e iunipero. Et quis satius censeat, absinthite vino utendum potius, quam absinthio ipso? In reliquis omittetur et palmeum, capiti noxium, ventrique tantum molliendo, et sanguinem exscreantibus non inutile. Fictitium non potest videri, quod bion appellavimus, quum sit in eo sola pro arte festinatio. Prodest stomacho dissoluto, aut cibos non perficienti, praegnantibus, defectis, paralyticis, tremulis, vertigini, torminibus, ischiadicis. In pestilentia quoque ac peregrinationibus, vim magnam auxiliandi habere dicitur.

tentia. H. — Gron. et al. *supervacaneum*. Ed. P.

Veluti e napis. Praecipit ita sane Diosc. V, 56. H.

E iunipero. Vinum e iuniperis stomacho prodesse ait Marc. Emp. cap. xx, p. 139. ad alia plurima utile esse Diosc. prodidit V, 46. H.

Palmeum. E palmulis chydaeis, maturis. Dioscorides alvum sistere ait, non mollire, propterea que caeliacis dat et dysentericis. Dal. — *Palmeum*. De quo XIII, 9. Vinum Phoenicites graeca nomenclatione appellatur a Theod. Prisciano II, p. 2, c. 28: Οἶνος φοινικίτης. — Sic libri omnes, etiam manu exarati. Nihilominus Dioscoride V, 40, sic prodente, vino palmeo vim adstringendi competere, stomachicis idcirco, coeliacis et sanguinem exscreantibus esse peraccommodatum: διὰ τὸ στύφειν, στομαχικοῖς, καὶ κοιλιακοῖς, καὶ αἱμοπτοϊκοῖς ἁρμόζει. num potius legi in contextu Plin. oporteat, *ventrique tantum molliori*, vel *ventrique tantum morando*, hoc est sistendo, amplius considerandum est. Hard.

Quod bion appellavimus. Lib. XIV, 10. Omphacites id vini genus, ut diximus, a Dioscoride appellatur, XIV, 12. Hard.

Festinatio. Quoniam fit ex uvis, ut ibi dictum est, ante maturitatem decerptis. H.

Prodest stomacho. Has vini omphacitis utilitates omnes pariter Diosc. commemorat l. c. H.

Praegnantibus, defectis. Quibus vires animique deficiunt. Nisi forte sunt ea verba legenda coniunctim, *praegnantibus defectis*, ut sit idem ac *mulierum a conceptu defectioni*, ut Plinius ipse loquitur cap. 3 libri huius, quoniam Dioscorides utrobique κισσόδειν dixit, hoc est, praegnantibus malacia seu pica laborantibus. H.

In pestilentia. Apud Festum *pestes* pestilentiam vocabant imprecatores, quum fundum lustrantes abigi

XXVII. Vini etiam vitium transit in remedia. Aceto summa vis est in refrigerando, non tamen minor in discutiendo: ita fit ut infusum terrae spumet. Dictum est saepius, diceturque quoties cum aliis prosit. Per se haustum fastidia discutit, singultus cohibet: sternutamenta olfactu. Vim in balineis aestus arcet, si contineatur ore. Quin et cum aqua bibitur. Multorum stomacho utiliter gargarizatur: cum eadem convalescentium et a solis ardoribus. Oculis quoque illo modo saluberrimum fotu. Medetur potae hirudini.

poscebant et averti morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem. Dal.

XXVII. *Aceto summa vis est in refrigerando.* Diosc. V, 21: Ὄξος ψύχει, καὶ στύφει. Traduntur haec eadem a Celso, V, 27: *Vinum*, inquit, *ipse docuit eum quem aspis percussit, acetum potius biberedebere. Quod demonstrasse dicitur casus cuiusdam pueri, qui quum ab hac ictus esset, et partim ob ipsum vulnus, partim ob immodicos aestus, sitî premeretur, ac locis siccis alium humorem non reperiret, acetum quod forte secum habebat, ebibit, et liberatus est: Credo, quoniam id, quamvis refrigerandi vim habeat, tamen habet etiam dissipandi. Quo fit ut terra respersa eo spumet. Eadem ergo vi verisimile est, spissescentem quoque intus humorem hominis ab eo discuti, et sic dari sanitatem.* Venit olim in controversiam, quae natura aceti foret: calidum aliis, aliis frigidum pronuntiantibus, qua de re prolixe Galenus de Facult. simpl. med. I, 19 sqq. Hard.

Singultus cohibet, etc. Galen. de Remed. paratu facil. c. 15. H.

Vim in balineis aestus. Celsus I, 3: *Si quis in balneo aestuat, reficit hunc ore exceptum, et in eo retentum acetum. Si id non est, eodem modo frigida aqua assumpta.* H.

Multorum stomacho utiliter. Εὐστόμαχον Diosc. pronuntiat. H.

Cum eadem. Cum eadem aqua prodest stomacho convalescentium ex aegritudine a solis ardore orta. H.

Oculis. Inflammatis, fluxione tentatis. Dal. — *Illo modo.* Cum aqua. Nos hunc locum ex animi coniectura sanavimus, sequuti vestigia veterum exemplarium, et eorum seculi qui sic interpolarant: *Oculis quoque illo modo saluberrimum. Plurimum fotu medetur post uredines.* Nam vox ea certe a Mss. abest, Regg. Colb. Ch. caeterisque, nec *uredines* ii, sed *hirudines* prae se ferunt. Et quod est sane momenti haud levioris Diosc. V, 24, de aceto disputans ita scribit: Βδέλλας τε πεθείσας καταρροφούμενον ἀποβάλλει. *Haustu voratas hirudines, si sorbeatur, eiicit.* Quo quidem loco nihil afferri opportunius potest, quod in rem nostram sit. Hard. — Pint. ex Diosc. emendabat, *pellit potum hirudines.* Ed. P.

Medetur potae hirudini. Dioscor. V, 24. Hard. — Male Frans. *post hir.* Ed. P.

Item lepris, furfuribus, hulceribus manantibus, canis morsibus, scorpionum ictibus, scolopendrarum, muris aranei; contraque omnium aculeatorum venena et pruritus. Item contra multipedae morsum. Calidum in spongia, adiecto sulphuris sextante sextariis tribus aceti, aut hyssopi fasciculo; medetur sedis vitiis. In sanguinis fluxione post excisos calculos, et omni alia, foris in spongia impositum, intus potum cyathis binis quam acerrimum. Conglobatum utique sanguinem discutit. Contra lichenas et bibitur, et imponitur. Sistit alvum, et rheumatismos interaneorum infusum: item procidentia sedis, vulvaeque. Tussim veterem inhibet, et gutturis rheumatismos, orthopnoeam, dentium labefactationem. Vesicae nocet, nervorumque

Item contra multipedae morsum, etc. Habet his quoque utilitates aceti omnes Diosc. l. c. H.

In spongia. Gron. et al. adiecta una voce, *in spongia oppositum*. Ed. P.

In sanguinis fluxione. Quam aceto mero Plinius vim attribuit sanguinis sistendi post excisos calculos, hanc aceto salso, seu acidae muriae Diosc. adiudicat, V, 23, his verbis: Στέλλει δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῶν λιθοτομηθέντων αἱμορραγίας, εὐθέως μετὰ τὴν χειρουργίαν θερμὴ ἐγχυζομένη. Celsus quoque, VII, 26, tit. *Quae curatio calculo evulso habenda sit*, acre acetum postulat, cui aliquantum salis sit adiectum, ad vim aceti scilicet mitigandam. Hard.

Et omni alia. Diosc. V, 21. Erumpentem, *inquit*, undecumque sanguinem, potu, insessuque sistit: πινόμενόν τε καὶ ἐγκαθιζόμενον. H. — *Omni alia*. Nempe sanguinis fluxione. Perperam in Franz. *omnia a*. Ed. P.

Foris in spongia impositum. Diosc. loc. cit. Laudat hunc Plinii locum, et superiorem proxime de hyssopo, auctor Annalium Eccl. ad annum Chr. 39, n. 124, ubi de spongia aceto plena, hyssopo circumposita, Christi Domini ori admota, disserit. H.

Conglobatum. Diosc. l. c. Πήγει καὶ πρὸς αἵματος καὶ γάλακτος θρόμβωσιν ἐν κοιλίᾳ. *Facit contra sanguinem in ventriculo conglobatum, et lac ibidem coagulatum*.

Contra lichenas et bibitur. Diosc. loc. cit. Hard.

Sistit. Diosc. l. c. H. — *Alvum*. Gron. et al. *alvos*. Ed. P.

Rheumatismos. Fluxiones humoris pravi et noxii in alvum. H.

Item procidentia. Diosc. loco cit. Στέλλει καὶ ὑστέρας καὶ ἕδρας προπεπτωκυίας. Hard.

Tussim veterem. Haec totidem verbis Diosc. l. c. Καὶ βῆχα χρονίαν πραΰνει... Αρμόζει δὲ καὶ πρὸς ὀρθόπνοιαν, θερμὸν καταῤῥοφούμενον· στέλλει δὲ ἀναγαρίζόμενον καὶ τὰ ἐν τῷ βρόγχῳ ῥεύματα... καὶ πρὸς ὀδόντων πόνον, etc. Hard.

infirmitatibus. Nesciere medici, quantum contra aspidas polleret. Nuper ab aspide calcata percussus utrem aceti ferens, quoties deposuisset, sentiebat iotum, alias illaeso similis: intellectum ibi remedium est, potuque succursum. Neque altero os colluunt venena exsugentes. In totum domitrix vis haec non ciborum modo est, verum et rerum plurimarum. Saxa rumpit infusum, quae non ruperit ignis antecedens. Cibos quidem et sapores non alius magis succus commendat aut excitat: in quo usu mitigatur usto pane, aut cum vino: vel accenditur pipere ac lasere: utique sale compescitur. Non est praetereundum in eo

Nesciere medici quantum contra aspidas polleret. Celsus ut superius indicavimus, V, 27. Vberius id aliquanto Plin. Valer. III. cap. ult. *Ad morsum aspidis*, inquit, *unum refugium habebant priores, ut percussus urinam suam biberet. Intra paucos annos, inventum est casu et alterum remedium. Nam is qui utrem plenum aceti ferebat, percussus ab aspide dolorem non sensit; donec fatigatus requiescendi gratia utrem deposuit: de facto perniciem sentire coepit; rursusque imposito sibi utre, denit. Intellectumque est, quod si acetum bibisset, posset sanari*, etc. Plinii sententiam laudat et sequitur Quintus Serenus, Comp. XLVII, ubi de serpentium morsibus pag. 155: *Plinius ut memorat, sumpti iuvat imber aceti.* H.

Neque altero. Ita editi omnes cum Reg. 1. At Reg. 2; cum Ch. *neque aliter.* Hard.

Saxa rumpit infusum. Non per se quidem, et solum, sed praevio igne incendioque: subsequente etiam vi aceique ferri. Plinius, XXXIII, 21: *Occurrunt silices.* *Hos igni et aceto rumpunt.* Hac certe industria pervias fecisse sibi Alpes Hannibal memoratur. Rem narrat Plutarch. in eius vita. Livius XXI, p. 200: *Ad rupem minuendam, per quam via una esse poterat, milites ducti, quum caedendum esset saxum, arboribus circa immanibus deiectis, detruncatisque, strem ingentem lignorum faciunt; eamque quum et vis venti apta faciendo igni coorta esset, succendunt; ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos; ut non iumenta solum, sed elephanti etiam deduci possent.* Aceto solutos Eleutherarum muros narrat Dio, XXXVI, pag. 8. Nec sane diffitetur Galenus hanc inesse aceti vim, de Fac. simpl. med. I, 22, pag. 16, ut instar ignis, lapides, fictilia, aes, ferrum, plumbumque, pervadat ac penetret. Ac ne veteribus tantum exemplis agamus, hac ipsa industria usum hoc nostro aevo principem Guisium, ut murum solveret, auctor ipse est in Commentariis rerum a se gestarum in Neapolitana expeditione. H.

Vsto pane aut cum vino. Gr. et al. *tosto pane aut vino.* Ed. P.

exemplum ingens. Siquidem M. Agrippa supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum, quum dolorem eum perpeti nequiret, unius medicorum portentosa scientia, ignorante Divo Augusto, tanti putavit usu pedum sensuque omni carere, dummodo et dolore illo careret, demersis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi.

XXVIII. (II.) Acetum scillinum inveteratum magis probatur. Prodest, super ea quae diximus, acescentibus cibis: gustatum enim discutit poenam eam. Et his qui ieiuni vomunt; callum enim faucium facit, ac stomachi: odorem oris tollit, gingivas adstringit, dentes firmat, colorem meliorem praestat. Tarditatem quoque aurium gargarizatione purgat, et transitum auditus aperit. Oculorum aciem obiter exacuit. Comitialibus, melancholicis, vertiginosis, vulvarum strangulationibus percussis, aut praecipitatis, et ob

Siquidem M. Agrippa, etc. Idem fere de Servio Clodio narratur, lib. XXV, cap. 3. Dalec.

Demersis in acetum calidum cruribus. In eo genere morbi demergi in muriam Celsus praecipit IV, 24, ut dicturi sumus XXXI, 33: *Si tumor, calorque est, recte in aqua quam frigidissima articulos contineri;* idem adiungit: *sed neque quotidie, neque diu, ne nervi laedantur.* Hard.

XXVIII. *Diximus.* Lib. XX, c. 39. Hard.

Acescentibus cibis. Ventriculo acidam pituitam in fauces eructante. Hard.

Et his cui ieiuni, etc. Dioscor. lib. V, cap. 25. Hard.

Callum. Dioscor. loc. cit. Καταῤῥοφούμενον δὲ τὸν βρόγχον στερεοῖ, καὶ τυλώδη ποιεῖ, καὶ τὸν ἦχον εὐτονον; καὶ λαμπρὸν ἀποτελεῖ. *Fauces sorbitione durat, callosasque reddit, vocem denique expedit, ac limpidam canoramque facit.* Hard.

Odorem oris tollit. Diosc. loc. cit. Plin. Val. III, 33: *Ad foetorem oris; Si alitus foetet*, inquit, *quum dormitum vadis, cyathum aceti boni per partes sorbeas: hoc et in coctionem cadit*, etc. Hard.

Gingivas adstringit. Dioscor. loco cit. Marc. Emp. cap. 12, pag. 93: *Acetum tepidum scillinum in ore tentum, et gingivas tumentes constringit, et continet dentes vacillantes.* Hard.

Tarditatem quoque aurium. Diosc. loc. c. Hard.

Oculorum. Diosc. l. c. H.

Comitialibus, melancholicis. Diosc. l. c. Hard.

id sanguine conglobato, nervis infirmis, renum vitiis perquam utile. Cavendum exhulceratis.

XXIX. Oxymeli antiqui, ut Dieuches tradit, hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, salis marini pondo libram et quadrantem, aquae marinae sextarios quinque pariter coquebant, decies defervescente cortina, atque ita diffundebant, inveterabantque. Sustulit totum id Asclepiades, coarguitque: nam etiam in febribus dabant. Profuisse tamen fatentur contra serpentes, quas sepas vocant, et contra meconium, ac viscum: et anginis calidum gargarizatum, et auribus, et oris gutturis-

Cavendum exhulceratis. Internis exhulcerationibus, nervorumque vitiis ipsis cavendum Dioscorides admonet. Hard.

XXIX. *Ut Dieuches tradit.* Et post illum Diosc. V, 22, ipseque Plinius, non hoc loco modo, sed et XIV, 21. Hard.

Mellis minas: Sive libras decem ex ipso Plinio l. c. H.

Salis marini pondo libram et quadrantem. Prius legebatur, *Salis marini pondo, thymbrae quadrantem.* Verum in oxymelitos compositione, neque apud Dios. V, 22, neque apud Plin. XIV, 21, neque hoc ipso loco in codd. ullis MSS. *thymbrae* ulla mentio est: sed *libram* omnes exhibent. Et est alioqui bonis auctoribus familiaris ea locutio, Colum. inprimis XII, 33: *Scillae*, inquit, *aridae ponda libram et quadrantem adiici oportere.* Et c. 35: *Pontici absinthii pondo libram.* Festo quoque: *Grave aes*, inquit, *dictum a pondere, quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipso numero dictum.* Vbi *libras* in casu gignendi est, ut alii ante nos viderunt. H.

Aquae marinae. Aquam pluviam Dioscor. adhibet, Pliniusque ipse loc. cit. Hard.

Defervescente cortina. Cortina, vas aeneum est, aquae, oleo, coloribusve decoquendis. H.

Diffundebant. Quid sit vina diffundi, diximus XIV, 16. H.

Nam etiam in febribus dabant. In quibusdam MSS. *databant.* Mos ille fuit Hippocratis, ipso ita prodente et probante de Victu in Morb. ac. t. 28, p. 291. Hard.

Profuisse Dioscor. loc. cit. Αρήγει καὶ τοῖς ὑπὸ ἐχίδνης τῆς καλουμένης σηπὸς δηχθεῖσι, καὶ τοῖς μηκώνειον, ἢ ἰξίαν πιοῦσιν. Viperei generis hunc sepa Dioscorides facit. Et Aetius similiter, Serm. XIII, cap. 26, p. 256. Est et generi cuidam lacertorum communis haec appellatio, ut dicemus XXIX, 32. De priore Lucanus, IX, 723: *Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps.* Hard.

Et anginis. Dioscor. loc. cit. Αναγαργάρισμά τε συναγχικῶν ὠφέλιμον. H. — *Anginis.* Gron. et al. ante Hard. *anginas.* Ed. P.

que desideriis, quae nunc omnia oxalme contingunt: id sale et aceto recente efficacius est.

XXX. Vino cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars supersit. Ex albo hoc melius. Vsus contra cantharidas, buprestim, pinorum erucas, quas pityocampas vocant, salamandras, et contra mordentia venenata. Secundas partusque emortuos trahit, cum bulbis potum. Fabianus auctor est venenum esse, si quis ieiunus a balineis id bibat.

XXXI. Consequens horum est vini faex, cuiusque generis. Ergo vini faeci tanta vis est, ut descendentes in cupas enecet. Experimentum demissa praebet lucerna, quamdiu exstinguatur, periculum denuntians. Illota miscetur medicamentis. Cum iridis vero pari pondere, eruptionibus pituitae illinitur: et sicca vel madida contra phalangia, et testium mammarumque inflammationes, vel in quacumque parte corporis. Item cum hordeacea farina, et thuris polline in vino decocta crematur et siccatur. Experimentum est

Oxalme. Ὀξάλμην acetum salsum, seu acidam muriam Latini nuncupant. Hard.

Id sale et aceto recente efficacius est. Multas et insignes acidae muriae, τῆς ὀξάλμης, facultates a Dioscorid. proditas, V, 22, auctor silentio praeterit. Dalec.

XXX. *Vino cognata res sapa*, etc. De qua lib. XV, cap. 11. H.

Melius. Legend. *melior*, nisi ad graecam vocem ἕψημα referas, vel latinam *defrutum*. Dal. — *Ex albo hoc melius.* Haec res, sapa videlicet, melior. Hard.

Pityocampas. Πιτυοκάμπας. De harum veneno, remediisque ad id adhibendis, Dioscoridem consule in Alexiph. c. 2. Hard.

Trahit. Grou. et al. *trahi.* Ed. P.

XXXI. *Ergo vini foeci tanta vis.* Habet enim urendi vim maximam, exedendi, siccandi: Δύναμιν ἔχει καυστικὴν σφόδρα, σηπτικὴν ἄγαν καὶ ξηραντικήν. Cupa, vas vinarium magnum, *une cuve.* H. — *Enecet.* Nempe acido vapore, quem proprie recentiores vocant *gaz carbonique.* Ed. P.

Cum iridis, etc. Theod. Prisc. I, 16, *de papulis*, contra exanthemata, sive eruptiones pituitae, *Faeces vini*, inquit, *et iris Illyrica, utraque contusa, et cum oleo roseo commixta, medebuntur.* Hard.

Inflammationes. Quas alibi testium epiphoras vocat. Legit *inflationes* Pintianus, perperam. H. — Brot. tamen ex Regg. 1 et 2, *inflationes.* Ed. P.

Experimentum. Diosc. V, 132, ubi et coquendae modum tradit. H.

legitime coctae, ut refrigerata linguam tactu videatur urere. Celerrime exanimatur, loco non incluso condita. Crematio ei multum virium adiicit. Vtilissima est ad compescendos lichenas, furfuresque cum fico decocta; sic et lepris et hulceribus manantibus imponitur. Fungorum naturae contraria est pota, sed magis cruda. Oculorum medicamentis cocta et lota miscetur, medetur illita et testibus, et genitalibus; in vino autem adversus stranguriaa bibitur. Quum exspiravit quoque, lavandis corporibus et vestibus utilis, tuncque usum acaciae habet.

XXXII. Faex aceti pro materia acrior sit necesse est, multoque magis exhulceret. Resistit suppurationum incrementis: stomachum, interanea, ventrem illita adiuvat. Sistit earum partium rheumatismos, et mulierum menses. Panos discutit nondum exhulceratos, et anginas: sacros ignes cum cera: mammas lactis sui impatientes eadem exstinguit: ungues

Celerrime exanimatur. Exspirat. Dioscor. loc. cit. Χρηστέον δὲ τῇ τρυγὶ προσφάτῳ οὔσῃ, ταχὺ γὰρ διαπνεῖται· ὅθεν οὐδὲ ἀσκέπαστον, οὐδὲ χωρὶς ἄγγους αὐτὴν ἀποτιθέον. *Recenti faece utendum est, quoniam celeriter exspirat, et exanimatur: proinde nonnisi tecta, et vase aliquo condita inclusave reponi debet*. Hard.

Fungorum naturae. Diosc. in Alex. c. 23. Hard.

Oculorum medicamentis. Diosc. V, 132. Hard.

Vestibus utilis. Ad vestes lavandas ac lintea, in lixiviis nostrates adhibent. Hard.

Vsum acaciae. Cuius semine ad perficienda coria pro galla utuntur, uti dicturus est libro sq. cap. 67. H.

XXXII. *Pro materia acrior*, etc. Vt est *aceti* materia acrior, sic et faex eius. Hard.

Sistit. Diosc. V, 132. Ventris stomachique fluxiones, sistit adhibita: Κοιλίαν τε καὶ στόμαχον ῥευματιζόμενον καταπλασθεῖσα στέλλει. H.

Panos. Diosc. l. c. H.

Mammas lacti sui impatientes. Dioscor. loc. cit. Μαστοὺς τε σπαργῶντας ῥέοντας γάλα σβέννυσι. *Turgentes mammas, suique lactis impatientes exstinguit*. Q. Serenus, cap. XXI, pag. 138: *Vbera fecundo multum lactantia succo Saepe sibi noxae nimium manando fuerunt: Faece igitur valida duri reprimentur aceti*. H.

Vngues scabros aufert. Diosc. loc. cit. Hanc vim vini faeci adiudicat Theodor. Prisc. I, 30: *Scabiosos, veluti elephantiosos, si quis forte ungues*

scabros aufert. E serpentibus contra cerastas validissima cum polenta; cum melanthio autem contra crocodili morsus, et canis. Et haec cremata ampliat vires; tunc addito lentiscino oleo illita una nocte rufat capillum. Eadem ex aqua in linteolo apposita, vulvas purgat.

XXXIII. Sapae faece ambusta sanantur, melius addita lanugine arundinis, eadem faece decocta potaque, tusses veteres. Decoquitur in patinis cum sale et adipe ad tumorem quoque maxillarum et cervicum.

XXXIV. (iii) Olearum proxima auctoritas intelligitur. Folia earum vehementissime adstringunt, purgant, sistunt. Itaque commanducata imposita hulceribus medentur, et capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eorum cum melle his quae medici usserint, gingivarum inflammationibus, paronychiis, sordidisque hulceribus, et putrescentibus. Cum melle profluvium sanguinis e nervosis partibus cohibet.

habuerit, vini faex sicca, trita, et cum cerotario imposita curat. Et ficus sicca, purgata, et thusa, superimposita, aeque medetur. Hard.

Cum melanthio. Plin. Val. III, 51: *Adversus morsum canis non rabiosi: Faex aceti cum melanthio plagae imponitur.* H. — Μελάνθιον Dioscor. III, 93, est nobis *Nigella sativa* (*Palyand. pentagyn.* gen. 1335 Pers. *Ranuncul.* Juss.), eadem ac gith Latinorum; habitat in Germania, Creta, etc. Ed. P.

Rufat capillum Dioscorid. loc. cit. Ξανθὰς ποιεῖ τὰς τρίχας. H. — *Rufat.* Serenus, ut quidam exponunt, eam compositionem *unguentum cineris* vocat: *Ad rutilam speciem nigros flavescere crines, unguento cineris praedixit Plinius auctor.* Cato: *Mulieres nostrae cinere capillum unguitabunt, ut rutilus esset crinis.* Servius in Georg. *immundum cinerem* exponit, quo puellae non utuntur ruffandis crinibus. Dalec.

XXXIII. *Sapae faece.* Prius legebatur, *saepe faece.* Mendose. In indice hui. loc. *de faece sepae*, IV. H.

XXXIV. *Folia... adstringunt* Diosc. I, 137: φύλλα στυπτικά, etc. Idcirco in vino cocta et trita vulneribus adhibentur, teste Theod. Prisciano, I, 20. Hard.

Commanducata. Plin. Val. III, 22; Marc. Emp. c. IV, p. 42, et Diosc. I, 137: Ἰᾶται δὲ καὶ τὰ ἐν στόματι ἕλκη, καὶ ἄφθας διαμασησθέντα. *Oris hulceribus et aphthis commanducata medentur.* Hard.

Sordidisque hulceribus. Diosc. l. c.

Succus eorum carbunculantibus circa oculos hulceribus et pusulis, procidentique pupillae efficax: quapropter in collyria additur, nam et veteres lacrymationes sanat, et genarum erosiones. Exprimitur autem succus tusis, affuso vino et aqua caelesti, siccatusque in pastillos digeritur. Sistit menses in lana admotus vulvae: utilis et sanie manantibus: item condylomatis, ignibus sacris, quaeque serpunt hulcera, epinyctidi.

XXXV. Eosdem et flos earum habet effectus. Vruntur et cauliculi florescentes, ut spodii vicem cinis praestet; vinoque infuso iterum uritur. Suppurationes et panos illinunt cinere eo, vel foliis tusis cum melle, oculos vero cum polenta. Succus fruticis recentis accensi distillans sanat lichenas, furfures, manantia hulcera. Nam et lacryma quae ex arbore ipsa distillat, Aethiopicae maxime oleae, mirari satis

Ἀνάκαθαίρει δὲ καὶ τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη. *Purgat sordida hulcera.* H.

Succus eorum carbunculantibus. Dioscor. loc. cit. Carbunculantia hulcera sunt quae carbunculis furunculisque sunt similia. Carbunculum ἄνθρακα medici vocant, furunculum ignitum, et ex adusta bile inflammatum; sive similem iis quae usta fuerint, exhulcerationem. Carbunculos in ipsis oculis ex inflammatione nasci: pustulas quoque hulceraque e pustulis, Celsus docet, VI, 6, quem consule. H.

Veteres lacrymationes sanat. Diosc. l. c. Hard.

Exprimitur autem succus. Diosc. l. c. totidem verbis: sed affundi vinum, quam aquam, multo praestabilius esse, idem asseverat. H.

Sanie manantibus. Sic et Chifflet. Gron. et al. ante Hard. *saniem emanantibus.* Ed. P.

Ignibus sacris. Diosc. loc. cit. Ἐρυσιπελάτων, ἑρπητῶν, ἐπινυκτίδων. Et rursum, ubi ignem sacrum Plinius habet, erysipelas Dioscoridi est. H.

XXXV. *Vruntur et cauliculi.* Folia cum floribus tantum Dioscorides uri praecipit, spodio huic conciunando. Hasu.

Spodii. Dioscor. l. c. Ἀντὶ σποδίου λαμβάνεται. Cinerulam latine σπόδιον commode dixeris. Quid illud sit, dicemus suo loco lib. XXXIV. Praecipuum id habet in oculorum medicamentis usum. H.

Succus. Dioscor. I, 138: Τὸ δὲ ἐκ χλωροῦ τοῦ ξύλου καιομένου ἐκκρινόμενον ὑγρόν, πίτυρα, καὶ ψώρας, καὶ λειχῆνας καταχριόμενον ἰᾶται. *Qui humor ex accenso virente ligno emanat, furfures, scabiem, et lichenas illitu sanat.* Hasu.

Mirari satis non est repertos. Ex

non est repertos, qui dentium dolores illinendos censerent, venenum esse praedicantes, atque etiam in oleastro quaerendum. E radice oleae quam tenerrimae cortex derasus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem reiicientibus, et suppurata extussientibus. Ipsius oleae cinis cum axungia tumores sanat; extrahitque fistulis vitia, et ipsas sanat.

XXXVI. Olivae albae stomacho utiliores, ventri minus. Praeclarum habent, antequam condiantur, usum recentes, per se cibi modo devoratae. Medentur enim arenosae urinae, item dentibus carnem mandendo attritis, aut convulsis. Nigra oliva stomacho inutilior, ventri facilior, capiti et oculis non convenit. Vtraque ambustis prodest trita et illita. Sed nigra commanducatur, et protinus ex ore imposita, pusu-

horum esse numero Dioscoridem scimus I, 141. H. — *Satis non est.* Gron. et al. *satis est repertos.* Ed. P.

Venenum esse praedicantes. Quum venenum id esse ipsi fsteantur. Dioscor. loc. cit. Αναγράφεται δὲ καὶ ἐν φθαρτικοῖς. *In medicamenta refertur, quae sunt exitiali vi praedita.* H.

Atque etiam in oleastro. Nostrates oleae, oleastriqus, inquit Diosc. l. c. talem lacrymam ferunt. H. — *Quaerendum.* Gronov. et al. ante Hard. *quaerendam.* De oleastro conf. cap. seq. not. 1 fin. Ed. P.

XXXVI. *Olivae albae stomacho utiliores*, etc. Diosc. I, 139: Ετι δὲ ἡ μὲν ὑπόκιρρος καὶ πρόσφατος ἐλαία, δυσκοίλιος, εὐστόμαχος. H.

Item dentibus aut attritis, aut convulsis (sic lib. ante Hard. editi), Scribe ex codd. vett. *item dentibus carnem mandendo attritis.* Gron. — *Carnem.* Haec verba ex Regg. Colb. ac Ch. codice adiecimus. H.

Aut convulsis. Dentes emotos stabiliri eo cibo scribit Diosc. l. c. H.

Nigra oliva stomacho inutilior. Dioscor. loc. cit. H δὲ μέλαινα καὶ πέπειρος, εὐδιάφθορος καὶ κακοστόμαχος, ὀφθαλμοῖς τε ἀνεπιτήδειος καὶ κεφαλῇ. *Nigra et matura corrumpi facilis, stomacho contraria: nec oculis convenit, nec capiti.* Hard.

Vtraque ambustis prodest. Dioscor. l. c. Plin. Val. III, 36: *Ambustis sanandis: olivarum carnes teruntur, et imponuntur. Nigra oliva continuo si imponatur commanducata, pustulas gigni prohibet.* Théod. Prisc. I, 17: *De ustione calidae, vel ignis: ustiones antequam vesicas erigant, muriam olivarum frequenter infunde: aut easdem olivas salsas contritas imponito.* H.

Sed nigra, etc. Dioscor. et Plin. Val. ll. cc. H. — *Pusulas.* Gron. et al. ut semper alias, *pustulas.* Ed. P.

las igni prohibet. Colymbades sordida hulcera purgant, inutiles difficultatibus urinae.

XXXVII. De amurca poteramus videri satis dixisse, Catonem sequuti: sed reddenda medicinae quoque est. Gingivis et oris hulceribus, dentium stabilitati efficacissime subvenit: item ignibus sacris infusa, et his quae serpunt. Pernionibus nigrae olivae amurca utilior: item infantibus fovendis. Albae vero, mulierum vulvae in lana admovetur. Multo autem omnis amurca decocta efficacior. Coquitur in cyprio vase ad crassitudinem mellis. Vsus eius cum aceto, aut vino vetere, aut mulso, ut quaeque causa exigat, in curatione oris, dentium, aurium, hulcerum manantium, genitalium, rhagadum. Vulneribus in linteolis imponitur, luxatis in lana: ingens hic usus, utique inveterato medicamento: tale enim fistulas sanat. Infunditur sedis, genitalium, vulvae, exhulcerationi. Illinitur vero podagris incipientibus: item articulariis morbis. Si vero cum omphacio recoquatur ad mellis

Colymbades. Diosc. l. c. H.

XXXVII. *Dixisse*. Lib. XV, cap. 8. Hard.

Gingivis et oris hulceribus. Plin. Val. haec strictim I, 30: *Amurca ex oliva nigra oris vitiis subvenit*.

Stabilitati, Gronov. et al. ante Hard. *stabilitate*. Ed. P.

Ignibus sacris infusa. Plin. Val. III, 4: *Amurca olivae nigrae igni sacro infunditur*. Hard.

Amurca decocta efficacior. Diosc. I, 134. Hard.

Coquitur. Diosc. loc. cit. H. — *Cyprio*. Gron. et al. *cupreo*. Ed. P.

Vsus eius, etc. Totidem verbis haec Diosc. l. c. Hard.

Rhagadum. Ραγάδας, ani fissuras Scribonius Larg. exponit. Sic etiam pedum rimas vocant ῥαγάδας τὰς ἐν ποσὶ. Dicuntur autem ῥαγάδες, ἀπὸ τοῦ ῥήγνυμι, hoc est, a frangendo. Hard.

Vulneribus in linteolis imponitur. Theod. Prisc. I, 19: *Olivarum amurcam coques primum igne fortiori... Quum vero coagulaverit, reponis in vas mundum: et quum frigescere coeperit, linteola infusa loco percusso imponimus*. H.

Inveterato medicamento. Amurca, inquit, inveterata melior evadit. Παλαιουμένη τε βελτίων γίνεται, ait etiam Diosc. l. c. Hard.

Infunditur. Diosc. l. c. Ἐγκλυσμά τε ἕδρᾳ, καὶ μήτραις εἑλκομέναις ἐστὶ χρήσιμος. Hard.

Si vero cum omphacio. Reliquae

crassitudinem, casuros dentes extrahit. Item iumentorum scabiem, cum decocto lupinorum, et chamaeleone herba, mire sanat. Cruda amurca podagras foveri utilissimum.

XXXVIII. (IV) Oleastri foliorum eadem natura. Spodium e cauliculis vehementius inhibet rheumatismos. Sedat et inflammationes oculorum, purgat hulcera, alienata explet, excrescentia leniter erodit, siccatque, et ad cicatricem perducit: caetera, ut in oleis. Peculiare autem, quod folia decoquuntur ex melle, et dantur cochlearibus contra sanguinis exscreationes. Oleum tantum acrius, efficaciusque: et de eo os quoque colluitur ad dentium firmitatem. Imponuntur folia et paronychiis, et carbunculis, et

deinceps ex amurca medicinae, totidem verbis exstant apud Diosc. l. c. Hard.

Casuros. Dentes corruptos extrahit, inquit Dioscor. ἐκβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἐφθαρμένους ὀδόντας. H.

Iumentorum scabiem. Diosc. loc. cit. Item Cato de Re Rust. c. xcvi, p. 56: *Oves ne scabrae fiant, amurcam condito, puram bene facito; aquam ubi lupinus deferbuerit, et faecem de vino bono, inter se omnia commisceto pariter... Eodem modo in omnes quadrupedes utitor, si scabrae erunt.* H.

Cruda amurca. Dioscor. l. c. H. — *Podagras.* Gronov. et libb. ante Hard. editi, *podagris.* Ed. P.

XXXVIII. *Spodium.* Diosc. I, 137: *Vruntur*, inquit, *cum floribus folia, ut spodii vicem praestent... ita ut in medicamentis oculorum spodio minime cedant.* Καίεται δὲ τὰ φύλλα μετὰ τῶν ἀνθῶν, καὶ ἀντὶ σποδίου λαμβάνεται... Δοκεῖ δὲ ἡ τοιαύτη καῦσις μὴ λείπεσθαι τοῦ σποδίου εἰς τὰ ὀφθαλμικά. H. — *Oleaster.* Nobis est *Elaeagnus angustifolia* (*Tetrand. monog.* gen. 317 Pers. *Elaeagn.* Juss.) Hab. in Bohemia, Hispania, Syria, Cappadocia, etc. Ed. P.

Alienata explet. Vulnera quae non coëunt, rimas fissurasque carne replet. H.

Peculiare: iisdem verbis Plin. Val. I, 64. Hard.

Et de eo os quoque colluitur, etc. Dioscor. I, 46: Τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας ἔλαιον διάκλυσμα οὔλοις μυδῶσι καὶ σταλτικὸν ὑποσάλων ὀδόντων ἐστί. *Silvestris olivae oleum ad gingivas putri uligine laborantes colluitur, dentesque labantes confirmat.* Q. Serenus c. xv, de dentium vitio p. 133, eam vim quoque commanducatorum foliorum succo attribuit: *Mansus item prodest succis oleaster acerbis.* Hard. — *Oleum tantum*, etc. Gron. et al. ante Hard. *Oleum tamen acrius atque efficacius: et os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem.* Ed. P.

Imponuntur folia et paronychiis, etc. Plin. Val. III, 25. Hard.

contra omnem collectionem cum vino: iis vero quae purganda sunt, cum melle. Miscentur oculorum medicamentis: et decoctum foliorum, et succus oleastri. Vtiliter etiam auribus instillatur cum melle, vel si pus effluat. Flore oleastri condylomata illinuntur, et epinyctides; item cum farina hordeacea venter, in rheumatismo: cum oleo, capitis dolores. Cutem in capite ab ossibus recedentem cauliculi decocti, et cum melle impositi comprimunt. Ex oleastro maturi in cibo sumpti sistunt alvum. Tosti autem et cum melle triti, nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

XXXIX. Olei naturam causasque abunde diximus. Ad medicinam ex olei generibus haec pertinent. Vtilissimum est omphacium, proxime viride. Praete-

Miscentur oculorum medicamentis. Diosc. I, 137. Hard.

Vtiliter. Diosc. l. c. Hard.

Venter, in rheumatismo. Subintellige, illinitur, in fluxione alvi. Diosc. l. c. Φύλλα καὶ ἐπὶ κοιλιακοῖς ῥύσεσι καταπλασσόμενα σὺν ὠμῇ λύσει. *Folia cum hordacea farina illita coeliacis conveniunt.* H.

Capitis dolores. Subintellige, illinuntur; ut cap. 35, dentium dolores oleae Aethiopicae lacryma illinendos dixit. Hard.

Cutem. Haec totidem verbis Plin. Val. III, 22. Quid sit porro cutis recedens ab ossibus, Marc. Emp. c. IV, p. 42, hunc locum transcribens non intellexit, quum putavit esse nimirum cutem in vulneribus plus aequo excrescentem: *Oleastri*, inquit, *cauliculi teneri, decocti, et melle impositi, carnes supra oscula in vulneribus quaelibet prohibent excrescere*, Diosc. rem perspicue et aperte explanat I, 137, ubi de oleastri foliis: Σὺν μέλιτι, inquit, καταπλασθέντα δὲ δέρμα κεφαλῆς ἀποσπασθὲν παραχρῆμα. *Cum melle imposita cutem a capite avulsam agglutinant.* Quam vim et eorum succo ac decocto adiudicat. Recedit ab ossibus caro, quum ea putrescente ossa nudantur, in hulceribus phagedaenicis et cancrosis. Hard.

Tosti. Refert de foliis eadem Diosc. l. c. H.

XXXIX. *Diximus.* Lib. XV, 2, sq. Hard.

Est omphacium. De quo XII, 60. Id ex acerbis seu immaturis olivis exprimitur: sive ut dicitur XV, 2, ex oliva cruda, atque nondum inchoatae maturitatis. Hard. — *Est omphacium.* Gron. et al. ante Hard. *omphacinum.* Brot. *esse.* Ed. P.

Proxime viride. Diximus de eo XII, 60. Huic ab omphacio secunda laus, et paene gemina bonitas atque nota, nisi quod viride est, omphacium candidum, ut ibi diximus. H.

Praeterea quam maxime recens. Sic Diosc. I. 29. H.

Digitized by Google

rea quam maxime recens, nisi quum vetustissimum quaeritur, tenue, odoratum, quodque non mordeat, e diverso quam in cibos eligitur. Omphacium prodest gingivis. Si contineatur in ore, colorem dentium custodit magis, quam aliud: sudores cohibet.

XL. Oenanthino idem est effectus, qui rosaceo. Omni autem oleo mollitur corpus, vigorem et robur accipit: stomacho contrarium. Auget hulcerum incrementa: fauces exasperat, et venena omnia hebetat, praecipue psimmythii, et gypsi, in aqua mulsa, aut ficorum siccarum decocto potum: contra meconium, ex aqua: contra cantharidas, buprestim, salamandras, pytiocampas: per se potum redditumque vomitionibus, contra omnia supra dicta. Et lassitudinum perfrictionumque refectio est. Tormina calidum potum cyathis sex, magisque ruta simul decocta pellit: item ventris animalia. Solvit alvum heminae mensura, cum vino et calida aqua potum,

Prodest gingivis. Diosc. l. c. H.

Colorem dentium custodit. Dentes firmare ait Diosc. l. c. ὀδόντων κρατυντικόν, κρατούμενον ἐν τῷ στόματι. Hard.

Sudores cohibet. Diosc. l. c. H.

XL. *Oenanthino idem.* De oenanthino non oleo, sed unguento, Dioscorides tradit, quod hic Plinius scribit. Dal. — *Oenanthino.* De quo Plinius XIII, 61. Vim ei adstringendi rosaceo similem Diosc. attribuit I, 56. H.

Oleo mollitur corpus. Diosc. I, 30. Hard.

Auget. Carne explet hulcera. Eodem sensu Corn. Cels. VIII, 4, ali hulcus ait, id est, coalescere, σαρκοῦσθαι. Diosc. I, 53, de rosaceo oleo: Εστι δὲ καὶ θρεπτικὸν κοίλων ἑλκῶν. *Facit incrementa carnis, hulceribus impositum, illitumve.* H.

Et venena omnia hebetat. Diosc. I, 30. H.

Cantharidas. Sic Diosc. in Alexiph. c. 1, sq. H.

Contra omnia supradicta laudatissimum, et (sic lib. ante Hard. editi). Duo illa verba *laudatissimum, et,* non agnoscit exemplar antiquum. Reliqua sic legenda censeo: *Supra omnia supradicta lassitudinum*, etc. Pint. — *Lassitudinum.* De oleo laurino hoc Diosc. prodidit lib. I, cap. 49, et de sampsuchino cap. 58. H.

Tormina Totidem verbis Dioscor. I, 30. H.

Item ventris animalia. Lumbricos, ἕλμινθάς τε ἐκβάλλει. Diosc. l. c. H.

Solvit alvum. Diosc. loc. cit. totidem verbis. H.

aut ptisanae succo. Vulnerariis emplastris utile. Faciem purgat. Bubus infusum per nares, donec ructent, inflationem sedat. Vetus autem magis excalfacit corpora, magisque discutit sudores. Duritias magis diffundit. Lethargicis auxiliare, et inclinato morbo. Oculorum claritati confert aliquid, cum pari portione mellis acapni. Capitis doloribus remedium est: item ardoribus in febri cum aqua: et si vetusti non sit occasio, decoquitur, ut vetustatem repraesentet.

XLI. Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldae mensura. Privatim dicitur purgare praecordia. Prodest et articulorum morbis duritiis omnibus, vulvis, auribus, ambustis. Cum cinere

Inflationem sedat. Interaneorum. Sic et infusum clystere homini prodest ad ileosos maxime affectus. Dioscor. l. c. Καὶ ἐνίαται δὲ τὸ αὐτὸ μάλιστα πρὸς τὰς εἰλεώδεις. H.

Vetus. Dioscor. loc. cit. Τὸ δὲ παλαιὸν θερμαντικώτερον, καὶ διαφορητικώτερον. H.

Lethargicis. Auctor etiam est huius medicinae Celsus III, 20: *Excitat autem*, inquit, *lethargicos validissime; repente aqua frigida infusa post remissionem: itaque perunctum oleo multo corpus, tribus aut quatuor amphoris, totum per caput perfundendum est*, etc. Hard.

Auxiliare. Gronov. et al. libb. ante Harduin. vulgg. *magis auxiliare.* Ed. P.

Oculorum claritati. Dioscor. loc. cit. Πρὸς ὀξυδορκίαν τε ὑπάλειμμα. H. — *Cum pari portione.* Brot. *cum portione.* Ed. P.

Capitis doloribus. Cels. IV, 2: *Caput vehementer perfricare: deinde valido oleo implere; veste velare; quidam etiam id devinciunt.* H.

Et si vetusti non sit occasio. Si desit oleum vetus, inquit, de eo, cuius copia est, quod praestantissimum est, ad mellis crassitudinem decoquitur. Sic eandem atque vetustum vim habet. Sic Dioscor. l. c. H.

XLI. *Oleum cicinum bibitur ad purgationes*, etc. De hoc cicino oleo Plinius supra lib. XV, c. 7: *Proximum fit et e cici arbore in Ægypto copiose. Alii crotonem, alii rhibin, alii sesamum silvestre appellant.* De eodem et Dioscorides libro primo proprio capite. Caeterum in hoc Plinii loco non *cicinum* scribi debet, sed *cnicinum*, hoc est factum ex cnico herba quam Dioscorides lib. IV, et Theophrastus VI, memorant. De cnicino vero oleo Dioscorides lib. I, capite peculiari sic disserit: *Conficitur et cnicinum oleum similiter. Vis illi eadem quae ex grano Gnidio confecto oleo est.* Quae verba mire quadrant cum illis Plinii verbis, quae aliquanto post sequuntur hoc ipso capite: *Ex Gnidio grano factum eandem vim habet quam cnicinum.* Sic enim legendum, non *cicinum*. Confirmat etiam correctionem nostram, quod Dioscorides tundi semen cnici

Digitized by Google

vero muricum, sedis inflammationibus, item psorae. Colorem cutis commendat, capillumque fertili natura evocat. Semen ex quo fit, nulla animans attingit. Ellychnia ex uva fiunt, claritatis praecipuae: ex oleo lumen obscurum propter nimiam pinguitudinem. Folia igni sacro illinuntur ex aceto: per se autem recentia mammis, et epiphoris. Eadem decocta in vino inflammationibus, cum polenta et croco: per se autem triduo imposita faciem purgant.

XLII. Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit e facie. Prodest et auribus, cum rosaceo et melle, et mali punici germine decoctum, vermiculosque in his necat, et gravitatem auditus discutit,

tradit; darique expressum ex eo succum ad purgandam alvum in aqua dulci; quae hic ferme verba Plinius repetit, magna Hermolai hallucinatione, qui *cicinum* hic pro *cnicinum* agnoscit. In quem errorem incidit etiam Marcellus Dioscoridis interpres lib. IV, c. de ricino frutice. Cuius falsam traditionem, ne dicam temeritatem, quo minus profitear me demirari, temperare mihi non possum; scribit enim hoc ipso capite de ricino, *oleum cicinum* seu *ricinum*, in *nullo sanitatis usu esse*. Quod neque in Graecis duarum impressionum Dioscoridis exemplaribus habetur, neque Hermolaus aut Ruellius Dioscoridis interpretes tale quippiam in suis translationibus posuerunt. Nam lib. I, multos ei in re medica usus Dioscorides assignat, ut in promptu est legere volentibus. Pint.—*Oleum*. Commendat illud in primis Dioscorides, I, 38, ad hulcera capitis, ad psoras, et sedis inflammationes: ad pellendas ex alvo aquas, lumbricosque: ad aurium dolores, etc. Pintianum nihil moror, qui contra omnium exemplarium fidem, *cnicinum* hoc loco, non *cicinum*, legit; Galeno quoque, quem non legit, admodum ei reluctante, cuius verba referemus c. 45. H.

—*Oleum cicinum*. Nempe ex *Ricino communi* (*Monoec. monadelph.* gen. 2141 Pers. *Euphorbiae*. Juss.), quem Graeci κρότωνα, Ægyptii vero κικι appellant. Cf. Galen. et Diosc. IV, 164. Ed. P.

Capillumque fertili natura evocat. Et hoc ipsum prodit de oleo cicino Marcell. Empir. cap. VI, pag. 47. Hard.

Ellychnia. Fert enim arbor ea semen uvarum gracilium pallidarumque, ut dictum est lib. XV, c. 7. Vid. infra lib. XXXV, c. 50, de sulphure. H. et Ed. P.

XLII. *Oleum*. Diosc. I, 39, de eo plura. Hard.

Cutem erugat. Diosc. I, c. II.

Varos cum melle tollit. Plin. Valer. III, 41. Hard.

Gravitatem auditus discutit, etc. Diosc. I. c. Hard.

sonos incertos et tinnitus, obiter capitis dolores, et oculorum. Medetur furunculis, et a sole ustis cum cera. Hulcera manantia et furfures cum vino expurgat: condylomata cum meliloto. Per se vero capiti illitum, somnum allicit.

XLIII. Oleum laurinum utilius quo recentius, quoque viridius colore. Vis eius excalfactoria; et ideo paralyticis, spasticis, ischiadicis, sugillatis, capitis doloribus, inveteratis distillationibus, auribus, in calyce punici calfactum illinitur.

XLIV. Similis et myrtei olei ratio: adstringit, indurat: medetur gingivis, dentium dolori, dysenteriae, vulvae exhulceratae, vesicis, hulceribus vetustis vel manantibus, cum squama aeris et cera. Item eruptionibus, ambustionibus. Attrita sanat, et furfures, et rhagadas, condylomata, articulos luxatos, odorem gravem corporis. Adversatur cantharidi, bu-

Capitis. Marc. Emp. cap. 1, p. 36, et Dioscor. l. c. H.

Et oculorum. Diosc. l. c. Καὶ ἀμβλυωπίας δέ ἐστιν ἀνασκευαστικόν. *Hebetem etiam oculorum aciem emendat.* Hard.

Et a sole ustis. Diosc. loc. cit. Αἴρει δὲ καὶ ἐφήλεις μέλιτι μιγνύμενον, καὶ κρίνου ῥίζῃ· καὶ κυπρίνῃ, καὶ ῥοδίνῃ κηρωτῇ. *A sole ustis medetur admixtum melli, lilii radici, ac rosaceo, cyprinove cerato.* H.

Hulcera. Totidem verbis haec Dioscor. loc. cit. Marc. Emp. c. IV, pag. 40. et Plin. Val. III, 22. H.

XLIII. *Oleum laurinum.* Haec pariter Diosc. I, 49. Hard.

Vis eius excalfactoria. Diosc. l. c. Hard.

In calyce punici. Vel, ubi punici mali non sit occasio, *in strigili ferrea*, ut ait Plin. Val. I, 10, *missum et tepefactum, infusumque auribus, dolorem omnem tollit.* Iisdem haec prodidit Marc. Emp. c. IX, p. 80. H.

XLIV. *Similis.* Μυρσίνινον ἔλαιον. Diosc. I, 48: Δύναμις δὲ αὐτοῦ στυπτικὴ, σκληρυντικὴ. H.

Hulceribus vetustis vel manantibus, cum, etc. Hulcera capitis manantia (ἀχῶρας Graeci vocant) sanari eo Diosc. ait loc. cit. H.

Item eruptionibus. Diosc. loc. citat. Καὶ πρὸς πυρίκαυστα, ἐξανθήματα, etc. *Facit quoque ad ambustiones, eruptiones papularum*, etc. H.

Attrita. Diosc. παρατρίμματα, ῥαγάδας, κονδυλώματα, ἄρθρα κεχαλασμένα. Hard.

Odorem. Certe sudores compescit, ἱδρῶτας στέλλει, inquit Dioscor. loc. cit. Hard.

presti, aliisque malis medicamentis, quae exhulcerando nocent.

XLV. Chamaemyrsinae, sive oxymyrsinae eadem natura. Cupressinum oleum eosdem effectus habet, quos myrteum: item citreum. E nuce vero iuglande, quod caryinum appellavimus, alopeciis utile est, et tarditati aurium infusum; item capitis dolori illitum. Caeterum iners et gravi sapore. Enimvero si quid in nucleo putridi fuerit, totus modus deperit. Ex gnidio grano factum, eamdem vim habet, quam cicinum. E lentisco factum, utilissimum acopo est: idem-

XLV. *Chamaemyrsinae.* Hoc est, myrti silvestris, ut dictum est XV, 7. H. — *Ruscus aculeatus.* De quo egimus loco proxime laudato. Ed. P.

Quod caryinum. Lib XV, c. 7. Καρύινον quoque Geleno de Facult. simpl. med. VI, p. 172. Haen.

Et tarditati aurium. Marc. Empir. c. IX, p. 82: *Oleum ex nuce iuglande instillatum auriculae gravius audienti valde prodest.* Diosc. quoque I, 41: Αρμόζει δὲ καὶ ὠταλγίαις, καὶ ἤχοις, καὶ συριγμαῖς, μετὰ χηνείου στέατος ἐγχεόμενον. *Contra dolores aurium, sonos atque tinnitus, auxilio est, cum anserino adipe infusum.* H.

Item capitis. Marc. Emp. c. 4, pag. 35: *Oleum ex nuce iuglande quae manducatur, expressum, iubitum capitis dolorem, si eo perfricetur, mire compescit.* Haen.

Dolori. Gron. *doloribus.* Ed. P.

Totus modus. Sincerius forsan *modius* fuerit. Centenos olei modios, inquit Plinius XV, 6, *factum* vocant. Sed et modus olei de toto lecu accipi potest; ut vulgo dicunt, *la cuvée.* H.

Ex gnidio grano. Hic *cnicinum.* Pintianus iterum inculcat pro *cicinum*, quod et aggredi ausus est, initio c. 41. Retunditur ea coniectura non modo codicum omnium conspirante consensu, sed et Galeni calculo, eadem ac plane gemine cum Plinio efferentis, de oleo cicino, de simpl. med. Fac. VI, p. 172: Τὸ δὲ κίκινον ἔλαιον ὑπάγει γαστέρα· τούτου δ' ἔτι μᾶλλον τὸ ἐκ τοῦ κνιδίου κόκκου· καὶ τοσούτῳ γε μᾶλλον, ὅσῳ ὁ καὶ κόκκος αὐτοῦ τοῦ κίκους καθαρτικώτερος ὑπάρχει. *Oleum porro cicinum alvum subducit: multo vero magis quod fit ex Cnidio grano: quum granum vehementiorem purgandi vim obtineat quam cici.* Haen.

Ex gnidio grano. Nempe ex seminibus *Daphnes Gnidii*, de qua iam eliis egimus. Ed. P.

E lentisco. Dioscor. I, 50: Τὸ δὲ σχίνινον... εἰς ἄκοπα. Sunt autem ἄκοπα apud medicinae scriptores, remedia contra lassitudinem confecta, quod contra κόπους, id est, labores, utilia sint. Ruellius apud Diosc. ἄκοπα vertit medicamenta quae nervorum lassitudinem reficiunt. Scribon. Larg. Comp. 268: *Acopum ad perfrictionem, lassitudinem, tensionem nervorum.* Vide plura in Lexico Constant. II. — *Pistacia Lentiscus*, quae Graecis eructoribus σχῖνος nuncupatur. Ed. P.

Durius. Habet enim vim adstrin-

que proficeret aeque ut rosaceum, ni durius paulo intelligeretur. Vtuntur eo et contra nimios sudores, papulasque sudorum. Scabiem iumentorum efficacissime sanat. Balaninum oleum repurgat varos, furunculos, lentigines, gingivas.

XLVI. Cypros qualis esset, et quemadmodum ex ea fieret oleum docuimus. Natura eius excalfacit, emollit nervos. Folia stomacho illinuntur: et vulvae concitatae succus quoque eorum apponitur. Folia recentia commanducata, hulceribus in capite manantibus, item oris medentur, et collectionibus, condylomatis. Decoctum foliorum ambustis et luxatis prodest. Ipsa rufant capillum tusa, adiecto struthei mali

gendi, καὶ στύφει, inquit Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 171. H.

Vtuntur. Diosc. I, 50. H.

Scabiem iumentorum efficacissime. Diosc. l. c. Hard.

Balaninum. Quod fit ex unguentaria balano, de qua XII, 46; Diosc. I, 4. — *Gingivas*. Et nunc tertium gingivas vertisse perperam Plinius videtur, pro cicatricibus, ut iam ante, cap. 4 ac 13, monuimus. Nam Dioscorides, qui eadem graece tradit, I, 10: περὶ βαλανίνου ἐλαίου. Δύναμιν δέ, inquit, ἔχει καθαρτικὴν σπίλων, φακῶν, ἰόνθων, οὐλῶν μελανίας. *Vim habet repurgandi maculas, lentigines, varos, cicatricumque nigritias*. Sic idem Diosc. IV, 154, οὐλὰς μελαίνας dixit *cicatrices nigras*. Οὐλῶν itaque neutro genere, et in priore syllaba servato accentu, quo gingivas significet, Plinius legit: rectene, an secus, medicorum filii diiudicent. H.

XLVI. *Cypros qualis esset*, etc. Est *Lawsonia inermis*, s. *spinosa* (*Octand. monog.* gen. 941 Pers. *Salicar.* Juss.), de qua conf. lib. XII, cap. 51. Eo. P.

Natura. Haec pariter Diosc. I, 65 et 124. Hard.

Vulvae concitatae. Sanguinem emittenti, vel procidenti. Dal.

Folia recentia commanducata. Dioscor. I, 124: Διαμασησθέντα ἕρπας ἰᾶται. Hard.

Decoctum. Dioscor. I, 124: Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτὸν, πυρικαύστων κατάντλημα. *Decoctum foliorum igni ambustis affunditur*. H.

Ipsa rufant capillum tusa, adiecto struthei mali succo. Et hic ὁμωνυμίᾳ vocum delusum esse Plinium non immerito quis suspicetur. Nam quum apud graecum scriptorem id legisse videatur, quod exstat apud Dioscor. I, 124: Ξαντίζει δὲ καὶ τρίχας στρουθίου χυλῷ τὰ φύλλα λεῖα βραχέντα καὶ ἐγχρισθέντα. *Rufant capillos folia trita et illita, quae in struthii succo maduerint*. Στρούθιον eo loci, radicula herba est. De strutheo malo Plinius intellexit quod e genere cotoneorum est. Sed et suos forte haec quoque medicina habuit auctores. H. — Struthea mala sunt fructus *Pyri Cydoniae* Linn.

succo. Flos capitis dolores sedat cum aceto illitus. Idem combustus in cruda olla nomas sanat et putrescentia hulcera per se, vel cum melle. Odor floris olet, qui somnum facit. Adstringit gleucinum, et refrigerat, eadem ratione qua et oenanthinum.

XLVII. Balsaminum longe pretiosissimum omnium, ut in unguentis diximus, contra omnes serpentes efficax. Oculorum claritati plurimum confert, caliginem discutit. Item dyspnoeas, collectiones omnes duritiasque lenit. Sanguinem densari prohibet, hulcera purgat: auribus, capitis doloribus, tremulis, spasticis, ruptis perquam utile. Adversatus aconito ex lacte potum. Febres cum horrore venientes perunctis leviores facit. Vtendum tamen modico, quoniam adurit, augetque vitia non servato temperamento.

(*Icosand. pentag.* gen. 1232 sub *Cydonia* Pers. *Rosae.* Juss.), de qua conf. XV, 10. Στρουθίον vero Diosc. II, 193, est *Gypsophila Strathium* (*Decand. digyn.* gen. 1115 Pers. *Coryophyll.* Juss.); de qua egimus XIX, 18. Ed. P.

Flos capitis, etc. Totidem verbis Diosc. loc. cit. H.

Adstringit gleucinum. Diosc. I, 67, calfacere dicitur, relaxare, mollire. Et ea sane aromata, quibus concinnatur apud Colum. XII, 51, et apud Diosc. l. c. iis sunt dotibus ac facultatibus praedita, ut oleum iis conditum, refrigerare vix ullo modo possit. Adstringendi vim oenanthino dat quoque Diosc. I, 56. H.

XLVII. *Balsaminum.* Obliviose Plinius hic oleum vocat, quod apertissime et clarissime XII, 54, succum esse scripserat, ut revera est. Dal.

Serpentes. A vipera demersis opitulari scribit Diosc. I, 18. H.

Oculorum claritati plurimum. Dioscor. I, 18. Hard.

Item dyspnoeas. Δυσπνοῦσι ἁρμόζων, aegre spirantibus convenit. H.

Hulcera. Diosc. l. c. H.

Auribus. Q. Ser. Sam. qui ex Plinii sententiis medicum opus versibus concinnavit, idem prodidit, c. II, p. 126: *Balsama si geminis instillans auribus addas, Tum poteris alacrem capitis reparare vigorem.* Et cap. III, p. 127: *Portio si capitis morbo tentetur acuto, Allia diversam lana contecta per aurem Induota prosunt: et eodem balsama pacto.* Hard.

Adversatur aconito ex lacte, etc. Dioscor. l. c. H.

Febres cum horrore. Dioscor. Ῥίγη συγχριαθεὶς λύει, rigores illitu solvit. Hard.

Modico. Gronov. et al. ante Hard. *modice.* Ed. P.

Quoniam adurit. Θερμαντικώτατος ὤν, inquit Diosc. loc. cit. H.

XLVIII. Malobathri quoque naturam et genera exposuimus. Vrinam ciet. Oculorum epiphoris vino expressum utilissime imponitur: item frontibus, dormire volentibus: efficacius, si et nares illinantur; aut si ex aqua bibatur. Oris et halitus suavitatem commendat linguae subditum folium, sicut et vestium odorem interpositum.

XLIX. Hyoscyaminum emolliendo utile est, nervis inutile. Potum quidem cerebri motus facit. Therminum e lupinis emollit, proximum rosaceo effectum habens. Narcissinum dictum est cum suo flore. Raphaninum phthiriases longa valetudine contractas tollit, scabritiasque cutis in facie emendat. Sesaminum aurium dolores sanat, et hulcera quae serpunt, et

XLVIII. *Malobathri quoque*, etc. Cf. XII, 59. H.

Vrinam ciet. Diosc. I, 11. H.

Oculorum epiphoris. Dioscor. l. c. Καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμικὰς φλεγμονὰς ἁρμόζει ἀναζεσθὲν ἐν οἴνῳ, καὶ λεῖον ἐπιχριόμενον. *Oculorum inflammationibus in vino fervefactum, tritumque, ac illitum apprime confert.* H.

Oris. Diosc. loc. cit. Ὑποτίθεται δὲ καὶ γλώσσῃ πρὸς εὐωδίαν στόματος. Hard.

Vestium odorem. Dioscor. loc. cit. Καὶ σὺν ἱματίοις τίθεται· ἄδρωτα γὰρ καὶ εὐώδη ταῦτα τηρεῖ. *Vestibus utiliter interponitur: siquidem eas et a tineis defendit, et odore non ineleganti tuetur.* Hard.

XLIX. *Hyoscyaminum emolliendo.* Dioscor. I, 42: Ὑοσκυάμινον... μαλακτικὸν ὄν. H. — *Vtile est.* Gron. et al. *utilius.* Ed. P.

Therm. e lupinis. Falsum hoc esse statim iudicabit, cui lupini vis et natura perspecta fuerit. Dal. — *Therminum*: etc. Θέρμον lupinum vocant. Vim ei discutiendi Galenus adiudicat, διαφορητικὴν, de Fac. simpl. med. VI, p. 178. H. — Θερμὸς auctoribus graecis est *Lupinus albus* (*Diadelph. decand.* gen. 1697 Pers. *Legumin.* Juss.); cuius inter edulia tempore Galeni frequens erat usus, qui apud nos hodie fere nullus est, quanquam etiam nunc in Lusitania comedi semina auctores quidam tradunt. Lupini, dum nativam servant amaritudinem, extergendi digerendique vim obtinent; intus vero sumpti, ancipitem quadamtenus et periculosam contra lumbricos medicinam faciunt; quare praecipuus eorum usus contra psoras, scabies, strumas, quibus imponuntur. Conf. Geoffroy, Tract. de Mat. med. t. III, p. 253. Ed. P.

Narcissinum dictum est. Lib. XXI, cap. 75. Hard.

Raphaninum phthiriases, etc. De raphanino haec eadem prodidit Dioscor. ad verbum I, 41. H.

Sesaminum aurium dolores. Diosc. I, 41. Hard.

quae cacoethe vocant. Lirinon, quod et Phaselinum et Syrium vocavimus, renibus utilissimum est, sudoribusque evocandis, vulvae molliendae, concoquendoque intus. Selgiticum nervis utile esse diximus, sicut herbaceum quoque, quod Iguvini circum Flaminiam viam vendunt.

L. Elaeomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus, sapore melleo, non sine nausea, alvum solvit: bilem praecipue detrahit; duobus cyathis in hemina aquae datis: qui bibere, torpescunt, excitanturque crebro. Potores certaturi praesumunt ex eo

Lirinon. Lib. XXI, cap. 11: *Est et rubens lilium, quod Graeci crinon vocant... Laudatissimum in Antiochia, et Laodicea Syriae, mox in Phaselide.* Diosc. III, 116: Κρίνον βασιλικόν... ἀφ' οὗ καὶ τὸ χρίσμα κατασκευάζεται, ὃ τινες λείρινον, οἱ δὲ σούσινον καλοῦσι. *Crinon seu lilium regium... ex quo paratur unguentum, quod aliqui lirinum, susinum alii appellitant.* Et lib. I, 62: Τὸ δὲ σούσινον, ὃ ἔνιοι κρίνινον καλοῦσιν, etc. H. — Rubens lilium nobis est *Lilium chalcedonicum*; phaselinum vero sunt qui ad *Lilium candidum* referant. Ed. P.

Sudoribusque. Hanc vim evocandi sudoris Plinius ipsi succo assignat, qui e lilii flore exprimitur, XXI, 74. H.

Vulvae molliendae. Haec omnia citantur ex Diosc. nimis presse.

Concoquendoque. Concoquendis, quae intus latent, vulvae vitiis. Simile est quod de crocino oleo tradit Diosc. I, 64: Καὶ πρὸς τὰς ἐν τῇ μήτρᾳ σκληρίας, καὶ μύσεις, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κακοήθη... Συμπίπτει γὰρ, καὶ μαλάσσει, καὶ ὑγραίνει, καὶ πραΰνει. *Valet et ad uteri duritias, praeclusiones, malignaque hulcera... Concoquit enim, emollit, humectat, lenit.* Quanquam et de suppurationibus concoquendis accipi hic locus potest, quem habemus in manibus. Nam et de succo qui e lilii flore elicitur XXI, 74, *ad emolliendas vulvas*, inquit, *valet, sudoresque faciendos, et suppurationes concoquendas.* H.

Selgiticum. Lib. XV, 7. H.

Flaminiam viam. A Flaminio dictam, qui eam stravit lapidibus ab urbe Roma Ariminum usque. H.

L. *Elaeomeli.* Aurel. Χρονιῶν lib. II, cap. 1, oleum Syricum vocat, laudatque in paralysi ut mordicans, accendens, emolliens. Vide supra lib. XV, c. 7. Dal.

Solvit. Gron. *emollit.* Ed. P.

Bilem. Diosc. I, 37, totidem verbis. Hard.

Qui bibere. Diosc. l. c. Ἐνωτροι δὲ γίνονται καὶ ἔκλυτοι οἱ λαμβάνοντες· ὅπερ οὐ δεῖ εὐλαβεῖσθαι. διεγείρειν δὲ αὐτοὺς μὴ ἐῶντας καταφέρεσθαι. *Qui assumpsere, torpescunt, viribusque deficiuntur; attamen minime terreri eo oportet: quin excitandi sunt, neque sinendum, ut somno graviore consopiantur.* Hard.

Potores. Quasi sic viribus suis fidant, ut et vini vim ebrietatem, et

cyathum unum. Pissino oleo usus et passim ad quadrupedum scabiem est.

LI. A vitibus oleisque proxima nobilitas palmis: inebriant recentes: capitis dolorem afferunt: minus, siccae: nec, quantum videtur, utiles stomacho: tussim exasperant, corpus alunt. Succum decoctarum antiqui pro hydromelite dabant aegris ad vires recreandas, sitim sedandam, in quo usu praeferebant Thebaicas. Sanguinem quoque exscreantibus utiles, in cibo maxime. Illinuntur caryotae stomacho, vesicae, ventri, intestinis, cum cotoneis et cera, et croco. Sugillata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili novo,

elaeomelitos soporem afferentis, sustinere possint, aut vincere. H.

Pissino oleo usus et passim, etc. De eo Plinius XV, 7, et Diosc. I, 95, qui ad eumdem usum et pissinum oleum et picem ipsam liquidam adsciscit. — Sic libri editi, cum Reg. cod. 1; at in Reg. 2 et Ch. *Pissino oleo usus ad tussim et quadrupedum scabiem est.* Forte sincerius: Dioscorides enim, I, 95, de pissini olei viribus disserens, uno verbo extulit, facere illud ad eadem omnia, ad quae liquida pix adhiberetur. At capite superiore de ea ipsa agens, valere ad tussim, suspiria, purulentasque excreationes dixit: ut *ad tussim* idcirco huic loco accommodatius, quam *et passim* videatur. Hard. — Brot. ex Reg. 2 et ed. principe, *ad tussim et quad.* iampridem locum sic refingendum docuerat Pintianus. Ed. P.

LI. *Capitis dolorem afferunt.* Diosc. I, 148. Hard.

Nec, quantum videtur. Ita sane Dioscoridi visum est: qui palmas esitatas stomachicis prodesse scripsit: αἱ δὲ ἔμπαλι αἰρεῖσθαι βεβρωσκόμεναι.... στομαχικοί, etc. Hard.

Alunt. Sic Hard. post Pint. et Gron. *augent* al. Ed. P.

Succum. Cum hydromelite, non *pro hydromelite* Diosc. adhibuit I, 149: Τῶν δὲ Θηβαϊκῶν τὸ ἀφέψημα ποθὲν, πάνυ καθωνύα, καὶ τὰς δυνάμεις ἀναπτᾶται, μετὰ ὑδρομέλιτος παλαιοῦ λαμβανόμενον. *Thebaicarum decoctum potum datum, febrilem ardorem ac sitim sedat; et cum hydromelite vetusta sumptum vires recreat.* H.

In quo usu. Gron. et al. ante Hard. *in quem usum.* Ed. P.

Sanguinem quoque exscreantibus. Diosc. I, 148. Hard.

Illinuntur. Plin. Valer. II, 39: *Caryotae tritae imponuntur, adversus urinae difficultatem.* Diosc. loc. cit. Ωφελοῦσι δὲ τὰ περὶ κύστιν, καταπλασσόμεναι λεῖαι μετὰ κυδωνίου καὶ κηρωτῆς οἰνανθίνης. *Tritae cum cotoneis, et cerato oenanthino, vesicae vitiis utiliter illinuntur.* Hard. *Sugillata.* Male distinguunt Gron. et al. *cum cotoneis, et cera, et croco sugillata emendant.* Ed. P.

Nuclei palmarum cremati, etc. Haec totidem verbis Diosc. I, 149. Hard.

cinere loto spodii vicem efficiunt, miscenturque collyriis, et calliblephara faciunt addito nardo.

LII. (v.) Palma quae fert myrobalanum, probatissima in Ægypto, ossa non habet reliquarum modo in balanis. Alvum et menses ciet in vino austero, et vulnera conglutinat.

LII. *Palma quae fert myrobalanum.* Haec palma est, cuius historiam scripsit, XII, 47, cuius fructus, quum maturitatem est assequutus, phoenicobalani proprie nomen; ante maturitatem idem, ob affinitatem aliquam, similitudinemque cum glande unguentaria, et myrobalani appellationem habuit. Plinius loco mox citato: *Myrobalano in unguentis similem, proximumque asum habet palma in Aegypto.... phoenicobalanus vocatur.* Et Plin. Val. III, 20: *Myrobalanum... genus est caryotae, quod os non habet etc.* Similitudinem eam fructus cum Arabica myrobalano attigit Diosc. I, 148: Φοῖνιξ ἐν Αἰγύπτῳ παραμφέων τῇ Ἀραβικῇ μυροβαλάνῳ. Hanc esse remur balanum Aegyptiam, quam Plutarchus ait bellaria soavitate vincere, Symp. Qu. VIII, 4, p. 723. Sugillat hoc loco Pliniom Salmasius in praef. p. 96, Dalecampium et alios sequutus; sed ita, ut livorem potius suum, quam scriptoris perdiligentis prodat errorem ullum. Quod si qua nihilominus exemplaria scripta manu fuerent, *Palma quae refert myrobalanum*, legi hoc loco haud gravate ferrem. Hard. — *Palma quae fert myrobalanum.* Vnice Plinius hic *Phaenicem dactyliferam* intellexit, de qua iam nobis actum XII, 47 (Broterius ad *Musam*, Gallis *bananier*, referre maluit). Quae autem fert myrobalanos arbor, βαλάνους μυρεψικάς, non *Palmis*, sed *Leguminosis* adscribenda est; nempe *Moringa arabica* Pers. gen. 1023 (*Gymnocladus* Lam. Encyc. I. 733), de qua satis abunde dictum in Excurs. XI de myrobalan. t. V, p. 130 sqq. Ed. P.

Ossa non habet. Quoniam immatura colligitur, nondum genito intus nucleo, ut diximus XII, 47. H.

Alvum et menses ciet. Imino, si Dioscoridi fides habenda, sistit potius: *Est*, inquit, *fructus ille acerbus atque adstringens, et contra alvi profluvia, fluxumque muliebrem, in vino austero bibitur.* Εστὶ δὲ στρυφνός, στυπτικός, πινόμενος σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ πρὸς διάρροιαν καὶ ῥοῦν γυναικεῖον. Et sane haec vis sistendi, et fructus acerbitati, et austeritati vini, quicum assumitur, optime congruit. Nihilominus sic Mss. omnes Regg. Colb. Ch. aliique. Et Parmensis editio, caeteraeque ante Hermolaum, cui *sistit* reponendum satius visum est. Quin et Plin. Val. II, 23, cui titulum fecit *Ventri molliendo*: *Myrobalanus*, inquit, *genus caryotae nascens in Aegypto, quae os non habet, vino austero trita et pota alvum citat.* Sed iam huius aevo irrepsisse id mendum in Plinii libros suspicari forsan haud temere licet. Hard. — *Ciet.* Gron. et al. *sistit.* Ed. P.

Et vulnera conglutinat. Diosc. l. c. Ἱστησι δὲ καὶ αἱμορροΐδας, καὶ τραύματα κολλᾷ καταπλασθεῖς. Plin. Val. III, 20: *Myrobalanum, ut iam diximus, genus est caryotae, quod os non*

LIII. Palma elate, sive spathe, medicinae confert germina, folia, corticem. Folia imponuntur praecordiis, stomacho, iocineri, hulceribus quae serpunt, cicatrici repugnantia. Psoras cortex eius tener cum resina et cera sanat diebus xx. Decoquitur et ad testium vitia. Capillum denigrat suffitu, partus extrahit. Datur bibendus renum vitiis, et vesicae, et praecordiorum: et capiti, et nervis inimicus. Vulvae ac ventris fluxiones sistit decoctum eius. Item cinis ad tormina potus in vino albo, in vulvarum vitiis efficacissimus.

LIV. (VI.) Proximae varietates generum medicinarumque, quae mala habent. Ex his verna acerba, stomacho inutilia sunt: alvum, vesicam circumagunt, nervos laedunt: cocta meliora. Cotonea cocta suaviora: cruda tamen, dumtaxat matura, prosunt san-

habet: haec ex vino trita austero, vulnera curat et solidat. HARD.

LIII. *Palma elate.* De hac palma Noster egit lib. XII, cap. 62: at ibi iam notavimus elatem non arborem esse, sed involucrum fructus palmae arboris, sive, ut recentiores ex graeco vocabulo nuncupant, *spatham* Phaenicis dactyliferae, de qua paulo supra. Quum autem in Regg. codd. 1 et 2 legatur *palmae elatae*, lectionem haud poenitendam sane Broterius elicit, *palmae elate*; Pliniom tamen, ut loco sup. citato, sic etiamnunc hallucinatum fuisse constat. ED. P.

Folia. Vires plane similes elatae suae, hoc est, tenerarum adhuc palmarum involucro, Dioscor. Tribuit, I, 50. HARD.

Psoras cortex eius. Haec rursum in elaten suam Dioscor. transtulit loc. cit. HARD.

Capillum denigrat suffitu. At illitu, fricatuque etiam crebro spathae suae seu elatae, nigredinem conciliari capillis, auctor est Dioscor. loc. citato. HARD.

Datur bibendus renum vitiis. Dioscor. de elate seu spatha sua, loc. cit. H.

Nervis inimicus. E diverso Dioscoridis elate laxatos committit articulos: χαλασμούς τε ἄρθρων συνάγει. H.

LIV. *Verna.* Vere vigentia, matura, tempestiva. Dioscor. talia sunt cerasa, pruna, mora, fraga. DAL. — *Verna.* Dioscor. I, 159: Τὰ δὲ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα μῆλα, χολοποιά, ἄθετα τῷ νευρώδει παντὶ ἐμπνευματοῦντα. *Quae mala verno tempore maturescunt, bilem gignunt, nervos omnes laedunt, inflationesque pariunt.* HARD.

Cruda. Marc. Emp. c. XVI, p. 120: *Phthisicis et empyicis prodest aqua in qua cydonea mala cocta fuerint, assidue propinata: ipsa etiam si incocta manducentur, iuvant.* Et c. XVI, p. 120: *Cydonea bene matura non cocta, in cibo accepta, prosunt cholericis*

guinem exscreantibus ac dysentericis, cholericis, coeliacis. Non idem prosunt decocta, quoniam amittunt constringentem illam vim succi. Imponuntur et pectori in febris ardoribus; et tamen decoquuntur in aqua caelesti ad eadem, quae supra scripta sunt. Ad stomachi autem dolores cruda decoctave cerati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos sanat. Cocta in vino, et illita cum cera, alopeciis capillum reddunt. Quae ex his cruda in melle condiuntur, alvum movent. Mellis autem suavitati multum adiiciunt, stomachoque utilius id faciunt. Quae vero in melle condiuntur cocta, quidam ad stomachi vitia, trita cum rosae foliis decoctis dant pro cibo. Succus crudorum lienibus, orthopnoicis, hydropicis prodest. Item mammis, condylomatis, varicibus. Flos et viridis, et siccus inflammationibus oculorum, exscreationibus sanguinis, mensibus mulierum. Fit et succus ex his mitis, cum vino dulci tusis, utilis et coeliacis, et ioci-

reprimendis. Plin. Val. I, 64, cui titulus: *Sanguinem reiicientium curatio: Cydonia matura*, inquit, *devorantur cruda.* Et II, 28: *Dysenteriae compescendae Cydonia matura crudu edunt.* Et c. 25: *Cholerae quomodo succurritur: Cydonia si matura cruda in cibo sumantur.* Hard.

Prosunt. Gr. et al. *possunt.* Ed. P.

Ad stomachi. Marc. Emp. c. xx, p. 139, sqq. Plin. Val. II, 15. H.

Lanugo eorum carbunculos sanat. Villosa interpunctione laborabat hic locus: *Lanugó eorum carbunculos sanat, cocta in vino et illita cum cera. Alopeciis capillum reddunt.* Quamobrem Dalecampius *reddit* arbitratur commodius quam *reddunt* hoc loco legi: ut ad lanuginem sententia ea spectet non ad ipsa mala. Verum praeter codicum Regg. Colb. caeterorumque auctoritatem, coniecturam eam pessumdant auctores duo, qui e Plinianis fontibus areolas suas rigarunt. Marc. Emp. c. vi, p. 46: *Cydonia mala*, inquit, *discocta cum vino, dehinc trita, ceraeque liquefactae addita, et capiti impasita, capillum nutriunt.* Et Plin. Val. I, 6: *Cydonia cocta ex vino, et cum cera trita et illita, capillos restituunt.* Hard.

Ex his cruda. Plin. Val. ad verbum, II, 23. Hard.

Quae vero in melle condiuntur. Dioscor. I, 160; Marc. Emp. c. xx, p. 139. Hard.

Succus crudorum lienibus, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Mammis. Dioso. loc. cit. Μαστοὺς φλεγμαίνοντας, *mammarum inflammationes adiuvat.* Hard.

Flos, Diosc. loc. cit. Hard.

meri. Decocto quoque eorum foventur, si procidant vulvae et interanea. Fit et oleum ex his, quod melinum vocavimus, quoties non fuerint in humidis nata: ideo utilissima, quae ex Sicilia veniunt. Minus utilia struthia, quamvis cognata. Radix eorum circumscripta terra manu sinistra capitur, ita ut qui id faciet, dicat quae capiat, et cuius causa: sic adalligata, strumis medetur.

LV. Melimela et reliqua dulcia, stomachum et ventrem solvunt, siticulosa, aestuosa, sed nervos non laedunt. Orbiculata sistunt alvum, et vomitiones, urinas cient. Silvestria mala similia sunt vernis acerbis, alvumque sistunt. Sane in hunc usum immatura opus sunt.

LVI. Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa, vel semen. Faciunt oris suavitatem, decocto eo-

Decocto. Diosc. loc. cit. Hard.

Fit et oleum ex his. Lib. XIII, cap. 2. Hoc pariter Diosc. loc. cit. et Plin. Val. IV, 42. Hard.

Minus utilia struthia. Diosc. loc. cit. Τὰ δὲ λεγόμενα στρουθία καὶ μεγάλα, ἥττον ἐστὶν εὔχρηστα. H. — Duplex scilicet *Pyri Cydoniae* varietas: στρουθίον, cydonia oblonga, et κυδώνιον, cydonia malliformis. Conf. Theophr. Hist. Pl. II, 3; Athen. III, 81. Ed. P.

Qui id faciet. Gron. et al. ante Hard. *qui facit.* Ed. P.

LV. *Melimela.* Dioscor. lib. I, cap. 164: Τὰ δὲ μελίμηλα κοιλίαν μαλάσσει, κακόστομαχα δέ. H. — Conf. l. XV, cap. 15. Ed. P.

Siticulosa. Sitim et aestum afferentia. Hard.

Orbiculata. Diosc. I, 162: Τὰ δὲ Ἠπειρωτικὰ λεγόμενα, ῥωμαιστὶ δὲ ὀρβικουλάτα, εὐστόμαχα, κοιλίας σαλτικά, οὔρων προκλητικά, etc. Sic etiam Diphilus apud Athen. III, 80, ubi ὀρβικάτα vocat. Hard.

Silvestria. Totidem verbis de eo malorum genere Diosc. I, 163. Hard. LVI. *Citrea.* Theophr. Hist. IV, 4, et ex eo Athen. III, 84: Diosc. I, 166; Oppius apud Macrob. Saturnal. II, 15, et eleganti carmine Virgil. Georg. II, 126: *Media fert tristes succos, tardumque saporem Felicis mali; quo non praesentius ullum, Pocula si quando saevae infecere novercae, Miscuerunt-que herbas et non innoxia verba, Auxilium venit, et membris agit atra venena.* Hard. — Nobis item *Citrus medica, citronier.* Ed. P.

Faciunt oris suavitatem. Diosc. loc. cit. Διάλυσμά τί ἐστι πρὸς εὐωδίαν στόματος τὸ ἀφέψημα, καὶ ὁ χυλὸς αὐτῶν. Hard.

rum colluti, aut succo expresso. Horum semen edendum praecipiunt in malacia praegnantibus: ipsa vero contra infirmitatem stomachi, sed non nisi ex aceto facile manduntur.

LVII. Punici mali novem genera nunc iterare supervacuum. Ex his dulcia, quae apyrina alio nomine appellavimus, stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingivasque laedunt. Quae vero ab his sapore proxima vinosa diximus, parvum nucleum habentia, utiliora paulo intelliguntur. Alvum sistunt, et stomachum, dumtaxat pauca, citraque satietatem. Sed haec minime danda: quamquam omnino nulla in febri, nec carne acinorum utili, nec succo. Caventur aeque vomitionibus, ac bilem reiicientibus. Vvam in his, ac ne mustum quidem, sed protinus vinum

Colluti. Gronov. et al. ante Hard. *colluto.* Ed. P.

Horum semen edendum. Diosc. loc. cit. Σπέρμα ἔχον ἀπίῳ ἐοικός. Δύναμιν δὲ ἔχει ποθεινὴν ἐν οἴνῳ... διβρώσκεται δὲ μάλιστα ὑπὸ γυναικῶν πρὸς τὴν κίσσαν. Quae Daleampius ad corticem succumve mali punici prave transtulit. Hard.

In malacia. Malacia est in gravidis ille languor, et mollities dissoluti, et cuncta fastidientis stomachi; Graeci κίτταν, Latini etiam picam appellant. Haro.

LVII. *Punici mali novem genera.* Sic in Indice lib. XIII, n. 39: *Punici mali genera IX.* Vide quae diximus XIII, 34. Hard. — *Punica Granatum, grenadier.* Ed. P.

Apyrina. Supra lib. XIII, cap. 34, ἀπύρηνα vocat, non quidem dulcia, sed quibus nucleus minime lignosus est, verum candidiore et molliore natura. Dal. *Apyrina.* De his Plinius Val. II, 40, *de Punicis*, Nostro adstipulatur: *Dulcia*, inquit, *inflationes stomacho movent, nec tuta febricitantibus dari possunt.* Hard.

Inutilia habentur. Dioscoridi punica omnia stomacho utilia: atque adeo dulcia vinosis et acidis stomacho utiliora. Dalec.

Vinosa diximus. Lib. XIII, cap. 34. Vinolenta vocat Plin. Val. IV, 40, et ab his acida secernit. Haec mediae inter acida ac dulcia facultatis esse censet Diosc. I, 151: μέσην ἔχει δύναμιν. Hard.

Et stomachum. Gron. et al. ante Hard. *et stomacho prosunt.* Ed. P.

Sed haec minime danda. Sed vinosa minime danda, immo omnino nulla sunt danda febricitanti. Diosc. I, 151. Haro.

Caventur aeque vomitionibus. Medentur acini vomitionibus. In Dioscoride est: Κοιλίαν, καὶ στομάχου ῥεῦμα πυρὴν ἵστησι. Dal.

Vvam. Vvam in his, et non mustum modo, sed cum uva vinum sta-

aperuit natura; utrumque asperiore cortice. Hic ex acerbis in magno usu. Vulgus coria maxime perficere illo novit: ob id malicorium appellant medici. Vrinam cieri eodem monstrant; mixtaque galla in aceto decoctum, mobiles dentes stabilire. Expetitur gravidarum malaciae, quoniam gustatu moveat infantem. Dividitur malum, caelestique aqua madescit ternis fere diebus. Haec bibitur frigida coeliacis, et sanguinem exscreantibus.

LVIII. Ex acerbo fit medicamentum, quod stomatice vocatur, utilissimum oris vitiis, narium, au-

lim ostendit natura, *hoc est, succum vino parem*; utrumque autem, *et uvam, et vinum*, sub asperiore cortice inclusit. Haro.

Hic ex acerbis. Plinius supra XIII, 34: *Corticis maior usus ex acerbis ad perficienda coria*. Haro.

Vulgus. Plin. Val. IV, 40: *Illa vero acerba sunt, quibus coria curantur*, etc. Haro.

Ob id malicorium appellant. Ita mali punici corticem vocant Latini: Celsus in primis II, cap. postr. Graeci σίδιον. Simplicius id ei factum nomen putarim, quod corio similis est ob duritiem, crassitiemque maiorem, quam sit in vulgari malorum caeterorum cortice. Haro.

Decoctum Gron. et lib. ante Hard. edit. *decocto*. Eo. P.

Expetitur gravidarum malaciae. Alludere ad hanc mali punici dotem Plautus videtur in Amphitr. act. II, sc. 2, v. 91: *Enimvero praegnanti oportet et malum dari, ut quod obrodat sit, animo si male esse coeperit*. Hard.

Quoniam gustatu moveat infantem. Sic omnes vulgati, manuque exarati codices conspirante consensu. Iohann. Iac. Chifll. lib. II, Daedalm. c. 5, pag. 31, sit avunculi sui fuisse coniecturam, scribi oportere, *quoniam gustatu movent famem*. Qua coniectura ipse damnata legend. monet, *quanquam gustatu moveat infantem*. Vt haec sit loci sententia: Licet ob gulae fastidium gravidis expetatur, ut et alia absurdiora; hoc tamen inde sequi periculum, quod malicorium si sumant, movetur infans, hoc est, sequitur abortus. Theodorum deinde Prisc. laudat, de Pass. mul. III, 6, de abortivis: ubi succo mali granati vim parem ait excludendi fetus, ac dictamno, tribui. At neque quidquam eiusmodi Theodorus habet; nec moveri infantem in contextu Pliniano, expelli abortu sonat, sed excitari leniter, ne torpescat. Hard.

Dividitur malum. De punico malo universe id accipiendum, uti Plin. Val. IV, 40, non de singulari uno genere. Haro.

LVIII. *Ex acerbo fit medicamentum*. Id fieri tradit Dioscor. I, 154, ex acinorum succo cum melle cocto, praesertim acidorum. Dal. — *Ex*. Haec verbis totidem Plin. Val. IV, 40. Hard.

Stomatice. Στοματικὴ subintellige, δύναμις, hoc est, compositio, quae ad

rium, oculorum caligini: pterygiis, genitalibus, et his quas nomas vocant, et quae in hulceribus excrescunt. Contra leporem marinum hoc modo: acinis detracto cortice tusis, succoque decocto ad tertias, cum croci, et aluminis scissi, myrrhae, mellis Attici selibris. Alii et hoc modo faciunt: punica acida multa tunduntur: succus in cacabo novo coquitur mellis crassitudine, ad virilitatis et sedis vitia, et omnia quae lycio curantur, aures purulentas, epiphoras incipientes, rubras maculas. In manibus rami punicorum serpentes fugant. Cortice punici ex vino decocti et impositi, perniones sanantur. Contusum malum ex tribus heminis vini, decoctum ad eminam, tormina et taenias pellit. Punicum in olla nova, cooperculo in-

uvas, tonsillas, omnesque repentinas oris, quod Graeci στόμα vocant, inflammationes accommodatur. Scrib. Larg. Comp. LXIV: *Ad faucium uvaeque tumorem stomatice hac fere utuntur*, etc. Schola Salernitana: *Mora sitim tollunt, recreant cum faucibus uvam.* HARD.

Oculorum caligini, etc. Praeter Diosc. et Plin. Val. II. cc. Priscianus I, 10: *De oculorum causis: Si autem obscuritas haec senectutis magis quam oculorum vitium fuerit, succum mali granati melle Attico aequa mensura commisces, et uteris .. Hoc etiam scriptoribus et pictoribus saepe profuit.* H.

Contra leporem marinum. Habent ea verba libri omnes etiam manu exarati: Plin. Val. qui caetera ad verbum exscripsit non habet. Eoque magis in suspicionem venimus, minima ea genuina esse, sed spuria, quod adversus leporem marinum quae vulgo remedia statuuntur, intra corpus omnia sumi necesse sit; istud, cuius forma nunc scribitur, externis tantum vitiis apponi posse videatur. Ad leporem marinum tamen Scrib. Larg. Comp. CLXXXVI, prodesse ait malorum punicorum grana assidue data, sed per se ac sola: nec myrrham adicit, nec alumen. Sic etiam Diosc. in Alex. c. XXX. HARD.

Acinis. Plin. Val. IV, 40: *Fit ex acido punico medicamentum, στοματικὸν a Graecis nominatum, cuius compositio eiusmodi est, detracto cortice mala tunduntur; ex his succus exprimitur; is decoctus ad tertias, quum ad sextarium venerit, croci scrupuli sex, myrrhae sex, aluminis sex, mellis optimi libra una, miscentur: et ex hoc medicamento*, etc. HARD.

Contusum malum. Marc. Emp. cap. XXVIII, pag. 200; Plin. Val. II, 21 ad verbum. Et cum caeteris Cato cap. 126, p. 66. H. — *Tormina et taenias.* Gron. et al. *tormina sedat et tineas pellit.* ED. P.

Cooperculo indito. Prius *operculo indito* legebatur. Nos exemplaria maxime probata sequuti sumus, Regg. 1,

lito, in furno exustum, et contritum, potumque in vino, sistit alvum, discutit tormina.

LIX. Primus pomi huius partus florere incipientis, cytinus vocatur Graecis, mirae observationis multorum experimento. Si quis unum ex his, solutus vinculo omni cinctus et calceatus, atque etiam annuli, decerpserit duobus digitis, pollice et quarto sinistrae manus, atque ita lustratis levi tactu oculis, mox in os additum devoraverit, ne dente contingat, affirmatur nullam oculorum imbecillitatem passurus eo anno. Iidem cytini siccati tritique, carnes excrescentes cohibent: gingivis et dentibus medentur: vel si mobiles sint, decocto succo. Ipsa corpuscula trita, hulceribus quae serpunt putrescuntve, illinuntur. Item oculorum inflammationi intestinorumque: et fere ad omnia, quae cortices malorum. Adversantur scorpionibus.

2, Colb. Chifll. auctoresque idoneos. Marc. Emp. cap. XXVII, p. 196: *Malum punicum*, inquit, *in olla gypsata clausum, in furno combures, et postea diligenter teres, atque in pulverem tenuissimum rediges, quem repones et paratum habebis: et quum opus fuerit, ad subitas torsiones cum vini potione detur.* Plin. Val. IV, 40: *Alvum fluentem miro modo sistit punicum in olla nova cooperculo illito in furno exustum, et in pulverem redactum, et in vini potionem perductum.* Hard. — *Exustum.* Sic Chifll. *tostum* Gron. et al. Ed. P.

LIX. *Primus pomi huius partus florere incip. cytinus vocatur.* Plin. Val. IV, 40, fere ad verbum. Hesychius: Κύτινοι, τῆς ῥοίας τὰ πρῶτα ἐξανθήματα. Ea vox calycem sonat, quo dehiscente in sua se folia flos pandit et explicat: ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ ἄνθος, inquit Teophr. Adde his, si lubet, ea quae Rob. Const. habet in Lexico. H. — Nec illud tacendum, cytinos, quamquam proprie mali sunt punicae, dici tamen et de aliis. Sic hyoscyami cytinos dixit Dioscorides. Dal.

Si quis unum, etc. Haec totidem verbis Plin. Val. IV, 40. Contractius paulo, neque adeo superstitiose Diosc. I, 152. Hard.

Passurus. Gronov. et al. ante H. *passurum.* Ed. P.

Iidem. Plin. Val. loc. cit. H.

Gingivis et dentibus. Dioscor. loc. cit. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν, οὖλων πλαδώντων, καὶ ὀδόντων σεσομένων διάκλυσμα. H.

Ipsa corpuscula trita. Cytini partem inferiorem intelligit, quae in fructum transit ac pomum: dum superior una cum staminibus ipsi medio insidet pomo. Hard.

LX. Non est satis mirari curam diligentiamque priscorum, qui omnia scrutati, nihil intentatum reliquere. In hoc ipso cytino floseuli sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quos balaustium vocari diximus. Hos quoque ergo experti invenerunt scorpionibus adversari. Sistunt potu menses feminarum: sanant oris hulcera, et tonsillas, uvam, sanguinis exscreationes, ventris et stomachi solutiones, genitalia, hulcera quacumque in parte manantia. Siccavere etiam ut sic quoque experirentur, inveneruntque tusorum farina dysentericos a morte revocari, alvum sisti. Quin et nucleos ipsos acinorum experiri non piguit. Tosti tusique stomachum iuvant, cibo aut potioni inspersi. Bibuntur ex aqua caelesti ad sistendam alvum. Radix decocta succum emittit, qui taenias necat, victoriati pondere. Eadem discocta in aqua, quas lycium, praestat utilitates.

LXI. Est et silvestre punicum, a similitudine ap-

LX. *In hoc ipso cytino.* Plin. Val. IV, 40, ad verbum. Hard.

Diximus. Cf. XIII, 34. Κύτινος Dioscor. I, 152, est flos punicae salivae; Βαλαύστιον, I, 154, flos punicae silvestris: κύτινος vero Theophrast. de Caus. I, 116, et Galen. κατὰ τόπους, VII, 256, pro fructus rudimento, seu pro fructu immaturo, ponitur. Ed. P.

Sanant oris hulcera. Haec iotidem verbis Plin. Val. l. c. H.

Siccavere etiam, etc. Marcell. Em. c. XXVII, p. 493. H.

Inveneruntque. Scrib. Larg. Comp. med. c. XXI, n. 85: *Balaustium contunditur, siccatur, sicco mortario teritur... Atque ille quidem pastillus bene facit ad dysentericos, id est, tormenosos.* Adde et Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 163. H.

Tosti. Dioscor. I, 154. H.

Bibuntur. Dioscor. l. c. H.

Radix. Marc. Emp. c. XXVIII, pag. 199 Dioscor. quoque I, 153: Τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν ῥιζῶν, ἔλμινθας πλατείας ποθὲν ἀπακτείνει. H.

Eadem discocta. Hoc est, ita cocta ut deliquescat. Verbis Columellae utor, ex lib. XII, c. 44. H.

LXI. *Est et silvestre punicum.* Ροιὰν Graeci malum punicum vocant: ῥοιάδα μήκωνα, papaver erraticum, sic dictum, quod protinus flos decidat. Horum vocabulorum affinitate deceptus Plinius, papaver cum punico oscitanter confundit. Dal.—*Ed.* Dioscor. I, 154: Ροιὰ ἀγρία. Hanc temere cum erratico papavere, qui ῥοιὰς μήκων a Graecis vocatur, Plinium miscuisse, Dalecampius falso calum-

pellatum. Eius radices rubro cortice denarii pondere ex vino potae somnos faciunt. Semine poto, aqua quae subierit cutem, siccatur. Mali punici corticis fumo culices fugantur.

LXII. (VII) Pirorum omnium cibus etiam valentibus onerosus, aegris quoque vini modo negatur. Decocta eadem mire salubria et grata praecipue Crustumina. Quaecumque vero cum melle decocta, stomachum adiuvant. Fiunt cataplasmata e piris, ad discutienda corporum vitia; et decocto eorum ad duritias utuntur. Ipsa adversantur boletis atque fungis, pelluntque pondere et pugnante succo. Pirum silvestre tardissime maturescit. Conciditur, suspensumque siccatur ad sistendam alvum: quod et decoctum

niatur, eumque sequutus, ut solet Salmas. in Praef. p. 11 et 12. Hard. — Ροιὰς μήκων Diosc. IV, 64, nobis est *Papaver dubium*; non, ut vulgo putant, *Pap. Rhoeas*, cui non est κεφαλὴ προμήκης. Hoc autem ad silvestrem papaveris speciem, quae πιθῖτις καὶ ῥοιὰς appellatur Dioscor. IV, 65, referendum censet Sprengel. Hist. Rei herbar. tom. I, p. 176. Ed. P.

Eius radices, etc. Ροιὰν et Ροιάδα non esse a Plinio pro uno eodemque accepta, vel hoc unum declarat: quod papaveris erratici κεφαλίοις sive capitibus hanc vim alliciendi somnum scriptores adsciverint: Plinius ipse in primis XX, 77: radicibus nemo unus. Hard.

Semine poto, aqua quae subierit cutem, siccatur. Dioscor. erratici semen ἠπίως κοιλίαν μαλάσσειν, alvum leniter mollire: corniculati vero, ἐπιτικῶς κοιλίαν καθαίρειν, elenenter alvum purgare inquit, sed non aquam subter cutem educere. Dal. — *Semine*, etc. Haec ῥοιὰς quoque seu mali granati dos propria. Ροιάδος μήκωνος semen exinanit alvum: aquam quae subter cutem subierit, non educit. H.

LXII. *Pirorum*. Schola Salern. *Persica, poma, pira, et lac, caseus, et caro salsa, Atra haec bile nocent, sunt que infirmis inimica*. Iterumque: *Dum coquis, antidotum pira sunt: sed cruda, venenum: Cruda gravant stomachum, relevant sed cocta gravatum*. Ac paulo ante: *sine vino sunt pira virus*. Hard.

Fiunt cataplasmata, etc. Dioscor. lib. I, 168, de piris: Εἰς τὰ ἀποχρουστικὰ καταπλάσματα χρῶζουσι. *In cataplasmata repellentia convenienter adduntur*. H.

Adversantur boletis, etc. Hanc piris silvestribus vim asserit Diosc. Εὐπ. II, 160. Hard.

Pirum. Diosc. I, 168. H.

Conciditur. Diosc. loc. cit. H.

Quod et decoctum eius. Diosc. loc. cit. et Plin. Val. IV, 39. H. — *Potu*. Gron. et al. *potum*. Ed. P.

eius potu praestat. Decoquuntur et folia cum pomo ad eosdem usus. Pirorum ligni cinis contra fungos efficacius proficit. Mala piraque portatu iumentis mire gravia sunt vel pauca. Remedio aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua, aut utique ostendantur.

LXIII. Fici succus lacteus, aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, et in umbra siccatur, ad aperienda hulcera, cienda menstrua appositu cum luteo ovi, aut potu cum amylo. Podagris illinitur cum farina Graeci feni et aceto. Pilos quoque detrahit, palpebrarumque scabiem emendat: item lichenas et psoras. Alvum solvit. Lactis ficulni natura adversatur crabronum, vesparumque, et similium venenis, privatim scorpionum. Idem cum axungia verrucas tollit. Folia, et quae non maturuere fici, strumis illinuntur, omnibusque quae emollienda sunt, discutiendave: praestant hoc et per se folia. Et alii usus eorum, tamquam in fricando lichene, et alopeciis, et quae-

Decoquuntur. Dioscor. et Plin. Val. II. cc. Hard.

Pirorum. Diosc. loc. cit. H.

LXIII. *Itaque coaguli modo lac contrahit*. Colum. VII, 8: *Nec minus lac cogitur ficulneo lacte, quod emittit arbor si eius virentem saucies corticem*. Diosc. I, 183: Ὁ γὰρ ὀπὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς, πηκτικός ἐστι γάλακτος ὥσπερ ἡ πιτύα· λύει δὲ καὶ τὸ πεπηγὸς ὥσπερ τὸ ὄξος. *Tam silvestris quam sativae fici lacteus succus coaguli modo lac contrahit, coagulatumque aceti modo dissolvit*. H. — De *Ficu Carica* iam dictum. Ed. P.

Ad aperienda, etc. Totidem verbis haec Diosc. I, 183. H.

Cum amylo. Ita cap. sq. de caprifici succo: *Vulvam cum amylo aperit*. Tamen Diosc. loc. cit. μετὰ ἀμυγδάλου scripsit, ni mendosus est codex, non μετὰ ἀμύλου. Dioscoridi favet Saracenus in Noti. H. — *Podagris*. Dioscor. loco citato. H.

Psoras. Dioscor. loc. cit. H.

Alvum. Dioscor. loc. cit. H.

Lactis ficulni natura, etc. Dioscor. loc. cit. H.

Verrucas. Diosc. l. c. et Plin. Val. III, 42. Hard.

Folia. Plin. Val. III, 29. H.

Omnibusque quae emollienda. Plin. Valer. III, 25: *Ad collectiones vel tumores: Ficus, quae adhuc non maturavit, admixto adipe anserino imposita mire sanat*. Hard. — *Sunt*. Brot. *sint*. Ed. P.

Praest. hoc. Gr. et al. *haec*. Ed. P.

cumque exhulcerari opus sit. Et adversus canis morsus ramorum teneri cauliculi cuti imponuntur. Iidem cum melle hulceribus, quae ceria vocantur illinuntur. Extrahunt infracta ossa cum papaveris silvestris foliis. Canum rabiosorum morsus folio trito ex aceto restringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis, muris aranei morsibus cum cera. Cinis earum e foliis, gangraenis, consumendisque quae excrescunt. Fici maturae urinam cient, alvum solvunt, sudorem movent, papulasque. Ob id autumno insalubres, quoniam sudantia huius cibi opera corpora perfrigescunt. Nec stomacho utiles, sed ad breve tempus; et voci contrariae intelliguntur. Novissimae salubriores, quam primae: medicatae vero nunquam. Iuvenum vires augent: senibus meliorem valetudinem faciunt, minusque rugarum. Sitim sedant: calorem refrigerant. Ob id non negandae in febribus

Et adversus canis morsus, etc. Plin. Val. III, 51, ad verbum. H.

Iidem cum melle. Plin. Val. III, 22. Hard.

Extrahunt infracta ossa. Schola Salern. de ficu: *Iunge papaver ei, confracta foris trahis ossa.*

Canum rabiosorum morsus. Plin. Val. III, 50. Hard.

Fici maturae urinam. Diosc. I, 183: Σῦκα πέπειρα τὰ ἁπαλά, κακοστόμαχα, κοιλίας λυτικά... ἐξανθημάτων καὶ ἱδρώτων προκλητικά. H.

Nec stomacho utiles. Diosc. κακοστόμαχα. Hard.

Sed ad breve tempus. Nocere stomacho innuit, sed haud longo temporis intervallo. Idem dicendi genus, cap. 66, de prunis: *Ipsa pruna alvum solvunt: stomacho non utilissima, sed brevi momento*. H.

Et voci contrariae. Demetrius Scepsius apud Athen. III, 80. H.

Medicatae. Medicatas vocat, quarum maturitas, ut sint praecociores, caprificatione acceleratur. Dalec. —

Medicatae. Quae vis huic voci subsit, diximus XVI, 51, nec Dalecampio assensi sumus. H. — Hordeo milioque terra myxtis ficus medicabant antiqui, maturitatis causa; sed insalubres erant: sicut et insalubres et ingratae ex caprificatione, ut Tournefortius adseverat. Brot.

Iuvenum vires augent. Herod. Lycius, in opere suo de Ficubus, aliique quos Athenaeus affert, III, pag. 78. Hard.

Minusque rugarum. Isidor. Orig. XVII, 7: *A senibus in alimentum sumptae saepius ficus, rugas eorum ferunt distendere*. H.

Sitim sedant. Diosc. loc. cit. Ἀδίψα δὲ καὶ σβεστικὰ θερμασίας. H.

constrictis quas stegnas vocant. Siccae fici stomachum laedunt: gutturi et faucibus magnifice utiles. Natura his excalfaciendi: sitim adferunt: alvum molliunt, rheumatismis eius, et stomacho contrariae. Vesicae semper utiles, et anhelatoribus, ac suspiriosis. Item iocinerum, renum, lienum vitiis. Corpus et vires adiuvant: ob id ante athletae hoc cibo pascebantur: Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit. Recolligenti se a longa valetudine utilissimae. Item comitialibus, et hydropicis, omnibusque, quae

Quas stegnas vocant. Febres haec fiunt, inquit Dalecampius, adstricta cute, praeclusis eius spiraculis, impediloque humorum et vaporum transpiratu. Galen. de Fac. simpl. med. V, p. 429, στεγνὰ vocat ea quae sensibiles excretiones prohibent. Alibi, adstricta renum vitia, et quaecumque impedimento sunt, ut urina quae aut difficulter, aut saepe nulla, aut saltem per intervalla temporis stillis fluat. Hard.

Siccae. Diosc. I, 183. H.

Natura his excalfaciendi. Dioscor. loc. cit. Hard.

Sitim. Diosc. loc. cit. Τὰ δὲ ξηρὰ τρόφιμα, θερμαντικὰ, διψητικώτερα. Hard.

Alvum. Diosc. loc. cit. H.

Vesicae semper utiles. Dioscor. loc. cit. Hard.

Item iocinerum, etc. Diosc. loc. cit. Cels. III, 21: *Si iecur aut lienem affectum esse, manifestum est, ficum pinguem contusam adiecto mellis superponere.* Et cap. 24: *Arida ficus imposita prodest, si iecur aut lien affectus est.* Hard.

Lienum. Praeter Diosc. loc. citat. Q. Serenus c. 1v, de splene curando pag. 140: *Arida ficus item fervente domatur aceto. Et trita illinitur, vel splen apponitur haedi.* H.

Corpus et vires adiuvant. Galenus libris de alimentis, vulpium corpus ficuum et uvarum esu maxime pinguescere tradit, sed carne laxa et fluida. Dal.

Ob id ante athletae. Ad verbum haec Isidor. XVII, 7, et Plin. Val. IV, 47. *Hic victus athleticus, quo corpus firmandum*, apud Celsum, IV, 6. De hoc Pythagora porro, qui athleta fuit, vide Diogen. Laert. in Pythagor. VIII, et Iamblich. de vita Pyth. I, 4. Cave autem existimes eumdem hunc esse cum illo pertelebri Mnesarchi filio, qui Pythagoricae à se cognominatae disciplinae auctor ac princeps exstitit. Oribasius *Goram* pro Pythagora mendose vocat. Hard.

Ad carnes eos transtulit. Illarum esu carnem et habitum corporis augeri docuit. Dal.

Recolligenti. Diosc. loc. cit. Τοῖς ἐν μακροσσίαις κακοχροοῦσιν, *iis qui e longa valetudine decolorati sunt.* H. — *Recolligenti.* Gron. et al. *recolligentibus.* Ed. P.

Item comitialibus, etc. Diosc. loco citato. Hard.

maturanda aut discutienda sunt, imponuntur: efficacius calce aut nitro admixto. Coctae cum hyssopo pectus purgant, pituitam, tussim veterem. Cum vino autem ad sedem et tumores maxillarum. Ad furunculos, panos, parotidas decoctae illinuntur. Vtile et decocto earum fovere feminas. Decoctae quoque eaedem cum feno Graeco utiles sunt pleuriticis et peripneumonicis. Cum ruta coctae torminibus prosunt: tibiarum hulceribus cum aeris flore: pterygiis

Efficacius calce aut nitro. Locus est, ut sentio, hians et truncatus. Dioscor. loc. cit. *Panos maturant, multoque magis additis radice iridis, aut nitro, aut calce.* Pint.

Coctae cum hyssopo. Plin. Val. I, 58: *Adversus diuturnam tussim, ficus acidae coquuntur cum hyssopo et aqua: et ex ea aqua tussientibus propinatur.* Et IV, 47 de fico: *Coctae ex aqua cum hyssopo, dant potionem, quae pectus expurget.* Similiter Celsus, IV, 4, iuvare ait ad tussim veterem, *quam pinguissimae ficus uncias tres supra prunas incoctas esse.* Haro.

Pituitam. Pituitosum humorem in pulmones delapsum. Diosc. loc. cit. Τοῖς περὶ πνεύμονα χρονίοις πάθεσι. Haso.

Cum vino. Plin. Val. II.

Ad furunculos. Dioscor. haec totidem verbis loc. cit. et Plin. Val. III, 32. H. — *Ad furunculos.* Gron. et al. *et furunculos.* Eo. P.

Panos. Praeter Diosc. Plin. Val III, 27, et IV, 47. Item Marc. Emp. cap. XXXII, pag. 225. Harn.

Parotidas. Plin. Val. I, 13, de parotidum curatione: *Ficus sicca et vino cocta; et trita adiuvat.* Diosc. item l. c. Hard.

Vtile et decocto earum fovere feminas. Annon *femina?* Gron. — *Vtile.* Quaerit Gron. annon *fovere femina* ait legi satius. Dioscoridem si legisset, non quaereret. Is enim I, 183, de ficis agens: Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν... καὶ εἰς τὰς ὠμηλύσεις μίγνυται, καὶ εἰς γυναικείας πυρίας μετὰ τήλεως ἢ πτισάνης. *Ipsarum decoctum, cataplasmatis ex hordeacea farina admiscetur, itemque in muliebres fotus, cum feno graeco, aut ptisana.* Hard.

Decoctae quoque eaedem. Plin. Val. IV, 47. H.

Et peripneumonicis. In vet. cod. *ac pleumonicis*, attice; pleumona enim illi vocant, quem communis lingua pneumona, ut grammatici notant. Dal.

Cum ruta coctae torminibus. Diosc. I, 183. H.

Tibiarum hulceribus. Plin. Val. loc. cit. ad verbum Diosc. loc. cit. Μετὰ χαλκάνθου δὲ, τὰ ἐν κνήμαις ῥευματικὰ, ὀυσαλθῆ καὶ κακοήθη ἰᾶται. Plinius apud scriptorem unde haec hausit, non μετὰ χαλκάνθου, hoc est, *cum atramento sutorio*, sed μετὰ χαλκοῦ ἄνθους, *cum aeris flore* legit. Verum, utut legit, nihil interest. Nam et apud Galenum lib. de succed. med. p. 974: ἀντὶ χαλκάνθης, λεπὶς χαλκοῦ substituitur: et inter ea quae exedunt, aeque florem aeris, atque sutorium atramentum Celsus affert V, 7. H.

Pterygiis. Diosc. I, 183: Σὺν σιδίῳ

cum punico malo: ambustis, pernionibus cum cera: hydropicis coctae in vino, cum absinthio et farina hordeacea, nitro addito. Manducatae, alvum sistunt. Scorpionum ictibus cum sale tritae illinuntur. Carbunculos extrahunt in vino coctae et impositae. Carcinomati, si sine hulcere est, quam pinguissimam ficum imponi, paene singulare remedium est; item phagedaenae. Cinis non ex alia arbore acrior: purgat, conglutinat, replet, adstringit. Bibitur et ad discutiendum sanguinem concretum. Item percussis, praecipitatis, convulsis, ruptis, cyathis singulis aquae et olei. Datur tetanicis et spasticis: item potus vel in-

δὲ ῥοᾶς, πτερύγια ἀναχαθαίρει. *Cum malicorio pterygia purgant.* H.

Pernionibus cum cera. Hoc est cum cerato. Dioscor. loc. cit. H.

Hydropicis. Plin. Val. III, 12: *De hydropisi: Ficus siccae coquuntur, et ex vino, et absinthio; suffundunturfarina hordeacea, addito nitro: omnia in unum conteruntur, et ita imponuntur.* — *Cum absinthio.* Gron. et al. ante Hard. *et cum absinthio*; et sic quoque Brot. Ed. P.

Alvum. Et nitrum hic adhibet Dioscor. loc. cit. Κοιλίαν μαλάσσει χοπίντα μετὰ νίτρου... καὶ ἰσθιόμενα.

Carbunculos. Plin. Val. III, 30. Th. Prisc. I, 18: *De carbunculis: Ficus siccae et vino coctae, et contritae imponuntur, ut ex altitudine evocare possint.* H.

Carcinomati. Totidem verbis haec Plin. Val. III, 32; et privatim denaçium carcinomate, Marc. Emp. c. x, p. 86. H.

Cinis non ex alia arbore acrior. Ita locum hunc restituimus admonitu cod. Reg. 2, et quos Pintianus vidit; quum sic vulgati prae se ferant: *Cinis ex alia arbore aciem purgat acrior*, etc. inculcata temere vocula *aciem*, quem commodum efficere sensum hoc loco nullum potest. Nam de cute purganda in hulcerum medicina, de conglutinanda, replendaque agitur. Dioscor. I, 186, ubi de cinere crematorum canliculorum ficus: Ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς τὰ καυστικά, καὶ γαγγραινούμενα· ἀναχαθαίρει γὰρ καὶ ἀναλίσκει τὰ περισσά. Et infra: Καθαίρει γὰρ, καὶ πολλᾷ, καὶ σαρκοῖ, καὶ συμφύει ἑστῶτος τοῖς ἐνοίμοις. *Vilis est ad medicamenta caustica, et prodest auti gangraenae tentatae: haec expurgat et consumit, quae excrescunt... Etenim purgat, conglutinat, carne replet, et oras committit.* H.

Ad discutiendum sanguinem. Dioscor. I, 186. Hard.

Cyathis singulis. Cum aquae cyatho ad singula ea mala, admixto exiguo olei, inquit Dioscor. loc. cit. Hard.

Tetanicis et spasticis. Dioscor. Καὶ τοῖς νευρικοῖς, καὶ σπάσμασι σύγχριστα ἁρμόδιον σὺν ἐλαίῳ, ἱδρῶτας κινοῦσα. H. — *Item.* Gron. et al. *idem*; et sic quoque Brot. Ed. P.

fusus coeliacis, et dysentericis. Et si quis eo cum oleo perungatur, excalfacit. Idem cum cera et rosaceo subactus, ambustis cicatricem tenuissimam obducit. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu. Produnt etiam, si quis inclinata arbore, supino ore aliquem nodum eius morsu abstulerit, nullo vidente, atque cum aluta illigatum licio e collo suspenderit, strumas et parotidas discuti. Cortex tritus cum oleo, ventris hulcera sanat. Crudae grossi verrucas et thymos, nitro farinaque additis tollunt. Spodii vicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis. Bis tostus adiecto psimmythio digeritur in pastillos, ad hulcera oculorum et scabritiam.

LXIV. Caprificus etiamnum multo efficacior fico. Lactis minus habet: surculo quoque eius lac coagulatur in caseum. Exceptum id coactumque in duritiam, suavitatem carnibus affert. Fricatur diluto ex aceto. Miscetur exhulceratoriis medicamentis. Alvum solvit: vulvam cum amylo aperit. Pota menses ciet cum luteo ovi. Podagris cum farina Graeci feni illinitur. Lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat: item venenatorum ictus, et canis morsus. Dentium quoque dolori hic succus appositus in lana prodest,

Cum aluta. Aluta δερμάτιον, pellis mollior est, delicatius elegantiusque concinnata. Licium vero, filum appellatur seu stamen.

Crudae Dioscorid. I, 185: Ὠμοὶ δὲ μυρμηκίας καὶ θύμους σὺν νίτρῳ καταπλασθέντες, καὶ ἀλεύρῳ αἴρουσι. *Crudae cum nitro et farina impositae, verrucas thymosque tollunt.* Θύμος verrucae nomen est, seu hulceris, Aegyptiae fabae magnitudine, quae thymi florem repraesentat. H.

LXIV. *Lac.* MSS. omnes, *lacte*, antiquo more in nominandi casu. Caprificum porro tum ad hunc effectum, tum ad caeteros perinde valere atque ficum auctor est Dioscor. I, 184. Fici ramus autem lac cogit, inquit Columell. VII, 8, p. 267. H.

Alvum solvit. Q. Serenus cap. XXIX, de ventre molliendo p. 144: *Silvestris fici lacrimam prodesse loquuntur.* H. — *Podagris.* Brot. ex Chiffl. *podagricis.* Ed. P.

aut in cava eorum additus. Cauliculi et folia, admixto ervo, contra marinorum venena prosunt: adiicitur et vinum. Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. Grossi illitae strumas, et omnem collectionem emolliunt, et discutiunt. Aliquatenus et folia. Quae mollissima sunt ex his, cum aceto hulcera manantia, et epinyctidas, et furfures sanant. Cum melle foliis ceria sanant, et canis morsus. Recentes, cum vino, phagedaenas. Cum papaveris foliis ossa extrahunt. Grossi caprifici inflationes discutiunt suffitu. Resistunt et sanguini taurino poto, et psimmythio, et lacti coagulato potae. Item in aqua decoctae atque illitae parotidas sanant. Cauliculi aut grossi eius quam minutissimae ad scorpionum ictus e vino bibuntur. Lac quoque instillatur plagae, et folia imponuntur: item adversus murem araneum. Cauli-

In cava. Gronov. et al. ante Hard. *in cavis.* Ed. P.

Cauliculi et folia. Dioscor. I, 185. Hard.

Adiicitur. Sic e Chiffl. Hard. *adiiciunt* Gr. et al. Ed. P.

Bubulas carnes. Quin etiam et arbori ficui suspensae carnes tenerescunt, teste Plutarcho Quaest. Symp. VI, 10, p. 696. H.

Grossi illitae strumas. Dioscor. I, 185: Οἱ δὲ ὀλυνθοι, ὑπὸ δέ τινων ἐρινέοι καλούμενοι, ἐφθοὶ καταπλασθέντες, πᾶσαν συστροφὴν, καὶ χοιράδας ἐκμαλάσσουσιν. *Grossi, quae a nonnullis erinei vocantur, coctae et illitae collectionem omnem, strumasque emolliunt.* H. — *Omnem.* Gron. et al. *omnium.* Ed. P.

Aliquatenus et folia. Diosc. I, 185. Hard.

Quae mollissima sunt. Diosc. loco citato. Hard.

Cum melle. Hoc est, impositu foliorum cum melle. Ita MSS. Prius, *cum melle item et foliis.* Haec quoque Dios. loc. cit. Ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ κυνόδηκτα σὺν μέλιτι, καὶ πρὸς τὰ κηρία. H.

Cum papaveris foliis. Diosc. loc. cit. Ἀνάγουσι δὲ οἱ ὀλυνθοὶ καὶ ὀστᾶ σὺν μήκωνος ἀγρίας φύλλοις, etc. *Grossi ossa etiam extrahunt cum foliis papaveris erratici*, etc. H.

Inflationes. Gron. et al. *inflammationes.* Ed. P.

Resistunt, etc. Nicand. in Alexiph. pag. 151. Hard.

Parotidas) *Ad χοιράδας quae frequenter in collo vel sub mento, vel sub ascellis nasci novimus*, inquit Theod. I, 9, *de furunculis, utamur caprificis in aqua decoctis et contritis.* Est autem hoc parotidibus affine malum in primis. Hard.

Lac. Q. Serenus cap. CXLVII, pag. 155. Hard.

Adversus murem araneum. Dioscor. loc. cit. Hard.

culorum cinis uvam faucium sedat: arboris ipsius cinis ex melle rhagadia: radix defervefacta in vino, dentium dolores. Hiberna caprificus in aceto cocta et trita, impetigines tollit. Illinuntur ramenta rami sine cortice quam minutissima ad scobis modum. Caprifico quoque medicinae unius miraculum additur. Corticem eius impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipsam adalligatam ante solis ortum, prohibere strumas. Caprificus tauros quamlibet feroces, collo eorum circumdata, in tantum mirabili natura compescit, ut immobiles praestet.

LXV. Herba quoque, quam Graeci erineon vocant,

Cauliculorum) *Succo ipso, vel lacte caprifici in cochleari posito, uva optime sublevatur*, Inquit Marc. Emp. c. XIV, pag. 100. H.

Dentium dolores. Plin. Val. I, 36, et Marcell. Empir. cap. XII, pag. 93. HARD.

Corticem eius impubescentem. Ita vulgati libri pariter, et manu exarati. Quid si *intumescentem* legas? Nam *impubescentem* illud, occasione vocis proxime subsequentis *puer impubis*, natum temere conficiumque ab amanuensibus videtur. Et sane Plin. Val. qui hunc locum expressit III, 29: *Caprifici corticem intumescentem*, inquit, *puer impubis si diffracto ramo tollat dentibus, et medulla ipsa alligetur ante solis ortum, prohibere strumas constat.* Intumesere porro corticem credimus in germinatione, quoniam tum praegnantium arborum rumpitur cortex, ut dictum est XVI, 51. HARD.

Caprificus tauros, etc. Isidorus, Origg. XVII, 7, ad ficum hanc dotem referi: *Tauros quoque ferocissimos*, inquit, *ad fici arborem colligatos repente mansuescere dicunt.* Plut. item Symp. Quaest. II, 7, p. 641: Ἄγριος δὲ ταῦρος ἁτρεμεῖ καὶ πραΰνεται συκῆ προσταθείς. HARD.

LXV. *Graeci erineon vocant.* Dioscor. IV, 29, ἐρῖνος. Sed aliis aliter. Nicand. in Theriac. 47, adversus serpentes vim commendat: Κλώθοντος ἐν ἀρπέζαισιν ἐρίνου, *In madidis qui vallibus exit, erini.* Schol. in eum locum pag. 50: Τὸν δὲ ἐρῖνον, τὸν καὶ ἐρίνεον Διοκλῆς ἐν τῷ Ῥιζοτομικῷ φησιν εἶναι ὅμοιον ὠκίμῳ· βοηθεῖ δὲ πρὸς τὰ θηρία· φύεται δὲ πρὸς ποταμοὺς καὶ κρήνας, etc. Hausisse a scriptore graeco, quisquis ille est, Plinium ea, quae de erineo retulit, certum est. Aevi nostri herbarii plantam nullam agnoscunt, quae huic descriptioni congruat, inquit Anguillara, parte XIV, p. 255. Ruellius, III, pag. 592, eam esse putat, quam rura nostra lactariam vocant: herbarii, herbam lactis: ocimum alii aquatile. H. — Ἐρινὸς Dioscor. IV, 29, eodem nomine est *Campanula Erinus* (*Pentand. monogyn.* gen. 428 Pers.

reddenda in hoc loco propter gentilitatem. Palmum alta est, cauliculis quinis fere, ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, parvum: tritum cum melle Attico, oculorum epiphoris medetur: utcumque autem decerpta manat lacte multo et dulci. Herba perquam utilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia resistunt venenis.

LXVI. Pruni folia decocta tonsillis, gingivis: uvae prosunt in vino, decocto eo subinde ore colluto. Ipsa pruna alvum molliunt, stomacho non utilissima, sed brevi momento.

LXVII. Vtiliora persica, succusque eorum, etiam-

Campanulae. Juss.), iudice Sprengelio, qui testimonium affert Caesalp. IX, 31; ἔρινος autem Nicand. Ther. 647, eidem est *Campanula Rapunculus*, suffraganta Column. Phytob. pag. 83, t. 23. Ed. P.

Propter gentilitatem. Propter similitudinem nominis. H.

Tritum cum melle Attico, etc. Dioscor. IV, 29. H.

Manat lacte multo et dulci. Diosc. loc. cit. Hard.

Herba. Diosc. loco citato. H.

LXVI. *Pruni folia.* Marcell. Emp. cap. xv, pag. 106: *Pruni arboris folia ex vino decocta et gargarizata tonsillas molliunt.* Et cap. xi, pag. 88: *ad gingivas: Arboris pruni folia cum vino decoquuntur; eorum succus expressus intra os retentus, plurimum prodest.* Haec pariter Galenus prodidit de Fac. simpl. med. VII, p. 192. H.

Vvae prosunt. Marc. Emp. c. xiv, p. 99, et Plin. Val. I, 43. H.

Decocto eo subinde, etc. Gron. et al. ante Hard. *in vino decocta, et subinde.* Ed. P.

Ipsa pruna alvum molliunt. Plin. Val. II, 23; Galen. loc. cit. et experientia. Lepide Martialis, Epigr. XIII, 29, cui lemma praefigitur: pruna Damascena: *Pruna peregrinae carie rugosa senectae Sume, solent duri solvere ventris onus.* H.

Stomacho non utilissima, etc. Hanc lectionem, quae sane sincera est, Frobenius interpolavit, scribens, *stomacho vero utilissima:* reclamantibus licet editionibus vetustis, Parmensi, caeterisque; nec MSS. ullis codicibus secundis; nam omnes ii, quos videre licuit, Regg. et Colb. *non utilissima* prae ea ferunt; itaque postulat loci sententia; qua nocere stomacho, sed ad breve tempus, pruna dicuntur. Sic paulo ante Plinius ipse de ficis: *nec stomacho utiles, sed ad breve tempus.* Atque eam ob rem Diosc. I, 174, pruna ait male habere stomachum, alvum mollire: Κοκκυμηλέα δένδρον ἐστὶ γνώριμον, οὗ ὁ καρπὸς ἐδώδιμος, κακοστόμαχος, κοιλίας μαλακτικός. H. — *Prunus domestica* (*Icosand. monog.* gen. 1224 Pers. *Rosac.* Juss.), cuius plurimae in hortis coluntur varietates; de iis iam alias actum. Ed. P.

LXVII. *Vtiliora persica.* Diosc. I, 164: Τὰ δὲ περσικὰ μῆλα εὐστόμαχα.

cortex tritus. Folia tingunt capillum cum fici nigrae et vitis corticibus simul coctis in aqua caelesti. Pomi ipsius succus alvum solvit protinus. Ipsa poma ad praesens stomacho utilia, refrigerant, sitim faciunt. Si non superveniat alius cibus, intumescunt. Ex immaturis succus sistit alvum: veluti animalis alicuius, in hac arbore observandis miraculis, quae in natura eius diximus.

LXXI. Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo: Sextarii tres succi e pomo, leni vapore ad crassitudinem mellis redigunt. Post additur omphacii aridi pondus x duorum, aut myrrhae x unius, croci x unius. Haec simul trita

ὑπὸ... πλατέων δρυῶν ἐκτινάσσει. Hard.

Folia tingunt capillum. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Pomi. Maturi videlicet. Plin. Valer. II, 23, et Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 210. Hard.

Ipsa poma ad praesens stomacho utilia. Ad breve tempus, quo fere caitantur. — Sincerius forsan videatur, *inutilia.* Nam et Dioscorid. I, 180, κακοσύμμαχα mora vocat: et vox ea *ad praesens* eamdem sanantiam praese fert, atque haec da prunis ficisque oratio, superioribus capitibus: *Neo stomacho utiles fici, sed ad breve tempus. Ipsa prima stomacho non utilissima, sed brevi momento.* Hard.

Si non superveniat alius cibus. Contraria Catii doctrina apud Horatium, Sat. II, IV, 21: *ille salubres Aestates peraget, qui nigris prandia moris Finiet, ante gravem quae legerit arbore solem.* Hard.

Ex immaturis. Galen. l. c. et Plin. Val. II, 27. Hard.

Veluti animalis alicuius. Mira etenim fici, ceu animalis alicuius, sapientia. Ad illud respicit, quod superius animadvertit, XVI, 41: *Morus, novissima arborum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed quam coepit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, etiam cum strepitu.* Hard.

LXXI. *Panchrestos.* Πάγχρηστος, *prorsus utilis compositio.* Nam δύναμις subintelligitur. De stomatice diximus cap. 58. De arteriace, XX, 79. Similam arteriacem succis moris expressi, aliorumque medicamentorum, ex Ptolemaeo Evergete, referi Marc. Emp. c. XIV; pag. 102. quam is ad uvam commendat. Alias quinque huic Plinianae similiores, Plin. Val. I, 51. Vide et Dioscor. I, 182. Hard.

Leni vapore. Modico nempe calore. Hard.

Pondus X duorum. Hoc est, denariorum duorum. Hard.

Vt supra. Nempe, leni vapore, ut dictum est proxime. Hard.

miscentur decocto. Neque est aliud oris, arteriae, uvae, stomachi, iucundius remedium. Fit et alio modo: succi sextarii duo, mellis Attici sextarius, decoquuntur, ut supra diximus. Mira sunt praeterea quae produntur. Mori germinatione, priusquam folia exeant, sinistra decerpi iubentur futura poma: ricinos Graeci vocant. Hi terram si non attigere, sanguinem sistunt adalligati, sive ex vulnere fluat, sive ore, sive naribus, sive haemorrhoidis: ad hoc servantur repositi. Idem praestare et ramus dicitur luna plena defractus, incipiens fructum habere, si terram non attigerit, privatim mulieribus adalligatus lacerto, contra abundantiam mensium. Hoc et quocumque tempore ab ipsis decerptum, ita ut terram non attingat, adalligatumque existimant praestare. Folia mori trita, aut arida decocta, serpentium ictibus imponuntur: ad idemque potu proficitur. Scorpionibus adversatur e radice corticis succus, ex vino aut posca potus. Reddenda est et antiquorum compositio. Succum expressum pomi maturi immaturique mixtum, coquebant in vase aereo ad mellis crassitudinem. Aliqui myrrha adiecta et cupresso praeduratum ad solem torrebant, permiscentes spatha ter die. Haec erat stomatice, qua et vulnera ad cicatricem perducebant. Alia ratio: succum siccato exprimebant pomo, multum sapori obsoniorum conferente. In medicina vero contra

Priusquam folia. Gron. et al. *priusquam in folia.* Ed. P.

Futura poma. Erumpentia primum mora. Hard.

Ricinos. Ita etiam MSS. Herm. Barbarus *cytinos* reponebat. Hard.

Cupresso. Sive cupressi pilulis, sive succo. Hard.

Ad solem torrebant. Sic Pintianus ex vetusto codice. Alioqui libri, *vas sole torrebant.* Hard.

Spatha. Σπάθη, rudis sive rudicula est, eademque spathula dicta Celso ac Columellae: instrumentum quo aliquid movetur et agitatur a chirurgis et pharmacopolis; *unc spatule.* H.

Alia. Dioscor. I, 180. Hard.

lito, in furno exustum, et contritum, potumque in vino, sistit alvum, discutit tormina.

LIX. Primus pomi huius partus florere incipientis, cytinus vocatur Graecis, mirae observationis multorum experimento. Si quis unum ex his, solutus vinculo omni cinctus et calceatus, atque etiam annuli, decerpserit duobus digitis, pollice et quarto sinistrae manus, atque ita lustratis levi tactu oculis, mox in os additum devoraverit, ne dente contingat, affirmatur nullam oculorum imbecillitatem passurus eo anno. Iidem cytini siccati tritique, carnes excrescentes cohibent: gingivis et dentibus medentur: vel si mobiles sint, decocto succo. Ipsa corpuscula trita, hulceribus quae serpunt putrescuntve, illinuntur. Item oculorum inflammationi intestinorumque: et fere ad omnia, quae cortices malorum. Adversantur scorpionibus.

2, Colb. Chifl. auctoresque idoneos. Marc. Emp. cap. XXVII, p. 196: *Malum punicum*, inquit, *in olla gypsata clausum, in furno combures, et postea diligenter teres, atque in pulverem tenuissimum rediges, quem repones et paratum habebis: et quum opus fuerit, ad subitas torsiones cum vini potione detur*. Plin Val. IV, 40: *Alvum fluentem miro modo sistit punicum in olla nove cooperculo illito in furno exustum, et in pulverem redactum, et in vini potionem perductum*. Hard. — *Exustum*. Sic Chifl. *tostum* Gron. et al. Ed. P.

LIX. *Primus pomi huius partus florere incip. cytinus vocatur*. Plin. Val. IV, 40, fere ad verbum. Hesychius: Κύτινοι, τῆς ῥοίας τὰ πρῶτα ἐξανθήματα. Ea vox calycem sonat, quo dehiscente in sua se folia flos paudit et explicat: ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ ἄνθος, inquit Teophr. Adde his, si lubet, ea quae Rob. Const. habet in Lexico. H. — Nec illud tacendum, cytinos, quamquam proprie mali sunt punicae, dici tamen et de aliis. Sic hyoscyami cytinos dixit Dioscorides. Dal.

Si quis unum, etc. Haec totidem verbis Plin. Val. IV, 40. Contractius paulo, neque adeo superstitiose Diosc. I, 152. Harn.

Passurus. Gronov. et al. ante H. *parsurum*. Ed. P.

Iidem. Plin. Val. loc. cit. H.

Gingivis et dentibus. Dioscor. loc. cit. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν, οὖλων πλαδώντων, καὶ ὀδόντων σεσομένων διάκλυσμα. H.

Ipsa corpuscula trita. Cytini partem inferiorem intelligit, quae in fructum transit ac pomum: dum superior una cum staminibus ipsi medio insidet pomo. Hard.

LX. Non est satis mirari curam diligentiamque priscorum, qui omnia scrutati, nihil intentatum reliquere. In hoc ipso cytino floseuli sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quos balaustium vocari diximus. Hos quoque ergo experti invenerunt scorpionibus adversari. Sistunt potu menses feminarum: sanant oris hulcera, et tonsillas, uvam, sanguinis exscreationes, ventris et stomachi solutiones, genitalia, hulcera quacumque in parte manantia. Siccavere etiam ut sic quoque experirentur, inveneruntque tusorum farina dysentericos a morte revocari, alvum sisti. Quin et nucleos ipsos acinorum experiri non piguit. Tosti tusique stomachum iuvant, cibo aut potioni inspersi. Bibuntur ex aqua caelesti ad sistendam alvum. Radix decocta succum emittit, qui taenias necat, victoriati pondere. Eadem discocta in aqua, quas lycium, praestat utilitates.

LXI. Est et silvestre punicum, a similitudine ap-

LX. *In hoc ipso cytino.* Plin. Val. IV, 40, ad verbum. Hard.

Diximus. Cf. XIII, 34. Κύτινος Diosc. I, 152, est flos punicae salivae; Βαλαύστιον, I, 154, flos punicae silvestris: κύτινος vero Theophrast. de Caus. I, 116, et Galen. κατὰ τόπους, VII, 256, pro fructus rudimento, seu pro fructu immaturo, ponitur. Ed. P.

Sanant oris hulcera. Haec totidem verbis Plin. Val. l. c. H.

Siccavere etiam, etc. Marcell. Em. c. XXVII, p. 193. H.

Inveneruntque. Scrib. Larg. Comp. med. c. XXI, n. 85: *Balaustium contunditur, siccatur, sicco mortario teritur... Atque ille quidem pastillis bene facit ad dysentericos, id est, torminosos.* Adde et Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 163. H.

Tosti. Dioscor. I, 151. H.

Bibuntur. Dioscor. l. c. H.

Radix. Marc. Emp. c. XXVIII, pag. 199 Dioscor. quoque I, 153: Τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν ῥιζῶν, ἕλμινθας πλατείας ποθὲν ἀποκτείνει. H.

Eadem discocta. Hoc est, ita cocta ut deliquescat. Verbis Columellae utor, ex lib. XII, c. 41. H.

LXI. *Est et silvestre punicum.* Ροιὰν Graeci malum punicum vocant: ῥοιάδα μήκωνα, papaver erraticum, sic dictum, quod protinus flos decidat. Horum vocabulorum affinitate deceptus Plinius, papaver cum punico oscitanter confundit. Dal.—*Est.* Dioscor. I, 154: Ροιὰ ἀγρία. Hanc temere cum erratico papavere, qui ῥοιὰς μήκων a Graecis vocatur, Plinium miscuisse, Dalecampius falso colum-

pellatum. Eius radices rubro cortice denarii pondere ex vino potae somnos faciunt. Semine poto, aqua quae subierit cutem, siccatur. Mali punici corticis fumo culices fugantur.

LXII. (VII) Pirorum omnium cibus etiam valentibus onerosus, aegris quoque vini modo negatur. Decocta eadem mire salubria et grata praecipue Crustumina. Quaecumque vero cum melle decocta, stomachum adiuvant. Fiunt cataplasmata e piris, ad discutienda corporum vitia; et decocto eorum ad duritias utuntur. Ipsa adversantur boletis atque fungis, pelluntque pondere et pugnante succo. Pirum silvestre tardissime maturescit. Conciditur, suspensumque siccatur ad sistendam alvum: quod et decoctum

niatur, eumque sequutus, ut solet Salmas. in Praef. p. 11 et 12. Hard. — Ροιὰς μήκων Diosc. IV, 64, nobis est *Papaver dubium*; non, ut vulgo putant, *Pap. Rhoeas*, cui non est κεφαλὴ προμήκης. Hoc autem ad silvestrem papaveris speciem, quae πιθῖτις καὶ ῥοιὰς appellatur Dioscor. IV, 65, referendum censet Sprengel. Hist. Rei herbar. tom. I, p. 176. Ed. P.

Eius radices, etc. Ροιὰν et Ροιάδα non esse a Plinio pro uno eodemque accepta, vel hoc unum declarat: quod papaveris erratici κεφαλίοις sive capitibus hanc vim alliciendi somnum scriptores adsciverint: Plinius ipse in primis XX, 77: radicibus nemo unus. Hard.

Semine poto, aqua quae subierit cutem, siccatur. Dioscor. erratici semen ἠπίως κοιλίαν μαλάσσειν, alvum leniter mollire: corniculati vero, ἐπιτικῶς κοιλίαν καθαίρειν, elementer alvum purgare inquit, sed non aquam subter cutem educere. Dal. — *Semine*, etc. Haec ῥοιᾶς quoque seu mali granati dos propria. Ροιάδος μήκωνος semen exinanit alvum: aquam quae subter cutem subierit, non educit. H.

LXII. *Pirorum*. Schola Salern. *Persica, poma, pira, et lac, caseus, et caro salsa, Atra haec bile nocent, suntque infirmis inimica.* Iterumque: *Dum coquis, antidotum pira sunt: sed cruda, venenum: Cruda gravant stomachum, relevant sed cocta gravatum.* Ac paulo ante: *sine vino sunt pira virus.* Hard.

Fiunt cataplasmata, etc. Dioscor. lib. I, 168, de piris: Εἰς τὰ ἀποκρουστικὰ καταπλάσματα ἁρμόζουσι. *In cataplasmata repellentia convenienter adduntur.* H.

Adversantur boletis, etc. Hanc piris silvestribus vim asserit Diosc. Εὐπ. II, 160. Hard.

Pirum. Diosc. I, 168. H.

Conciditur. Diosc. loc. cit. H.

Quod et decoctum eius. Diosc. loc. cit. et Plin. Val. IV, 39. H. — *Potu*. Gron. et al. *potum*. Ed. P.

eius potu praestat. Decoquuntur et folia cum pomo ad eosdem usus. Pirorum ligni cinis contra fungos efficacius proficit. Mala piraque portatu iumentis mire gravia sunt vel pauca. Remedio aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua, aut utique ostendantur.

LXIII. Fici succus lacteus, aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, et in umbra siccatur, ad aperienda hulcera, cienda menstrua appositu cum luteo ovi, aut potu cum amylo. Podagris illinitur cum farina Graeci feni et aceto. Pilos quoque detrahit, palpebrarumque scabiem emendat: item lichenas et psoras. Alvum solvit. Lactis ficulni natura adversatur crabronum, vesparumque, et similium venenis, privatim scorpionum. Idem cum axungia verrucas tollit. Folia, et quae non maturuere fici, strumis illinuntur, omnibusque quae emollienda sunt, discutiendave: praestant hoc et per se folia. Et alii usus eorum, tamquam in fricando lichene, et alopeciis, et quae-

Decoquuntur. Dioscor. et Plin. Val. II, cc. Haro.

Pirorum. Diosc. loc. cit. H.

LXIII. *Itaque coaguli modo lac contrahit*. Colum. VII, 8: *Nec minus lac cogitur ficulneo lacte, quod emittit arbor si eius virentem saucies corticem*. Diosc. I, 183: Ὁ γὰρ ὀπὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς, πηκτικός ἐστι γάλακτος ὥσπερ ἡ πιτύαλλύει δὲ καὶ τὸ πεπηγὸς ὥσπερ τὸ ὄξος. *Tam silvestris quam sativae fici lacteus succus coaguli modo lac contrahit, coagulatumque aceti modo dissolvit*. H. — De *Ficu Carica* iam dictum. Ed. P.

Ad aperienda, etc. Totidem verbis haec Diosc. I, 183. H.

Cum amylo. Ita cap. sq. de caprifici succo: *Vulvam cum amylo aperit*. Tamen Diosc. loc. cit. μετὰ ἀμυγδάλου scripsit, ni mendosus est codex, non μετὰ ἀμύλου. Dioscoridi favet Saracenus in Noti. H. — *Podagris*. Dioscor. loco citato. H.

Psoras. Dioscor. loc. cit. H.

Alvum. Dioscor. loc. cit. H.

Lactis ficulni natura, etc. Dioscor. loc. cit. H.

Verrucas. Diosc. l. c. et Plin. Val. III, 42. Haro.

Folia. Plin. Val. III, 29. H.

Omnibusque quae emollienda. Plin. Valer. III, 25: *Ad collectiones vel tumores: Ficus, quae adhuc non maturavit, admixto adipe anserino imposita mire sanat*. Harn. — *Sunt*. Brot. *sint*. Ed. P.

Praest. hoc. Gr. et al. *haec*. Ed. P.

cumque exhulcerari opus sit. Et adversus canis morsus ramorum teneri cauliculi cuti imponuntur. Idem cum melle hulceribus, quae ceria vocantur illinuntur. Extrahunt infracta ossa cum papaveris silvestris foliis. Canum rabiosorum morsus folio trito ex aceto restringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis, muris aranei morsibus cum cera. Cinis earum e foliis, gangraenis, consumendisque quae excrescunt. Fici maturae urinam cient, alvum solvunt, sudorem movent, papulasque. Ob id autumno insalubres, quoniam sudantia huius cibi opera corpora perfrigescunt. Nec stomacho utiles, sed ad breve tempus; et voci contrariae intelliguntur. Novissimae salubriores, quam primae: medicatae vero nunquam. Iuvenum vires augent: senibus meliorem valetudinem faciunt, minusque rugarum. Sitim sedant: calorem refrigerant. Ob id non negandae in febribus

Et adversus canis morsus, etc. Plin. Val. III, 51, ad verbum. H.

Idem cum melle. Plin. Val. III, 22. Hard.

Extrahant infracta ossa. Schola Salern. de ficu: *Iunge papaver ei, confracta foris trahis ossa.*

Canum rabiosorum morsus. Plin. Val. III, 50. Hard.

Fici maturae urinam. Diosc. I, 183: Σῦκα πέπειρα τὰ ἁπαλά, κακοστόμαχα, κοιλίας λυτικά... ἐξανθημάτων καὶ ἰδρώτων προκλητικά. H.

Nec stomacho utiles. Diosc. κακοστόμαχα. Hard.

Sed ad breve tempus. Nocare stomacho innuit, sed haud longo temporis intervallo. Idem dicendi genus, cap. 66, de prunis: *Ipsa pruna alvum solvunt: stomacho non utilissima, sed brevi momento*. H.

Et voci contrariae. Demetrius Scepsius apud Athen. III, 80. H.

Medicatae. Medicatas vocat, quarum maturitas, ut sint praecociores, caprificatione acceleratur. Dalec. — *Medicatae*. Quae vis huic voci subsit, diximus XVI, 51, nec Dalecampio assensi sumus. H. — Hordeo milioque terra myxtis ficus medicabant antiqui, maturitatis causa; sed insalubres erant: sicut et insalubres et ingratae ex caprificatione, ut Tournefortius adseverat. Brot.

Iuvenum vires augent. Herod. Lycius, in opere suo de Ficubus, aliique quos Athenaeus affert, III, pag. 78. Hard.

Minusque rugarum. Isidor. Orig. XVII, 7: *A senibus in alimentum sumptae saepius ficus, rugas eorum ferunt distendere*. H.

Sitim sedant. Diosc. loc. cit. Δίψας δὲ καὶ σβεστικὰ θερμασίας. H.

constrictis quas stegnas vocant. Siccae fici stomachum laedunt: gutturi et faucibus magnifice utiles. Natura his excalfaciendi: sitim adferunt: alvum molliunt, rheumatismis eius, et stomacho contrariae. Vesicae semper utiles, et anhelatoribus, ac suspiriosis. Item iocinerum, renum, lienum vitiis. Corpus et vires adiuvant: ob id ante athletae hoc cibo pascebantur: Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit. Recolligenti se a longa valetudine utilissimae. Item comitialibus, et hydropicis, omnibusque, quae

Quas stegnas vocant. Febres haec fiunt, inquit Dalecampius, adstricta cute, praeclusis eius spiraculis, impediloque humorum et vaporum transpiratu. Galen. de Fac. simpl. med. V, p. 129, στεγνὰ vocat ea quae sensibiles excretiones prohibent. Alibi, adstricta renum vitia, et quaecumque impedimento sunt, ut urina quae aut difficulter, aut saepe nulla, aut saltem per intervalla temporis stillis fluat. Hard.

Siccae. Diosc. I, 183. H.

Natura his excalfaciendi. Dioscor. loc. cit. Hard.

Sitim. Diosc. loc. cit. Τα δὲ ξηρὰ τρόφιμα, θερμαντικὰ, διψητικώτερα. Hard.

Alvum. Diosc. loc. cit. H.

Vesicae semper utiles. Dioscor. loc. cit. Hard.

Item iocinerum, etc. Diosc. loc. cit. Cels. III, 24: *Si iecur aut lienem affectum esse, manifestum est, ficum pinguem contusam adiecto melle superponere.* Et cap. 24: *Arida ficus imposita prodest, si iecur aut lien affectus est.* Hard.

Lienum. Praeter Diosc. loc. citat. Q. Serenus c. IV, de splene curando pag. 140: *Arida ficus item fervente domatur aceto. Et trita illinitur, vel splen apponitur hoedi.* H.

Corpus et vires adiuvant. Galenus libris de alimentis, vulpium corpus ficuum et uvarum esu maxime pinguescere tradit, sed carne laxa et fluida. Dal.

Ob id ante athletae. Ad verbum haec Isidor. XVII, 7, et Plin. Val. IV, 47. *Hic victus athleticus, quo corpus firmandum*, apud Celsum, IV, 6. De hoc Pythagora porrò, qui athleta fuit, vide Diogen. Laert. in Pythagor. VIII, et Iamblich. de vita Pyth. I, 4. Cave autem existimes eumdem hunc esse cum illo pertelebri Mnesarchi filio, qui Pythagoricae à se cognominatae disciplinae auctor ac princeps exstitit. Oribasius *Goram* pro Pythagora mendose vocat. Hard.

Ad carnes eos transtulit. Illarum esu carnem et habitum corporis augeri docuit. Dal.

Recolligenti. Diosc. loc. cit. Τοῖς ἐν μακροσσίαις κακοχροοῦσιν, *iis qui e longa valetudine decolorati sunt.* H. — *Recolligenti.* Gron. et al. *recolligentibus.* Ed. P.

Item comitialibus, etc. Diosc. loco citato. Hard.

maturanda aut discutienda sunt, imponuntur: efficacius calce aut nitro admixto. Coctae cum hyssopo pectus purgant, pituitam, tussim veterem. Cum vino autem ad sedem et tumores maxillarum. Ad furunculos, panos, parotidas decoctae illinuntur. Vtile et decocto earum fovere feminas. Decoctae quoque eaedem cum feno Graeco utiles sunt pleuriticis et peripneumonicis. Cum ruta coctae torminibus prosunt: tibiarum hulceribus cum aeris flore: pterygiis

Efficacius calce aut nitro. Locus est, ut sentio, hians et truncatus. Dioscor. loc. cit. *Panos maturant, multoque magis additis radice iridis, aut nitro, aut calce.* Pint.

Coctae cum hyssopo. Plin. Val. I, 58: *Adversus diuturnam tussim, ficus acidae coquuntur cum hyssopo et aquae et ex ea aqua tussientibus propinatur.* Et IV, 47 de fico: *Coctae ex aqua cum hyssopo, dant potionem, quae pectus expurget.* Similiter Celsus, IV, 4, iuvare ait ad tussim veterem, *quam pinguissimae ficus uncias tres supra prunas incoctas esse.* Hard.

Pituitam. Pituitosum humorem in pulmones delapsum. Diosc. loc. cit. Τοῖς περὶ πνεύμονα χρονίοις πάθεσι. Hard.

Cum vino. Plin. Val. H.

Ad furunculos. Dioscor. haec totidem verbis loc. cit. et Plin. Val. III, 32. H. — *Ad furunculos.* Gron. et al. *et furunculos.* Ed. P.

Panos. Praeter Diosc. Plin. Val III, 27, et IV, 47. Item Marc. Emp. cap. XXXII, pag. 225. Hard.

Parotidas. Plin. Val. I, 13, de parotidum curatione: *Ficus sicca et vino cocta; et trita adiuvat.* Diosc. item l. c. Hard.

Vtile et decocto earum fovere feminas. Annon *femina?* Gron. — *Vtile.* Quaerit Gron. annon *fovere femina* sit legi satius. Dioscoridem si legisset, non quaereret. Is enim I, 183, de ficis agens: Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν... καὶ εἰς τὰς ὠμηλύσεις μίγνυται, καὶ εἰς γυναικείας πυρίας μετὰ τήλεως ἢ πτισάνης. *Ipsarum decoctum, cataplasmatis ex hordeacea farina admiscetur, itemque in muliebres fotus, cum feno graeco, aut ptisana.* Hard.

Decoctae quoque eaedem. Plin. Val. IV, 47. H.

Et peripneumonicis. In vet. cod. *ac pleumonicis*, attice; pleumona enim illi vocant, quem communis lingua pneumona, ut grammatici notant. Dal.

Cum ruta coctae torminibus. Diosc. I, 183. H.

Tibiarum hulceribus. Plin. Val. loc. cit. ad verbum Diosc. loc. cit. Μετὰ χαλκάνθου δὲ, τὰ ἐν κνήμαις ῥευματικὰ, δυσαλθῆ καὶ κακοήθη ἰᾶται. Plinius apud scriptorem unde haec hausit, non μετὰ χαλκάνθου, hoc est, *cum atramento sutorio*, sed μετὰ χαλκοῦ ἄνθους, *cum aeris flore* legit. Verum, utut legit, nihil interest. Nam et apud Galenum lib. de succed. med. p. 974: ἀντὶ χαλκάνθης, λεπὶς χαλκοῦ substituitur: et interea quae exedunt, aeque florem aeris, atque sutorium atramentum Celsus affert V, 7. H.

Pterygiis. Diosc. I, 183: Σὺν σιδίῳ

cum punico malo: ambustis, pernionibus cum cera: hydropicis coctae in vino, cum absinthio et farina hordeacea, nitro addito. Manducatae, alvum sistunt. Scorpionum ictibus cum sale tritae illinuntur. Carbunculos extrahunt in vino coctae et impositae. Carcinomati, si sine hulcere est, quam pinguissimam ficum imponi, paene singulare remedium est; item phagedaenae. Cinis non ex alia arbore acrior: purgat, conglutinat, replet, adstringit. Bibitur et ad discutiendum sanguinem concretum. Item percussis, praecipitatis, convulsis, ruptis, cyathis singulis aquae et olei. Datur tetanicis et spasticis: item potus vel in-

δὶ ῥοιᾶς, πτερύγια ἀναχαθαίρει. *Cum malicorio pterygia purgant.* H.

Pernionibus cum cera. Hoc est cum cerato. Dioscor. loc. cit. H.

Hydropicis. Plin. Val. III, 12: *De hydropisi: Ficus siccae coquuntur, et ex vino, et absinthio; suffunduntur farina hordeacea, addito nitro: omnia in unum conteruntur, et ita imponuntur.* — *Cum absinthio.* Gron. et al. ante Hard. et *cum absinthio*, et sic quoque Brot. Ed. P.

Alvum. Et nitrum hic adhibet Dioscor. loc. cit. Κοιλίαν μαλάσσει κοπέντα μετὰ νίτρου... καὶ ἐσθιόμενα.

Carbunculos. Plin. Val. III, 30. Th. Prisc. I, 18: *De carbunculis: Ficus siccae et vino coctae, et contritae imponuntur, ut ex altitudine evocare possint.* H.

Carcinomati. Totidem verbis haec Plin. Val. III, 32; et privatim de nasium carcinomate, Marc. Emp. c. x, p. 86. H.

Cinis non ex alia arbore acrior. Ita locum hunc restituimus admonitu cod. Reg. 2, et quos Pintianus vidit; quum sic vulgati prae se ferant: *Cinis ex alia arbore aciem purgat acrior*, etc. inculcata temere vocula *aciem*, quem commodum efficere sensum hoc loco nullum potest. Nam de cute purganda in hulcerum medicina, de conglutinanda, replendaque agitur. Dioscor. I, 186, ubi de cinere crematorum canliculorum ficus: Ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς τὰ καυστικά, καὶ γαγγραινούμενα· ἀναχαθαίρει γὰρ καὶ ἀναλίσκει τὰ περισσά. Et infra: Καθαίρει γὰρ, καὶ κολλᾷ, καὶ σαρκοῖ, καὶ συμφύει ἰσχυρῶς τοῖς ἐναίμοις. *Utilis est ad medicamenta caustica, et prodest auti gangraenae tentatae: haec expurgat et consumit, quae exarescunt,... Etenim purgat, conglutinat, carne replet, et oras committit.* H.

Ad discutiendum sanguinem. Dioscor. I, 186. Hard.

Cyathis singulis. Cum aquae cyatho ad singula ea mala, admixto exiguo olei, inquit Dioscor. loc. cit. Hard.

Tetanicis et spasticis. Dioscor. Καὶ τοῖς νευρικοῖς, καὶ σπάσμασι σύγχρισμα ἁρμόδιον σὺν ἐλαίῳ, ἰδρῶτας κινοῦσα. H. — *Item.* Gron. et al. *idem*, et sic quoque Brot. Ed. P.

fusus coeliacis, et dysentericis. Et si quis eo cum oleo perungatur, excalfacit. Idem cum cera et rosaceo subactus, ambustis cicatricem tenuissimam obducit. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu. Produnt etiam, si quis inclinata arbore, supino ore aliquem nodum eius morsu abstulerit, nullo vidente, atque cum aluta illigatum licio e collo suspenderit, strumas et parotidas discuti. Cortex tritus cum oleo, ventris hulcera sanat. Crudae grossi verrucas et thymos, nitro farinaque additis tollunt. Spodii vicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis. Bis tostus adiecto psimmythio digeritur in pastillos, ad hulcera oculorum et scabritiam.

LXIV. Caprificus etiamnum multo efficacior fico. Lactis minus habet: surculo quoque eius lac coagulatur in caseum. Exceptum id coactumque in duritiam, suavitatem carnibus affert. Fricatur diluto ex aceto. Miscetur exhulceratoriis medicamentis. Alvum solvit: vulvam cum amylo aperit. Pota menses ciet cum luteo ovi. Podagris cum farina Graeci feni illinitur. Lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat: item venenatorum ictus, et canis morsus. Dentium quoque dolori hic succus appositus in lana prodest,

Cum aluta. Aluta δερμάτιον, pellis mollior est, delicatius elegantiusque concinnata. Licium vero, filum appellatur seu stamen.

Crudae. Dioscorid. I, 185: Ὠμοὶ δὲ μυρμηκίας καὶ θύμους σὺν νίτρῳ καταπλασθέντες, καὶ ἀλεύρῳ αἴρουσι. *Crudae cum nitro et farina impositae, verrucas thymosque tollunt.* Θύμος verrucae nomen est, seu hulceris, Aegyptiae fabae magnitudine, quae thymi florem repraesentat. H.

LXIV. *Lac.* MSS. omnes, *lacte*, antiquo more in nominandi casu. Caprificum porro tum ad hunc effectum, tum ad caeteros perinde valere atque ficum auctor est Dioscor. I, 184. Fici ramus autem lac cogit, inquit Columell. VII, 8, p. 267. H.

Alvum solvit. Q. Serenus cap. XXIX, de ventre molliendo p. 144: *Silvestris fici lacrimam prodesse loquuntur.* H. — *Podagris.* Brot. ex Chiffl. *podagricis.* Ed. P.

aut in cava eorum additus. Cauliculi et folia, admixto ervo, contra marinorum venena prosunt: adiicitur et vinum. Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. Grossi illitae strumas, et omnem collectionem emolliunt, et discutiunt. Aliquatenus et folia. Quae mollissima sunt ex his, cum aceto hulcera manantia, et epinyctidas, et furfures sanant. Cum melle foliis ceria sanant, et canis morsus. Recentes, cum vino, phagedaenas. Cum papaveris foliis ossa extrahunt. Grossi caprifici inflationes discutiunt suffitu. Resistunt et sanguini taurino poto, et psimmythio, et lacti coagulato potae. Item in aqua decoctae atque illitae parotidas sanant. Cauliculi aut grossi eius quam minutissimae ad scorpionum ictus e vino bibuntur. Lac quoque instillatur plagae, et folia imponuntur: item adversus murem araneum. Cauli-

In cava. Gronov. et al. ante Hard. *in cavis.* Ed. P.

Cauliculi et folia. Dioscor. I, 185. Hard.

Adiicitur. Sic e Chifl. Hard. *adiciunt* Gr. et al. Ed. P.

Bubulas carnes. Quin etiam et arbori ficui suspensae carnes teneresciunt, teste Plutarcho Quaest. Symp. VI, 10, p. 696. H.

Grossi illitae strumas. Dioscor. I, 185: Οἱ δὲ ὀλυνθοι, ὑπὸ δέ τινων ἐρινοὶ καλούμενοι, ἐφθοὶ κατεπλασθέντες, πᾶσαν συστροφὴν, καὶ χοιράδας ἐκμαλάσσουσιν. *Grossi, quae a nonnullis erini vocantur, coctae et illitae collectionem omnem, strumasque emolliunt.* H. — *Omnem.* Gron. et al. *omnium.* Ed. P.

Aliquatenus et folia. Diosc. I, 185. Hard.

Quae mollissima sunt. Diosc. loco citato. Hard.

Cum melle. Hoc est, impositu foliorum cum melle. Ita MSS. Prius, *cum melle item et foliis.* Haec quoque Dios. loc. cit. Πιεῖν καὶ πρὸς τὰ κυνόδηκτα σὺν μέλιτι, καὶ πρὸς τὰ κηρία. H.

Cum papaveris foliis. Diosc. loc. cit. Ἀνάγουσι δὲ οἱ ὀλυνθοὶ καὶ ὀστᾶ σὺν μήκωνος ἀγρίας φύλλοις, etc. *Grossi ossa etiam extrahunt cum foliis papaveris erratici*, etc. H.

Inflationes. Gron. et al. *inflammationes.* Ed. P.

Resistunt, etc. Nicand. in Alexiph. pag. 151. Hard.

Parotidas. *Ad χοιράδας quae frequenter in collo vel sub mento, vel sub ascellis nasci novimus*, inquit Theod. I, 9, *de furunculis, utantur caprificis in aqua decoctis et contritis.* Est autem hoc parotidibus affine malum in primis. Hard.

Lac. Q. Serenus cap. CXXVII, pag. 135. Hard.

Adversus murem araneum. Dioscor. loc. cit. Hard.

culorum cinis uvam faucium sedat: arboris ipsius cinis ex melle rhagadia: radix defervefacta in vino, dentium dolores. Hiberna caprificus in aceto cocta et trita, impetigines tollit. Illinuntur ramenta rami sine cortice quam minutissima ad scobis modum. Caprifico quoque medicinae unius miraculum additur. Corticem eius impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipsam adalligatam ante solis ortum, prohibere strumas. Caprificus tauros quamlibet feroces, collo eorum circumdata, in tantum mirabili natura compescit, ut immobiles praestet.

LXV. Herba quoque, quam Graeci erineon vocant,

Cauliculorum) *Succo ipso, vel lacte caprifici in vochleari posito, uva optime sublevatur*, inquit Marc. Emp. c. XIV, pag. 100. H.

Dentium dolores. Plin. Val. I, 36, et Marcell. Empir. cap. XII, pag. 93. Hard.

Corticem eius impubescentem. Ita vulgati libri pariter, et manu exarati. Quid si *intumescentem* legas? Nam *impubescentem* illud, occasione vocis proxime subsequentis *puer impubis*, natum temere conflictumque ab amanuensibus videtur. Et sane Plin. Val. qui hunc locum expressit III, 29: *Caprifici corticem intumescentem*, inquit, *puer impubis si diffracto ramo tollat dentibus, et medulla ipsa alligetur ante solis ortum, prohibere strumas constat.* Intumesere porro corticem credimus in germinatione, quoniam tum praegnantium arborum rumpitur cortex, ut dictum est XVI, 51. Hard.

Caprificus tauros, etc. Isidorus, Origg. XVII, 7, ad ficum hanc dotem refert: *Tauros quoque ferocissimos*, inquit, *ad fici arborem colligatos repente manuescere dicunt.* Plut. item Symp. Quaest. II, 7, p. 641: Αγριος δὲ ταῦρος ἅτρεμεῖ καὶ πραΰνεται συκῆ προστιθείς. Hard.

LXV. *Graeci erineon vocant.* Dioscor. IV, 29, ἐρῖνος. Sed aliis aliter. Nicand. in Theriac. 47, adversus serpentes vim commendat: Κλώθοντος ἐν ἀμπέλοισιν ἐρίνου, *In madidis qui vallibus exit, erini.* Schol. in eum locum pag. 50: Τὸν δὲ ἐρῖνον, τὸν καὶ ἐρίνεον Διοκλῆς ἐν τῷ Ριζοτομικῷ φησιν εἶναι ὅμοιον ὠκίμῳ· βοηθεῖ δὲ πρὸς τὰ θηρία· φύεται δὲ πρὸς ποταμοὺς καὶ κρήνας, etc. Hausisse a scriptore graeco, quisquis ille est, Plinium ea, quae de erineo retulit, certum est. Aevi nostri herbarii plantam nullam agnoscunt, quae huic descriptioni congruat, inquit Anguillara, parte XIV, p. 255. Ruellius, III, pag. 592, eam esse putat, quam rura nostra lactariam vocant: herbarii, herbam laetis: ocimum alii aquatile. H. — Ερινος Diosc. IV, 29, eodem nomine est *Campanula Erinus* (*Pentand. monogyn.* gen. 428 Pers.

reddenda in hoc loco propter gentilitatem. Palmum alta est, cauliculis quinis fere, ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, parvum: tritum cum melle Attico, oculorum epiphoris medetur: utcumque autem decerpta manat lacte multo et dulci. Herba perquam utilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia resistunt venenis.

LXVI. Pruni folia decocta tonsillis, gingivis: uvae prosunt in vino, decocto eo subinde ore colluto. Ipsa pruna alvum molliunt, stomacho non utilissima, sed brevi momento.

LXVII. Vtiliora persica, succusque eorum, etiam-

Campanulae. Juss.), iudice Sprengelio, qui testimonium affert Caesalp. IX, 31; ἔρινος autem Nicand. Ther. 647, eidem est *Campanula Rapunculus*, suffragante Column. Phytob. pag. 83, t. 23. Ed. P.

Propter gentilitatem. Propter similitudinem nominis. H.

Tritum cum melle Attico, etc. Dioscor. IV, 29. H.

Manat lacte multo et dulci. Diosc. loc. cit. Hard.

Herba. Diosc. loco citato. H.

LXVI. *Pruni folia*. Marcell. Emp. cap. xv, pag. 106: *Pruni arboris folia ex vino decocta et gargarizata tonsillas molliunt*. Et cap. xi, pag. 88: *ad gingivas: Arboris pruni folia cum vino decoquuntur; eorum succus expressus intra os retentus, plurimum prodest*. Haec pariter Galenus prodidit de Fac. simpl. med. VII, p. 192. H.

Vvae prosunt. Marc. Emp. c. xiv, p. 99, et Plin. Val. I, 43. H.

Decocto eo subinde, etc. Gron. et al. ante Hard. *in vino decocta, et subinde*. Ed. P.

Ipsa pruna alvum molliunt. Plin. Val. II, 23; Galen. loc. cit. et experientia. Lepide Martialis, Epigr. XIII, 29, cui lemma praefigitur: pruna Damascena: *Pruna peregrinae carie rugosa senectae Sume, solent duri solvere ventris onus*. H.

Stomacho non utilissima, etc. Hanc lectionem, quae sane sincera est, Frobenius interpolavit, scribens, *stomacho vero utilissima*: reclamantibus licet editionibus vetustis, Parmensi, caeterisque; nec MSS. ullis codicibus secundis: nam omnes ii, quos videre licuit, Regg. et Colb. *non utilissima* prae se ferunt; itaque postulat loci sententia; qua nocere stomacho, sed ad breve tempus, pruna dicuntur. Sic paulo ante Plinius ipse de ficis: *nec stomacho utiles, sed ad breve tempus*. Atque eam ob rem Diosc. I, 174, pruna ait male habere stomachum, alvum mollire: Κοκκυμηλέα δένδρον ἐστὶ γνώριμον, οὗ ὁ καρπὸς ἐδώδιμος, κακοστόμαχος, κοιλίας μαλακτικός. H. — *Prunus domestica* (*Icosand. monog.* gen. 122 Pers. *Rosac.* Juss.), cuius plurimae in hortis coluntur varietates; de iis iam alias actum. Ed. P.

LXVII. *Vtiliora persica*. Diosc. I, 164: Τὰ δὲ περσικὰ μῆλα εὐστόμαχα.

num in vino aut in aceto expressus. Nec est alius eis pomis innocentior cibus. Nusquam minus odoris, succi plus, qui tamen sitim stimulet. Folia eius trita illita, haemorrhagiam sistunt. Nuclei persicorum cum oleo et aceto, capitis doloribus illinuntur.

LXVIII. Silvestrium quidem prunorum baccae, vel e radice cortex, in vino austero si decoquantur, ita ut triens ex hemina supersit, alvum et tormina sistunt. Satis est singulos cyathos decocti sumi.

LXIX. Et in iis, et sativis prunis est limus arborum, quem Graeci lichena appellant, rhagadiis et condylomatis mire utilis.

LXX. Mora in Ægypto et Cypro sui generis, ut

H. — *Amygdalus Persica* (*Icosandr. monog.* gen. 1220 Pers. *Rosac.* Juss.). Ed. P.

Haemorrhagiam sistunt. Αἱμορραγίαν. Ea vox sanguinis profluvium sonat, sive e naribus, sive ex alvo. Hard.

LXVIII *Silvestrium.* Ita fere Dioscor. I, 174. At Marc. Emp. paene ad verbum cap. XXVII, p. 194, et Plin. Val. II, 27. Hard.

LXIX. *Et in iis, et sativis prunis est limus*, etc. Muscus. Qui sunt animo in Plinium minus aequo, deceptum scriptoris graeci verbis, quae Dioscorides retulit I, 174, nec quid legerent intellexisse, arbitrantur: Τὸ δὲ κόμμι τῆς κοκκυμηλίας... σὺν ὄξει ἐπιχριόμενον, λιχῆνας τοὺς ἐπὶ παιδίων θεραπεύει. *Gummi prunorum ex aceto illitum lichenas infantium sanat.* Quo vero eiusmodi homines calumniandi libido, aut versus furor abripit, ut tam parum cohaerentia proferant? Gummi prunorum lichenes sanari graecus scriptor prodidit; et idoneum id argumentum putant, quo probent, lichenis nomen temere derivatum a Plinio in muscum limumve, qui prunis adhaeret. Quid vero vetat id si musco nomen inditum fuisse, ut musco alteri, qui petris adhaerescit, quo lichenes ipsi sanantur, hanc ipsam lichenis nomenclationem attributam fuisse, Dioscorides ipse asseverat IV, 53. An si quid Plinius affert in medium, quod Dioscoridi latuit, cadere debet in eum erroris alicuius iusta suspicio? In Indice huius loci: *De limo, sive lichene arborum*, plane legitur. H. — *Et in iis.* Nempe silvestribus prunis: is arborum limus, Graecis λιχὴν appellatus, forte est *Physcia prunastri* Decand. Flor. gallic. Sinops. ex *Lichenum* ordine: *Parmeliis* Achar. adscribitur. Ed. P.

LXX. *Mora.* Ficum Aegyptiam, sive sycomorum, Cypriamque intelligit, arbores moro similes. H. — De his et *Fico Sycomoro* iam nobis fusius actum est lib. XIII, cap. 14 sq. Ed. P.

diximus, largo succo abundant, summo cortice desquamato: altiore plaga siccantur, mirabili natura. Succus adversatur venenis serpentium, prodest dysentericis, discutit panos omnesque collectiones: vulnera conglutinat, capitis dolores sedat, item aurium: splenicis bibitur, atque illinitur; et contra perfrictiones. Celerrime teredinem sentit. Neque apud nos succo usus minor. Adversatur aconito et araneis, in vino potus. Alvum solvit: pituitas, taeniasque et similia ventris animalia extrahit. Hoc idem praestat et

Cortice desquamato. Defracto. Dioscor. I, 181: Ὀπίζεται δὲ τὸ δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἔαρος πρώτου, τοῦ φλοιοῦ ἐξεπιπολῆς λίθῳ θλωμένου· βαθύτερον γὰρ θλασθεὶς οὐδὲν ἀνίησι. *Liquorem fundit arbor primo vere, priusquam fructum proferat, lapidis ictu summo cortice desquamato: si enim frangatur altius, nihil quidquam emittit.* Hoc ipsum et de moro nostrate Plin. XVI, 72. H.

Adversatur venenis serpentium. Dioscor. loc. cit. Πίνεται δὲ καὶ συγχρίεται πρὸς ἑρπετῶν δήγματα. *Bibitur et illinitur contra serpentium ictus.* H.

Discutit panos. Galenus Meth. XIV, 7, in curatione tumoris ex crasso vaporosoque spiritu geniti, mirum in modum laudat emplastrum διὰ συκομόρου, cuius descriptio est apud Aeginetam. Dalec. — *Discutit.* Dioscor. loc. cit. Δύναμιν ἔχει ὁ ὀπὸς μαλακτικὴν, κολλητικὴν, διαφορητικὴν τῶν δυσπέπτων. Hard.

Capitis. Hunc succum, hanc lacrymam ad inducendum quoque somnum in phrenesi, prodesse Celsus prodidit III, 18. Hard.

Splenicis bibitur, atque illinitur. Dioscorid. l. c. illini ait contra induratos in scirrhum lienes: Σύγχρίεται πρὸς ἐσκιῤῥωμένους σπλῆνας. Hard. — Gron. et al. *bibitur. Illinitur et.* Ed. P.

Perfrictiones. Dioscor. iterum loc. cit. Στομάχου τε ἀλγήματα καὶ φρικίας. Hard.

Celerrime teredinem. Dioscor. loc. cit. Hard.

Neque, etc. Neque succo mororum, quae nascuntur apud nos, minor usus. Est autem hic succus, lacryma, quae cortice desquamato manat. Mororum dotes in medicinae usu, cecinit haud ineleganti carmine Passeratius, Kalend. Ian. 1689. Hard.

Et araneis. Dioscor. I, 180. phalangiis, quod genus araneorum est, succum foliorum mederi scribit: Ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλλων φαλαγγιοδήκτοις ἀρήγει, ποθεὶς κυάθου πλῆθος. Aconito, radicis decoctum τοῖς ἀκόνιτον πεπωκόσιν, etc. Hard.

Alvum solvit. Marcell. Emp. c. XIII, p. 212: *Aquam ex alvo solum deducit mori lacryma, vel radix incocta potui data.* Hard. — *Pituitas taeniasque,* etc. Gronov. et libb. ante Hard. vulgg. *pituitasque ac tineas,* etc. Ed. P.

Cortex tritus. Diosc. loc. cit. radicis cortex decoctus in aqua et potus latas ventris tineas expellit: Ὁ δὲ τῆς ῥίζης φλοιὸς συνεψηθεὶς ὕδατι καὶ πο-

cortex tritus. Folia tingunt capillum cum fici nigrae et vitis corticibus simul coctis in aqua caelesti. Pomi ipsius succus alvum solvit protinus. Ipsa poma ad praesens stomacho utilia, refrigerant, sitim faciunt. Si non superveniat alius cibus, intumescunt. Ex immaturis succus sistit alvum: veluti animalis alicuius, in hac arbore observandis miraculis, quae in natura eius diximus.

LXXI. Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo: Sextarii tres succi e pomo, leni vapore ad crassitudinem mellis redigunt. Post additur omphacii aridi pondus x duorum, aut myrrhae x unius, croci x unius. Haec simul trita

θεὶς... πλατέα τὴν πρόνθα ἐκτινάσσει. Hard.

Folia tingunt capillum. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Pomi. Maturi videlicet. Plin. Valer. II, 23, et Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 210. Hard.

Ipsa poma ad praesens stomacho utilia. Ad breve tempus, quo fere esitantur. — Sincerius fortan videatur, *inutilia.* Nam et Dioscorid. I, 180, κακοσόμαχα mora vocat: et vox ea *ad praesens* eamdem sententiam praese fert, atque haec de prunis ficisque oratio, superioribus capitibus: *Nec stomacho utiles fiet, sed ad breve tempus. Ipsa prima stomacho non utilissima, sed brevi momento.* Hard.

Si non superveniat alius cibus. Contraria Catii doctrina apud Horatium, Sat. II, IV, 21: *ille salubres Aestates peragat, qui nigris praundia moris Fiet, ante gravem quae legerit arbore solem.* Hard.

Ex immaturis. Galen. l. c. et Plin. Val. II, 27. Hard.

Veluti animalis alicuius. Mira etenim fici, ceu animalis alicuius, sapientia. Ad illud respicit, quod superius animadvertit, XVI, 41: *Morus, novissima arborum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed quum coepit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, etiam cum strepitu.* Hard.

LXXI. *Panchrestos.* Παγχρηστος, *prorsus utilis compositio.* Nam δύναμις subintelligitur. De stomatice diximus cap. 58. De arteriace, XX, 79. Similem arteriacem succi e moris expressi, aliorumque medicamentorum, ex Ptolemaeo Evergete, refert Marc. Emp. c. XIV, pag. 102 quam is ad uvam commendat. Alias quinque huic Plinianae similiores, Plin. Val. I, 51. Vide et Dioscor. I, 182. Hard.

Leni vapore. Modico nempe calore. Hard.

Pondus X duorum. Hoc est, denariorum duorum. Hard.

Ut supra. Nempe, leni vapore, ut dictum est proxime. Hard.

miscentur decocto. Neque est aliud oris, arteriae, uvae, stomachi, iucundius remedium. Fit et alio modo: succi sextarii duo, mellis Attici sextarius, decoquuntur, ut supra diximus. Mira sunt praeterea quae produntur. Mori germinatione, priusquam folia exeant, sinistra decerpi iubentur futura poma: ricinos Graeci vocant. Hi terram si non attigere, sanguinem sistunt adalligati, sive ex vulnere fluat, sive ore, sive naribus, sive haemorrhoidis: ad hoc servantur repositi. Idem praestare et ramus dicitur luna plena defractus, incipiens fructum habere, si terram non attigerit, privatim mulieribus adalligatus lacerto, contra abundantiam mensium. Hoc et quocumque tempore ab ipsis decerptum, ita ut terram non attingat, adalligatumque existimant praestare. Folia mori trita, aut arida decocta, serpentium ictibus imponuntur: ad idemque potu proficitur. Scorpionibus adversatur e radice corticis succus, ex vino aut posca potus. Reddenda est et antiquorum compositio. Succum expressum pomi maturi immaturique mixtum, coquebant in vase aereo ad mellis crassitudinem. Aliqui myrrha adiecta et cupresso praeduratum ad solem torrebant, permiscentes spatha ter die. Haec erat stomatice, qua et vulnera ad cicatricem perducebant. Alia ratio: succum siccato exprimebant pomo, multum sapori obsoniorum conferente. In medicina vero contra

Priusquam folia. Gron. et al. *priusquam in folia.* Ed. P.

Futura poma. Erumpentia primum mora. Hard.

Ricinos. Ita etiam MSS. Herm. Barbarus *cylinos* reponebat. Hard.

Cupresso. Sive cupressi pilulis, sive succo. Hard.

Ad solem torrebant. Sic Pintianus ex vetusto codice. Alioqui libri, *ad sole torrebant.* Hard.

Spatha. Σπάθη, rudis sive rudicula est, eademque spathula dicta Celso ac Columellae: instrumentum quo aliquid movetur et agitatur a chirurgis et pharmacopolis; *unc spatule.* H.

Alia. Dioscor. I, 180. Hard.

nomas, et pectoris pituitas, et ubicumque opus esset, adstringi viscera. Dentes quoque colluebant eo. Tertium genus: succi foliis et radice decoctis ad ambusta ex oleo illinenda. Imponuntur et per se folia. Radix per messes incisa succum dat aptissimum dentium dolori, collectionibusque, et suppurationibus. Alvum purgat. Folia mori in urina madefacta, pilum coriis detrahunt.

LXXII. Cerasa alvum molliunt, stomacho inutilia; eadem siccata alvum sistunt, urinam cient. Invenio apud auctores, si quis matutino roscida cum suis nucleis devoret, in tantum levari alvum, ut pedes morbo liberentur.

LXXIII. Mespila, exceptis setaniis, quae malo propiorem vim habent, reliqua adstringunt stomachum,

Dentes quoque colluebant eo. Foliorum et corticis decocto dentes utilissime collui docet Dioscorid. loc. cit. Hard.

Tertium genus. Scilicet compositionis. Affert illud Plin. Val. III, 36. Folia trita cum oleo ambustis mederi Dioscor. ait loc. cit. Hard.

Radix per messes incisa succum dat aptissimum dentium dolori, etc. Haec totidem verbis Dioscor. loc. citat. et Marcell. Emp. XII, 95. Hard.

Pilum coriis. Quae a coriariis aptantur, concinnenturque in officinis. H.

LXXII. *Cerasa alvum*, etc. Ad verbum Plin. Val. IV, 50. Diosc. I, 157: Κεράσια καὶ αὐτὰ μὲν χλωρὰ λαμβανόμενα, εὐκοίλια τυγχάνει. Ξηρὰ δὲ ἴσχει κοιλίαν. Item Gelen. de Fac. simpl. Med. VII, p. 189. humida cerasa ventrem subducere, sistere siccata scribit. Hard. — Κεράσια fructus *Pruni Cerasi* (*Icosand. monog. gen.* 1221 Pers. *Rosac.* Juss.), quam graeci auctores κέρασον appellant. Ed. P.

Invenio. Plin. Veler. loco citato *A non paucis auctoribus traditur, si mane recentia cum suis nucleis devoruta sint, alvum tam copiose fluere, ut ex eadem causa pedes morbo implicati liberentur.* Hard.

LXXIII. *Mespila exc. setaniis.* Μέσπιλος ἀνθηδὼν Theophr. Hist. III, 12, est *Pirus torminalis* Willd. (*Icosand. dig.* gen. 1227. Pers. sub *Sorbo Rosac.* Juss.) iudice Sprengelio: μέσπιλος vero σητάνειος Theophr. dictus ibid. ὃν ἔνιοι ἐπιμηλίδα καλοῦσιν, οἱ δὲ σητάνιον, Diosc. I, 170, est *Mespilus Cotoneaster* (*Icosand. pentag.* gen. 1229. Pers.); sorba autem, de quibus mox Noster, εὖα Dioscor. I, 173. sunt fructus *Sorbi domesticae*, sive οἴης Theophr. Hist. III, 12. Ed. P.

Quae malo propiorem vim habent. Et formam quoque malo propiorem: δένδρον γάρ ἐστι μήλῳ ἐμφερὲς καὶ τοῖς φύλλοις, inquit Dioscor. I, 170; et vim parem; nam mala matura

sistuntque alvum. Item sorba sicca: nam recentia stomacho et alvo citae prosunt.

LXXIV. (VIII.) Nuces pineae, quae resinam habent, contusae leviter, additis in singulas sextariis aquae ad dimidium decoctae, sanguinis exscreationi medentur, ita ut cyathi bini bibantur ex eo. Corticis e pinu in vino decoctum contra tormina datur. Nuclei nucis pineae sitim sedant, et acrimoniam stomachi rosionesque et contrarios humores consistentes ibi: et infirmitatem virium roborant, renibus et vesicae utiles. Fauces videntur exasperare,

vim adstringendi non habent, ipso teste, I, 159. Habent autem reliqua mespila, ut idem tradit, I, 169: Στύφει δὲ βιβρωσκόμενον... καὶ κοιλίας ἐστηνωτικόν. Sic etiam Plin. Valer. lib. IV, cap. 45: Et Schola Salernitana: *Multiplicant mictum, ventrem dant mespila strictum.* Hard.

Item sorba sicca. Subintellige, sistunt alvum. Mart. XIII, 26: *Sorba sunus molles nimium durantia ventres.* Et Dioscor. I, 173, de sorbis: Ξηραινόμενα ἐν ἡλίῳ, ἐχλιτικά γίνεται κοιλίας ἱστάμενα. H.

LXXIV. *Nuces pineae*, etc. Hoc remedium Marc. Emp. ita digessit, cap. XVI, p. 117: *Nuces pineae*, inquit, *inanes contusae in ollam mittuntur: et quot fuerint nuces, tot hyoseyami unciae, et aquae sextarii adiecuntur: haec ad medias decoquuntur: atque inde ad tussis remedium, etiam phthisico bibenda ieiuno quotidie potio*, etc. Huc spectat inscriptio vetus apud Gruter, pag. 41: αἷμα ἀναφέρουσι λουλάκιον ἀφηλιασμένον ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τριβόμου ἄρας κόκκους τροβίλλου καὶ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ εὐθὺς καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ ἀνχαρίστησεν ἐμπροσθεν τοῦ δήμου. *Sanguinem vomenti Iuliano, desperato ab omnibus hominibus, ex oraculo respondit deus, veniret, et ex ara (vel e templo, ubi tres arae sunt) nuces pineas acciperet, et ex melle comederet per triduum. Et convaluit, et veniens publice gratias egit, praesente populo.* Addit marmorea tabula, sed falso, id Antonino Pio principe contigisse. H.

In singulas, Gron. et al. ante Hard. *in singulis.* Ed. P.

Corticis e pinu in vino, etc. Plin. Valer. II, 28: *Pini arboris corticem*, etc. Hard.

Nuclei. Plin. Val. ad verbum; IV, 56. Dioscorid. pariter I, 88: Παρηγοροῦσι δὲ καὶ ῥαφάχων δηγμούς, etc. Hard.

Contrarios humores: Dioscor. loc. cit. τὰς τῶν ὑγρῶν διαφθορὰς. H.

Et infirmitatem, Dioscor. loc. cit. Ἐξεγείρουσι τὰ ἀτονίαν σώματος. Et paulo antea: Ἀμβλυντικοὶ τῶν περὶ κύστιν καὶ νέφρους ὀριμυτήτων. *Humorum acrimoniam hebetant, qui vesicam et renes infestant.* H.

Renibus. Scribo Larg. Comp. CXLIII: *Ad renium tumorem et exhulcerationem, etiamsi sanguinolentam urinam faciant, rosae uridae foliorum papa-*

et tussim. Bilem pellunt poti ex aqua, aut vino, aut passo, aut balanorum decocto. Miscetur his contra vehementiores stomachi rosiones cucumeris semen et suceus porcilacae. Item ad vesicae hulcera et renes, quoniam et urinam cient.

LXXV. Amygdalae amarae radicum decoctum cutem in facie corrigit, coloremque hilariorem facit. Nuces ipsae somnum faciunt, et aviditatem. Vrinam et menses cient. Capitis dolori illinuntur, maximeque in febri: si ab ebrietate, ex aceto et rosaceo, et aquae sextario. Et sanguinem sistunt, cum amylo et menta. Lethargicis, et comitialibus prosunt. Ca-

veris nigri seminis, nucleorum pinearum paria pondera, conduntur seorsum, etc. Hard.

Et tussim. Tamen ad tussim vetustam et phthisin conducere plurimum auctor est Dioscor. loc. cit. Ἀρμόζουσι παλαιαῖς βησὶ καὶ φθίσεσι. H.

Aut balanorum decocto. Hoc est, palmularum, quas vulgo dactylos vocamus et balanos. Vide XIII, 9. H.

Miscetur his contra vehementiores stomachi rosiones cucumeris semen et succus, etc. Dioscor. I, 98: Παρηγοροῦσι δὲ καὶ στομάχων δηγμοὺς, μετ' ἀνδράχνης χυλοῦ λαμβανόμενοι, et Marcellus Empiricus, cap. xxx, pag. 214: *Cucumeris quo vescimur, seminis cyathus tritus*, etc. H.

Porcilacae. Gronov. et al. *portulacae. Est Portulaca oleracea (Dodecand. monog. gen. 1177. Pers. Portulac. Juss.).* Ed. P.

Item ad vesicae hulcera. Dioscor. loc. cit. Στρόβιλοι καὶ καθαροὶ ἑψόμενοι, ἢ μετὰ γλυκέως καὶ σικύου σπέρματος πινόμενοι οὐρητικοί, ἀμβλυνετικοὶ τῶν περὶ κύστιν καὶ νεφροὺς δριμυτήτων. *Nuclei pinei, si repurgati edantur, aut cum passo et cucumeris semine bibantur, urinas cient, et humorum acrimoniam hebetant, qui vesicam et renes infestant.* Sic et Cels. IV, 10. H.

LXXV. *Amygdalae amarae.* Diosc. I, 176, et Plutarch. Symp. Quaest. I, 6, p. 624. H. — *Amygdalus communis (Icosand. monog. gen. 1220 Pers. Rosac. Juss.), var. γ, amara.* Ed. P.

Nuces ipsae somnum faciunt. Diosc. loco citato. H.

Vrinam et menses cient. Diosc. loc. cit. Hard.

Si ab ebrietate. Si ex ebrietate capitis dolor obortus est. H.

Et sanguinem sistunt, etc. Praepostera interpunctione in libris ad hunc diem vulgatis laborabat hic locus, eo modo: *et sanguinem sistunt. Cum amylo et menta lethargicis*, etc. Retexit errorem Dioscor. primum I, 176: Καὶ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν, μετὰ ἀμύλου καὶ ἡδυόσμου λαμβανόμενα. *Prosunt et ad sanguinis reiectionem, si cum amylo et menta sumantur.* Tum vero etiam ii qui e Plinianis sententiis suum opus consarcinarunt: Marc.

pite peruncto epinyctidas sanant: e vino vetere hulcera putrescentia: canum morsus cum melle: et furfures ex facie, ante fotu praeparata: item iocineris et renum dolores ex aqua potae: et saepe ex ecligmate cum resina terebinthina. Calculosis et difficili urinae in passo: et ad purgandam cutem in aqua mulsa tritae, sunt efficaces. Prosunt ecligmate iocineri, tussi, et colo, cum elelisphaco modice addito. In melle sumitur nucis avellanae magnitudo. Aiunt, quinis fere praesumptis ebrietatem non sen-

Emp. cap. XVI, pag. 120: *Nuclei amygdalarum*, inquit, *triticum, amylon, et menta, trita, in qualibet potione utiliter ab haemoptoicis vel empyicis hauriuntur.* Et Plin. Val. I, 64, cui titulus est: *Sanguinem reiciientium curatio*: *Nuclei*, inquit, *amygdalarum cum amylo et mentastro devorantur.* Hard.

Epinyctidas sanant: e vino vetere hulcera, etc. Dioscorid. loco citato epinyctidas e vino: putrescentia hulcera ex melle sanari iubet. H.

Canum morsus. Plin. Valer. III, 61, et Dioscorid. loco citato. Item Habdarrhamanus Aegyptius de amygdalis, c. 2. Hard.

Item iocineris et renum. Diosc. I, 176: Καὶ ἡπατικοῖς, etc. Q. Seren. cap. XXVI, *De lumbis et renibus sanandis*, p. 142: *Fertur amygdalinae succus nucis esse bibendus: Pinsitur, ac tepidis sorbebitur addita lymphis.* Hard.

Ecligmate, etc. Diosc. loco citato ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ.

Calculosis: Dioscor. loc. citato Δυσουριῶσι δὲ καὶ λιθιῶσι σὺν γλυκεῖ βοηθεῖ. Hard.

Prosunt ... cum elelisphaco. Diosc. loc. cit. Καὶ ἡπατικοῖς, καὶ βηξί, καὶ πόλου ἐμπνευματώσεσι σὺν μέλιτι καὶ γάλακτι ἐκλειχόμενα, καρύου Ποντικοῦ τὸ μέγεθος. *Item ecligmate cum melle et lacte, iocineri, tussi et coli inflationibus nucis avellanae magnitudine.* Elelisphacum is neglexit: ut et Galen. de Fac. simpl. med. VI, pag. 155. Hard. — Ἐλελίσφακος Theophrast. Histt. VI, 2, est *Salvia triloba* (*Diand. monog.* gen. 64 Pers. *Labiat.* Juss.); et apud Hippocrat. saepius occurrit ἐλελίσφακος, quo nomine, ut iam monuimus, tres species *Salviae* nempe *triloba*, vel *cretica*, vel *officinalis*, aeque intelligi possunt. Ed. P.

Aiunt ... ebrietatem non sentire potores Diosc. loc. cit. ἐ ἢ ζ', *quinis, senisve.* Hunc morem quum diligenter servaret Drusus, Tiberii Caesaris F. palmam bibendi praeripiebat caeteris, ut auctor est Plut. Symp. Quaest. I, 6, p. 624. et ex Athen. II, pag. 52. Tradit hoc et Simeon Sethi de amygdalis, et Plin. Val. IV, 54. Causam afferunt huius aevi scriptores, qui miscellanea medico-physica sive Germanicas Ephemeridas super ediderunt in lucem anno scilicet octavo, p. 85: *quod amygdalae constringentes superius ventriculi orificium, vaporibus temulentiam allaturis viam praecludant*, etc. Hard.

tire potores; vulpesque, si ederint eas, nec contingat e vicino aquam lambere, mori. Minus valent in remediis dulces, et hae tamen purgant, et urinam cient. Recentes stomachum implent.

LXXVI. Nucibus graecis cum absinthii semine ex aceto sumptis, morbus regius sanari dicitur: item illitis per se vitia sedis, et privatim condylomata. Item tussis et sanguinis reiectio.

LXXVII. Nuces iuglandes Graeci a capitis gravedine appellavere. Etenim arborum ipsarum foliorumque vires, in cerebrum penetrant: hoc minore tormento, et in cibis, nuclei faciunt. Sunt autem recentes iucundiores, siccae unguinosiores, et stoma-

Vulpesque. Dioscor. et Plin. Val. II. cc. Plut. Symp. Quaest. I, 6, p. 624. Nec vulpes solum, sed et feles; et sciuros, esu earum necari referunt auctores proxime appellati: gallinis pariter exitiosum hunc cibum esse, plurimis experimentis comprobant. Hard.

Minus valent, etc. Dios. loc. citat. Ἡ δὲ γλυκεῖα καὶ εὐώδιμος ἀμυγδαλὴ, κατὰ πολὺ ἥσσων ἐστὶν ὡς πρὸς ἐνέργειαν τῆς πικρᾶς. Καὶ αὐτὴ δὲ λεπτυντική, οὐρητική. Hard.

Recentes stomachum implent. Etsi his verbis constat sententia, nihilominus an *stomachum deplent* legi sit satius, considerandum amplius videtur. Nam Diosc. I, 176. amygdalas ait, quae virides cum suo putamine deglutiuntur, humida stomachi vitia emendare: Βρωθέντα δὲ σὺν τῷ λέπει τὰ ἀμύγδαλα χλωρὰ, στόμαχον πλάδον καθίστησι. Hard.

LXXVI. *Nucibus.* Plin. Val. II, 59: *Nuces graecae cum absinthii semine terantur: deinde pilulae ex aceto edantur.* Ita et Cels. III, 24. Hard.

Tussis et sanguinis reiectio. Subintellig. *sanari dicitur* ex superioribus. Prius legebatur: *tussi et sanguinis reiectioni prodest.* Ed. P.

LXXVII. *Nuces iuglandes Graeci a capitis gravedine appellavere.* Graecis nempe κάρυα sunt nuces; κάρος, gravedo, sopor. De *Iuglande regia* nostrate variisque nucum generibus, quae Noster supra recenset, vide quae dicta sunt lib. XV, cap. 24. Ed. P.

Foliorumque vires. Alii *virus... penetrat* legi maluni, cum Reg. Cod. 2, et Ch. Hard.

Hoc minore tormento. Perspicua admodum, planaque sententia, quam librorum ad hunc diem editorum lectio impeditam reddebat, quum sic scriberetur: *hacque minore monumento, sed in cibis*: Emendation. Reg. c. 2. debemus. Hard.

Sunt autem recentes. Diosc. I, 178: Τὰ δὲ χλωρὰ, ἥττον κακοστόμαχα, γλυκύτερα ὄντα. Et paulo ante: Δύσπεπτα, κακοστόμαχα, χολοποιὰ, κεφαλαλγῆ, βήσσουσιν ἐναντία. H.

Siccae unguinosiores. Ita Reg. 1

cho inutiles, difficiles concoctu, dolorem capitis inferentes, tussientibus inimicae, et vomituris ieiunis: aptae in tenesmo solo; trahunt enim pituitam. Eaedem praesumptae venena hebetant: item anginam cum ruta et oleo. Item adversantur caepis, leniuntque earum saporem. Aurium inflammationi imponuntur cum mellis exiguo: item cum ruta mammis, et luxatis: cum caepa autem et sale, et melle, canis hominisque morsui. Putamine nucis iuglandis, dens cavus inuritur. Putamen combustum tritumque in oleo aut vino, infantium capite peruncto, nutrit

cod. At Reg. 2, et Pintiani cod. *vinosiores* tantum. Quid sit unguinosum diximus XIII, 2. H.

Difficiles concoctu. Idcirco fortassis schola Salernitana, *Unica nux prodest, noscet altera, tertia mors est.* H. — Plérique intelligunt per *unicam* quidem, paucas nuces quae citra denarium numero consisterent; per *alteram*, quae paulo largiore copia sumerentur; per *tertiam* vero, quae immoderate prorsus ingererentur. Cf. Geoff. Mat. med. III, 629, ubi aliam versiculi interpretationem, si lubebit, inveneris. Ed. P.

Tussientibus. Tussiculosis, tussi obnoxiis; quoniam impleto vaporoso halitu capite fluxionem conciant. D.

Vomituris. Laxatum enim ac emollitum oleosu suo unguine ventriculi os, ad vomitionem imbecillum reddunt. Dal. — *Ieiunis.* E diverso Diosc. I, 178, utiles ait in cibo ieiunis ad vomitiones concitandas: Χρήσιμα δὲ βιβρωσκόμενα πρὸς ἐμέτους νήστει. Hard.

Aptae in tenesmo solo. Conveniunt in tenesmo, non quia trahunt pituitam, sed quia flatus crassos recti, intestini extremam oram distendentes, discutiunt, et viscidam pituitam inhaerentem proinde abstergunt. Dal.

Eaedem praesumptae venena hebetant. Q. Serenus, c. LXII, de venenis prohibendis, p. 162: *Ante cibos igitur iuglandis fetus edatur.* Diosc. loc. cit. Καὶ θανασίμων φαρμάκων ἐστὶν ἀντιφάρμακα, προβρωθέντα, καὶ ἐπιβρωθέντα σὺν ἰσχάσι καὶ πηγάνῳ. *Venena hebetant, et praesumptae, et post venena hausta comestae cum ficubus et ruta.* H.

Item anginam cum ruta. Huc pertinet quod Marc. Emp. habet, cap. XV, p. 106: *Nucis iuglandis nuclei triti, cum ruta et oleo impositi, faucibus prosunt.* Hard.

Adversantur caepis. Diosc. *alliis* dixit, τοῖς σκορόδοις. Hard.

Item cum ruta mammis. Dioscor. I, 178. Hard. — *Item cum.* Brot. ex MSS. Regg. et edit. princip. *et cum* legit. Ed. P.

Cum caepa. Ad verbum haec Plin. Val. III, 51, et Diosc. lib. I, cap. 178. Hard.

Putamen combustum. Marc. Emp. lib. VI, cap. 45, et Diosc. loc. cit. Hard.

capillum: et ad alopecias eo sic utuntur. Quo plures nuces qui ederit, hoc facilius tineas pellit. Quae perveteres sunt nuces, gangraenis et carbunculis medentur: item suggillatis. Cortex iuglandium, lichenum vitio, et dysentericis. Folia trita cum aceto, aurium dolori. In sanctuariis Mithridatis maximi regis devicti, Cn. Pompeius invenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti, e duabus nucibus siccis, item ficis totidem, et rutae foliis viginti simul tritis, addito salis grano: et qui hoc ieiunus sumat, nullum venenum nociturum illo die. Contra rabiosi quoque canis morsum, nuclei a ieiuno homine commanducati illitique praesenti remedio esse dicuntur.

Ad alopecias. Diosc. et Marc. ll. cc. Hard.

Quo plures. Diosc. loc. cit. Πλείονα δὲ βρωθέντα, πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκτινάσσει. Hard.

Quae perveteres. Plin. Valer. III, 22, vulneribus sic mederi ait. Hulceribus, Marc. Emp. cap. IV, p. 42, commanducatas, impositasque. Theodor. Prisc. I, 18: *De carbunculis: Nuces vetustae contritae imponuntur: haec adhibita bene novimus operata.* Ad gangraenas et carbunculos nucum vetustarum nucleos commanducari pariter iubet Diosc. et imponi. Hard.

Item sugillatis. Ad sugillata et liventia emendanda, nuces recentes imponit Diosc. loc. cit. H.

Cortex. Culiolum hunc, et *gulliolam* Latini propria appellatione nuncupavere. Festus: » *Culiola*, cortices nucum viridium, dicta a similitudine culeorum, quibus vinum, sive oleum continetur. » Iterum: » *Guliolae*, nucum iuglandium summa et viridia putamina. » H. — Nucum iuglandium cortices, vi quadam adstrictoria praeditos, etiamnunc in usu esse testatur Geoff. Mat. m. t. III, p. 626. Ed. P.

Dysentericis: Gron. et al. addita una vocula, *dys. prodest.* Ed. P.

Folia. Marc. Emp. c. IX, pag. 80: *Nucis iuglandis foliorum succus tepidus instillatus, dolenti auriculae mire proderit.* Hard.

In sanctuariis. Haec Plin. Val. III, 53, plane totidem verbis. H.

Compositionem. Mithridatis antidoti plures formulae, eaeque diversae ap. Galenum leguntur de Antid. II, 1 sq. et 9, a quibus etiam discrepant eae, quae apud Cels. exstant V, 23 extremo, et ap. Scribon. Larg. Comp. CLXX. Plinio vero in descriptione concinit Q. Ser. Samon. c. II, de venenis prohibendis, p. 162: *Antidotos vero multis Mithridatica fertur Consociata modis: sed Magnus scrinia regis Quum caperet victor, vilem deprehendit in illis Synthesin, et vulgata satis medicamina risit. Bis denas rutae frondes, salis et breve granum,*

LXXVIII. Nuces avellanae capitis dolorem faciunt, inflationem stomachi: et pinguitudini corporis conferunt, plusquam sit verisimile. Tostae et destillationi medentur. Tussi quoque veteri tritae, et in aqua mulsa potae. Quidam adiiciunt grana piperis, alii e passo bibunt. Pistacia eosdem usus et effectus habent, quos pinei nuclei, praeterque ad serpentium ictus, sive edantur, sive bibantur. Castaneae vehementer sistunt stomachi et ventris fluxiones, alvum cient, sanguinem exscreantibus prosunt, carnes alunt.

LXXIX. Siliquae recentes, stomacho inutiles, alvum solvunt. Eaedem siccatae sistunt, stomachoque

Iuglandesque duas; totidem cum corpore ficus. Haec oriente die parco conspersa Lyaeo Sumebat, metuens dederat quae pocula matri. At non vilem modo, ut apparet, sed et plane fallacem esse hanc compositionem scribit Ioh. Rhodius in Nott. ad Scrib. Larg. observasse se, quum Patavinam urbem lues vastaret. Hard.

LXXVIII. *Nuces avellanae.* Ad verbum haec referi et Plin. Val. IV, 52. Nuces omnes, praeter pineas inflare, testis etiam Celsus est, II, 26. Hard. — *Corylus Avellana* (*Monoec. polyand.* gen. 2102 Pers. *Amentac.* Juss.); de qua cf. lib. XV, c. 24. Ed. P.

Pinguitudini. Gronov. et al. ante Hard. *pinguedini.* Ed. P.

Destillationi medentur. Dioscor. I, 179: Φρυκτὰ δὲ ἐσθιόμενα σὺν πιπέρει ὀλίγῳ, κατάρρουν παπαίνει. *Tostae vero, si cum piperis exiguo comedantur, destillationem concoquunt.* Plin. quoque Val. loc. cit. ad verbum. H.

Tussi quoque. Plin. Val. et Diosc. ll. cc. Hard.

Quidam adiiciunt. Plin. Val. et Diosc. ll. cc. Hard.

Pistacia. Diosc. I, 177; haec totidem verbis, ut et Plin. Val. IV, 53. H. — *Pistacia vera.* (*Diaec. pentand.* gen. 2212 Pers. *Terebinthac.* Juss.); hab. in Arabia, Syria, Persia, etc. Ed. P.

Castaneae. Vim illis adstringentem Diosc. attribuit I, 145: Στύφουσαι καὶ αὗται. Hard. — *Fagus Castanea* Linn. (*Monoec. Polyand.* gen. 2104 Pers. sub *Castanea. Amentac.* Juss.), de qua iam dictum l. XV, c. 25. Ed. P.

Alvum cient. Nempe si largius esitentur. Hard.

Sanguinem. Reiectionem sanguinis, inquit Marc. Emp. c. XVI, p. 121, *reprimunt castaneae, si coctae quam plurimae manducentur.* Hard.

Carnes alunt. Fortissimum quidem cibum corpori praestant, inquit Plinius Valer. IV, 54, *sed qui difficile concoquatur.* Hard.

LXXIX. *Siliquae recentes.* Haec Plin. Val. ad verbum, IV, 49, et Diosc. I, 158. Hard. — *Ceratonia siliqua*, vulgo *cacoubier*, vel *carougier*. Conf. lib. XV, c. 26. Ed. P.

Eaedem siccatae sistunt. Diosc. et Plin. Val. ll. cc. Hard.

utiliores fiunt. Vrinam cient. Syriacas in dolore stomachi ternas in aquae sextariis decoquunt quidam ad dimidium, eumque succum bibunt. Sudor virgae corni arboris lamina ferrea candente exceptus, non contingente ligno, illitaque inde ferrugo incipientes lichenas sanat. Arbutus sive unedo, fructum fert difficilem concoctioni, et stomacho inutilem.

LXXX. Laurus excalfactoriam naturam habet, et foliis, et cortice, et baccis: itaque decoctum ex his, maxime e foliis, prodesse vulvis et vesicis convenit. Illita vero vesparum, crabronumque, et apium, item serpentium venenis resistunt, maxime sepis, dipsadis, et viperae. Prosunt et mensibus feminarum cum oleo cocta. Cum polenta autem, quae tenera sunt trita, ad

Vrinam cient. Diosc. et Plin. Val. ll. cc. Hard.

Syriacas. Haec quoque Plin. Val. loc. cit. Hard. — De his vid. quae dicta sunt lib. XIII, c. 46. Ed. P.

Sudor. Brevius Diosc. I, 172, de corno arbore, περὶ κρανίας: *Sanies*, inquit, *sive sudor, quem virenta ligna, dum uruntur, exsudant, lichenibus convenienter illinitur.* Ο δὲ τῶν χλωρῶν ξύλων ἰχὼρ καιομένων, ἁρμόζει πρὸς λειχῆνας καταχριόμενος. Hard. — *Cornus mascula* (*Tetrand. monogyn.* gen. 296 Pers. *Caprifoliac.* Juss.); hab. in sepibus Europae. Ed. P.

Illitaque inde ferrugo. Ferri nempe rubigo. Hard.

Arbutus. Diosc. I, 175, ait esse κακοστόμαχον καὶ κεφαλαλγῆ. Galenus quoque de Fac. simpl. med. VII, p. 193. Hard. — Servat duplex nomen: *Arbutus Vnedo*, de qua iam nobis dictum est lib. XV, cap. 27. Ed. P.

LXXX. *Laurus.* Dioscor. totidem verbis, I, 106, et Galen. de Faculi. simpl. med. VI, 169. H. — De *Lauro nobili*, et eius varietatibus, conf. lib. XV, c. 39. Ed. P.

Itaque. Diosc. l. c. Hard.

Illita. Diosc. loc. cit. ὠφελεῖ δὲ λεῖα καταπλασθέντα σφηκῶν καὶ μελιττῶν πληγάς. Theod. Prisc. I, 22: *Apum percussus, lauri folia molliora trita cum vino, potui data, saepe curaverunt.* Hard.

Dipsadis. Πρηστῆρα, καύσωνα, μελανοῦρον, ἀμμοδύτην, κεντρίδα, sive κεντρίνην etiam vocant Libyae alumnam, minorem vipera, sed perniciosiorem, corpore, ut ait Sostratus, albicante, cauda nigris lineis duabus distincta. Rhodig. lib. XXV, cap. ult. Dal. — *Dipsapis.* Lucan. lib. IX, v. 718, *torrida dipsas* dicta est, ob ureus venenum. Meminit eius Sloaw. *Voyag.* tom. I, pag. 235. Ed. P.

Cum polenta. Dipsc. loc. cit. δύναται δὲ καὶ πᾶσαν φλεγμονὴν πραΰνειν σὺν ἀλφίτῳ καὶ ἄρτῳ καταπλασθέντα. *Folia lauri adhibita cum polenta et panis ad inflammationem quamlibet valent.* Hard.

inflammationes oculorum; cum ruta, testium: cum rosaceo, capitis dolores, aut cum irino. Quin et commanducata atque devorata per triduum torna, liberant a tussi. Eadem prosunt suspiriis. trita cum melle. Cortex radicis cavendus gravidis. Ipsa radix calculos rumpit, iocineri prodest tribus obolis in vino odorato pota. Folia pota vomitiones movent. Baccae menses trahunt appositae tritae, vel potae. Tussim veterem et orthopnoeam sanant binae, detracto cortice in vino potae. Si et febris sit, ex aqua, aut eclig-mate ex aqua mulsa, aut ex passo decoctae. Prosunt et phthisicis eodem modo, et omnibus thoracis rheumatismis. Nam et concoquunt pituitam et extrahunt. Adversus scorpiones quaternae ex vino bibuntur. Epinyctidas ex oleo illitae, et lentigines, et hulcera manantia, et hulcera oris, et furfures. Cutis pruriginem succus baccarum emendat, et phthiriasin. Aurium dolori et gravitati instillatur, cum vino vetere et rosaceo. Peruncto eo fugiunt venenata omnia. Prodest contra ictus et potus, maxime autem eius laurus, quae tenuiora habet folia. Baccae cum vino serpentibus, et scorpionibus, et araneis resistunt. Ex oleo et aceto

Aut cum irino. Subintelligo, oleo. Marc. Emp. cap. 1, p. 34: *Ad capitis dolorem folia lauri, vel baccas, vel florem terere oportet cum aceto, et irinum oleum iis admiscere: atque ita caput naresque perungere.* Hard.

Liberant a tussi. Brot. ex Regg. codd. 1 et 2, *liberant tussi.* Ed. P.

Cortex. Quia partus necat, inquit Diosc. loc. cit. Ὁ δὲ φλοιὸς τῆς ῥίζης ἐμβρυα κτείνει. Hard.

Ipsa radix. Haec pariter Dioscorid. et Gall. ll. cc. H.

Folia. Diosc. l. c. Hard.

Et orthopnoeam. Minus enucleate haec Diosc. l. cit. Ποιοῦσιν οὖν ἐκλειχόμενοι, λεῖαι σὺν μέλιτι ἢ γλυκεῖ, πρὸς φθίσιν, καὶ ὀρθόπνοιαν, καὶ τοὺς περὶ θώρακα ῥευματισμούς. H.

Concoquunt. Brot. et ex Regg. cod. 1 et 2, *coquunt.* Ed. P.

Adversus scorpiones. Diosc. loc. cit. Πίνονται δὲ σὺν οἴνῳ πρὸς σκορπιοπλήκτους. Hard.

Lentigines. Diosc. ἀλφοὺς, vitiligines. Hard.

Aurium dolori. Totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Eius. Qualis est cypria, de qua XV, 39. Hard.

illinuntur et lieni, et iocineri: gangraenis cum melle. Et in fatigatione etiam aut perfrictione succo eo perungi, nitro adiecto, prodest. Sunt qui celeritati partus multum conferre putent radicem, acetabuli mensura in aqua potam: efficacius recentem, quam aridam. Quidam adversus scorpionum ictus, decem baccas dari iubent potui. Item et in remedio uvae iacentis, quadrantem pondo baccarum foliorumve decoqui in aquae sextariis tribus ad tertias, eamque calidam gargarizare: et in capitis dolore, impari numero baccas cum oleo conterere, et calfacere. Laurus Delphicae folia trita olfactaque subinde, pestilentiae contagia prohibent: tanto magis si et urantur. Oleum ex Delphica, ad cerata, acopumque, ad perfrictiones discutiendas, nervos laxandos, lateris dolores, febresque frigidas utile est. Item ad aurium dolorem, in mali punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partes aquae, uvam cohibent gargarizatione: potu alvi dolores, intestinorumque. Tenerrima ex his trita in vino, papulas, pruritusque, illita noctibus. Proxime valent caetera lauri genera. Laurus Alexandrina, sive Idaea, partus celeres facit, radice pota trium denariorum pondere, in vini dulcis cyathis tri-

Uvae. « Si quando afflictam languor deiecerit uvam, » inquit Q. Seren. Sammonicus. Morbus is est, quum uva (Graeci γαργαρεῶνα vocant, nomine a genere soni indito, *la laette*), hoc est carunculaea quam gutturi natura pro tegumento addidit, ex imbecillitate et languore deiicitur, laxiorque fit. H.

In capitis dolore. Marc. Emp. c. 1, p. 35: *Etiam in febribus baccae lauri impari numero in oleo contritae, et capiti inditae, dolorem sedant.* Et paulo post: *Baccae lauri impari numero contritae, et adiecto oleo calido fronti impositae prosunt.* Sic etiam Plin. Val. lib. I, cap. 1. Harn.

Nervos laxandos. In opisthotono, tetanova: de quibus morborum generibus dictum est c. 24. H.

Potu. Ad verbum Marc. Emp. c. xxvii, p. 194. Harn.

Lauri. Brot. ex Reg. 2 et edit. princ. *laurorum.* Ed. P.

Laurus. Haec Diosc. pariter IV, 147, de radice laurus Alexandrinae; sed drachmarum sex, sanumve denarium pondus adhibet. Harn. — *Laurus Ale-*

bus. Secundas etiam pellit, mensesque. Eodem modo pota daphnoides, sive his nominibus quae diximus, silvestris laurus prodest; alvum solvit, vel recenti folio, vel arido, drachmis tribus cum sale in hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium et vomitus, stomacho inutile. Sic et baccae quinae denae purgationis causa sumuntur.

LXXXI. (IX.) Myrtus sativa candida, minus utilis est medicinae, quam nigra. Semen eius medetur sanguinem exscreantibus. Item contra fungos in vino potum. Odorem oris commendat vel pridie comman-

xandrina. Est *Rusaus Hypophyllum* (*Diatec. gynand.* gen. 2301 Pers. *Asparag.* Juss.), de quo Noster egit lib. XV, cap. 39. Ed. P.

Mensesque. Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 169. H.

Eodem modo pota. Pari scilicet drachmarum pondere radice pota, Daphnoides prodest ad secundas pellendas, mensesque educendos. — *Secundas*, etc. Prius legebatur, interpunctione praepostera, *mensesque eodem modo pota. Daphnoides*, etc. Emendationis auctor Dioscor. IV, 148: Αγει δὲ καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ (de daphnoide loquitur) ξηρὸν ἢ νεαρὸν ποθὲν κατὰ κοιλίαν φλεγματώδη. Κινεῖ καὶ ἐμέτους καὶ ἔμμηνα· ἔστι δὲ καὶ πταρμικόν. Καθαίρει δὲ καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ ὅσον κόκκοι τέ πινόμενοι. Quae sunt Plinianis omnino gemina ac paria. — *Daphnoides*, etc. Laureola officinarum. Dalec. — Δαφνοειδὴς Dioscor. IV, 148, non *Daphne Laureola* est, ut Dalecampio placuit, sed *Clematis Vitalba* (*Polyand. polygyn.* gen. 1358 Pers. *Ranunculi.* Juss.), iudice Sprengelio, Histor. Rei Herbar. lib. II, cap. 3. Ed. P.

Sive his nominibus. Sive his lubet appellare nominibus, quae diximus XV, 39. Harn.

Pituitas, etc. Dioscor. IV, 148. Idem Εὐπ. I, 5, eos qui diuturno capitis dolore infestantur, commandicare in primis iubet daphnoidi semen ad extrahendam pituitam: διαμασσομένου δαφνοειδοῦς σπέρματος, εἰς ἀποφλεγμαντισμόν. Apul. 59, phlegmata intercidi illius esu scripsit. H. — Brot. aliter distinguit, *pituitas extrahit: folium*, etc. Ed. P.

Stomacho inutile. Apul. c. 58: *Si cymas eius post coenam ederit, digestionem stomachi tollit.* H.

Sic et baccae quinae denae. Sic MSS. Regg. Colb. etc. non *quinae denaeve.* Sic etiam Dioscor. I, 148: ὅσον κόκκοι τέ πινόμενοι. H.

LXXXI. *Myrtus.* Haec totidem verbis Dioscor. I, 155. H. — *Myrtus communis*, de qua Noster egit fusius lib. XV, c. 37, sq. Ed. P.

Semen. Dioscor. l. c. Simeon Sethi de Aliment. tit. μυρσινόκοκκα. Plin. Val. I, 64. Seminis nomine, ut saepe monuimus, fructum Plinius, seu καρπὸν intelligit. Harn.

Odorem oris. Q. Serenus c. XV, p.

ducatum. Item apud Menandrum Synaristosae hoc edunt. Datur et dysentericis denarii pondere in vino. Hulcera difficilia in extremitatibus corporis sanat, cum vino subfervefactum. Imponitur lippitudini cum polenta, et cardiacis in mamma sinistra: et contra scorpionis ictus in mero: et ad vesicae vitia, capitis dolores, et aegilopas, antequam suppurent: item tumoribus: exemptisque nucleis in vino veteré tritum eruptionibus pituitae. Succus seminis alvum sistit, urinam ciet. Ad eruptiones pusularum, pituitaeque, cum cerato illinitur: et contra phalangia. Capillum denigrat. Lenius succo oleum est ex eadem myrto: lenius et vinum, quo numquam inebriatur. Inveteratum sistit alvum et stomachum: tormina sanat, fastidium abigit. Foliorum arentium farina sudores cohibet inspersa, vel in febri. Vtilis et coeliacis, et procidentiae vulvarum, sedis vitiis, hulceribus manantibus, igni sacro fotu, capillis fluentibus, furfuribus: item aliis eruptionibus, ambustis. Additur quoque in

434: *Lentiscus, myrtusque, emendant oris odorem.* H.

Synaristosae. Edidit etiam Synaristosas Crates, teste Athenaeo, VI, p. 218, et Iulio Pollice VI, 17; et inter latinos poëtas Caecilius, teste A. Gellio, XV, 15. Συναριστῶσαι, *Feminae simul prandentes*; eius fabulae titulus fuit. Risum Ortelius movet, qui loci id vel oppidi nomen esse putat, in Thesauro Geogr. H.

Dysentericis. Simeon Sethi, loc. cit. Inter ea quae alvum adstringunt, myrta Celsus adnumerat; II, 30. H.

Hulcera. Dioscor. l. c. H.

Imponitur lippitudini. Dioscor. loc. cit. Hard.

Et cardiacis. Plin. Val. IV, 41, et Dioscor. loc. cit. H.

Aegylopas antequam, etc. Dioscor. c. Hard.

Succus. Succus e semine, seu e virentibus baccis expressus; nam et hunc οὐρητικὸν Dioscor. ait esse. H.

Phalangia. Dioscor. l. c. H.

Capillum. Dioscor. loc. cit. Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τοῦ καρποῦ βάπτει τρίχας, *Seminis decoctum capillos tingit.* H.

Inveteratum sistit alvum. Cato de Re Rust. cxxv, p. 66, ex cuius verbis murteum vinum descripsimus, XV, 37: *Id est*, inquit, *ad alvum cruentam, et ad lateris dolorem, et ad coeliacum.* Vide et Dioscor. V, 36. H.

Foliorum arentium, etc. Plin. Val. III, 14, et Cels. III, 19, totidem verbis. Hard.

Vtilis. Dioscor. I, 155. H.

Aliis eruptionibus. Dioscor. papularum eruptiones dixit, ἐξανθήματα. H.

Additur. Dioscor. loc. cit. Μίγνυται δὲ καὶ λικαρᾶς, etc, *Lenia quaedam*

medicamento, quod liparas vocant, eadem de causa qua oleum ex his, efficacissimum ad ea quae in humore sunt, tamquam in ore et vulva. Folia ipsa fungis adversantur trita ex vino, cum cerâ vero articularibus morbis et collectionibus. Eadem in vino decocta dysentericis et hydropicis potui dantur. Siccantur in farinam, quae inspergitur hulceribus, aut haemorrhagiae. Purgant et lentigines, pterygia, et paronychias, et epinyctidas condylomata, testes, tetra hulcera: item ambusta cum cerato. Ad aures purulentas et foliis crematis utuntur, et succo, et decocto. Comburuntur et in antidota. Item cauliculi flore decerpti, in novo fictili operto cremati in furno, dein triti ex vino. Et ambustis foliorum cinis medetur. Inguen ne intumescat, ex hulcere, satis est surculum tantum myrti habere secum: non ferro, nec terra contactum.

LXXXII. Myrtidanum diximus quomodo fieret. Vulvae prodest, appositu, fotu, et illitu. Multo efficacius et cortice, et folio, et semine. Exprimitur et

emplastra, inquit Celsus, V, 19, *quas* λιπαρὰς *fere Graeci nominant*. Sic dicta videlicet, quod adipum, pinguedinum, oleorumque mixtura constant. H. — Quae horum nihil, aut omnino parum habent, ἀλίπαντα dicuntur. Dalec.

Qua. Subintellige, qua oleum ex foliis arentibus in eadem medicamenta additur. Celsus l. c. olei cicini myrteique heminas lenibus emplastris admiscet, quae liparas vocant. H.

Eadem in vino. Plin. Val. II, 28, et III, 12. Hard.

Purgant et lentigines. Haec totidem verbis Diosc. I, 155. Sed lentigines Plinius, ἀφοὺς vitiligines graecus auctor nominat. De paronychiis idem testatur et Theod. Prisc. I, 30. De lentiginibus, seu maculis albis ac nigris, idem c. 32.

Ambusta cum cerato. Dioscor. loc. proxime cit. Hard.

Ad aures. Diosc. loc. cit. H.

Ambustis. Diosc. l. c. H.

Inguen. Plin. Val. II, 43, et Marc. Emp. c. XXXII, p. 225, ad verbum. H.

LXXXII. *Diximus*. Lib. XIV, cap. 19. Hard.

Appositu, fotu. Gron. et al. *appositum fotu*. Ed. P.

Multo efficacius. Efficacius sit myrtidanum esse, quam sit vel cortex, vel folium, fructusque myrti per se. Ita de suo pariter myrtidano Diosc. prodidit I, 156. Hard.

Exprimitur et foliis succus. Diosc. I, 155. Hard.

foliis succus mollissimis in pila tusis, affuso paulatim vino austero, alias aqua caelesti: atque ita expresso utuntur ad oris sedisque hulcera, vulvae, et ventris: capillorum nigritiam, malarum perfusiones, purgationes lentiginum, et ubi constringendum aliquid est.

LXXXIII. Myrtus silvestris, sive oxymyrsine, sive chamaemyrsine, baccis rubentibus et brevitate a sativa distat. Radix eius in honore est, decocta vino, ad renum dolores pota, et difficili urinae, praecipueque crassae, et grave olenti: morbo regio, et vulvarum purgationi trita cum vino. Cauliculi quoque incipientes asparagorum modo in cibo sumpti, et in cinere cocti. Semen cum vino potum, aut oleo, aut aceto, calculos frangit. Item in aceto et rosaceo tritum, capitis dolores sedat: et potum, morbum regium. Castor oxymyrsinen myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri scopae, ruscum vocavit, ad eosdem usus. Et hactenus habent se medicinae urbanarum arborum. Transeamus ad silvestres.

In pila. In mortario. H.

Capillorum nigritiam, malarum perfusiones. Mamillarum in eodem, non *malarum.* Pint.

Malarum. Alarum alii, alii *mamillarum* maluni. Hard.

LXXXIII. *Myrt. silvestris.* Myrtus silvestris, nunc vera myrtus est sponte nascens, nunc ruscus. Haec Plinius non distinguit. Dal. — *Myrtus.* Ruscum intelligit, non verum myrtum. Κεντρομυρσίνη a Theophr. dicitur III, 17. Aliis ὀξυμυρσίνη, quod foliis sit spinosis, alioqui myrto proximis. A Dioscoride, IV, 146, μυρσίνη ἀγρία, ἢ ὀξυμυρσίνη.. Et in Nothis: οἱ δὲ ἱερόμυρτον, οἱ δὲ ὀξυμυρσίνη... οἱ δὲ χαμαιμύρτη.., Ῥωμαῖοι ῥούσκουμ. Pingitur a Dodonaeo p. 732. H. — Nobis est *Ruscus aculeatus*, de quo iam supra dictum; vulgo, *petit Houx*, *Houx-frelon.* Ed. P.

Radix, etc. Iisdem fere verbis, sed minus accurate paulo, medicinae eae omnes e silvestri myrto petitae, a Dioscoride traduntur loc. cit. H.

Semen. Q. Seren. c. XXXIII, de vesica et calculo purgando p. 146: *Praeterea semen myrti silvestris Iaccho Atque oleo mixtum bibitur: nec desit acetum.* Hard.

Oxymyrsinen... ruscum vocavit. Et recte is quidem, ut diximus. Neque enim oxymyrsine Graecorum quidquam a rusco distat. H.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXIV.

I.

(1.) Ne silvae quidem, horridiorque naturae facies medicinis carent, sacra illa parente rerum omnium nusquam non remedia disponente homini, ut medicina fieret etiam solitudo ipsa: sed ad singula illius discordiae atque concordiae miraculis occursantibus. Quercus et olea tam pertinaci odio dissident, ut altera in alterius scrobe depactae moriantur: quercus vero et iuxta nucem iuglandem. Pernicialia et brassicae cum vite odia: ipsum olus, quo vitis fugatur, adversum cyclamino et origano arescit. Quin et annosas iam, et quae sternantur arbores, difficilius caedi, ac celerius inarescere tradunt, si prius manu, quam ferro, attingantur. Pomorum onera a iumentis statim sentiri: ac nisi prius ostendantur his, quamvis pauca portent, sudare illico. Ferulae asinis gratissimo

I. *Quercus et olea.* Vide quae in eam sententiam diximus, XVII, 30. HARD.

Pernicialia, etc. Egimus de hoc vitis et brassicae odio XX, 36.

Sternantur. Gron. et al. ante Hard. *sterruantur.* ED. P.

Pomorum onera. Superiore libro, cap. 62: *Mala piraque portatu iumentis mire gravia sunt vel pauca. Remedio aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua, aut utique ostendantur.* H.

Gratissimo. Sic et Chiff. *gratissimae* Gron. et al. ED. P.

sunt in pabulo, caeteris vero iumentis praesentaneo veneno: qua de causa id animal Libero Patri assignatur, cui et ferula. Surdis etiam rerum sua cuique sunt venena, ac minimis quoque. Philyra coci et polline nimium salem cibis eximunt. Praedulcium fastidium sal temperat. Nitrosae aut amarae aquae, polenta addita mitigantur, ut intra duas horas bibi possint. Qua de causa et in saccos vinarios additur polenta. Similis vis Rhodiae cretae, et argillae nostrati. Concordia valent, quum pix oleo extrahitur, quando utrumque pinguis naturae est. Oleum solum calci miscetur, quando utrumque aquas odit. Gummi aceto facilius eluitur, atramentum aqua. Innumera praeterea alia, quae suis locis dicentur assidue. Hinc nata medicina. Haec sola naturae placuerat esse remedia parata vulgo, inventu facilia, ac sine impendio, et quibus vivimus. Postea

Surdis etiam rerum. Sensus omnis expertibus. Hard.

Philyra coci et polline. Recentibus taeniis, membranis, fasciis, tiliae, minutim concisis, et cibo inspersis, quae veluti salem exsugunt, et ebibunt. Dalec. — *Phylira.* Etiamnum multis in locis rura nostra tiliae foliis carnes salitas involvunt, ut salsuram diluant. Hard. — Φίλυρα Graecis; nobis *Tilia Europaea* (*Pulv and. monog.* gen. 4270 Pers. *Tiliae.* Juss.), de qua conf. l. XVI, cap. 25. Ed. P.

Polenta addita. Vt citius vinum defaecetur. Dal.

In saccos vinarios. Quibus vinum saccatur, sive colatur, ut diximus XIV, 28. Hard. — *Et in.* Brot. ex Mss. et edit. princ. copulam omittit. Ed. P.

Similis vis, etc. Ad aquas et vina mitigandas. Hard.

Concordia. Concordia contra rerum intelligitur, ut quum pix oleo avellitur, quoniam utrumque naturae pinguis est. Hard.

Quum pix oleo. Vt et emplastrum quodvis. Dal.

Gummi aceto facilius eluitur. Ob summam, quam habet acetum, vim attenuandi. Verum id quidem est et de nostro gummi Arabico, et de gummosis aliis, ut opopanace, etc. Dal.

Praeterea. Leg. ex Gronovii sententia, *praetereo.* Ed. P.

Ac sine impendio, ac quibus vivimus. (sic prius legebantur). Legendum reor, *ac sine impendio eorum quibus vivimus.* Significat autem pecunias, quae, ut Hesiodus ait, vita sunt miseris mortalibus. Pint. — *Et quibus.* Eadem sententia mox: *quum remedia vera quotidie pauperrimus quisque coeuet.* Nullus hic pecuniae locus,

fraudes hominum et ingeniorum capturae officinas invenere istas, in quibus sua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compositiones et mixturae inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio aestimantur; hulcerique parvo medicina a Rubro mari imputatur, quum remedia vera quotidie pauperrimus quisque coenet. Nam si ex horto petantur, aut herba, vel frutex quaeratur, nulla artium vilior fiat. Ita est profecto: magnitudo populi romani perdidit ritus, vincendoque victi sumus. Paremus externis, et una artium imperatoribus quoque imperaverunt. Verum de his alias plura.

II. (II.) Loton herbam, itemque Aegyptiam eodem

uti visum est Pintiano; sed hortenaibus tantum oleribus fruticibusque obviis. Hard.

In medio. Reg. 2, Colb. et Chiffl. *in media.* Forte, *in remedia*: propter *id* quod sequitur haud multo post: *quum remedia vera quotidie pauperrimus quisque coenet.* Hard. — Brot. *in remedia.* Ed. P.

Imputatur. Assignatur H.

Nulla artium vilior. Nulla magis vilesceret ars, quam medicina. H.

Perdidit ritus. Mores. Lib. XXIX, cap. 8: *Illa perdidere imperii mores*, etc. Hard.

Imperaverunt. Arte una sua externi medici imperatoribus nostris etiam imperavere. Hard. — Gr. et al. ante Hard. *imperat.* Ed. P.

Verum de his alias, etc. Lib. XXIX, a cap. 1 ad 9. Hard.

II. *Loton herbam*, etc. Lotos arbor triplex est, prima diospyros Graecorum, faba graeca Latinorum, *uva d' India* Italorum, guaiacana quorumdam, quam improprie loton vocant ob fructus dulcedinem; ceraso similis, auctore Theophrasto lib. III, cap. 13, nucleo duro. Secunda Dioscoridis, prior Theophrasti, celtis Plinii, magnitudine piri, folio ilicis; fructu dulci, nunc exosse, nunc durum nucleum ambiente; colorem, uvae modo, mutante, quum maturescit; e quo vinum exprimitur; Monspessulanis *micocoulier*. Tertia, quae Theophrasto secunda est, lauro cerasus quibusdam, quod folium lauro simile ait, fructus cerasi; fruticosa, ramosa; caudice firmo, semine once incluso, externa fructus parte minime carnosa, ut in amygdala, sed cutis modo teoera, ut in ceraso; sapore non tam dulci, quam gustui grato; e quo vinum exprimitur, in biduum aut triduum durans, post acesceos; lotus Polybii apud Athenaeum lib. XIV; arbor non magna, aspera, spinosa; folio herbaceo, ramno simili, paulo latiore et spissiore: fructu initio myrtis albis perfectis, colore et magnitudine similis, sed dum augescit, phoeniceo, magnitudine olivae teretis; nucleo prorsus exiguo; ut arbitror, pallurus Theophrasti est: nemo enim alius spinosas esse lotos scripsit; nostra vero ziziphus. Dal. —

nomine, alias et Syrticam arborem, diximus suis locis. Haec lotos, quae faba graeca appellatur a nostris, alvum baccis sistit. Ramenta ligni decocta in vino prosunt dysentericis, menstruis, vertigini, comitialibus. Cohibent et capillum. Mirum, his ramentis nihil esse amarius, fructuque dulcius. Fit et e scobe eius medicamentum, ex aqua myrti decocta, subacta et divisa in pastillos, dysentericis utilissimum, pondere victoriati cum aquae cyathis tribus.

III. (III.) Glans intrita duritias, quas cacoëthes vocant, cum salsa axungia sanat. Vehementiora sunt ligna et in omnibus cortex ipse, corticique tunica subiecta: haec decocta iuvat coeliacos. Dysentericis

Loton, etc. Lotos harba, nobis *Melilotus officinalis*, de qua iam saepe egimus; Aegyptia, *Nymphaea Nelumbo* Linn. seu *Nelumbium speciosum* Willd. Syrtica arbor, *Rhamnus Lotus*, seu *Ziziphus Lotus* Willd. de quibus conf. lib. XIII, cap. 32, et Excurs. de Lotis Veterum, tom. V, p. 243 huiusce edit. Ed. P.

Haec lotos, quae, etc. Nostras, *inquit*, lotos, sive Italica. In indice huius loci: *De loto Italica, V I.* Videtur esse λωτός Dioscor. I, 171. Hard. — Quibusdam *Diospyros lotus*; nobis *Celtis australis* (*Pentand. digyn.* gen. 634 Pers. *Amentac.* Juss.), de qua conf. lib. XIII, cap. 32, et D. Fée, *Flore de Virgile*, p. LXXXVIII sq. Virg. l. VIII ed. nost. Ed. P.

Alvum baccis. Fructu. Diosc. loc. cit. Καρπὸν δὲ φέρει γλυκύν, βρώσιμον, εὐστόμαχον, κοιλίας στεγνωτικόν. Τῶν δὲ πρισμάτων τοῦ ξύλου ἀφέψημα πινόμενον καὶ ἐγκλυζόμενον, βοηθεῖ δυσεντερικοῖς καὶ γυναιξὶ ῥοϊκαῖς. Σκυτίζει δὲ καὶ τρίχας καὶ ἐπέχει ῥεούσας. Quibus sunt plane paria ac gemina quae Plinius de sua loto affert, et quae Galenus de Fac. simpl. med. VII, p. 205. Hard.

Cohibent et capill. Defluentem continent. Dioscor. et Galen. locis citatis. Hard.

Fit et e scobe eius. Ita fere Marc. Emp. c. XXVII, p. 195. H.

III. *Glans.* Dioscor. I, 143: περὶ βαλάνων, de glandibus: Σὺν στέατι δὲ χοιρείῳ ταριχηρῷ πρὸς κακοήθεις σκληρίας καὶ πονηρευόμενα ἕλκη ἁρμόζουσι. Marc. Emp. cap. XXII, IV, p. 42: *Glandes de robore tritae cum axungia, et impositae, duritias quas cacoethes medici vocant, emendant et reprimunt.* Et Plin. Val. III, 22: *Glans roborea trita cum axungia, duritias quas κακοήθεις vocant, et evocat, et emendat.* Hard. — *Quercus roboris* Linn. cortice, cupulis ac glandibus etiamnunc utuntur in medicinis: conf. da Quercub. Veterum Excurs. ad calc. l. XVI, tom. V, pag. 645 huiusce ed. Ed. P.

Vehementiora. Hoc est, magis adstringantia. Dioscor. I, 142, haec totidem verbis habet. Hard.

Haec decocta. Dioscor. loc. cit.

etiam illinitur, vel ipsa glans: eademque resistit serpentium ictibus, rheumatismus, suppurationibus. Folia, et baccae, vel cortex, vel succus decocti prosunt contra toxica. Cortex illinitur decoctus lacte vaccino, serpentis plagae. Datur et ex vino dysentericis. Eadem et ilici vis.

IV. (IV.) Coccum ilicis vulneribus recentibus ex aceto imponitur. Epiphoris ex aqua, et oculis suffusis sanguine, instillatur. Est autem genus ex eo in Attica fere et Asia nascens, celerrime in vermiculum se mutans, quod ideo scolecion vocant, improbantque. Principalia eius genera diximus.

V. Nec pauciora gallae genera fecimus, solidam,

Marc. Emp. cap. XXVII, p. 188: *Glandes quercinae tres aut quatuor, vel eiusdem folia, vel liber eius, coctus ex aqua; quae vel sola, vel cum vino, torminosis potui data plurimum prodest.* Torminosos saepe dysentericos vocat. Haro.

Eademque. Glans videlicet, quam Dioscorid. quoque I, 143, esitatam ait resistere venenatorum ictibus; crudam et infritam, inflammationibus, ex quibus suppurationes fieri solent, illitu mederi.

Suppurationibus. Fluxionibus, quae, excitata phlegmone, suppurationes tandem efficiunt. Dal.

Baccae. Vel glandes, quae baccarum modo adnascuntur. Dal.

Contra toxica. Et baccarum, seu glandium, et cortices pariter decoctum valere adversus toxica, scribit Dioscor. loc. cit. et quidem bibitum ex lacte vaccino. H.

Cortex. Illini per se sine lacte Diosc. l. c. suadet. H.

Eadem et ilici vis. Ad omnia supradicta. Diosc. I, 144. H.

IV. *Coccum.* Hanc quoque in eo medeodi vim Dioscorides agnoscit IV, 48: Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ἁρμόζουσαν τραύμασι, καὶ νεύροις τρώσεσι, λεῖα μετὰ ὄξους καταπλασσομένη. Hand. — Τῆς κόκκου βαφικῆς, quam ex *Quercu coccifera* postrata legebant, veteres Graeci, testibus Dioscoride et Galeno, vim adstringentem tantum agnoscebant; qua de causa vulneribus oculisque sauciatis, ex aceto tritum imponebant. Arabes primi eius virtutis cardiacae meminerunt; nunc vero in difficili partu ad collapsas vires sustinendas, vel restituendas, et ad abortum praecavendum, plurimum celebratur. Cf. Geoffroy, Mat. medic. tom. II, pag. 788 sqq. et Esc. I de Gallis et Cocco ad calcem huiusce lib. Ed. P.

Scolecion. Σκωλήκιον, quae vox graece vermiculum sonat. H. — Et a *vermiculo* nobis color ipse dicitur *vermillon*, ut alias adnotavimus. Ed. P.

Principalia eius genera diximus. Lib. XVI, cap. 12. H.

V. *Gallae genera fecimus.* Lib. XVI, cap. 9. Haro.

perforatam: item albam, nigram, maiorem, minorem. Vis omnium similis: optima Commagena. Excrescentia in corpore tollunt. Prosunt gingivis, uvae, oris exhulcerationi. Crematae et in vino exstinctae, coeliacis, dysentericis illinuntur. Paronychiis ex melle, et unguibus scabris, pterygiis, hulceribus manantibus, condylomatis, vulneribus quae phagedaenica vocantur. In vino autem decoctae auribus instillantur, oculis illinuntur: adversus eruptiones, et panos cum aceto. Nucleus commanducatus dentium dolorem sedat: item intertrigines, et ambusta. Immaturae ex his ex aceto potae, lienem consumunt. Eaedem

Excrescentia. Dioscor. I, 146: Σπίλους λεῖαι τὰς ὑπερσαρκώσεις. *Excrescentia in carne tritae cohibent.* Hard. — *Tollunt.* Gron. et al. *tollit.* Ed. P.

Prosunt gingivis. Dioscor loc. cit. Marc. Emp. cap. xiv, p. 99: *Gallae tritae pulvere uva contacta eodem die resilit, si ter ei interiectis horis medicamentum fugit appositum.* H.

Crematae. Diosc. loc. cit. Et Marc. Emp. cap. xxvii: p. 193: *Galla Commagena comburitur, et cinis eius exstinguitur vino, contritusque ventri coeliaci inliniturr statim subvenit.* Iisdem verbis et Plin. Val. II, 28. H. — *Et in vino.* Brol. ex codd. Regg. 1 et 2, et edit. princ. et vino. Ed. P.

Paronychiis. Theod. Priac. I, 30: *Paronychiis thuris masculi pulvis cum melle mixtus medebitur. Sic etiam Gallarum.* H.

Auribus instillantur. Marc. Emp. c. ix, p. 80: *Gallae ex vino decoctae humor instillatus auriculae, ex qua sanies fluit, etiam quae fuerint purulenta purgabit.* H.

Oculis illinuntur. Marc. Emp. cap. viii, p. 75: *Gallae contritae, thurisque nari modo pulvis, vino permixtus, et fronti inlitus, tumorem oculorum, doloremque sedat.* Hard.

Adversus eruptiones. Ἐξανθήματα, eruptiones, pusulas, pupulas, papularum et pituitae eruptiones, Plinius promiscue vocat. Et Theod. Priac. I, 16, de papulis minutis ubique nascentibus: *Quibus in facie quam maxime, velati levissimus timor repente innascitur, humorem aliquando pinguem, aliquando aquaticum mittens*, etc. Et mox: *Si vero velati exanthemata, quas scabies dicimus, in facie vel genis, ex humorum acredine, vel plenitudine apparuerint*, etc. H.

Nucleus. Rotundus nimirum et interior gallae globus. Dioscor I, 146: Τὸ δὲ μέσον αὐτῶν. Marc. Emp. cap. xxi, pag. 95: *Nucleus gallae commanducatus medetur dolori humoriqne dentium.* Hard.

Item intertrigines. Marc. idem, c. xxxii, p. 225: *Gallae contusae et in vino coctae, atque impositae, intertrigini plurimum prosunt.* H.

Eaedem crematae. Haec Dioscor. totidem verbis, I, 146. H.

crematae, et aceto salso exstinctae, menses sistunt, vulvasque procidentes fotu. Omnis capillos denigrat.

VI. Viscum e robore praecipuum diximus haberi, et quo conficeretur modo. Quidam contusum in aqua decoquunt, donec innatet. Quidam commanducantes acinos, exspuunt cortices. Optimum est, quod sine cortice est, quodque levissimum, extra fulvum, intus porraceum, quo nihil est glutinosius. Emollit, discutit tumores, siccat strumas. Cum resina et cera panos mitigat omnis generis. Quidam et galbanum adiiciunt, pari pondere singulorum: eoque modo et ad vulnera utuntur. Unguium scabritias expolit, si septenis diebus solvantur, nitroque colluantur. Quidam id religione efficacius fieri putant, prima luna collectum e robore sine ferro. Si tertam non attigit, comitialibus mederi. Conceptum feminarum adiuvare,

Omnis Diosc. loc. cit. Μελαίνουσι δὲ τρίχας, ἀποβραχεῖσαι ἐν ὄξει, ἢ ὕδατι. H. — *Omnis*. Gr. et al. ante Hard. *omnes*. Ed. P.

VI. *Viscum e robore*. Nobis *Viscum album* (*Diaec. tetrand.* gen. 2204 Pers. *Caprifolia*. Juss.) planta in diversis arboribus parasitica, de qua conf. lib. XVI, cap. 44 et 93: de modo autem quo conficeretur viscum, c. 94 eiusdem lib. Ed. P.

Quidam. Diosc. III, 103. H.

Donec innatet. Ita Reg. cod. 1; at Reg. 2 et Chifflet. *donec nihil innatet*. Hard.

Quidam commanducantes, etc. Dioscor. loc. cit. Ἔνιοι δὲ μασσώμενοι αὐτὸ ἐργάζονται. H.

Optimum. Optimum censet Diosc. loc. cit. quod recens est, intus coloris porracei, extra fulvi: vel, ut Oribasii interpres ait, flavescentis (graece ὑπόξανθον dicitur), quodque nihil asperi habet, aut furfuraceii. H.

Emollit. Diosc. loc. cit. et Plin. Val. III, 35. H.

Siccat. Q. Ser. XLI: *de struma depellenda*: *Proderit et manum quod traxeris arbore viscum*. H.

Panos. Diosc. loc. cit. H.

Quidam id religione, etc. Sexta luna Gallorum Druides religiosius colligi putarunt, teste Plinio, XVI extremo, fecunditatem facere tum omni animali existimantes, scilicet potu, non amuleto, ut nunc gestari praecipitur. Hard.

Comitialibus mederi. Quod multis recentioribus experimentis confirmatum. Brot. — Ad epilepsiam certe visci querni usum laudat summus Linnaeus, Mat. med. pag. 254, cur. Schreber. Ed. P.

si omnino secum habeant. Hulcera commanducato impositoque efficacissime sanari.

VII. Roboris pilulae ex adipe ursino alopecias capillo replent. Cerri folia, et cortex, et glans, siccat collectiones suppurationesque: fluxiones sistit. Torpentes membrorum partes corroborat decoctum eius fotu: cui et insidere expedit, siccandis adstringendisve partibus. Radix cerri adversatur scorpionibus.

VIII. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex utralibet parte sistit. Eiusdem cinis, ex vino calido, sanguinem exscreantibus magnopere laudatur.

IX. (v.) Fagi folia manducantur in gingivarum labiorumque vitiis. Calculis glandis fagineae cinis illinitur: item cum melle alopeciis.

X. Cupressi folia trita, serpentium ictibus impo-

Hulcera commanducato, etc. *Hulcera vetera, malignosque abscessus cum thure mollit*, inquit Dioscor. loc. cit. Σὺν λιβανώτῳ δὲ ἕλκη παλαιὰ καὶ κακοήθεις ἀποστάσεις μαλάσσει. H.

VII. *Roboris pilulae*, etc. Iisdem verbis Marc. Emp. c. VI, p. 46. Quint. Seren. cap. IX de fluore capillorum, p. 130: *Roboreasve pilas ursino iungito sevo*, etc. H.

Cerri folia, etc. Nobis est *Quercus Cerris* gen. 2101 Pers. et mox *Quercus Suber, le liège*; de quibus iam actum est lib. XVI, 8 et 13. Conf. et Exc. I de Quercubus ad calc. eiusdem lib. t. V. p. 645. Ed. P.

Corroborat decoctum. Post usum calfacientium et desiccantium. DAL.

VIII. *Suberis cortex*, etc. Q. Seren. cap. XXXV. p. 148: *Sed quacumque fluit vis immoderata cruoris, Subereus cortex calidis potatur in undis, ante minutatim studio vincente, terendus*. H.

Ex utralibet parte. Hoc est, sive ex ore, sive e naribus. H.

Eiusdem cinis. Q. Seren. cap. XXII, de reiectione sanguinis restringenda, pag. 139: *Vritur interdum raptus de subere cortex, Et cinis ex calido prodest epota Lyaeo*. Sic enim legi hunc locum oportere ex Plinio liquet: non *de robore cortex: Et cinis italico*.

IX. *Fagi*. Plin. Val. I, 29, et Marc. Emp. cap. IX, pag. 88. H. — *Fagus silvatica* (*Monaec. Polyand.* gen. 2103 Pers. *Amentac.* Juss.), de qua iam Noster egit lib. XVI, cap. 7. Ed. P.

Calculis. Ita Reg. 2 cod. aliique: in Reg. 1 *caucalis*: unde quidam *oculis* legi malunt, cum Hier. Mercuriali i *callis* alii, cum Guillandino. Alii *calculis*; nos *calculis* malumus. H.

Item. Marc. Emp. cap. VI, pag. 46, et Plin. Val. I, 6. H.

X. *Cupressi folia*, etc. Nobis *Cu-*

nuntur: et capiti cum polenta, si a sole doleat: item ramici: qua de causa et bibuntur. Testium quoque tumori cum cera illinuntur. Capillum denigrant ex aceto. Eadem trita cum duabus partibus panis mollis, et e vino ammineo subacta, pedum ac nervorum dolores sedant. Pilulae adversus serpentium ictus bibuntur, aut si eiiciatur sanguis: collectionibus illinuntur. Ramici quoque tenerae tusae cum axungia et lomento, prosunt. Bibuntur ex eadem causa. Parotidi et strumae cum farina imponuntur. Exprimitur succus tusis cum semine, qui mixtus oleo caliginem oculorum aufert. Item victoriati pondere in vino potus illitusque cum fico sicca pingui, exemptis granis,

pressus sempervirens (*Monoec. monadelph.* gen. 1133 Pers. *Conifer.* Juss.); habitat in Italia, Creta, etc. strobili vi adstrictoria gaudent. Ed. P.

Capiti. Marc. Emp. cap. I, p. 35: *Si de Sole caput doleat, cupressi folia contrita, cum polento de hordeo, vel amygdalis, et succo portulacae fronti illinuntur.* H.

Ramici. Q. Seren. c. XXXVII, pag. 149: *Ramicis intensum fertur cohibere tumorem For madidum lymphae, et ferali fronde cupressi: Unde etiam potu frons haec memoratur amica.* Adde Diosc. I, 102: Στέλλει δὲ τὰ τραυματικὰ καὶ ἐντεροκήλας καταπλασθέντα. Et sic imponi hydropicis ex axungia iubet Prisc. II, p. II, c. 19. H. — Fructus (strobili) recentes *herniosos* magnopere iuvant. Geoffr. Mat. med. t. II, p. 385. Ed. P.

Capillum denigrant. Diosc. I, 102; Marc. Emp. cap. VII, pag. 48, et Plin. Val. I, 7. Q. Seren. carmine satis eleganti c. V, pag. 127: *Quos pudet aetatis longae, quos longa senectus Offendit, cupiunt properos abscondere canos, Et nigrum crinem fuco simulare doloso; His prodest aeri contrita cupressus aceto, Vel frons lentisci, vel tristia poma sabaci.* H.

Panis mollis. Teneri et adhuc calentis. Q. Seren. cap. XLIII, de podagra depellenda, pag. 153: *Aut si corruptus persederit altius humor, trita cupressus ibi Baccho iungetur acerbo, Panibus et teneris.* Et c. LV, p. 159: *Si vero occultus nervos dolor urit inertes, Aut Baccho madefacta Ceres cum fronde cupressi, Quo poteris fotu recreare rigentia membra.* Non ut Pythoei codex, *quo poteris potu.* H.

Vino. Pro vino axungam Marc. Emp. adhibet cap XXXVI, p. 246: *Folia cupressi contrita,* inquit, *cum panis mollis partibus duabus, et axungia vetere subacta, medentur doloribus podagrae.* H.

Pil. Nicand. in Ther. p. 43.

Si eiiciatur sanguis. Si sanguis ore reiiciatur, ἁρμόζει πρὸς αἵματος ἀναγωγήν, inquit Diosc. I, 102. H. *Ramici.* Diosc. I, 102: Στέλλει δὲ καὶ ἐντεροκήλας καταπλασθέντα. Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 200; Plin. Val. II, 42, et Marc. Emp. cap.

vitia testium sanat, tumores discutit: et cum fermento strumas. Radix cum foliis trita potaque, vesicae et stranguriae medetur: et contra phalangia. Ramenta pota menses cient, scorpionum ictibus adversantur.

XI. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quae cedria vocatur, dentium doloribus utilissimam. Frangit enim eos et extrahit: dolores sedat. Cedri succus ex ea quomodo fieret, diximus, magni ad lumina usus, ni capiti dolorem inferret. Defuncta

xxxiii, p. 229. H. — *Bibantur.* Marc. Emp. cap. xxxiii, p. 228: *Pilulas cupressi virides ex vino vetere ad tertias decoque, et cyathos binos quotidie ieiuno hernioso potui dato; tum folia eiusdem trita testiculis imponito: mire proderis.* Hard.

Radix. Marc. Emp. cap. xxvi, pag. 189, et Q. Seren. cap. xxxiii, p. 146. Diosc. loc. cit. Τὰ φύλλα ποθέντα μετὰ γλυκέος καὶ σμύρνης ὀλίγης, κύστεις ῥευματιζομένῃ, καὶ δυσουρίαις βοηθεῖ. Hard.

Contra phalangia. Marc. Emp. cap. xvii, p. 124. Hard.

XI. *Quae cedria.* Diosc. I, 105: Κέδρος δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ λεγομένη κεδρία συνάγεται. Cedriam alii gummi, alii lacrymam, et unguentum vocant. Matth. Silvaticus: *Cedria, idest, gummi cedri.* Io. de Ianua: *Cedria a cedrus, haec cedria: unguentum factum, quo asseres liniti non putrescunt, vel tempore, vel verme.* Et verbo *Cedrus: Huius arboris gummi, sive lacryma, dicitur cedria, quae ad conservationem librorum summe est necessaria. Nam libri ex hac lacryma liniti, nec a tineis corrodunturr, nec tempore senescunt.* Picem hoc loco Plinius pro resina dixit, quam cedrus fundit crassiorem, ut idem admonuit XIV, 25. H. — *Pinus cedrus.* Linn. (*Monaec. monadelph.* gen. 2130 Pers. *Conif.* Juss.); habitat in Syria, Libano, Tauro, etc. Et alia est κέδρος Diosc. loc. cit. quae nobis *Iuniperus Oxycedrus.* Cf. Spreng. Hist. Rei herb. tom. I, p. 191; Bod. a Stapel. in Theophr. Hist. III, p. 197. Ed. P.

Dentium. Scrib. Larg. Comp. cviii: *Item proderit motis dentibus hoc medicamentum: Aceti acerrimi sextarius unus semis, cedriae verae, ne habeat picis aliquam mixturam, hemina...Hoc medicamento si quis ter in mense dentes fricuerit, dolorem eorum non experietur.* Hard.

Frangit enim eos, etc. Dioscor. I, 105. Hard.

Succus. Cedri succus cedrium est, quod ex cedro primum fluit, dum ad conficiendam picem comburitur; ut dictum est XVI, 21.

Magni ad lumina usus. Ad candelas videlicet unguendas, quae e scirpis fiebant: *Nam e scirpis detracto cortice, candelae luminibus serviebant,* inquit Plinius XVI, 70. Sic XVI, 19: *teda lumini sacrorum grata,* dicitur, hoc est, ad lustrales faces. Neo Fintianum audio, qui lumina hoc loco de oculis accipit, quoniam oculis inunctam cedriam Diosc. l. cit. ait conciliare claritatem. Hard.

corpora incorrupta aevis servat, viventia corrumpit: mira differentia, quum vitam auferat spirantibus, defunctisque pro vita sit. Vestes quoque corrumpit, et animalia necat. Ob hoc non censeam in anginis hoc remedio utendum: neque in cruditatibus: quod suasere aliqui, gustu. Dentes quoque colluere ex aceto in dolore timuerim, vel gravitati aut vermibus aurium instillare. Portentum est, quod tradunt, abortivum fieri in Venere, ante perfusa virilitate. Phthiriases perungere eo non dubitaverim, item porrigines. Suadent et contra venenum leporis marini

Defuncta. Haec totidem verbis Dioscor. I, 105. Vide quae diximus XVI, 21. Hard.

Vestes quoque corrumpit. Dioscorid. l. c. Καὶ ἱμάτια δὲ καὶ δέρματα φθείρει, διὰ τὸ θερμαίνειν ἐπιτεταμένως, καὶ ξηραίνειν. *Vestes quoque, pellesque corrumpit: eo quod vehementius calfaciat, et exsiccet.* Hard.

Animalia necat. Serpentes, lendes, pediculos, etc. Diosc. Del.

Ob hoc. Brot. ex MSS. Regg. 1 et 2, *ob haec.* Ed. P.

Non censeam. At censet intrepide Dioscorid. l. c. Συναγχικῶν τε περίχριστός ἐστι, καὶ παρισθμίων φλεγμοναῖς βοηθεῖ. *Anginosi quoque eo perunguntur: et tonsillarum inflammationibus auxilio est.* H.

Dentes... timuerim. Non timet Dioscorid. l. c. aut dentibus, aut auribus instillare. Σὺν ὄξει διακλυζομένη, σκώληκας τοὺς ἐν ὠσὶ κτείνει· ἤχους τε καὶ συριγμοὺς παύει, etc. Εἴς τε ἐμβρώματα τῶν ὀδόντων, etc. Dioscoridem, ut fere solet, sequitur Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 187. Nec dentibus timet Marc. Emp. cap. xii, Scribonium sequutus antea laudatum. Hard.

Ante perfusa virilitate. Si cedri succo antea virilia perfundantur. Dioscorid. l. c. Περιχρισθεῖσα δὲ αἰδοίῳ πρὸ τῆς συνουσίας, ἀτόκιόν ἐστι. *Genitali ante coitum circumlita, conceptionem impedit.* Sic etiam Galenus de Fac. simpl. Med. VII, p. 187. H.

Phthiriases. Dioscorid. l. c. Φθεῖρας δὲ καὶ κονίδας φθείρει περιχρισθεῖσα. *Pediculos et lendes illitu enecat.* Sic libri omnes editi. In MSS. *ptiriasis.* Qui *phtiriases* legi maluerint, tueri se possunt Q. Sereni calculo, cap. vi, cui titulus est *phthiriasi arcendae*, quo morbi genere interiisse Pherecydem, Syllamque commemorat, pronuntiatque oportere corpus, *succo perducere cedri.* Qui *pityriases* sincerius putaverint, ob id quod sequitur, *et porrigines*, obiicere Marcellum ii possunt, cap. iv, pag. 40, ita statuentem: *Ad pityriasin et porrigines capitis, prodest, cedria tantum ungere caput.* Est autem πιτυρίασις idem quod Latinis porrigo: de qua diximus lib. XX, c. 23. Hard.

Item porrigines. Q. Serenus, cap. iv, pag. 127, inter remedia porrigini depellendae: *Et prodest cedro demissus ab arbore succus.* H. — *Item.* Gr. *itemque.* Ed. P.

Suadent. Dioscorid. totidem verbis

bibere in passo. Facilius in elephantiasi illinatur. Et hulcera sordida et excrescentia in iis auctores quidam, et oculorum albugines caliginesque inunxere eo: et contra pulmonis hulcera cyathum eius sorbere iusserunt: item adversus taenias. Fit ex eo et oleum, quod pisselaeon vocant, vehementioris ad omnia eadem usus. Cedri scobe serpentes fugari certum est; item baecis tritis cum oleo, si qui perungantur.

XII. Cedrides, hoc est, fructus cedri, tussim sanant, urinam cient, alvum sistunt: utiles ruptis, con-

loco citato: πρός τε λαγώου θαλασσίου πόσιν, σὺν γλυκεῖ λαμβανομένῳ βοηθεῖ. Hard.

In elephantiasi. Dioscorid. loc. cit. Ὠφελεῖ καὶ ἐλεφαντιῶντας. Q. Seran. cap. XI, de elephantiasi propellenda, p. 130: *Huic erit adversus cedri de cortice succus, Mustelaeque cinis, vel sanguis fusus ab illa.* Adde et Marc. Emp. cap. XIX, p. 130. Hard.

Illinatur. Reg. 4, *illinant*; unde Brot. *illiniunt.* Eo. P.

Oculorum albugines. Dioscor. loc. cit. Εὐθετεῖ δὲ εἴς τε ὀφθαλμικὰ ὀξυδορκὴς οὖσα ἐγχριομένη, καὶ λευκώματα, καὶ οὐλὰς σμήχει. Hard.

Pulmonis hulcera. Iubet Dioscor. totidem verbis loc. citat. et contra pulmonis hulcera, et adversus taenias, sive tineas, hoc est, teretes ventris lumbricos. Hard.

Fit ex eo. E cedri succo, sive cedria. Dioscorid. I, 105: Γίνεται καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτῆς (κεδρίας) χωριζόμενον ἀπὸ τῆς κεδρίας.... ὡς ἐπὶ τῆς πίσσης. *Fit et e cedria oleum, quod ab ea separatur.... ut de pice dictum est.* Id nempe, quod pinguissimum, apprima oleosum, suspensis supra cedriam, dum coquatur, lanis excipitur, colligiturque, ut ait Galenus loc. c. Hard.

Quod pisselaeon. Sic appellatur iterum XV, 7, et XXV, 22. Nempe initio huius capitis docuit cedrum dare picem quae cedria vocaretur: quamobrem quod ex ea extraheretur oleum, recte voce ex utroque conflata πισσέλαιον nuncupavit. Frustra sunt, qui MSS. invitis, *cedrelaeon* substituunt. Sic πισσέλαιον picis florem appellat Scrib. Larg. Comp. XL, *id nempe quod excipitur, dum ea coquitur, lana superposita eius vapori.* Hard.

Scobe serpentes. Nicand. in Ther. p. 4 et 7. Hard.

Baccis. Cedri fructu: quo si perungitur corpus, cum cervi adipe seu medulla, fugari serpentes eo et Diosc. fatetur l. c. Διώκουσι καὶ θηρία χριομένου τοῦ σώματος σὺν ἐλαφείῳ στέατι ἢ μυελῷ. Hard.

XII. *Cedrides.* Diosc. I, 105: κεδρίδες δὲ καλοῦνται οἱ ἐξ αὐτῆς (κέδρου) καρποί. Galen. quoque de Fac. simpl. med. VII, p. 187: Αἱ δὲ κεδρίδες, οὕτω γὰρ ὀνομάζουσιν τὸν καρπὸν τῆς κέδρου, κτλ. Hard.

Tussim. Diosc. loc. cit. Βοηθοῦσι δὲ βηξὶ, σπάσμασι, ῥήγμασι, στραγγουρίαις. Hard.

vulsis, spasticis, stranguriae, vulvis, admoti: contra lepores marinos, eademque quae supra: collectionibus, inflammationibusque.

XIII. De galbano diximus. Neque humidum neque aridum probatur, sed quale docuimus. Per se bibitur ad tussim veterem, suspiria, rupta, convulsa. Imponitur ischiadicis, lateris doloribus, panis, furunculis, corpori ab ossibus recedenti, strumis, articulorum nodis, dentium quoque doloribus. Illinitur et cum melle capitis hulceribus. Purulentis infunditur auribus cum rosaceo, aut nardo. Odore comitialibus subvenit, et vulva strangulante, et in stomachi defectu. Abortus non exeuntes trahit appositu vel suffitu: item ramis ellebori circumlitum atque subiectum. Serpentes nidore urentium fugari diximus. Fugiunt et per-

Admoti. Appositu. Ita MSS. *Poti* tamen multo mallem. Nam Diosc. I, 105: Καὶ ἔμμηνα ἄγουσι μετὰ πεπέρεως λείου πινόμεναι. *Ex trito pipere poti, menstrua cient.* Vel legi satius fortasse, *vulvis. Ac poti contra lepores marinos*, etc. Pergit enim graecus auctor: Καὶ πρὸς λαγώου θαλασσίου πόσιν σὺν οἴνῳ λαμβάνονται. *Contra haustum leporem marinum in vino sumuntur.* Hard.

Eademque quae supra. Hoc est, ad eadem, quibus utilem esse cedriae succum sup. c. dictum est. H.

XIII. *De galbano diximus.* Lib. XII, cap. 57. Hard. — *De galbano* Graecis χαλβάνη. *Bubon Galbanum* (*Pentand. digyn.* gen. 702 Pers. *Umbellifer.* Juss.); conf. Excurs. II de Galbano ad calc. huj. lib. Ed. P.

Neque, etc. Totidem verbis Diosc. III, 97. Hard.

Per se bibitur. Diosc. Κατάπίνεται δὲ πρὸς παλαιὰν βῆχα, δύσπνοιαν, ἄσθματα, ῥήγματα, σπάσματα. H.

Imponitur. Diosc. l. c. de laterum, dentiumque doloribus, et de furunculis. De panis Marc. Emp. c. xxxii, p. 224, et Plin. Val. III, 27. De strumis idem Marcellus, c. xv, p. 107, et Plin. Val. I, 13. Hard.

Corpori ab ossibus recedenti. Ab ossibus recedit caro, quum ea putrescente ossa nudantur, in hulceribus phagedaenicis et cancrosis. Dal.

Purulentis. Marc. Empir. c. ix, p. 75, et 81. Item Theod. Pr. I, 8 de aurium causatione. Hard.

Comitialibus subvenit. Comitiales enim odore excitat, uti et lethargicos; quod et Celsus testatur III, 20. De comitialibus, feminisque, quas vulva strangulat, subscribit Diosc. loc. cit. Hard.

Abortus. Immaturos partus. Dal. — Diosc. loc. cit. Hard.

Serpentes.... fugari diximus Lib. XII, cap. 57. Hard.

Fugiunt. Diosc. l. c. H.

unctos galbano. Medetur et a scorpione percussis. Bibitur et in difficili partu fabae magnitudine in vini cyatho; vulvasque conversas corrigit. Cum myrrha autem et in vino mortuos partus extrahit. Adversatur et venenis, maxime toxicis, cum myrrha, et in vino. Serpentes oleo et spondylio mixto tactu necat. Nocere urinae existimatur.

XIV. (vi) Similis hammoniaci natura atque lacrymae, probandae, ut diximus: mollit, calfacit, discutit, dissolvit. Claritati visus in collyriis convenit: pruritum, cicatrices, albugines oculorum tollit: dentium dolores sedat, efficacius accensum. Prodest dyspnoicis, pleuriticis, pulmonibus, vesicis, urinae cruentae, lieni, ischiadicis potum: sic et alvum solvit. Articulis et podagrae cum pari pondere picis aut cerae et rosaceo coctum. Maturat panos, extrahit clavos cum melle: sic et duritias emollit. Lieni cum aceto et cera Cypria, vel rosaceo, efficacissime imponitur. Lassitudines perungi cum aceto et oleo, exiguoque nitro, utile est.

Mortuos partus extrahit. Dioscor. loc. cit. Hard.

Adversatur. Diosc. loc. cit. ex aceto: Σὺν ὄξει καὶ σμύρνῃ ποθεῖσα, ἀντιπάσχει καὶ τοξικῷ. Hard.

Serpentes... necat. Dioscor. ad verbum, loc. cit. Hard.

Nocere urinae existimatur. Immo prodesse, si Dioscoridi fides: Δοκεῖ δὲ καὶ δυσουροῦσι ποιεῖν. Sed ibi legendum δυσουρίαν ποιεῖν, contraria plane sententia, ex Serapione, alii ante nos viderunt. Hard.

XIV. *Similis.* Similis, inquit, Hammoniaci natura est galbano, similisque natura lacrymae, cuius probatio fieri debet, eo pacto, quo dictum est lib. XII, 49. H. — *Herucleum gummiferum* ammoniaci lacrymam largiri docet Wildenovius, Hort. Berol. I, t. 53, 54. Αγασυλλὶς Dioscorid. III, 98. Vid. Esc. III de Hammoniaco ad calcem huius lib. Eo. P.

Mollit, calfacit, etc. Haec quoque Diosc. I, 98. Hard.

Albugines. Dioscorid. l. cit. Σμήχει δὲ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς λευκώματα. Theodor. Prisc. I, 10: *De oculorum causis; Nam et lactenti suo mater guttam Hammoniaci masticando, albores oculi... saepius permundavit.* H.

Prodest. Reliquae deinceps Hammoniaci medicinae totidem fere verbis exstant apud Dioscorid. l. c. H.

Oleo. Oleum Cyprinum Dioscor. desiderat loc. cit. Hard.

XV. Et styracis naturam in peregrinis arboribus exposuimus. Placet praeter illa quae diximus, maxime pinguis, purus, albicantibus fragmentis. Medetur tussi, faucibus, pectoris vitiis, vulvae praeclusae duritieve laboranti. Ciet menses potu, apposituve, alvum mollit. Invenio potu modico tristitiam animi resolvi, largiore contrahi. Sonitus aurium emendat infusu: strumas illitu, nervorumque nodos. Adversatur venenis, quae frigore nocent: ideo et cicutae.

XVI. Spondylion una demonstratum, infunditur capitibus phreneticorum, et lethargicorum: item capitis doloribus longis. Cum oleo vetere bibitur, et in iocinerum vitiis, morbo regio, comitialibus, orthopnoicis, vulvarum strangulatione: quibus et suffitu prodest. Alvum mollit. Illinitur hulceribus serpentibus cum ruta. Flos auribus purulentis efficaciter infunditur. Sed succus quum exprimitur, integendus est, quoniam mire appetitur a muscis et

Vtile est. Voculam *est* Brot. ex codd. omittit. Ed. P.

XV. *Styracis naturam*, etc. De *Styraci officinali*, iam dictum est l. XII, cap. 55. Vid. Exc. IV de Styrace ad calc. hui. lib. Ed. P.

Albicantibus fragmentis. Micis grumisve Diosc. I, 79: Θρόμβους ἔχων ὑπολευκοὺς. Hard.

Medetur tussi, faucibus. Haec iotidem verbis Diosc. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 232. H.

Ciet menses potu, etc. Ad verbum Diosc. et Galen. ll. cc. Hard.

Infusu... illitu. Gron. et edit. ante Hard. lib. *infusum... illitum.* Ed. P.

Ideo et cicutae. Hausto cicutae veneno resistere styracem e vino potum scribit Diosc. Εὐπορ. II, 142. H.

XVI. *Spondylion*, etc. Nobis *Heracleum Sphondylium* (*Pentand. digyn.* gen. 696 Pers. *Vmbellifer.* Juss.), de quo iam Noster egit lib. XII, c. cap. 58. Ed. P.

Infunditur. Plin. Val. III, et IX, 7. Dioscorid. quoque iotidem plane verbis, III, 90. Hard.

Cum oleo vetere, etc. Diosc. l. c. ad verbum et Gal. l. c. p. 233. H.

Alvum. Diosc. l. c. H.

Illinitur hulceribus. Plin. Val. III, 22, et Diosc. ad verbum, loc. cit. Hard. — *Serpentibus.* Brot. ex MSS. Regg. 2, 5, et edd. princip. *quae serpunt.* Ed. P.

Flos. Hoc est, flos trilus, seu floris succus. Diosc. loc. cit. Τοῦ δὲ ἄνθους χλωροῦ ὁ χυλὸς πρὸς ἐλκομένα

similibus. Radix derasa, et in fistulas coniecta, callum earum erodit. Auribus quoque instillatur cum succo. Datur et ipsa contra morbum regium, et in iocineris vitio et vulvarum. Capillos crispos facit peruncto capite.

XVII. Sphagnos, sive sphacos, sive bryon, et in Gallia, ut indicaviimus, nascitur, vulvis decocto insidentium utilis: item genibus et feminum tumoribus, mixtus nasturtio, et aqua salsa tritus. Cum vino autem ac resina sicca potus, urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit, cum vino et iuniperis tritus ac potus.

XVIII. Terebinthi folia et radix collectionibus imponuntur. Decoctum eorum stomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in vino, et contra difficultatem urinae. Ventrem leniter emollit. Venerem excitat.

XIX. Piceae, et laricis folia trita, et in aceto decocta, dentium dolori prosunt. Cinis corticum, in-

ὦτα, καὶ πυορροοῦντα ἁρμόζει. Exscripsit haec quoque Galen. l. c. II.

Radix. Totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Auribus. Diosc. loc. cit. Hard.

Datur. Diosc. loc. cit. Hard.

XVII. *Sphagnos, sive sphacos, sive bryon.* Nobis *Parmelia iubata* ex *Lichenum* ordine (*Algarum* Juss.). Cf. lib. XII, cap. 50. Ed. P.

Vulvis. Diosc. I, 20: Ποιοῦν πρὸς τὰ περὶ μήτραν ἐν ἀφεψήματι εἰς ἐγκάθισμα. *Facit decoctus insessu ad vulvae affectiones.* Hard.

XVIII. *Terebinthi.* Τέρμινθος Graecis; nobis *Pistacia Terebinthus*, de qua saepius iam dictum est. Ed. P.

Difficultatem urinae. Diosc. I, 91, et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 234. Hard.

Venerem excitat. Diosc. loc. citat. Ἔστι δὲ ἄριστος πρὸς ἀφροδίσια. H.

XIX. *Piceae, et laricis.* Πίτυος et πεύκης, quas pinum et laricem Plinius fere reddit, easdem esse doles Dioscorides asseverat, I, 86. Sunt nempe pinus, picea, pinaster, congeneres arbores, quibus et cognatae vires; quin et nomina saepe promiscue a bonis auctoribus permutantur. Vide Sarac. in Nott. ad Diosc. I, 87, p. 45. Hard.

Cinis. Ramenta corticum. Dioscor. I, 86: Ἁρμόζων (φλοιὸς) πρός τε παρατρίμματα λείος καταπλασσόμενος, καὶ πρὸς τὰ κεκαυμένα. *Cortex tritus et inspersus ad intertrigines et combusta confert.* Hard.

tertrigini et ambustis. Potus alvum sistit, urinam movet. Suffitu vulvas corrigit, Piceae folia privatim iocineri utilia sunt, drachmae pondere in aqua mulsa pota. Silvas eas dumtaxat quae picis resinaeque gratia radantur, utilissimas esse phthisicis, aut qui longa aegritudine non recolligant vires, satis constat: et illum coeli aera plus ita, quam navigationem Aegyptiam, proficere, plus quam lactis herbidos per montium aestiva potus.

XX. Chamaepitys latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis Ihus terrae: cubitalibus ramis, flore pinus et odore. Altera brevior, et incurvae similis. Tertia eodem odore, et ideo nomine quoque, par-

Potus alvum sistit. Dioscorid. l. c. Κοιλίαν τε ποθεῖς ἐρίστησι καὶ οὖρα κινεῖ. Hard.

Vulvas corrigit. Vulvas conversas emendat. Suffitu partus et secundas elicere Diosc. ait l. c. H.

Piceae folia privatim, etc. Hoc rursus Diosc. l. c. de foliis πεύκης ac πίτυος. Hard.

Silvas. Fere ad verbum haec Marc. Emp. cap. XXVI, p. 119, et Plin. Val. I, 61. Hard.

Quam navigationem Aegyptiam. Celsus, de tabidorum curatione lib. III, c. 22: *Opus est, si vires patiuntur, longa navigatione; caeli mutatione, sic ut densius quam id est, ex quo discedit aeger, petatur: ideoque aptissime Alexandriam ex Italia itur.* Dal.

Navigationem. De ea navigatione dicemus XXXI, 33. H.

Lactis. Ex herbis nempe virentibus et vegetis geniti. Dalec.

XX. *Chamaepitys latine abiga.* Apul. c. 26: *Graeci chamaepitya, Itali abigam, alii cupressum nigram*, etc. Pro *abiga* libri quidam *aiuga* perperam exhibent. H. — Χαμαιπίτυς Dioscor. III, 175; eodem nomine dicitur officin. *Aiuga Chamaepitys* (*Teucrium* Linn. *Didyn. gymnosp.* gen. 1371 Pers. *Labiat.* Juss.); non flore, ut ait Plinius, sed odore, ipso teste Diosc. resinam piceam aut larignam refert. Ed. P.

Altera. Hanc quoque Dioscor. III, 176, ait esse ramis cubitalibus in speciem ancorae incurvatis, ἀγκυροειδεῖς. H. — Chamaepitys secunda Dioscor. loc. proxime laud. est nobis *Teucrium Botrys.* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1372 Pers. *Labiat.* Juss.); habitat in silvis, et apricis cultis; tertia vero, de qua mox Noster, est *Teucrium Pseudo-Chamaepitys*, auctore Sprengelio. Conf. Clus. Histor. II, 187. In Hispania, Gallia Narbonensi et Italia non infrequens. Ed. P.

Tertia eodem odore. Nempe odore pinus. Sic Dioscor. l. c. Καὶ τρίτη τίς ἐστιν ἄρρην καλουμένη.. ὄζει δὲ καὶ τοῦτο πίτυος. Pingitur a Lobelio in Obs. pag. 207, sub Aiugae nomine. A Dodonaeo, p. 46, o quo chamaepitys prima appellatur. *Ivam* Galli vocant, cognomento *Artheticam.* Subscribit

vula, cauliculo crassitudine digitali, foliis scabris, exilibus, albis, in petris nascens. Omnes herbae, sed propter cognationem nominis non differendae. Prosunt adversus scorpionum ictus. Item iocineri illitae cum palmis, aut cotoneis. Renibus et vesicae, decoctum earum cum farina hordeacea. Morbo quoque regio, et urinae difficultatibus, ex aqua decoctae bibuntur. Novissima contra serpentes valet cum melle. Sic et apposita vulvas purgat. Sanguinem densatum extrahit pota. Sudores facit perunctis ea, peculiariter renibus utilis. Fiunt ex ea et hydropicis pilulae, cum fico alvum trahentes. Lumborum dolorem victoriati pondere in vino finit, et tussim recen-

Anguill. P. XIII, p. 244. Camaepitys officinarum et a Dioscoridis Pliniique delineatione abest, et indigna prorsus quae iis generibus adnumeretur, quum nullo sit pinus odore, ut Ruellius animadvertit III, 75, p. 576. H. — *Iva arthritica*, sive *arthetica* officinar. ea est quam paulo supra *Aiugae, Chamaepityos* nomine distinximus. Planta est amara, aromatica, odore resinam piceam aut larignam referens; praecipuae vero aestimationis in ischiadicis et arthriticis affectionibus; unde illi nomen. Habitat in agris Angliae, Galliae, Italiae, etc. Cf. Geoffr. Mat. med. t. III, p. 306 sqq. Ed. P.

Parvula, cauliculo crass. digitali. Gron. et al. ante Hard. *parvulo, cauliculo, crass. dig.* Brot, ex Regg. codd. et edit. principe, *parvula, cauliculo digitali.* Ed. P.

Propter cognationem. Propter affinitatem nominis cum picea, de qua cap. proximo dictum; est enim etiam Theophrasto picea, πίτυς, ut diximus: quare de chamaepity ex occasione disserit. Hard.

Item iocineri. Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 241. Hard.

Renibus. Dioscor. III, 175; Marc. Emp. c. xxvi, p. 178. H.

Morbo quoque regio. Dios. et Gal. ll. cc. Hard.

Sanguinem densatum. Sive conglobatum, ut dictum c. 27 sq. quod in praecipitatis potissimum evenit. H.

Fiunt. Diosc. loc. cit. Λεανθεῖσα δὲ σὺν σύκοις, καὶ ἀντὶ καταπατίου διδομένη μαλάσσει κοιλίαν. *Contrita vero cum ficubus, et pilularum instar exhibita* (Plin. addit *hydropicis*) *alvum emollit.* Hard.

Fico. Sic et Chiffl. Gron. et al. ante Hard. *ficu.* De *ficu* nuper inventa in Herculani ruinis, vide Exc. V ad finem hui. lib. Ed. P.

Lumborum dolorem. Diosc. et Gal. ll. cc. et Marc. Emp. c. xxiv, p. 173. H. — *Lub. dolorem.* Gronov. et al. *Lumb. quoque dolorem.* Ed. P.

Victoriati. Hoc est, argentei quinarii, dimidiive denarii, vel drachmae dimidiae pondere. Victoriati pondus obolorum trium esse recte Marc.

tem. Mortuos partus, ex aceto cocta, et pota, eiicere protinus dicitur.

XXI. Cum honore et pityusa simili de causa dicetur, quam quidam in tithymali genere numerant. Frutex est similis piceae, flore parvo, purpureo. Bilem et pituitam per alvum detrahit radix, decocti hemina: aut seminis lingua in balanis. Folia in aceto decocta, furfures cutis emendant: mammas quoque mixto rutae decocto et tormina, et serpentium ictus, et in totum collectiones incipientes.

XXII. Resinam e supra dictis arboribus gigni docuimus, et genera eius, et nationes in ratione vini, ac postea in arboribus. Summae species duae: sicca et liquida.

Emp. ait, c. 18, p. 78. Nam drachma seu denarius sex obolos efficit, ut XXI, cap. ult. Nota in medicis ponderibus haec est, Denarius I. A. S. H. — Est et nummus Clodii lege percussus, et Victoria signatus; unde nomen. Ed. P. — *Cocta et pota.* Sic et Chiffl. *cocta potaque* Gron. et al. Ed. P.

XXI. *Pityusa simili de causa dicetur.* Propter cognationem nominis, cum picea, quae πίτυς, ut diximus, Theophrast. quoque est. Dioscor. IV, 166: Πιτύουσα... εἶδος δοκεῖ διαφέρειν τοῦ κυπαρισσίου τιθυμάλου· ὅθεν καὶ εἶδος ἐν αὐτοῖς καταριθμεῖται. *Pityusa a cyparissia tithymalo specie differre sola creditur: ideoque in tithymali genere communeratur.* Nunc omnibus herbariis, officinisque ac receptioribus medicis *Esula* nominatur, teste Ruellio III, p. 653. A Dodonaeo pingitur, p. 370. H. — *Euphorbia Pityusa* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1190 Pers. *Euphorbiae.* Juss.); hab. in Europae australis arenosis. Sub *esulae* nomine diversis in regionibus diversas *Euphorbiae* species exhibent pharmacopoei, sive *palustrem*, sive *heliosopiam*, sive *cyparissiam*, sive aliam quamcumque ex iis quae in Europa crescunt, speciebus; nec in eo vituperandi, ut iampridem Tournefortius Bergiusque monuerunt, quandoquidem polleant iisdem euphorbiae illae virtutibus, eodemque modo soleant praeparari. Ed. P.

Similis piceae. Foliis piceae, τῆς πίτυος, exiguo flore, ac paene purpureo, inquit Dioscor. ll. cc. Hard.

Bilem. Dioscor. loc. cit. Καθαίρει δὲ κάτω ἡ μὲν ῥίζα ⊲ β' ὀλκὴ δοθεῖσα σὺν μελικράτῳ· τοῦ δὲ καρποῦ α'. *Purgat per inferna radix, drachmis duabus data in aqua mulsa: semen vero, drachma una.* Ita fere et Galen. loc. cit. Hard.

In balanis. Balani hoc loco non palmulae videntur esse, ut libro sup. c. 74, sed glandes quae in podicem indiuntur manu ad subducendam alvum. Medici *suppositoria* nuncupant. H. — Al. *ligula.* Ed. P.

XXII. *Resinam.* Conf. lib. XIV, c. 25; lib. XVI, cap. 16, et Excursum VI de Resina ad calcem hui. lib. Ed. P.

Sicca e pinu et picea fit: liquida e terebintho, larice, lentisco, cupresso. Nam et eae ferunt in Asia et Syria. Falluntur qui eamdem putant esse, e picea atque larice. Picea enim pinguem, et thuris modo succosam fundit: larix gracilem, ac mellei liquoris, virus redolentem. Medici liquida raro utuntur, et in ovo fere: e larice propter tussim hulceraque viscerum: nec pinea magnopere in usu: caeteris non nisi coctis. Et coquendi genera satis demonstravimus. In arborum differentia placet terebinthina, odoratissima atque levissima: nationum, Cypria et Syriaca: utraque mellis Attici colore: sed Cypria carnosior, sicciorque. In sicco genere quaerunt, ut sit candida, pura, perlucida. In omni autem, ut montana potius quam campestris: item aquilonia potius, quam ab alio vento. Resolvitur resina ad vulnerum usus et malagmata, oleo: in potiones, amygdalis amaris. Natura in me-

Sicca et pinu et picea. Sic auct. libri de Simpl. ad Patern. t. XIII Opp. Galeni, p. 998: *Resina sicca*, inquit, *invenitur circa nuclip num, et pityn* (*quae Theophrasto* picea *est, ut monuimus*): *alia liquida circa terebinthum, et peucen* (*quae semper a Plinio* laria *appellatur*), *et cupressum, et quae circa lentiscum, quam aliqui mastichinam esse dicunt, in Chio insula*, etc. Negant tamen alii liquidam e lentisco fundi, Vide Dalec. Hist. pl. I, 20, p. 69. Resinam e larice, λάρικος, manare liquidam, scribit et Diosc. 29. H. — *Liquida... e lentisco.* E lentisco non fluit resina liquida, sed sicca, *le mastic*, de qua vid. Tournefort, *Voyag.* t. II, pag. 69. Bart.

Eae ferunt. Lentiscus videlicet et cupressus: illa in insula Asiae Chio, ista in Syria. Larix enim Italiae et Galliae peculiaris arbos. H. — *Et eae.* Gron. et al. *eae.* Ed. P.

E picea atque larice. Hoc est, ut cum Theophrasto loquamur, ἐκ τῆς πίτυος καὶ ἐκ τῆς πεύκης. H.

Ac mellei liquoris. Plin. Val. XVI, 19, de larice: *Plusculum huic erumpit liquoris, melleo colore, atque lentiore, nunquam durescentis.* H.

Demonstravimus. Lib. XVI, cap. 22. Hard.

In arborum differentia. Diosc. I, 92. Hard.

In omni. Haec tradit etiam Theophrast. IX, 2. Hard.

Item. Theoph. l. c. H.

In potiones. Si in potiones sumi resina debet, resolvi prius necesse est oleo ex amygdalis amaris confecto. Hard.

Natura. Diosc. I, 91. Vide et Th. Prisc. I, 19. Hard.

dendo contrahere vulnera, purgare, discutere collectiones: item pectoris vitia terebinthina. Illinitur eadem calida membrorum doloribus, spasticisque in sole. Illinitur et totis corporibus, mangonum maxime cura, ad gracilitatem emendandam, spatiis ita laxantium cutem per singula membra, capacioraque ciborum facienda corpora. Proximum locum obtinet e lentisco. Inest ei vis et adstringendi. Movet et ante caeteras urinam. Reliquae ventrem molliunt, cruda concoquunt, tussim veterem sedant, vulvae onera extrahunt etiam suffitae. Privatim adversantur visco. Panos et similia, cum sevo taurino et melle sanant. Palpebras lentiscina commodissime replicat. Fractis quoque utilissima, et auribus purulentis: item in pruritu genitalium. Pinea capitis vulneribus optime medetur.

Item pectoris vitia. Dioscor. loc. cit. de omni resinarum genere: Βηξίν, inquit, ἁρμόζουσα, καὶ φθίσεσιν, ἐν ἐκλειχταῖς καθ' ἑαυτὴν ἢ μετὰ μέλιτος, ἀναχαθαίρουσα καὶ τὰ ἐκ θώρακος. *Tussi ac tabi conveniunt in eclegmate per se, aut ex melle: quaeque ex pectore educi oportet, expurgant.* Alludere hinc Plautus videtur in Mercat. act. I, sc. 2, v. 27: *Ac. Tui causa rupi rantices, iamdudum sputo sanguineni. CH. Resinam ex melle Aegyptiam vorato, salvum feceris.* De terebinthina specialim Marcell. Emp. c. XVII, pag. 132: *Resina terebinthina devoratur ad magnitudinem fabae Aegyptiacae ab eo qui suspirio laborat, vini cyatho supersumpto, quae res magno remedio est.* Idem Theod. Prisc. II, P. II, cap. 10, *de empyicis.* Praeivit utrique Celsus IV, 4, *de difficultate spirandi.* H.

Illinitur. Laudat in primis hoc picationis genus ad gracilitatem corporis emendandam, Galen. de Sanit. tuenda VI, toto cap. 8, p. 474, tom. VI. H. — *Spasticisque in sole Illinitur*, etc. Gr. et al. *Spasticisque illinitur in sole, totisque.* Ed. P.

Spatiis. Laxiores sic fiunt cutis meatus per artus singulos. H.

Inest. Dios. I, 91. H.

Movet. Dioscor. loc. cit. H.

Reliquae. Dioscor. loc. c. Ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὴ, κοιλίαν τε μαλάσσει... βηξὶν ἁρμόζουσα, καὶ φθίσεσιν, etc. H.

Privatim. De visco eo, XX, 51. diximus. Hard.

Palpebras lentiscina ... replicat. Hoc est, replet, et pilis ornat. Sic infra c. 28: *Mastiche lentisci replicandis palpebris.* Dioscor. I, 91, de quavis resina, et c. 90, de lentiscina: ἔν τε ἀναχολλήσει τρίχων ἁρμόζει τῶν ἐν βλεφάροις. *Ad agglutinandos palpebrarum pilos confert.* H.

Fractis quoque. Auribus scilicet. Hard.

Purulentis. Dioscor. I, 91: Πρός τε

XXIII. (VII.) Pix quoque unde et quibus conficeretur modis, indicavimus: et eius duo genera, spissum, liquidumque. Spissarum utilissima medicinae Brutia, quoniam pinguissima et resinosissima utrasque praebet utilitates: ob id magis rutila, quam caeterae. Id enim quod in hoc adiiciunt, e mascula arbore meliorem esse, non arbitror posse intelligi. Picis natura excalfacit, explet. Adversatur privatim cerastae morsibus cum polenta: item anginae cum melle, distillationibus et sternutamentis a pituita. Auribus infunditur cum rosaceo: illinitur cum cera. Sanat lichenas, alvum solvit, exscreationes pectoris adiuvat ecligmate, aut illita tonsillis cum melle. Sic et hulcera purgat, explet. Cum uva passa et axun-

τὰ ἰχωροῤῥοοῦντα ὦτα σὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ, καὶ πρὸς κνησμὸν αἰδοίου. H.

XXIII. *Indicavimus.* Lib. XIV, c. 25. Hard.

Utrasque praebet utilitates. Et picis, et resinae. Diosc. I, 97, de pice Brutia, δύο φύσεων ἐχομένη, πίσσης ἅμα καὶ ῥητίνης. Hard.

Ob id magis rutila. Et ad id rutila magis accommodata, quam caeterae. Diosc. I, 97. H.

Non arbitror posse intelligi. Quoniam, etsi in resiniferis arboribus, ipsaque teda, unde pix coquitur, mas et femina secernantur, ut dictum est XVI, 19, in pice tamen notae discrimen ullum agnoscere, haud proclive est. Hard.

Picis natura. Diosc. I, 97, et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 220. Hard.

Explet. Replet hulcera. Δύναμιν δὲ ἔχει πληρωτικὴν ἑλκῶν, Dioscor. l. c. Hard.

Adversatur. Diosc. I, 94: Πρὸς ἑρπετῶν δήγματα σὺν ἁλσὶ λείοις κατα-πλασσομένη. *Valet ad serpentium morsus cum trito sale adhibita.* H.

Item anginae, etc. Plin. Val. lib. I, cap. 52. Hard.

A pituita. Sic et Chilm *Purulentis*, nempe auribus, Gronov. et al. ante Hard. Ed. P.

Auribus. Ad aures purulentas cum rosaceo pariter Dioscor. adhibet, l. c. Harb.

Sanat lichenas, etc. Diosc. et Galen. ll. cc. Hard.

Exscreationes. Dioscor. I, 94: Δυσανάγωγα τῶν ἐν θώρακι ὑγρῶν, ἐκλειχομένη κυάθου πλῆθος μετὰ μέλιτος. *Valet ad humores intra pectus contentos, aegre excreabiles, si cyathi mensura cum melle delingatur.* H.

Aut illita tonsillis cum melle. Diosc. l. c. Harb.

Sic et hulcera purgat. Mutata hactenus interpunctio medicinas confuderat in hunc modum: *Sic et hulcera purgat: explet cum uva passa et axungia: Carbunculos purgat*, etc. et quo temperamento carbunculos purgaret,

gia, carbunculos purgat, et putrescentia hulcera: quae vero serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure. Phthisicis etiam cyathi mensura quidam dederunt, et contra veterem tussim. Rhagadas sedis et pedum, panosque et ungues scabros emendat: vulvae duritias et conversiones odore: item lethargicos. Strumas item cum farina hordeacea, et pueri impubis urina decocta ad suppurationem perducit. Et ad alopecias sicca pice utuntur. Ad mulierum mammas Brutia, ex vino subfervefacta cum polline farraceo, quam calidissimis impositis.

XXIV. Liquida pix, oleumque quod pisselaeon vocant, quemadmodum fieret, diximus. Quidam iterum decoquunt, et vocant palimpissam. Liquida anginae perunguntur intus, et uva. Ad aurium dolo-

obscurum est. Erroris admoniti primum sumus a Plinio Val. III, 12, ita prodente: *Pix Brutia*, inquit, *cum melle ulcera purgat, explet, sanat; eadem pix cum uva passa et axungia hulceribus putrescentibus medetur.* Et c. 30: *Carbunculo medendo: Pix Brutia cum uva passa, exemptis nucleis, addita axungia purgat.* Tum deinde a Diosc. I, 94, etsi is pro axungia mel adsciscit: Σὺν σταφίδι δὲ καὶ μέλιτι, ἄνθρακας καὶ σηπεδόνας περιχαράσσει. *Quin et cum uva passa et melle, carbunculos putrescentiaque hulcera emarginat.* Hard.

Quae vero serpunt, etc. Diosc. I, 94, totidem verbis. Hard.

Phthisicis. Diosc. loc. cit. et Marc. Emp. c. XVI, p. 119. H. — *Etiam.* Voculam hanc Brot. delet ex Mss. et edit. princ. Ed. P.

Rhagadas. Diosc. loc. cit. Marcell. Emp. cap. XXXI, p. 222, et Theod. Prisc. I, 29. Hard.

Vulvae duritias, etc. Dioscor. loco cit. Hard.

Lethargicos. Cels. III, 20, inter ea quae lethargicos odore foedo movent, picem crudam recenset. H.

Strumas. etc. Totidem verbis Dioscor. loc. cit. et Marc. Emp. c. XV, p. 107. Hard.

Sicca pice. Liquidam Dioscor. adhibet I, 95. Hard.

XXIV. *Liquida pix, oleumque*, etc. De liquida pice, XVI, 24. De pisselaeo, XV, 9. Hard.

Palimpissam. Vti dictum est XVI, 23. Diosc. I, 97: Καλεῖται δὲ αὐτὴ ὑπ' ἐνίων παλίμπισσα, quasi pix iterum cocta. Hard.

Ad aurium dolores, etc. Picis florem, seu pisselaeon, Marc. Emp. c. IX, p. 76, auribus purulentis instillat. Scribon. Larg. multo ante Comp. XL: *ad aurium dolorem: Sed praecipue picis flos, quod πισσέλαιον appellant,... dolores sedat, et fere non patitur sup-*

res, claritatem oculorum, oris circumlitiones, suspiriosos, vulvas, tussim veterem, et crebras exscreationes pectoris, spasmos, tremores, opisthotonos, paralyses, nervorum dolores. Praestantissimum ad canum et iumentorum scabiem.

XXV. Est et pissasphaltos, mixta bitumini pice naturaliter ex Apolloniatarum agro. Quidam ipsi miscent, praecipuum ad scabiem pecorum remedium, aut si foetus mammas laeserit. Maturum optimum ex eo, quod quum fervet, innatat.

purationem fieri... Florem picis autem oppello, quod rxcipitur, dum ea coquitur, lana superposita eius vapori. Hard.

Ad canum et iumentorum scabiem. Diosc. I, 95, et auct. Geop. XVII, 24, p. 446. Hard.

XXV. *Pissasphaltos, mixta bitumini pice.* Arist. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Falsum tamen. Pleeni enim factitiam a natura cum bitumine misceri credibile non est. Pissasphaltos vero bitumen est sole et ventis resiccatum et densatum ad picis crassitiem. Sic dictum vult Diosc. quod picem simul et bitumen uleat, et id perperam: ἄτοπον verum, quod quum nativum bitumen sit, picem sua crassitie aemulatur. Dal. — *Pissasphaltos.* Ea vox conflatam ex bitumine ac pice naturam significat: sive naturaliter sic ex utroque constet, quod affirmat Brassavolus, in examine herrarum, p. 455; Plinium ille quidem, ut auctorem libri de mirab. Ausc. Plinius est sequutus: sive id nomen et modo inditum, quod picem bitumenque resipiat; sive quod quum bitumen sit, crassitie picem aemuletur, ut Dalecampius existimat, post Agricolam de Nat. foss. IV, p. 216. Illud quod in Apolloniatarum agro manat, Vitruvius VIII, 3, picem appellat, bitumen Aelianus, Var. Hist. XIII, 6; πισσάσφαλτον Diosc. I, 100. Hard.

Quidam ipsi miscent. Bitumen pici admiscent. Hard.

Maturum optimum ex eo, etc. Mature coctum. Priorem vocem huius sententiae verbis antecedentibus Plinianus adnectit, et *matrum* legit, eo pacto: *aut si foetus mammas laeserit matrum. Optimum ex eo*, etc. Herm. Barbarus ex Dioscor. *Naturale optimum* reponit. Sed quidquid is ex Dioscoride corrigi velit, ego *maturum* cum omnibus libris antiquis, Regg. Colb. Ch. edition busque pervetustis, defenderim. De artificiali enim pissasphalto, quod bitumini admixta pice confici proxime ante indicarat, agere videtur: mature coctum et commixtum, optimum esse, quod innatat, quum una coquuntur, et fervent: alioqui non video quemadmodum intelligi queat naturale fervendo innatare, quandoquidem gleharum modo concretum in littora siectetur e Ceraunis montibus fluminum impetu ad Apolloniam Epiri, ut historici referunt. Sed et magna mihi suspicio est, quod ex Dioscoride Hermolaus confirmare mi-

XXVI. Zopissam eradi navibus diximus cera marino sale macerata. Optima haec a tirocinio navium. Additur autem in malagmata ad discutiendias collectiones.

XXVII. Teda decocta in aceto, dentium dolores efficaciter colluunt.

XXVIII. Lentisci ex arbore, et semen, et cortex, et lacryma, urinam cient, alvum sistunt. Decoctum eorum hulcera quae serpunt, fotu. Illinitur in humidis, et igni sacro: gingivas colluit. Folia dentibus in

titur, existimasse eum, id quod de asphalto ipso, hoc est, bitumine, ille refert, quod in Agrigentinorum agro fontibus supernatare proditur, ad fervorem innatantis pissasphalti trahi oportere. Hard.

XXVI. *Zopissam.* Zopissa, sive apochyma, non tantum cera est navibus derasa, sed cera cum resina mixta, qua naves oblinuntur, tum ut facilior et magis lubricus per undas earum sit cursus, tum ut eo velut tectorio defensae navium tabulae, maris edaci salsugine minus corrumpantur. Northmani sua navigia hodie piee et axungia suis simul liquatis ungunt, idque linimentum vocant *brai*. Melior zopissa ad discutiendum ex nave tum primum fluctus experta, quoniam praeter suam et salis vim resiccantem, ligni quoque adhuc integram facultatem habet, quae navigationibus continuatis evanescit. Dal. — *Zopissam.* Lib. XVI, 23. H.

A tirocinio navium. A nave primum fluctus experta. Hard.

Additur. Discutiendi, diffundendi, dissipandi vim Diosc. eidem adscribit: διαχυτικὴν, I, 98. H.

XXVII. *Teda.* Nobis est *Pinus Cembra*; de que conf. lib. XVI, cap. 19. Ed. P.

Decocta. Plin. Val. I, 36: « Ad dentium dolorem: tedas pingues in astulas concides, et in aceto decoques, idque acetum in ore continebis. » Hard. — *Teda decocta.* Gron. et al. *tedae decoctae.* Ed. P.

XXVIII. *Lentisci.* Diosc. I. 89, exprimi succum ait, ex cortice, radice, foliis, qui ad sanguinis eiectionem, ad alvi profluvia, ad urinam ciendam prosit. Sic et Gal. de Fac. Simpl. m. VIII, p. 233. H. — Σχῖνος Graecis; nobis *Pistacia Lentiscus* (*Dioec. pentand.* gen. 2212 Pers. *Terebinthac.* Juss.), e qua lacryma μαστίχη dicta. Ed. P.

Ex arbore. Gron. et lib. ante Hard. edit. *et arbores.* Ed. P.

Decoctum. Diosc. loc. cit. de lentisci foliis: Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καταντλούμενον τὰ ἀσυμπλήρωτα πληροῖ. *Decoctum eorum fotu cava replet.* Plin. Val. III, 22: *Aqua in qua lentiscus decoctus est, hulcera quae serpunt, utiliter foventur.* Totidem verbis Marc. Emp. c. IV, 42. Hard.

Illinitur in humidis. Hulceribus quae sunt in humido, ut diximus, XXII, 19. Hard.

Folia dentibus in dolore atteruntur. Itaque ex eius surculis cuspidatim consectis ac mucronatis auctore

dolore atteruntur: mobiles decocto colluuntur. Capillum tingunt. Lacryma sedis vitiis prodest, quum quid siccari excalfierive opus sit. Decoctum et e lacryma stomacho utile, ructum et urinam movens, quod et capitis doloribus cum polenta illinitur. Folia tenera oculis inflammatis illinuntur. Item mastiche lentisci replicandis palpebris, et ad extendendam cutem in facie, et smegmata, adhibetur, et sanguinem

Dioscorid. ὀδοντόγλυφα sive dentiscalpia fiunt, purgandis, scalpendisque dentibus, ut attritu, quae inhaerent, extergantur et detrahantur. Vtebantur ad id et myrti ramulo. Clemens Alexandrin. III Paedag. εὐφυεῖς ὀδόντας ἔχειν, ἐξ ἀνάγκης δεῖ γελᾶν ἵνα θεωρῶσιν οἱ παρόντες τὸ στόμα ὡς ὅτι κομψὸν φορεῖ· ἐὰν δὲ μὴ χαίρῃ γελῶσα, διατελεῖ τὴν ἠρέμαν ξυλήφιον μυρρίνης ἔχουσα λεπτὸν ἐν τοῖς χείλεσιν, ὥστε τῷ χρόνῳ σίσηρον, ἄν τι βούληται, ἄν τε μή. Victorius, VI, 12. Dal.

Mobiles. Plin. Val. I, 36. Dioscor. I, 89: ἱστησι δὲ τὸ ἀφέψημα καὶ σειομένους ὀδόντας διακλυζόμενον. *Decoctum dentes mobiles collutione firmat.* Sed et lentisci surculi dentiscalpiorum purgandis dentibus vicem praebuere: in usu a Martiale commendantur, XIV, xxii, cuius lemma: *Dentiscalpium: Lentiscum melius; sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes pinna levare potest.* H.

Capillum tingunt. Nempe folia. H. — *Capillum tingunt.* Non male recentiores editiones. Fronde enim lentisci canos capillos nigrum colorem induere docet Q. Serenus (carmine recitato cap. 10). Mss. Regg. et editio princeps, *capillum tingunt lacryma.* Brot.

Lacryma. Hoc ipsum Diosc. loc. cit. de succo foliorum radicis ac corticis: Καὶ πρὸς τὰς πρόπτώσεις ὑστέρας καὶ δακτυλίου, *ad uteri sedisque procidentias.* Sic et Galen l. c. H.

Folia. Plin. Val. I, 44: *Lentisci tenera folia contrita, et fronti imposita, oculorum epiphoras suspendunt.* H.

Item mastice. Hoc est, resina lentiscina à nonnullis mastiche dicta. Diosc. I, 90: Γεννᾶται δὲ καὶ ῥητίνη ἐξ αὐτῆς σχινίνη καλουμένη, ὑπ' ἐνίων δὲ μαστίχη. *E lentisco resina nascitur, lentiscina cognominata, et a nonnullis mastiche.* H. — De mastiche conf. Excurs. VII ad calcem huius libri. Ew. P. — *Replicandis palpebris.* Ea voce superius usus c. 22, rursumque infeliius lib. XXXV, cap. 51. Diosc. l. c. Ἀνακολλᾷ δὲ καὶ τρίχας ἐν ὀφθαλμοῖς. *Pilos oculorum fluentes glutinat et cohibet.* Haar.

Ad extendendam cutem. Ad extendendas rugas in cute. *Ad extergendam* alii, alii *ad extercendam* legunt. A libris antiquis Regg. Colb. etc. non discedo, auctore etiamnum Q. Sereno, c. XII, p. 131: *Attrito sapone genas purgare memento, Rugarum sulcos lentisci mastice tendens.* Facit tamen ad nitorem cutis faciei illita. Diosc. I, 90: Μίγνυται δὲ καὶ... ἐπιχρίσμασι προσώπου στιλβοποιοῦσα. Haar.

Et smegmata. Dentifricia, σμήγματα ὀδόντων, Diosc. loco cit. H.

reiicientibus, tussi veteri: et ad omnia quae hammoniaci vis. Medetur et attritis partibus, sive oleo e semine eius facto ceraeque mixto, sive foliis, ex oleo decoctis, sive cum aqua virilia foveantur. Scio Democratem medicum in valetudine Considiae M. Servilii consularis filiae, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter usum lacte caprarum, quas lentisco pascebat.

XXIX. (VIII.) Platani adversantur vespertilionibus. Pilulae earum in vino potae denariorum quatuor pondere, omnibus serpentium et scorpionum venenis medentur: item ambustis. Tusae autem cum aceto acri,

Sanguinem reiicientibus. Dioscor. pariter l. c. Χρησιμεύουσα πρὸς αἵματος ἀναγωγάς, καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα πινομένη. Gal. quoque l. c. H.

Et ad omnia quae hammoniaci vis. Sic libri omnes editi. In Reg. 4, *et ad omnia qua eius*, vel *quavis*. Alii aliter, sed ita ut certi nihil ex ullis eruas. Diosc. I, 89, succum lentisci prodesse scribit ad omnia ea ad quae prosit acacia: καὶ καθόλου ἀντὶ ἀκακίας, ἔνεστι αὐτῷ χρῆσθαι. Hard.

Virilia. Lego *naturalia*, nempe vulvae; quarum sanguinem erumpentem reprimit. Diosc. Dalec.

In valetudine. Morbum eum fuisse hulcus pulmonis renumve credibile est, aut immodicas sanguinis profusiones. Dal.

M. Servilii. De eo disimus in auctorum Indice, verbo *Servilius Democrates*. Hard.

XXIX. *Platani adversantur vespertilionibus.* In veteri libro *scorpionibus* legi non *vespertilionibus* Dalecampius admonet. Quisquis is liber fuit, fidem haud meretur, reclamantibus caeteris, tum Mss. tum scriptoribus etiam antiquis. Vertigine premi vespertilionem, si platani folio tangatur, scribit Sext. Emp. Pyrrh. hypotyp. I, 14, p. 12: Πλατάνου φύλλου θίγοντος, νυκτερὶς καροῦται. Africanus in Geop. XIII, p. 372, obiectis platani foliis aditum obstrui vespertilionibus asseverat: Εἰς τὰς εἰσόδους κρέμασον φύλλα πλατάνου, καὶ οὐκ εἰσελεύσονται νυκτερίδες. Addit idem auctor XV, 1, p. 404, ciconias nidis suis platani folia imponere, ne vespertiliones subeant. Πελαργοὶ πλατάνου φύλλα ταῖς νεοττιαῖς ἐντιθέασι διὰ τὰς νυκτερίδας. Quod et Phile prodidit, de Propr. anim. p. 74; Aelian. Hist. Anim. I, 37. H. — *Platanus orientalis (Monaec. polyand.* gen. 2108 Pers. *Amentac.* Juss.); de ea satis abunde a Nostro dictum lib. XII, cap. 8. Ed. P.

Pilulae earum in vino potae denariorum, etc. Nicand. in Ther. p. 43. Diosc. I, 107: Τὰ δὲ σφαιρία χλωρὰ σὺν οἴνῳ ποθέντα, ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ. *Pilulae virides in vino potae, serpentium morsibus auxiliantur.* H.

Item ambustis. Diosc. l. c. Ἀναληφθέντα δὲ στέατι, πυρίκαυστα θεραπεύει. *Pilulae exceptae adipe, igni ambusta sanant.* Sic enim Galen. de

magisque scilliti, sanguinem omnem sistunt. Et lentiginem, et carcinomata, melaniasque veteres, addito melle emendant. Folia et cortex illinuntur collectionibus et suppurationibus, et decoctum eorum. Corticis autem in aceto, dentium remedium est: foliorum tenerrima in vino albo decocta, oculorum. Lanugo foliorum, et auribus, et oculis inutilis. Cinis pilularum sanat ambusta igni vel frigore. Cortex e vino scorpionum ictus restinguit.

XXX. Fraxinus quam vim adversus serpentes haberet, indicavimus. Semen foliis eius inest, quo me-

Facul. simpl. med. VIII, pag. 221. Hard.

Tussae, Plin. Val. III, 21; Q. Serenus, cuius verba recitabimus cap. 37. Hard.

Melaniasque veteres addito melle, etc. Μελανία nigritudo est. Graeca voce pro latina abutitur. In Mss. *malandriasque*, male. H.

Corticis. Subintelligo, decoctum ex antecedente sententia. Diosc. I, 107: Ὁ δὲ φλοιὸς ἑψηθεὶς ἐν ὄξει, ὀδοντάλγας ἐστὶ διάπλυσμα. *Cortex in aceto coctus ad dentium dolores colluitur.* Galenus quoque l. c. H.

Foliorum tenerrima, Ita Mss. Reg. Colb. et Ch., quos sequuti sumus: quum prius perperam legeretur, *folia eorum tenerrima.* Diosc. I, 107: Πλατάνου τὰ τρυφερὰ τῶν φύλλων ἑψηθέντα ἐν οἴνῳ, καὶ καταπλασθέντα, στίλλει ῥεύματα ὀφθαλμῶν. *Tenerrima platani folia in vino decocta, mox illita, oculorum fluxiones sistunt.* H.

Lanugo foliorum, et auribus, et oculis, etc. Diosc. l. c. Ὁ δὲ χνοῦς τῶν φύλλων καὶ τῶν σφαιρίων ἀκοὴν, καὶ ὄψιν ἀμβλύνει. *Foliorum pilularumque lanugo in aures et oculos illapsa, auditum visumque labefactat.* Sic et arteriam laedi ea lanugine, si spiritu attrahatur, docet Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 221: Φυλάττεσθαι δὲ τὸν ἐπὶ τοῖς φύλλοις τοῦ δένδρου χνοῦν. καὶ γὰρ τὴν ἀρτηρίαν ἀδικεῖ ὥσπερ γε καὶ τὴν ὄψιν, καὶ τὴν ἀκοὴν, etc. H.

Cinis pilul. Q. Seren. c. LXI: *De combusturis igne vel frigore*, p. 162: *Conversa in cinerem platani pila curat utrumque.* Hard.

XXX. *Fraxinus.* Nobis *Fraxinus excelsior* (*Dioec. Triand.* gen. 2181 Pers. *Jasmin.* Juss.), de qua conf. l. XVI, cap. 24. Ed. P.

Semen foliis eius inest. Hoc perperam. Non enim in eius foliis semen est, sed ἐν λοβοῖς, id est in siliquis, Theophrasto, Hist. lib. VIII, cap. 17. Quidam hic legunt, *semen folliculis eius inest*, etc. Dal. — *Foliis.* Sive folliculis. De fraxino sermo instituitur. At *folliculis* scribi oportere, non *foliis eius*, sunt qui vehementer contendant, quoniam contineri siliqua sive folliculo semen illud constet. Itaque a Dalecampio aliisque hoc loco Plinius erroris arguitur. Verum non intelligunt viri alias eruditi, siliquam eam, qua semen includitur, foliaceam

dentur iocineris et lateris doloribus in vino. Aquam quae subit cutem, extrahunt. Corpus obesum levant onere, sensim ad maciem reducentes, iisdem foliis cum vino tritis ad virium portionem: ita ut puero quinque folia, tribus cyathis diluantur, robustioribus septem folia, quinis cyathis vini. Non omittendum, ramenta eius et scobem a quibusdam cavenda praedici.

XXXI. Aceris radix contusa e vino iocineris doloribus efficacissime imponitur.

XXXII. Populi albae uvarum in unguentis usum exposuimus. Cortex potus ischiadicis et stranguriae pro-

in circumferentia praeferre lacinias, atque adeo folii latitudinem imitari: quamobrem et folii nomenclationem haud immeritu in eam transferri. H. — Siliquam illam, folliculumve, aut potius capsulam recentiores botanici *samaram* vocant; quo quidem vocabulo et ulmi fructum designant, ut Noster ipse lib. XVI, cap. 29. Fraxino autem samara est monosperma, et ala lanceolata munita. Ed. P.

Quo medentur iocineris. Galenus l. VIII, κατὰ τόπους, ex Asclepiade sub finem libri, hepaticum medicamentum describit hoc titulo: Ἄλλη ἐπιτετυγμένη ποτὶ καὶ πρὸς τὰς ἕλκας τῶν ἐντὸς διαθέσεις χωρὶς βηχός. In eius compositione admittitur et fraxini, et betonicae semen. Dalec. — *Quo.* Q. Seren. c. XXIII: *De iecoris et lateris vitiis medendis, p.* 139: *Sumitur et semen quod fraxinus alta profundit.* Hard.

Aquam quae subit cutem. Semine prosime ante laudato. Q. Seren. cap. XXVIII: *De hydropisi depellenda, p.* 143: *Fraxineum semen cum Bacchi rore bibendum est.* H.

Non omittendum, ramenta eius et scobem, etc. Dioscorid. lib. I, c. 108: Τὰ δὲ τορνεύματα τοῦ ξύλου ποθέντα φασὶν ἀνιαρετικὰ εἶναι. *Ligni ramenta pota leithalia esse a quibusdam perhibentur.* Hard.

XXXI. *Aceris*, etc. Q. Seren. c. XXIII: *De iecoris et lateris vitiis, p.* 139: *Si latus immeritum morbo tentatur acuto... Aut aceris radicem tundis, et una cum vino capis; hoc praesens medicamen habetur.* H. — De *Acere Pseudoplatano, Platanoide, cretico*, etc. Noster abunde dixit lib. XVI, cap. 26. Ed. P.

E vino. Haec duo verba ignorant Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

XXXII. *Populi*, etc. De *Populo alba, nigra, et graeca* (Dioec. octand. gen. 2249 Pers. *Amentac.* Juss.), quae in Creta et in insulis Archipelagi nascitur, iam Noster egit lib. XII, cap. 61. Ed. P.

Cortex. Diosc. I, 109: Λεύκης τοῦ δένδρου ὁ φλοιὸς ποθεὶς ὅσον ὀγγίας μιᾶς πλῆθος, ἰσχιάδας ὠφελεῖ καὶ στραγγουρίας. Q. Seren. cap. XXXVIII, pag. 150: *Saepius occultus victa coxendice morbus Perfurit, et gressus diro languore moratur: Populus alba*

dest. Foliorum succus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur. Populus nigra efficacissima habetur, quae in Creta nascitur. Comitialibus semen ex aceto utile. Fundit illa et resinam exiguam, qua utuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponuntur. Humor e cavis populi nigrae effluens, verrucas, papulasque ex attritu ortas tollit. Populi ferunt et in foliis guttam, ex qua apes propolim faciunt. Gutta aeque propoli ex aqua efficax.

dabit medicos de corticе potus. Hard.

Foliorum succus. Q. Serenus, cap. XIII, pag. 134: *Quum saevus teneras dolor alte saucia aures, Fraxinea in flammis fundit quem talea succum Instillet, sive obscoenos ex virgine rores, Aut succum, ex folio dederit quem populus alba*, etc. Et apud Dioscorid. loc. cit. exstant ea totidem verbis. H.

Virgam. De silice idem inferius, cap. 38. Hard.

Non metuatur. Brot. ex Reg. 2 et edit. principe, *non metuipur.* Intertrigo autem, malum est quo femora laborant, quum equitatu aliave de causa conterunt; vel herpetis genus, quod adultorum femora invadit. Ed. P.

Comitialibus. Sic Dioscorid. I, 113: Ὁ δὲ καρπὸς μετ' ὄξους πινόμενος, ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ. Hard.

Fundit. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Hard.

Humor e cavis populi nigrae effluens. E cavitatibus, quae sunt in media incisura positae, dum castratur. Ita MSS. omnes, editique libri. Quae lectio si cui non admodum arriserit, coniecturam ei aliam libet hoc loco proponere: nam *e cymis* legi magis probaturus sit. Nam e germinibus et surculis incipientibus (cymas Graeci Latinique vocant), crassiusculus et lentore suo resinaceus, gummosusve exit humor, odoratissimus aromatum modo: unde unguenti populei vulgo dicti materiam sumendam censuerim. Hard.

Ex attritu ortas. Sic legend. monuit Gron. Libb. ante Hard. vulgg. *et attrita corporis.* Ed. P.

Ex qua apes propolim faciunt. Lib. XI, cap. 7, e gummi populorum ac vitium pissoceros fit, non propolis. Dalec. — *In foliis guttam, ex qua:* Gron. et al. ante Hard. τὸ *in*; Brot. vero τὸ *ex* omittunt. Ed. P.

Gutta aeque propoli ex aqua efficax. Eadem ac propolis in medicina vires habet ex aqua. Quae sint propolis facultates in usu medico dictum est XXII, 50. Libri ante nos editi, impedita admodum, vel ut verius, nulla sententia, *Gutta quoque aquae propolis ex aqua remedium quam efficax est.* In MSS hoc tantum: *Gutta quoque aquae propolis ex aqua efficax.* In quibus vestigia haud obscura sincerae scripturae. Sententia est, ut diximus, pares ei guttae vires in usu medico ac propoli, esse. Aeque *propoli*, pro *aeque ac propolis*, phrasis

XXXIII. Vlmi et folia, et cortex, et rami, vim habent spissandi, et vulnera contrahendi. Corticis utique interior tilia lepras sedat, et folia ex aceto illita. Corticis denarii pondus potum in hemina aquae frigidae, alvum purgat, pituitasque et aquas privatim trahit. Imponitur et collectionibus lacryma, et vulneribus, et ambustis, quae decocto fovere prodest. Humor in folliculis arboris huius nascens, cuti niterem inducit, faciemque gratiorem praestat. Cauliculi foliorum primi, vino decocti, tumores sanant, extrahuntque per fistulas. Idem praestant et tiliae corticis. Multi corticem commanducatum vulneribus utilissimum putant: folia trita aqua aspersa pedum tumori.

est Pliniana; qua usus iterum lib. XXXV, 6: *Quibus equidem nullas aeque demiror tam longo aevo durantes.* Hic *quibus aeque*, *vel aeque illis* dixit, pro aeque atque illas. Nec Pliniana modo locutio, sed etiam Plautina, in Amphithr. act. I, sc. 13, vs. 137: *Nullus est hoc meticulosus aeque.* Hard.

XXXIII. *Vlmi.* Haec pariter Diosc. I, 111. Hard. — Πτελέα Graecis; nobis *Vlmus campestris* (*Pentand. digyn.* gen. 652 Pers. *Amentac.* Juss.); de qua Noster egit, XVI, 29; atiniae autem gallicae nomine, cuius ibidem meminit, non ulmi speciem; sed *Carpinum* nostratem *Betulum* designat Columell. V, 6, ut auctor est Sprengelius. Ed. P.

Corticis. Diosc. totidem verbis, loc. cit. Ποιεῖ δὲ τὰ φύλλα πρὸς λέπρας λεῖα σὺν ὄξει ἐπιπλαττόμενα, μᾶλλον δὲ ὁ φλοιός, etc. H. — *Interior tilia.* Id est, cortex interior. Plinius ipse, XVI, 25, ubi de tilia arbore: *Inter corticem ac lignum tenues tunicae multiplici membrana... tiliae vocantur; tenuissimae earum* philyrae. Ed. P.

Corticis denarii pondus potum. Folia trita ex aceto lepris medentur: eadem vulnera glutinant, sed magis corticis tilia, fasciae loco advoluta: nam lori modo facile flectitur. Diosc. Haec Plinius pervertit, et perturbat. Dal. — *Cort. den.* Ad verbum haec Plin. Val. II, 23, et Dioscor. loc. cit. Hard.

Imponitur. Meminit eius lacrymae Theophr. Hist IX, 1. Gummi Diosc. vocat, in Alex. c. 22: Κόμμι πτελέας. Hard.

Lacryma. Quae praecisis ramis fluit e medulla, dum arbor castratur. Dal.

Humor. Haec totidem verbis Diosc. I, 3. In foliis ipsis folliculi instar corrugatis, complicatisque, humorem eum reperiri aiunt. Φύσας tamen Dioscorides: Aegineta θυλάκια, *folliculos* dicere. Hard.

Tiliae corticis. Ita MSS. non *cortices.* Tunicae interiores in ulmi corticibus, tiliae a Plinio nuncupantur. Sic paulo ante, hoc ipso capite: *Corticis utique interior tilia lepras sedat.* Hard.

Humor quoque e medulla, uti diximus, castratae arboris effluens, capillum reddit capiti illitus, defluentesque continet.

XXXIV. Arbor tilia leniter tusa ad eadem fere utilis est, atque oleaster. Folia autem tantum in usu, et ad infantium hulcera in ore commanducata: decocta urinam cient: menses sistunt illita: sanguinem pota detrahunt.

XXXV. Sambucus habet alterum genus magis silvestre, quod Graeci chamaeacten, alii helion vocant, multo brevius. Vtriusque decoctum in vino veteri foliorum, vel seminis, vel radicis, ad cyathos binos potum, stomacho inutile est, alvo detrahens aquam. Refrigerat etiam inflammationem, maxime recentis ambusti: et canis morsum cum polenta mollissimis folio-

Humor. Lib. XVI, 74, his verbis: *Circumcisas quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor stantibus defluat.* Hard.

XXXIV. *Tilia leniter*, etc. Quae de tilia arbore medicinae a Plinio nunc referuntur, has totidem plane verbis philyreae arbori, diversi omnino a tilia generis, Diosc. adiudicat, I, 125. An philyram Plinius pro philyrea acceperit, an eaedem utriusque vires, non est in promptu statuere. Quare ampliandum censemus. H. — Arbor tilia, φίλυρα, est *Tilia europaea*, de qua non semel diximus; φιλλυρέα vero Dioscor. loc. proxime laud. nobis est eadem nomine; *Phillyrea latifolia* (*Diand. monogyn.* gen. 36. Pers. *Jasmin.* Juss.); hab. in Europa australi. Ed. P.

XXXV. *Sambucus.* MSS. omnes, *sabucus.* Vtrumque recte, ut alibi monuimus. Hard.

Alii helion. Hoc est, palustrem, quoniam in pinguibus locis, uliginosisque nascitur. Diosc. IV, 175: Τὸ δὲ ἕτερον ἀκτῆς, χαμαιάκτη καλεῖται, αὕτη χαμαιπετὴς οὖσα, ἐλάσσων ἐστὶ καὶ βοτανωδεστέρα. Et in Nothis p. 474: Χαμαιάκτη... οἱ δὲ ἑλιοσάκτη, οἱ δὲ ἀγρία ἀκτή, οἱ δὲ Εὐβαϊκή, Ῥωμαῖοι ἔβουλουμ, Quae Oribasius quoque transcripsit, XI, pag. 188. Hard. — Ακτὴ Diosc. IV, 374, nobis *Sambucus nigra* (*Pentand. trigin.* gen. 729. Pers. *Caprifol.* Juss.), χαμαιάκτη, *Sambucus Ebulus*; gallice, *hieble*, vel *yèble*. Ed. P.

Vtriusque, etc. Diosc. l. cit. utriusque vim pariter communem agnoscit, et aquas detrahendi alvo, et stomachum laedendi. Δύναμις δὲ ἡ αὐτὴ ἀμφοτέραις καὶ χρῆσις, ξηραντική, ὑδραγωγός, κακοστόμαχος μέντοι. Adde et Marcell. Emp. c. xxx, p. 215. Hard.

Refrigerat. Haec totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Canis morsum. Diosc. iterum loc. cit. Hard.

rum illitis. Succus cerebri collectiones, privatimque membranae, quae circa cerebrum est, lenit infusus. Acini eius infirmiores, quam reliqua, tingunt capillum. Poti acetabuli mensura, urinam movent. Foliorum mollissima ex oleo et sale eduntur, ad pituitam bilemque detrahendam. Ad omnia efficacior, quae minor. Radicis eius in vino decoctae duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt: vulvas emolliunt, has et foliorum decoctum insidentium. Caules teneri mitioris sambuci, in patinis cocti, alvum solvunt. Resistunt folia et serpentium ictibus in vino pota. Podagricis

Succus. Q. Serenus, c. VIII: *De capite purgando*, p. 192: *Ungitur et succis dederit quos parva sabucus.* H.

Acini eius infirmiores. Diosc. loc. cit. Marc. Emp. c. VII, de capillo nigrando, pag. 48: *Herba quae graece chamaeacte, latine ebulus, exprimitur etiam cum suis granis, eiusque succo quotidie illito pectine, crines qui inficiendi sunt, perducuntur.* Adde et Q. Seren. carmine a nobis allato, c. X. HARD.

Poti. Q. Seren. cap. XXXIII, p. 146: *Si cui vesicae tardius cunctabitur humor, Prodest ex parvis acinos potare sabucis, Aut ederae succum*, etc. H.

Foliorum mollissima. Diosc. loc. cit. HARD.

Radicis. Diosc. loc. cit. et Plin. Val. III, 12, ad verbum. Q. Seren. c. XXVIII, *De hydropisi depellenda*, p. 143: *Conveniet tenerae radix decocta sabuci, In geminis calidi cyathis potanda Lyaei.* Cum oxymelle praebet Th. Priac. II, P. II, c. 19, de hydropicis. HARD.

Vulvas emolliunt, etc. Diosc. loc. c. HARD.

Has. Has vulvas et foliorum decoctum emollit insidentibus feminis. Diosc. l. c. εἰς ἐγκάθισμα. Porro ἐγκαθίσματα a medicis dicuntur insessiones, vel insessus. Sunt autem decocta ex herbis radicibus, atque id genus medicamentis, quibus insidetur, ut fotu procidenti vulvae succurratur, aliisque malis, ut renum, coli, vesicae; supplent balneorum vicem, quum haec desunt, aut quum prae imbecillitate horum usum aeger ferre non potest. Ita fere Constantinus. H. — *foliorum decocto si*, etc. Brot. ex Reg cod. 2, *foliorum decocta.* ED. P.

Caules. Diosc. loc. cit. Marc. Emp. ad verbum, c. XXX, p. 218. Q. Serenus, c. XXIX, *de ventre molliendo*, p. 141 *Aut edis in patinis tenerae decocta sabuci.* H.

Resistunt. Diosc. loc. cit. Q. Seren. c. XLVII, *de serpentium morsibus excludendis*, p. 154: *Proderit et caulem cum vino haurire sabuci.* H.

Podagricis. Diosc. loc. cit. Marc. Emp. c. XXXVI, p. 244 sq. Q. Seren. c. XLIII, *de podagra depellenda*, p. 153: *Cohibebitque addita questus Parva sabucus item, si hircino est collita sevo.* Scrib. Larg. tribus illis vetustior, Comp. CLX: *Ad frigidam podagram, sabucum cum axungia vetere tritum et impositum.* HARD.

cum sevo hircino vehementer prosunt cauliculi illiti: iidemque in aqua macerantur, ut ea sparsa pulices necentur. Foliorum decocto si locus spargatur, muscae necantur. Boa appellatur morbus papularum, quum rubent corpora; sambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus, alvum solvit.

XXXVI. Iuniperus vel ante caetera omnia excalfacit, extenuat, cedro assimilis. Et eius duo genera: altera maior, altera minor. Vtraque accensa serpentes fugat. Semen stomachi, pectoris, lateris doloribus utile. Inflationes algoresque discutit, tusses concoquit et duritias. Illitum tumores sistit: item alvum, baccis ex vino nigro potis: item ventris tumores illitis.

Boa, Graeci τὰ τῶν βρεφῶν ἐξανθήματα vocant; Galli, *la rougeole*; Latini rubentes papulas. Etiam tumorem crurum viae labore collectum, appellari *boam* Festus est auctor: et vetus Glossarium: Βόα, ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων. Et boum morbum, ibidem: Βόα, νόσος βοῶν. H.

XXXVI. *Iuniperus*. Ita Dioscorides, I, 103. Hard.

Excalfacit, extenuat. Verbum *extenuat*, codex antiquus non agnoscit. Scio tamen haberi in Dioscoride latino ex translatione Marcelli, sed in graecis exemplaribus desideratur. Pint.

Cedro assimilis. Voss. et Chifll. et Pintianus: *cedro alias similis*. Plinii fuit, *cedro alia similis*, ut, *omnia Mercurio similis*. Gron. — *Cedro*. Galen. de Fac. simpl. med. VIII, 187; Auct. Geop. XI, 1, aliique. H. — *Cedro assimilis*. Brot. ex cod. Reg. 2, et edit. principe, *cedro alias similis*. Ed. P.

Genera... altera minor. Ad verbum haec quoque Dioscorid. loc. cit. cuius verba restituit Anguillara, P. II, p. 46. H. — Ἀρκεύθος Theophr. et Dioscorid. est nobis *Iuniperus communis* (*Dioec. monadelp.* gen. 2286 Pers. *Conifer.* Juss.); ἀρκεύθου μεγάλης nomine *Iuniperum Oxycedrum* Dioscorides describit, I, 103, teste Sprengelio, Hist. Rei herbar. t. I, pag. 106; qui subinde Oxycedrum eamdem speciem esse praemuntiat (p. 191) cum τῇ κέδρῳ, de qua graecus auctor agit, I, 105. Ed. P.

Vtraque accensa. Diosc. l. c. H.

Semen. Bacca, fructus, ἀρκευθὶς dictus a Graecis: Diosc. pariter attestante, εὐστόμαχος, ποτὼν πρὸς τὰ ἐν θώρακι, etc. Hard.

Inflationes algoresque discutit. Dioscor. loc. cit. Hard.

Tumores sistit. Plin. Valer. III, 25. Hard.

Item alvum. Marc. Em. ad verbum c. XXVII, p. 196, et Plin. Val. II, 27. Hard.

Miscetur et antidotis oxyporis. Vrinas ciet. Illinitur et oculis in epiphoris. Datur convulsis, ruptis, torminibus, vulvis, ischiadicis cum vino albo potum pilulis quaternis, aut decoctis viginti in vino. Sunt qui et perungant corpus e semine eius in serpentium metu.

XXXVII. (IX.) Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit; sed si prius colligatur, sanguinem reiicientibus prodest. Corticis e ramis primis cinis, clavum et callum aqua mixta sanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admixto succo suo. Est autem hic trium generum. Vnum arbor ipsa exsudat cummium modo.

Miscetur et antidotis. Laudat Galenus medicamentum adversus venena, quod quia iuniperi fructum adsciscebat, διὰ τῶν ἀρκευθίδων vocabatur, de Fac. simpl. med. IX, p. 248. Hard.

Antidotis oxyporis. Si haec coniunctim legas, *antidotis oxyporis*: sunt ea antidota quasi a celeritate dicta penetrandi, ὀξύπορα. Si divisim, *antidotis, oxyporis*; hoc est, et oxyporis: medicamenta intellige ad facilem concoctionem utilia. Et sane in eiusmodi oxypora, ad digestionem parandam, iuniperi baccas adhibet Marc. Emp. cap. xx, pag. 145 sq. H.

Vrinas. Diosc. I, 103. H.

Illinitur et oculis in epiphoris. Rectius in Vet. cod. *Illinitur et oculorum epiphoris.* Pint.

Datur convulsis, ruptis. Diosc. loc. cit. Καὶ σπάσμασι, καὶ ῥήγμασι, καὶ ὑστερικαῖς πνιγομέναις (vel πινόμενος) ἁρμόζει. Hard.

Ischiadicis. Cato de Re Rust. cap. 123, p. 66. Hard.

XXXVII. *In araneam abit.* In araneosa fila: idcirco florem alii, non semen vocant. H. — *In araneam.* Semina sunt pappis instructa. De salice *frugiperda*, ἐτέα ὠλεσικάρπῳ, ut graecus Poëta appellat, conf. lib. XVI, c. 46. Ed. P.

Sanguinem reiicientibus. Dioscor. I, 136, de salice: Ὁ δὲ καρπὸς ποθεὶς αἱμοπτοϊκοὺς ὠφελεῖ. Marcell. Empir. cap. xv, pag. 120: *Semen salicis tritum, et ex vino austero sumptum, sanguinem tussientis sistit, et vitium potenter emendat.* Q. Serenus, cap. xxii, pag. 139: *Aut mansus salicum fructus prodesse putatur, Aut platani pilulas acri infundemus aceto: Nullus erit sanguis quem non cibus iste moretur.* Hard.

Corticis. Marc. Empir. c. xxxiv, p. 237: *Salicis ramorum primorum vel summorum cortices exuruntur: eorum cinis cum aqua impositus clavellis confestim medetur.* Plin. Valer. II, 52: *Salicis ramorum primorum cortices*, etc. Lege *primorum*. Dioscor. I, 136, pro aqua acetum adhibet. H. — Cortex ramulorum *Salicis fragilis*, aut *pentandrae*, etiamnunc in medicinis usurpatur; amarus, substypticus, tonicus, antifebrilis; teste Schreber. Mat. med. p. 253. Ed. P.

Cummium modo. Gron. et al. ante Hard. *gummium modo.* Ed. P.

Alterum manat in plaga, quum floret, exciso cortice trium digitorum magnitudine. Hic ad expurganda, quae obstent oculis: item ad spissanda quae opus sunt, ciendamque urinam, et ad omnes collectiones intus extrahendas. Tertius succus est detruncatione ramorum a falce distillans. Ex his ergo aliquis cum rosaceo in calyce punici calfactus auribus infunditur: vel folia cocta, et cum cera trita imponuntur: item podagricis. Cortice et foliis in vino decoctis foveri nervos utilissimum. Flos tritus cum foliis furfures purgat in facie. Folia contrita et pota intemperantiam libidinis coërcent, atque in totum auferunt usum saepius sumpta. Amerinae nigrae semen cum spuma argenti pari pondere, a balneo illitum, psilothrum est.

XXXVIII. Non multum a salice vitilium usu distat.

Alterum manat in plaga, quum floret, exciso cortice. Manat arbor e plaga succum alterum. Ita libri omnes. H.

Hic ad expurganda. Diosc. pariter l. c. de eo succo, qui cortice inciso manat: Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις. *Vim habet ea expurgandi quae pupillis offundant caliginem.* Sic etiam Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 180. H.

Collectiones intus. Pituitae vel sanguinis collectiones, quae intus sunt. Hard.

Ex his ergo aliquis. Ex his nullum Diosc. l. c. Sed e cortice foliisque tusis succum ad eadem prorsus remedia adhibet: Ὁ δὲ ἐκ τῶν φύλλων, inquit, καὶ τοῦ φλοιοῦ χυλὸς ἐν κελύφῳ ῥοᾶς θερμανθεὶς μετὰ ῥοδίνου, ὠταλγίαις ἀρήγει· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν, κατάνθλημα ποδάγρας ἄριστον. Succum foliorum appellant Marcell. Emp. cap. IX, pag. 80, et Plin. Val. I, 10. Hard.

In calyce punici. Punici, pro *punici mali*, familiaris Plinio locutio. H.

Cortice. Sic Dioscorid. loc. cit. Q. Seren. cap. XLIII, pag. 152: *Quaedam sunt rabidae medicamina digna podagrae. Ergo age, et arreptam salicis frondemque, librumque, Cum vino tere, sic contractos perline nervos.* Hard.

Flos. Q. Seren. cap. XII: *Invidia si maculat faciem leatigo decoram, Frons salicis cum flore suo contrita medetur.* Non flori, sed cortici trito cum foliis Diosc. loco citato, hanc vim adscribit: sed is multa miscet. H.

Folia. Diosc. loc. cit. de salicis foliis: Καθ' ἑαυτὰ δὲ σὺν ὕδατι ληφθέντα, ἀσυλληψίαν κατεργάζεται. *Folia per se sumpta cum aqua conceptum impediunt.* Hoc ipsum Plinius de semine dixit ante XVI, 46. Hard.

Amerinae. Totidem verbis ac syllabis haec Plin. Val. IV, 52. H.

vitex, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. Graeci lygon vocant, alii agnon, quoniam matronae Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt. Duo genera eius: maior in arborem salicis modo assurgit: minor ramosa, foliis candidioribus lanuginosis. Prima album florem mittit cum purpureo, quae candida vocatur: nigra quae tantum purpureum. Nascuntur in palustribus campis. Semen potum vini quemdam saporem habet, et dicitur febres solvere: et quum unguntur oleo admixto, sudorem facere: sic et lassitudines dissolvere. Vrinam cient, et menses. Caput ten-

XXXVIII. *Alii agnon.* Hoc est, *castum.* Vnde herbarii *agnum castum* appellant, utraque voce idem significante, Αγνός vero dicitur, quod auctore Galeno, de Facult. simpl. med. VI, p. 148, castitatem conservet iis, quibus aut estur, aut bibitur, aut substernitur. Idcirco ἁγνὸν dici, quasi ἄγονον contendit Eustath. in Iliad. Δ, pag. 834. Pingitur a Matthiolo, in Dioscor. I, p. 196. H. — *Vitex Agnus castus* (*Didynam. angiosp.* gen. 1441 Pers. *Vitic.* Juss.); habitat in meridionalis Italiae Siciliaeque paludosis. De illius arbusculae virtute antivenerea, ab omni aevo praedicata, non consentiunt inter se recentiores medici. Conf. Geoff. Mat. Med. III, pag. 45. Ed. P.

Quoniam matronae, etc. Haec totidem verbis Diosc. I, 135, et Galen. loc. cit. Aelian. item Hist. Anim. IX, 26. Sunt autem Θεσμοφόρια sacra Cereris, quibus nomen est a ferendis legibus: nam post inventas fruges, mores quoque hominum ea excoluisse creditur, et a silvestri vita ad humanitatem datis legibus revocasse: itaque mortales tanti beneficii memores, haec sacra instituisse, et Θεσμοφόρια vocasse. Diodor. Sic. Bibl. I, Plin. VII, 57, de Cerere: *Eadem prima leges*, etc. Hinc Θεσμοφόρας Ceres appellata apud Pausan. Att. I, p. 79, et apud Gruter. in vetusto lapide p. 309: ΤΗΣ. ΜΕΓΑΛΗΣ. ΘΕΑΣ. ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ. ΔΗΜΗΤΡΟΣ. Hard.

Duo genera. Haec pariter Dioscor. l. c. Hard.

Prima album florem, etc. Dioscor. loc. cit. Τὸ δὲ ἄνθος, ἡ μέν τις λευκὸν σὺν τῷ ὑποπορφυρίζοντι· ἡ δὲ πορφυροῦν φέρει· σπέρμα δὲ ὡς πέπερι. Habet his affinia Theophr. Hist. III, 17. Hard.

Nascuntur in palustribus. Dioscorid. loc. cit. Et idcirco inter aquarum notas vitex censetur, lib. XXXI, 27. H.

Vnguntur oleo admixto. Gron. et al. ante Hard. *ungantur, oleo admixtum.* Ed. P.

Et menses. Diosc. loc. cit. de fructu, seu semine: Εμμηνα ἄγει πινόμενος ὅσον < α (πλῆθος σὺν οἴνῳ Hard.

Caput. Diosc. l. c. H.

tant vini modo: nam et odor similis est. Inflationes pellunt in inferiora. Alvum sistunt; hydropicis, et lienibus perquam utiles. Lactis ubertatem faciunt. Adversantur venenis serpentium, maxime quae frigus inferunt. Minor efficacior ad serpentes: bibitur seminis drachma in vino vel posca, aut duabus foliorum tenerrimorum. Et illinuntur utraque adversus araneorum morsus: vel perunctis tantum, suffitu quoque aut substratu fugant venenata. Ad Venerem impetus inhibent; eoque maxime phalangiis adversantur, quorum morsus genitale excitat. Capitis dolorem ex ebrietate sedant cum rosaceo flos, tenerique cauliculi. Seminis decoctum vehementiorem capitis dolorem dissolvit fotu: et vulvam etiam suffitu vel appositu purgat: alvum cum pulegio et melle potum.

Hydropicis, etc. Diosc. loco citato, et Galen. de Simpl. med. Fac. VI, p. 148. Hard.

Lactis ubertat. faciunt. Diosc. loco citato. Hard.

Minor efficacior. Aelian. Histor. Anim. IX, 26. Hard.

Bibitur. Diosc. loc. cit. Sed medicamenti modum non statuit. H.

Et illinuntur. Diosc. Καταπλασσόμενα ἐπὶ τῶν θηριοδήκτων βοήθεῖ. Hard.

Suffitu quoque aut substratu. Diosc. loco citato. Hard.

Ad Venerem impetus inhibent. Ideo matronae Athenienses in Thesmophoriis, quae castissime celebrabantur, eius foliis cubile substernebant. Eodem consilio quidam e piscibus laevibus ac non squamosis utebantur: Hierophantae vero pontificatum adepti cicuta se castrabant. Sacra enim maxima castimonia tractanda esse ostendunt Mysi et Esseni ἄβιοι καὶ ἄνυμφοι. Galli Matris sacerdotes, qui virilitatem sibi adimunt, Gymnosophistae pomis, oryza, farina contenti, Indorum magi carnibus abstinentes, Iovis in Creta sacrifici in cibum nihil admittentes quod coctum sit, et quod iure pontificio cautum erat, *Ad divos caste adeunto, pietatem adhibento, opus amovento, qui secus fecit, deus vindex erit.* Alex. ab Alex. lib. IV, c. 17. Dalec.

Seminis. Dioscor. l. c. Λύει δὲ καὶ κεφαλαλγίαν καταπλασσόμενον. H. — *Fotu.* Chifflet. *potu*; sed refragatur Diosc. loc. cit. Ed. P.

Et vulvam. Diosc. loc. cit. Τὸ δὲ ἀφέψημα τῆς πόας καὶ τοῦ σπέρματος, εἰς ἐγκαθίσματα ταῖς περὶ ὑστέραν διαθέσεσι καὶ φλεγμοναῖς ἀρήγει. *Herbae ac seminis decoctum ad insessus, vulvae affectibus et inflammationibus opitulatur.*

Alvum. Totidem verbis Dioscor. l. c. Hard.

Vomicas panosque difficile concoquentes, cum farina hordeacea mollit. Lichenas et lentigines cum aphronitro et aceto semen sanat: et oris hulcera, et eruptiones cum melle: testium, cum butyro et foliis vitium: rhagadas sedis, cum aqua illitum: luxata cum sale, et nitro, et cera. Et semen, et folium, additur in malagmata nervorum, et podagras. Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia, et phrenesi. Virgam qui in manu habeant, aut in cinctu, negantur intertriginem sentire.

XXXIX. Ericen Graeci vocant fruticem non multum a myrice differentem, colore rorismarini, et paene folio. Hoc adversari serpentibus tradunt.

XL. Genista quoque vinculi usum praestet. Flores apibus gratissimi. Dubito an haec sit, quam graeci auctores sparton appellavere, quum ex ea lina pisca-

Vomicas. Vomica tumor est excrescens cum sanie, sine suppuratione. Celsus IV, 8. Sunt etiam vomicae interaneae collectiones, quas Graeci ἐμπυήματα vocant, ut ait Coel. Aurel. V, 10. Fiunt autem eae in pulmone, in membrana, quae latera cingit; in liene, in renibus, in intestinis, in vesica, aliisque partibus. H.

Difficile concoquentes: Qui haud facile concoquuntur, maturantur. H.

Testium. Subintelligo, eruptiones, ex antecedente sententia: quas et testium dixit Diosc. I, 135: Σκληρίζει δὲ διδύμων μετὰ βουτύρου καὶ φύλλων ἀμπέλου μαλάττει. Ῥαγάδας τε τὰς ἐν δακτυλίῳ σὺν ὕδατι ἐπιπλάσθεν τὸ σπέρμα πραΰνει· σὺν τοῖς φύλλοις στράμματά τε καὶ τραύματα ἰᾶται. H.

Semen. Cum oleo et aceto. Diosc. loc. cit. Hand.

Virgam qui in manu habeant, etc. Diosc. l. cit. Idem de populo Plinius supra c. 32. Hand.

In cinctu. Sic et Chifflet. *aut cinctu* Gron. et al. Ed. P.

XXXIX. *Ericen.* Dioscor. I, 117: Ἐρείκη, δένδρον ἐστὶ θαμνῶδες, ὅμοιον μυρίκῃ, μικρότερον δὲ πολλῷ, etc. Sic etiam Oribas. lib. XI, f. 196. Diximus de eo XIII, 35. H. — *Erica arborea* (*Oetand. monogyn* gen. 968 Pers. *Ericae.* Juss.), habitat in Europa meridionali. Ed. P.

Hoc adversari serpentibus tradunt. Diosc. loc. cit. Oribas. et Plin. ll. cc. Hand.

XL. *Genista.* Genista, haec scoparia vulgi, *du genêt*, cuius iconem Lobelius exhibet, in Obs. p. 534. Dioscor. IV, 158: Σπάρτιον. Plinius supra XVI, 69: *Siquidem et genista... alligant.* Mart. XIV: *Non pira, quae lenta pendent religata genista.* H. — *Spartum iuncum* (*Diadelph. decand.* gen. 1690 Pers. *Leguminos.* Juss.); hab. in Europa australi. Ed. P.

Quum ex ea lina piscatoria. Lib.

toria apud eos factitari docuerim: et numquid hanc designaverit Homerus, quum dixit navium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum vel Hispanum spartum in usu, certum est: et quum sutiles fierent naves, lino tamen, non sparto, umquam sutas. Semen eius, quod Graeci eodem nomine appellant, in folliculis, phaseolorum modo, nascens, purgat ellebori vice, drachma et dimidia pota in aquae mulsae cyathis quatuor iciunis. Rami similiter cum fronde in aceto macerati pluribus diebus, et tusi, succum dant

XVI, cap. 2 extremo: *Asia e genista facit lina ad retia praecipua, in piscando durantia; frutice madefacto decem diebus.* Nunc vero id Plinius, iure miratur: est enim genista nostra quidem ad vinculorum usum apta: eadem nectendis retibus minus idonea. Sed σπαρτόν, non σπάρτον, Graeci dixere de herbis omnibus, atque adeo de lino, et cannabi, aliisque ad vitilia textilisque idoneis. H.

Homerus. Locus est Iliad. B: Καὶ δὴ δοῦρα σίοπτε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται, de quo Varro apud Gellium: *Ego*, inquit, *apud Homerum sparta non plus spartum significare puto, quam σπαρτοὺς, qui dicuntur in agro Thebano nati. In Graecia sparti copia modo coepit esse ex Hispania. Neque ea ipsa facultate usi Liburni, sed hi plerumque loris naves suebant, Graeci magis cannabe et stupa, caeterisque sativis rebus, a quibus σπαρτὰ appellabant.* Eustathius funes a sparto, id est, genista compactos interpretatur, de quibus proverbium vetus iactatum est, τὸν λέβον πατεῖ τὸν σπαρτὸν ἄγειν. Guillandin. — *Homerus.* Loco a nobis allato, XIX, 6, ubi vide quae in not. diximus. H.

Spartum. Hispanum hoc spartum certe est *Lygeum Spartum*, aut *Stipa tenacissima*, de quibus egimus lib. XIX, cap. 7. Ed. P.

Semen. Haec Dioscor. fere totidem verbis, IV, 158, sed σπάρτιον vocat. Galenus de Fac. simpl. med. VIII, p. 234: Σπάρτη, ᾧ τὰς ἀμπέλους παρ' ἡμῖν δεσμοῦσιν, etc. Ex Aetio I, lege σπάρτιον. Aetii interpres pag. 18: *Genista, qua vites apud nos necti solent*, etc. H.

Purgat. Haec totidem verbis Diosc. IV, 158. Hard.

Rami similiter cum fronde in aceto. Ineptum hoc, quum foliis carere auctores testentur. Dal. — *Rami.* Cum foliis minutis. De genista loquitur, cui minuta sunt folia. Tamen hoc inepte a Plinio dici Dalecampius asseverat: quod foliis carere σπάρτιον auctores testantur. Qui tandem? Dioscorides, credo, cuius haec verba, IV, 158: Σπάρτιον θάμνος ἐστὶ φέρων ῥάβδους μακρὰς, ἀφύλλους, etc. Verum dictionem eam ἀφύλλους in vetustioribus libris abesse iam dudum monuit Saracenus. Et folia inesse genistae; non modo res ipsa clamat, sed et ipse Diosc. perspicuis verbis Εὔπ. Ι, 137: Ἰσχιαδικοὺς δὲ ὠφελεῖ πινόμενα . . . σπαρτίου τὰς ῥάβδους σὺν ταῖς φύλλοις ἐν ὄξει βρέχων πλείονας ἡμέρας, ἔπειτα κόψας καὶ χυλίσας,

ischiadicis utilem, cyathi unius potu. Quidam marina aqua macerare malunt, et infundere clystere. Perunguntur eodem succo ischiadici addito oleo. Quidam ad stranguriam utuntur semine. Genista tusa cum axungia, genua dolentia sanat.

XLI. Myricen, quam ericen vocat Lenaeus, similem scopis Amerinis dicit. Sanari ea carcinomata in vino decocta tritaque cum melle illita. Arbitrantur quidam hanc esse tamaricen: sed ad lienem praecipua est, si succus eius expressus in vino bibatur: adeoque mirabilem eius antipathiam contra solum hoc viscerum faciunt, ut affirment, si ex ea alveis factis bibant sues, sine liene inveniri. Et ideo homini quo-

καὶ πιεῖν ἕνα κύαθον. Quae Plinianis plane paria ac gemina. Neque vero eum nescius a Marcell. Emp cap. xxv, p. 174, et a Plin. Val. II, 45, haec totidem verbis exscribi: voculas tamen eas *cum fronde* ab utroque praetermitti: id vero factum ab iis ea consilio reor, non quod fronde carere genistam putarint, sed quod eam in medicos usus adhiberi haud operae pretium esse fortasse censuerint. H.

Quidam marina aqua macerare, etc. Ad verbum Dioscor. loc. cit. et Εὐπορ. I, 137. Hard.

Genista tusa cum, etc. Marc. Emp. cap xxxvi, p. 246. Hard.

XLI. *Myricen*. MSS. Regg. Colb. Chiffl. *Myrice tamaricam Lenaeus*. Libri hactenus editi, *Myrice, quam et tamaricem*. Perperam: nam de hac altera appellatione dicetur inferius. A Pompeio Lenaeo ericen vocatam et illam, ob similitudinem innuit: recte, an secus, non definit. Plinius, cap. 39 huius libri: *Ericen Graeci vocant fruticem, non multum a myrice differentem*. Inde orta perturbatio nominum. H. — *Tamarix gallica* (*Pentand trigyn.* gen. 732. Pers. *Portulac.* Juss.); de qua iam Noster egit, lib. XIII, cap. 37. Ed. P.

Similem scopis Amerinis dicit. Eumdem usum praebere ad domos converrendas, et inquinamentis purgandas. Dalec.

Arbitrantur quidam. Et ii quidam recte. Hard.

Sed ad lienem. Diosc. totidem verbis I, 116; Marc. Emp. c. xxiii, pag. 166; et Q. Serenus, cuius verba referemus cap. 47. Hard.

Vt affirment, si ex ea; etc. Marc. Emp. loc. cit. Hard.

Et ideo homini quoque splenico cibum, etc. Dioscorid. loc. citat. Κατασκευάζουσι δὲ ἔνιοι καὶ κύλικας ἐκ τοῦ πρέμνου, αἷς ἐπὶ τῶν σπληνικῶν χρῶνται ἀντὶ ποτηρίων, ὡς τοῦ δι' αὐτῶν πόματος ὠφελοῦντος. *Sunt qui et e caudice calyces parent, quibus poculorum vice splenici utantur, ceu datus in eiusmodi vasis potus lieni conferat*. Cael. Aurel. III, 4. *Item cibum vel potum sumere iubent aegrotantes in*

que splenico cibum potumque dant in vasis ex ea factis. Gravis auctor in medicina, virgam ex ea defractam, ut neque terram, neque ferrum attingeret, sedare ventris dolores asseverat impositam, ita ut tunica cinctuque corpori apprimeretur. Vulgus infelicem arborem eam appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec seratur umquam.

XLII. Corinthus, et quae circa est regio, bryam vocat, eiusque duo genera facit: silvestrem plane sterilem; alteram mitiorem. Haec fert in Ægypto Syriaque etiam abundanter lignosum fructum, maiorem galla, asperum gustu, quo medici utuntur vice gallae, in compositionibus, quas antheras vocant. Et lignum autem, et flos, et folia, et cortex in eosdem usus

vascalis tamarici ligno confectis. H. — *Homini quoque splenico.* Sic et Chifflet. *splenetico* Gron. et al. Ed. P.

Gravis auctor in medicina. Sic etiam Q. Seren. cap. XXVII, de ventris dolore mitigando, pag. 1421: *Neo non iungenda est utero nova virga myricae: Illaesa haec ferro tertaque intacta teratur.* Hard.

Neque terram, neque ferrum. Duo illa priora verba ignorant Hard. et Franzius. Restituimus ex Gronov. et al. ante Hard. item ex Brot. qui paulo post *asseveravit* exhibet, ut Regg. codd. et ed. pr. Ed. P.

Diximus. Lib. XVI, c. 45. H.

Nec seratur umquam. Apud nos, sed in Aegypto et Syria tantum. Dal.

XLII. *Corinthus, et quae circa est regio, bryam vocat.* Bryam, quoniam ut Dioscorides ait, et florem, et fructum gignit Βρυοειδῆ, muscosum. Dal. — *Bryam.* Libri editi, *bryoniam*, male: MSS. omnes, Regg. Colb. aliique tum hoc loco, tum in Indice, *bryam* scribunt. Ipsa est de qua idem Plinius, XIII, 37: *Achaia fert bryam silvestrem: insigne in ea, quod sativa tantum ferat gallae similem fructum.* In Achaia Corinthum esse nemo ignorat. Hard. — De Brya, quae nobis est tamaricis supra dictae varietas vide quod nobis dictum est lib. XIII, cap. 37. Ed. P.

Vtuntur vice gallae. Ita quidem fieri Galenus praecipit de Fac. simpl. med. VII, pag. 24: Χρήσασθαι μέντοι τῆς αὐτῷ (κραμῷ) δύνασαι, μὴ παρούσης κηκίδος, εἰς ὁποσαπερ ἐκείνη. *Vbi galla ad manum non erit, ati ea (myricae semine) licebit, ad ea omnia ad quae illa utimur.* H. — *Gallae, in compositionibus.* Gronov. et al. ante Hard. *gallae, et in comp.* Ed. P.

Antheras. Ἀνθηρὰ compositiones sunt ita dictae, vel a colore florido, vel a florum mixtione, quae praeipue adhibentur adversus oris hulcera. Galen κατὰ τόπ. IV, 8, pag. 437, et alibi ἀνθηρὰς vocat: idem κατὰ γένη, V, 45, pag. 804, ἀνθιζούσας. Hann.

Cortex. Dioec. I, 116. H.

adhibentur, quanquam remissiora. Datur sanguinem reiicientibus cortex tritus, et contra profluvia feminarum, coeliacis quoque. Idem tusus impositusque collectiones omnes inhibet. Foliis exprimitur succus ad haec eadem. Et in vino decoquuntur: ipsa vero adiecto melle gangraenis illinuntur: decoctum eorum in vino potum, vel imposita cum rosaceo et cera sedant. Sic et epinyctidas sanant. Ad dentium dolorem auriumque, decoctum eorum salutare est: radix ad eadem similiter. Folia hoc amplius, ad ea quae serpunt, imponuntur cum polenta. Semen drachmae pondere adversus phalangia et araneos bibitur. Cum altilium vero pingui furunculis imponitur. Efficax et contra serpentium ictus, praeterquam aspidum. Nec non morbo regio, phthiriasi, lendibusque decoctum infusum prodest, abundantiamque mulierum sistit. Cinis arboris ad omnia eadem prodest. Aiunt, si bovis castrati urinae immisceatur, in potu, vel in cibo, Venerem finiri. Carboque ex eo genere urina ea restin-

Sanguinem reiicientibus. Haec de fructu Diosc. cui tamen facultate similem esse corticem mox subiungit. Dal.

Idem tusus, etc. Dioscorid. loc. cit. Οἰδήματα δὲ στέλλει καταπλασθείς. H.

Decoctum eorum in vino, etc. Mutila haec visa nonnullis oratio: sed nihil MSS. praeterea habent. Voce postrema superioris sententiae fere repetita, erit fortasse qui legat, *lienem decoctum eorum*, etc. Nam Dioscor. loc. cit. Τῶν δὲ φύλλων τὸ ἀφέψημα σὺν οἴνῳ ποθὲν σπλῆνα τήκει· καὶ ὁδόντα λγίαις βοηθεῖ διακλυζόμενον. *Foliorum decoctum in vino potum lienem absumit: et ore collutum ad dentium dolores salutare est.* Attamen collectiones potius ex antecedente sententia putem subintelligi oportere. Hard.

Similiter. Hoc est, decocta. H. — *Similiter. Folia*, etc. Gron. et al. ante Hard. *similiter et folia. Haec*, etc. Ed. P.

Semen. Dioscor. loc. citat. H.

Morbo. Dioscor. loc. cit. H.

Abundantiamque. Vulvae profluvium: ἁρμόζει ῥοϊκαῖς γυναιξί. Diosc. loc. cit. Hard.

Cinis. Ligni e caudice Diosc. loc. cit. Καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ξύλων τέφρα προστεθεῖσα, ῥεῦσιν ἐκ μήτρας στέλλει. *Sed et ligni cinis appositus fluxionem ex utero sistit.* Hard.

In potu, Gronov. et al. *vel in potui* et paulo post *id et spadonis*, omisso nempe τῷ ex. Ed. P.

ctus in umbra conditur: idem quum libeat accendere, resolvitur. Magi id et ex spadonis urina fieri tradiderunt.

XLIII. (x.) Nec virga sanguinea felicior habetur. Cortex eius interior cicatrices, quae praesanavere, aperit.

XLIV. Sileris folia illita fronti capitis dolores sedant. Eiusdem semen tritum, in oleo phthiriases coërcet. Serpentes et hunc fruticem refugiunt; baculumque rustici ob id ex eo gerunt.

XLV. Ligustrum si eadem arbor est quae in Oriente

XLIII. *Nec.... felicior.* Quam myrice, quam cap. 41, censeri dixit inter infelices arbores. Tarquitius Etruscus in Ostentario arborario apud Macrobium Sat. II, 16, pag. 378, ubi perperam *Tarquinius Priscus* scribitur, sic ait: *Arbores, quae inferum deorum avertentiumque in tutela sunt, eas infelices nominant: Alaternum, sanguinem*, etc. Modestin. Dig. 48, tit. 9, leg. IX: *Poena parricidii more maiorum haec instituta est, ut parricida virgis sanguineis verberatus; deinde culeo insuatur.* Sanguineus frutex, et sanguinea virga, idem. H. — *Cornus sanguinea* (*Tetrand. monog.* gen. 296 Pers. *Caprifoliae.* Juss.), de qua iam Noster egit lib. XVI, cap. 30. Ed. P.

Quae praesanavere. Hoc est, quae prius sunt sanatae, quam opus esset. Sic cap. 38, *paucis difficile concoquentes*, dixit, hoc est, qui difficilius concoquuntur: c. 69, *genitalia carbunculantia*, hoc est, quae carbunculantur. H.

XLIV. *Sileris folia.* Siler. Aloisius esse putat salicem latifoliam, candido folio, e cuius cinere, sulphure, et aphronitro fit pulvis excutiendis machinis bellicis utilis. Dalec. — Anguillara, pag. 86, *Salicem capream* credit esse siler, de quo etiam Virg. Georg. II, 12: cf. ad hunc locum D. Fée, qui *Salicem vitellinam* habet, *Flore de Virgile*, tom. VIII, p. cxxii edit. nost. Quum vero Noster hoc ipso capite semina medicamentum praebere dicat, maluit Caesalpin. II. 50, ad *Evonymum europaeum* (*Pentand. monogyn.* gen. 539 Pers. *Rhamn.* Juss.) referre. Conf. Spreng. Hist. Rei Herbar. tom. I, p. 147. Ed. P.

XLV. *Ligustrum.* In Regg. et Colb. cod. *si ex eadem.* Forte, *si haec eadem.* Hac loquendi forma usus inferius, cap. 91: *Dracontium, si modo hic est, qui apud nos draconculus vocatur.* Plin. XII, 51: *Quidam hanc esse dicunt arborem, quae in Italia ligustrum vocetur.* At non est sane ligustrum Cypros, ut eo loci diximus: nec Plinius sibi, sed quibusdam ignotis auctoribus, ita videri ait. H. — *Ligustrum vulgare* (*Diand. monog.* gen. 35 Pers. *Jasmin.* Juss.) praepostere Noster dubitare videtur, an sit eadem arbor cum cypro orientali, seu *Lawsonia inermi*, de qua egimus lib. XIII, cap. 54. Ed. P.

Si eadem. Gronov. et al. ante Hard.

cypros, suos in Europa usus habet. Succus eius nervis, articulis, algoribus; folia ubique veteri hulceri cum salis mica, et oris exhulcerationibus prosunt. Acini contra phthiriasin: item contra intertrigines, foliave. Sanant et gallinaceorum pituitas acini.

XLVI. Folia alni ex ferventi aqua certissimo remedio sunt tumori.

XLVII. Ederae genera viginti demonstravimus. Natura omnium in medicina anceps. Mentem turbat, et caput purgat largius pota: nervis intus nocet: iisdem nervis adhibita foris prodest. Eadem natura, quae aceto, ei est. Omnia genera eius refrigerant. Vrinam cient potu: capitis dolorem sedant, praecipue cerebro, continentique cerebrum membranae, utiliter mollibus impositis foliis: cum aceto et rosaceo tritis et decoctis, addito postea roraceo oleo. Illinuntur autem fronti: et decocto eorum fovetur os, caputque perungitur. Lieni et pota, et illita prosunt. Decoquuntur et con-

ligustrum eadem. Ed. P.

Exhulcerat. Brot. ex Reg. 2 et ed. pr. *exhulcerationi.* Ed. P.

XLV. *Folia alni.* Ad verbum Marc. Emp. cap. XIX, p. 432. H. — *Alnus glutinosa* (*Monoec. tetrand.* gen. 2046 Pers. *Amentac.* Juss.); alni folia et cortex apud nostrates etiam in usum, sed raro, veniunt, ad tumores discutiendos. Ed. P.

XLVII. *Ederae genera viginti demonstravimus.* De *Edera Helice* et eius varietatibus, conf. lib. XVI, cap. 62. Ed. P.

Mentem turbat. Dioscorid. II, 216: Τοῦ δὲ μέλανος χυσοῦ ὁ χυλὸς, καὶ οἱ κόρυμβοι πεθέντες... ταράττουσι τὴν διάνοιαν πλεονασθέντες. *Nigrae ederae succus, et corymbi epoti.... mentem turbant largius sumpti.*

Nervis intus nocet. Dioscorid. II, 210, de edera: τοῦ νευρώδους ἁπτικός, *nervosum genus tentat.* Hard.

Eisdem nervis. Marcell. Empir. cap. XXXVI, p. 246. Hard.

Vrinam cient. Q. Seren. laudatus a nobis cap. 35. Hard.

Capitis. Q. Seren. cap. II, inter remedia capiti medendo, p. 126: *Prosuit aut edera ex oleo colata vetusto.* Hard.

Cum aceto. Diosc. loc. citat. Πρὸς τὰ χρόνια τῆς κεφαλῆς ἀλγήματα ἁρμόζει, καὶ ἐπιβρέχεται σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ. *Contra veteres capitis dolores... perfunditur eo caput cum aceto et rosaceo.* Apul. c. XCVIII, lit. 2: *Ad capitis dolorem: Ederae succo cum vino, tempora vel frontem perfricabis: sedat dolorem.* Hard.

Lieni. Dioscor. loc. citat. et Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 191.

tra horrores febrium, eruptionesque pituitae, aut in vino teruntur. Corymbi quoque poti vel illiti lienem sanant: iocinera autem illiti. Trahunt et menses appositi. Succus ederae taenia narium graveolentiamque emendat, praecipue albae sativae. Idem infusus naribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur etiam purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quoque decorem facit. Ad lienes efficacior albae est, ferro calefactus; satisque est acinos sex in vini cyathis duobus sumi. Acini quoque ex eadem alba terni, in aceto mulso poti, tineas pellunt, in qua curatione ventri quoque imposuisse eos utile est. Ederae, quam chrysocarpon appellavimus, baccis aurei

Q. Seren. cap. xxiv, de splene curando, pag. 140: *Sive myrica potens, seu ros cum pane marinus, Aut ederae succus potu, appositique iuvabit.* Marcellus item Emp. cap. xxiii, p. 166, et Plin. Val. II, 18. Hard.

Aut in vino teruntur. Cum melle teri et illini ad exanthemata, hoc est, ad eruptiones pituitae, praecipit Th. Prisc. I, 16. Hard.

Corymbi. Hinc Plinium alterum Valerianum obiter emendabis II, 18: *Splenii quomodo succurrendum: Gummi ederae, inquit, poti vel illiti prosunt.* Scribe, *corymbi ederae.* Hard.

Trahunt. Diosc. loc. cit. Κινοῦσι δὲ καὶ καταμήνια ὑποτιθέντες οἱ κόρυμβοι λεῖοι. *Movent et menses et corymbi triti ac subditi.* Καταμήνια menses, menstrua: quod muliebribus per singulos menses solet accidere profluvium. Hard.

Succus. Marc. Emp. cap. x, pag. 86: *Naves gravior olentes emendat succus ederae frequenter infusus.* Apul. cap. xcviii, tit. 51 *Ad nares graveolentes: Herbae ederae sucus colatus in nares infunditur, et nares male olentes emendat.* Diosc. quoque loco cit.: Ὁ δὲ χυλὸς ἐνσταζόμενος τὰς ἐν τοῖς ῥώθωσι δυσωδίας... ἐκκαθαίρει. H.

Idem infusus naribus. Haec totidem verbis Diosc. et Galen. locis citatis. Q. Serenus l. c. viii, de capite purgando pag. 129: *Expressusque ederae mandatur naribus humor.* Marc. Emp. cap. v, p. 44, pro nitro florem aeris adsciscit: *Aeris floris, inquit, scripulus unus, et de succo ederae idem pondus in unum mixtum, et naribus infusum, evocant pituitam, et defluere compelluntur.* Scrib. Larg. Comp. xii: *Per nares purgatur caput iis rebus infusis per cornu... Ederae succo per se vel betae succo cum exiguo flore aeris,* etc. Hard.

Infunditur. Diosc. et Galen. ll. cc. Apul. c. xcviii, tit. 6. H.

Cicatricibus, etc. Q. Serenus cap. xlv, pag. 154: *Vt succis ederae pulchrescit foeda cicatrix.* Adde Galen. l. c. Hard.

Acini. Ad verbum haec Marcell. Emp. c. xxviii, p. 200, et Plin. Val. II, 21. Hard.

Ederae quam chrysocarpon. Haec

coloris viginti, in vini sextario tritis, ita ut terni cyathi potentur, aquam quae cutem subierit, urina educit Erasistratus. Eiusdem acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactosque in cortice punici, instillavit dentium dolori a contraria aure. Acini, qui croci succum habent, praesumpti potu a crapula tutos praestant: item sanguinem exscreantes, aut torminibus laborantes. Ederae nigrae candidiores corymbi poti, steriles etiam viros faciunt. Illinitur decocta quaecumque in vino omnium hulcerum generi, etiamsi cacoëthe sint. Lacryma ederae psilothrum est; phthiriasinque tollit. Flos cuiuscumque generis trium digitorum capto, dysentericos et alvum etiam emendat, in vino austero bis die potus. Et ambustis illinitur utiliter cum cera. Denigrant capillum corymbi. Radicis

verbis fere totidem Plin. Val. III, 12: *Est edera*, inquit, *quae chrysocarpos appellatur, propterea quod fert grana aurei coloris, etc.* Apul. item cap. cxix, l. 1. H. — De edera chrysocarpo, quam nihil nisi *Hed. Helicis* varietatem esse bene animadvertit Anguillara p. 180 sq. conf. quae dicta sunt l. XVI, c. 62. Ed. P.

Urina. Sic et Chiffl. *per uriniam* Gron. et al. Ed. P.

Eiusdem acinos. Totidem verbis Diosc. l. c. Harp.

Ederae nigrae candidiores corymbi poti, steriles. Dioscorid. loco citato: Ταῦ δὲ μέλανος κισσοῦ ὁ χυλὸς καὶ οἱ κόρυμβοι πινόμενοι ἀγονίαν ποιοῦσι. Hard.

Illinitur decocta quaecumque in vino omnium, etc. Folia illini Diosc. dicit loco citato: Καταπλάσσεται δὲ τὰ φύλλα πρὸς πᾶν ἕλκος, ἐψηθέντα σὺν οἴνῳ. Item Plin. Valer. III, 22, et Marc. Emp. c. xv, p. 42. H. — *Quaecumque.* Hoc verbum ignorant Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

Lacryma ederae psilothrum est. Diosc. et Galen. locis citatis, et Q. Serenus cap. vi, p. 428. H. — Lacrymam, aut potius resinam, officinis *gummi ederae* dictam, Diosc. δάκρυον τοῦ κισσοῦ, psilothri vim habere recentioribus experientia non comprobavit; ita ut aliquis in codicibus error latet, vel aliud quid a veteribus intellectum fuerit, ex Geoffr. sententia. Ed. P.

Flos. Diosc. loco citato Marc. Emp. xxvii, pag. 193, et Plin. Val. I, 28. Hard.

Et ambustis illinitur utiliter. Diosc. et Galen. locis citatis, vt Plin. Val. III, 36. *Cum cera* pro more Plinius, pro ceruto dixit: Diosc. σὺν κηρωτῇ. Hard.

Denigrant. Dioscorid. loco citato: Μελαίνουσι δὲ καὶ τὰς τρίχας οἱ κόρυμβοι. Hard.

Radicis succus in aceto, etc. Diosc.

succus in aceto potus, contra phalangia prodest. Huius quoque ligni vase splenicos bibentes sanari invenio. Et acinos terunt, moxque comburunt, et ita illinunt ambusta, prius perfusa aqua calida. Sunt qui et incidant succi gratia, eoque utantur ad dentes erosos; frangique tradunt, proximis cera munitis, ne laedantur. Gummi etiam in edera quaerunt, quod ex aceto utilissimum dentibus promittunt.

XLVIII. Graeci vicino vocabulo cisthon appellant fruticem maiorem thymo, foliis ocimi. Duo eius genera. Flos masculo rosaceus, feminae albus. Ambo pro-

loco citato, et Apuleius cap. CXXXIX, t. 4. HARD.

Splenicos. Plin. Val. I, 18. Q. Serenus cap. XXIV, pag. 140: *Quando lien tumido circumligat ilia vinclo, Et plenum splenis demonstrant membra rigorem, Mollibus ex edera tornantur pocula lignis: Hinc trahet assuetos aeger quoscumque liquores.* H.

Sunt. Sunt et qui *ederam* incidant, succi *eliciendi* gratia, eoque *succo* utantur ad dentes erosos: frangique *eos dentes* tradunt, proximis *dentibus interim* cera munitis, ne laedantur. HARD.

Frangique. Cels. VI, 9. *Quod si dolor eximi dentem cogit, bacca ederae coniecta in id foramen, dentem findit.* HARD.

Gummi. Marc. Emp. cap. XII, pag. 94: *Ad dentes cavos*, inquit, *et exesos ne penitus exedantur, aut excidant, facies hoc: Gummi quod in edera nascitur, cavo denti inserito.* H.

XLVIII. *Graeci vicino vocabulo.* Nam ederam Graeci κισσόν, fruticem hunc κισθόν vocant: Sic propter solam cognationem nominis, chamaepityos et pityusae tractationem instituit, una cum larice, piceaque cap. 20 sq. huiusce libri: sic herbam erineon, cum capillico connectit, propter gentilitatem, ut dictum est super. libro, c. 65. Idque ipse aperte praefatur, ne quemquam falleret similitudo nominis, ne quis eiusdem generis ea esse existimaret, quae essent eiusdem fere appellationis. H.

Duo eius genera. Diosc. I, 126: Ἄνθη ἄρρενος, ὥσπερ ῥοιᾶς, ἐπὶ δὲ τοῦ θήλους, λευκά. *Flores masculo, veluti mali punicae: feminae, albi.* Viciusque generis icones habet Clusius Hist. Rar. plant. I, p. 68, 70, quales in horto Regio vidimus. H. — Cistus mas Dioscorid. est nobis *Cistus villosus*, aut *C. incanus* (*Polyaud. monogyn.* gen. 1313 Pers. *Cist.* Juss.); femina vero, *Cistus salvifolius.* Masculum cisti genus Theophr. Histor. VI, 2. cui ἄνθη ἐπιπορφυρίζοντα, ὥσπερ ῥοιᾶς, videtur esse Sprengelio *Cistus creticus.* Ed. P.

Flos masculo rosaceus. Dioscorid. ὥσπερ ῥοιᾶς, veluti punicae; sed in vet. cod. Matthiol. legi adnotat, ὥσπερ ῥοδᾶς, oec male, nam revera cisti flos quoad figuram, rosam silvestrem aemulatur. Duo cisti genera distinxit quoque Theophr. Histor. VI, 2, quo-

sunt dysentericis et solutionibus ventris in vino austero, ternis digitis flore capto, et similiter bis die poto: hulceribus veteribus et ambustis cum cera: et per se oris hulceribus. Sub his maxime nascitur hypocisthis, quam inter herbas dicemus.

XLIX. Cissos erythranos ab iisdem appellatur similis ederae, coxendicibus utilis e vino potus: item

rum ἄνθη ὅμοια ῥόδοις τοῖς ἀγρίοις, flores silvestribus rosis similes. Quum vero Plinius rosaceum florem dixit, videtur potius ad colorem respexisse, nempe ad purpuram inclinantem, ἐπιπορφυρίζοντα, ut ait graecus auctor loco cit. Ed. P.

Prosunt dysentericis et solutionibus ventris, etc. Dioscorid. loco citato, et Galen. de Fac. Simp. med. VII, pag. 190. Hard.

Et similiter. Vt de edera dictum est c. sup. Hard.

Cum cera. Hoc est, cum cerato, Diosc. loc. cit. Καθ' αὑτὰ δὲ κατεπλασθέντα, νομὰς ἱστησι· σὺν κηρωτῇ δὲ πυρίκαυστα, καὶ παλαιὰ ἕλκη ἰᾶται. Hard.

Sub his maxime nascitur hypocisthis, quam, etc. Est nobis *Cytinus Hypocisthis* (*Monoec. monadelph.* gen. 2155 Pers. *Aristoloch.* Juss.), parasitica, radicibus cistborum innascens; habitat in Europa australi. De ea vide quae dicturi sumus lib. XXVI, cap. 31. Ed. P.

Quam inter ederas diximus. Obliviose citat hoc Plinius. Nullam enim hypocisthidis prorsus mentionem fecit in ederarum historia et descriptione lib. XVI, cap. 34. Dal. — *Inter herbas dicemus*. Prius legebatur, *quam inter ederas diximus*. Qua lectione perculsus Dalecampius, Plinii memoriam desiderat, qui nullam hypocisthidis mentionem in ederarum historia fecerit. Amanuensium potius fidem desideraret, non scriptoris sane perquam diligentis et accurati. In Reg. 1 cod. *quam inter ederas dicemus*. In Reg. 2 totidem plane apicibus, quot repraesentamus, *quam inter herbas dicemus*; nempe XXVI, 31, quo volumine pertractantur herbae, ut ipse in fine lib. XXIV, praestiturum se his verbis pollicetur: *Nunc ipsa claritas herbarum dicetur*. Eo enim libro et capite mox citato de hypocisthide: *Nascitur*, inquit, *ut diximus, sub cistho, unde nomen*, etc. Hunc locum restituere ita Salmasius tentabat in Solin. pag. 367: *Sub his maxime nascitur hypocisthis. Iam inter ederas diximus cistos. Erythranos*, etc. Ios. Sceliger I, Ep. 18 ad Fre. Vertunnum in hunc modum: *Sub his hypocisthis. Quam inter ederas diximus, cissos erythranos*, etc. Angelum Politianum sequutus. Hinc factum est, ut in indicibus Plinianis, qui hactenus concinnati exstant, *hypocisthis ederae genus* appelletur: falso. H. — *Inter herbas*, etc. Sic emendandum esse praemonuerat Gron. in not. Ed. P.

XLIX. *Cissos erythranos ab iisdem appellatur similis ederae*. Lib. XVI, cap. 62 de edera: *Quidam apud Graecos etiamnum duo genera huius faciunt a colore acinorum: erythranum et chrysocarpon*. Ergo genus est ederae, κισσοῦ, erythranum, sic dictum a ru-

lumbis. Tantam vim acini aiunt, ut sanguinem urina detrahat. Item chamaecisson appellant ederam, non attollentem se a terra. Et haec contusa in vino acetabuli mensura lieni medetur. Folia ambustis cum axungia. Smilax quoque, qui et nicophoros cognominatur, similitudinem ederae habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera smilacis dixere. Alterum immortalitati proximum, in convallibus opacis, scandentem arbores, comantibus acinorum corymbis, contra venenata omnia efficacissimis; in tantum, ut acinorum succo infantibus saepe instillato, nulla postea venena nocitura sint. Alterum genus culta amare, et in his gigni, nullius effectus. Illam esse smilacem priorem, cuius lignum ad aures sonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellaverunt,

bro acinorum colore, qui Graecis ἐρυθρός. Ed. P.

Tantamque vim accipiunt, ut Sanguinem urina detrahant. Voss. *tantam vim accipi, ut sanguinem urina detrahat.* Belle, modo corrigas, *tantam vim accipi.* Pintianus scribendum arbitrabatur: *tanta vi ut sanguinem.* Gron. — *Tantam.* Nos ita ex coniectura emendavimus, quum prius insulse legeretur, *Tantamque vim accipiunt, ut,* etc. Hard.

Chamaecisson. Herbariorum plerisque chamaecissus est *Glechoma hederacea* (*Didyn. gymnosp.* gen. 1387 Pers. *Labiat.* Juss.); quam vulgo vocant, *lierre terrestre.* Glechomae autem flores caerulei; pallantes vero χαμαιτίσσου. Diosc. IV, 126, ἄνθη λευκοῖς ὅμοια, nempe floribus albis, seu violae albae: unde Sprengel. referre maluit ad *Antirrhinum* (*Didynam. angiosp.* gen. 1464 Pers. sub *Orontio. Scrophular.* Juss.) de chamaecisso iam Noster egit XVI, 62. Ed. P.

Alterum immortalitati, etc. Σμίλαξ τραχεῖα. Diosc. IV, 144; nobis *Smilax aspera* (*Diosc. hexand.* gen. 2235 Pers. *Asparagin.* Juss.); de qua iam dictum est lib. XVI, c. 63. Ed. P.

Comantibus acinorum corymbis. Observa *comare*, quod foliorum et frondis proprium est, dictum de racemo: praeterea corymbum de acino. Dal.

Contra venenata, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

In tantum. Diosc. l. c. totidem verbis. Hard.

Alterum genus. Σμίλαξ λεία dicitur Diosc. IV, 145; smilax laevis; nobis est *Convolvulus sepium* (*Pentand. monogyn.* gen. 416 Pers. *Convolvulac.* Juss.); μαλακόκισσος appellatur Geopon. XII, 8. Ed. P.

Diximus. Conf. sup. lib. XVI, c. 63. Hard.

repentem per arbores, geniculatam et ipsam. Folia eius lepras purgant. Semen alvum solvit acetabuli mensura, in aquae hemina aut aqua mulsa. Datur ex eadem causa et decoctum eius.

L. (XL.) Arundinis genera XXIX demonstravimus, non aliter evidentiore illa naturae vi, quam continuis his voluminibus tractamus. Siquidem arundinis radix contrita et imposita, filicis stirpem corpore extrahit: item arundinem filicis radix. Et quoniam plura genera fecimus, illa quae in Iudaea Syriaque nascitur odorum unguentorumque causa, urinam movet cum gramine aut apii semine decocta. Ciet menstrua admota. Medetur convulsis duobus obolis pota, iocineri, renibus,

Clematida. Κληματῖτις dicta Diosc. IV, 182, smilacis in morem sese arboribus circumvolvens: Περιελίττεται δὲ τοῖς δένδροις ὡς σμίλαξ. H. — *Clematis Viticella* (*Polyand. polygyn.* gen. 1358 Pers. *Ran* Juss.); habitat in Hispaniae, Italiae, etc. sepibus; Gallis *viorne*. Ed. P.

Folia Dioscor. loc. cit. Τὰ δὲ φύλλα καταπλασθέντα, λέπρας ἀφίστησι H.

Alvum solvit. Diosc. totidem verbis loc. cit. Hard.

L. *Demonstravimus.* Lib. XVI, cap. 64 sqq. Hard.

Illa naturae vi. Antipathia et sympathia H. — *Illa naturae vi.* Gron. et al. ante Hard *illa natura.* Ed. P.

Arundinis radix. Totidem verbis Marc. Emp. cap. XXXIV, pag. 233, et Plin. Val. III, 49. Hausere ambo a Celso V, 26 sub finem: *Ubi surculus corpori infixus est...: Surculum si fieri potest, oportet vel manu, vel ferramento eiicere. Si vel praefractus est, vel altius discendit, quam ut ita fieri possit, medicamento evocandus est. Optime autem educit superimposita arundinis radix, si tenera est, protinus contrita: si iam durior, ante in mulso decocta: cui semper mel adiiciendum est, aut aristolochia, cum eodem melle. Pessima ex surculis arundo est, quia aspera est: eademque offensa in filicis hastula est. Sed usu cognitum est utramque adversus alteram medicamentum esse, si contrita superimposita est.* Hard.

In Iudaea Syriaque. Ita Mss. omnes. Tolerabilis tamen vulgata quoque lectio; *In India Syriaque.* Nam de calamo aromatico agit, quem Indis Syriaeque communem esse dixit XII, 48, cum Diosc. V, 18. H. — *Acorus Calamus* (*Hexand. monogyn.* gen. 839 Pers. *Aroid.* Juss.); varietas indica; Graecis κάλαμος εὔοσμος et ἀρωματικός. Ed. P.

Vrinam movet. Dioscor. V, 12, haec totidem verbis de calamo aromatico: Δύναται δὲ οὖρα κινεῖν ποθεῖς· ὅθεν ἁρμόζει μετὰ ἀγρώστεως, ἢ σελίνου σπέρματος ἀφεψηθεὶς καὶ ποθεὶς, ὑδρωπικοῖς, νεφριτικοῖς; etc. H.

Ciet menstrua admota. Diosc. l. c. Hard.

Medetur... tussi. Dioscor. loc. cit.

hydropi, tussi etiam suffitu, magisque cum resina. Furfuribus hulcerumque manantibus cum myrrha decocta. Excipitur et succus eius, fitque elaterio similis. Efficacissima autem in omni arundine quae proxima radici. Efficacia et geniculа. Arundo Cypria, quae donax vocatur, corticis cinere alopecias emendat: item putrescentia hulcera. Foliis eius ad extrahendos aculeos utuntur: efficacibus et contra ignes sacros, collectiónesque omnes. Vulgaris arundo extractoriam vim habet, et recens tusa, non in radice tantum. Multum enim et ipsam arundinem valere tradunt. Medetur et luxatis, et spinae doloribus radix in aceto illita. Eadem recens trita in vino pota, Venerem concitat. Arundinum lanugo illita auribus, obtundit auditum.

LI. Cognata in Aegypto res est arundini papyrus,

Βῆχάς τε ἰᾶται ὑποθυμιώμενος καθ' ἑαυτόν, καὶ σὺν ῥητίνῃ τριβόμενος. Hard.

Excipitur et succus eius, fitque elaterio. Absurdum hoc, nescio e quo petitum. Dal.

Arundo Cypria, quae donax. Haec tofidem verbis Dioscor. I, 114, et Alexand. Iatr. I, 4. H. — *Arundo Cypria.* Etiamnunc servat nomen. Δόναξ Graecis; nobis eodem nomine *Arundo donax* (*Triand. digyn.* gen. 183 Pers. *Gramin.* Juss.) de qua dictum est lib. XVI, c. 66. Ed. P.

Foliis eius utuntur. Dioscor. loc. cit. radice. Hard.

Efficacibus. subintellige foliis. Ita Mss. non *efficacius.* Plinius *ignes sacros:* Dioscorides, ut saepe monimus, ἐρυσιπέλατα: ille *collectiones,* φλεγμονάς iste dixit. Τὰ δὲ φύλλα χλωρὰ κοπέντα καὶ ἐπιτεθέντα, ἐρυσιπέλατά τε καὶ τὰς ἄλλας φλεγμονὰς ἰᾶται. *Folia viridia tusa et imposita sacros ignes et caeteras inflammationes sanant.* Hago.

Vulgaris arundo. Videtur esse *arundo Phragmites;* crescit in Europae aquosis. Ed. P.

Extractoriam vim habet. Dioscor. loc. cit. Hard.

Medetur luxatis, etc. Dioscor. loc. cit. Σὺν ὄξει δὲ στρίμματα καὶ ὀσφύος ἀλγήματα παρηγορεῖ. *Cum aceto luxatis et spinae doloribus medetur.* Hard.

Arundinum lanugo illita auribus, obtundit auditum: Dioscor. loc. citato: Ἡ δὲ ἀνθήλη τῶν καλάμων ἐμπεσοῦσα εἰς τὰς ἀκοὰς, κώφωσιν ἐργάζεται. *Paniculae flos, si aures intraverit, exsurdat.* Hard.

LI. *Papyrus.* Πάπυρος Graecis; nobis *Cyperus Papyrus* (*Triand. monog.* gen. 122 Pers. *Cyper.* Juss.), de quo iam Noster egit abunde lib. XII. Ed. P.

praecipuae utilitatis, quum inaruit, ad laxandas siccandasque fistulas, et intumescendo ad introitum medicamentorum aperiendas. Charta quae fit ex ea, cremata, inter caustica est. Cinis eius ex vino potus somnum facit: ipsa ex aqua imposita callum sanat.

LII. Ne in Aegypto quidem nascitur ebenus, ut docuimus: nec tractamus in medicina alienos orbes: non omittetur tamen propter miraculum. Scobem eius oculis unice mederi dicunt; lignoque ad cotem trito cum passo, caliginem discutit. Ex aqua vero radice,

Praecipuae utilitatis. Diosc. I, 115: Εὐχρηστεῖ δὲ εἰς τὴν ἐν ἰατρικῇ χρῆσιν πρὸς ἀναστόμωσιν συρίγγων, σκελετευθεῖσα διάβρογος, περιειλουμένου λίνου ἄχρι ξηρασίας. Στεγνουμένη γὰρ καὶ καθιεμένη ἐμπίπλαται ὑγρασίας, καὶ ἐξοιδοῦσα διανοίγει τὰς σύριγγας. *Praecipuae in medicina utilitatis est, ad laxanda fistularum orificia, si arefacta fuerit, mox macerata liquore, lino fuerit obvoluta, donec inaruerit. Ita enim madida atque immissa, humore completur, et intumescendo fistulas aperit.* Hard.

Quum inaruit. Ad eum usum papyri caulem advectum Aegypto, iam exsuccum et aridum aqua mergebant, madefactumque et in oblongam cylindri formam arcte vinculo ligatum siccari permittebant: deinde quum opus esset exsolutum fistulis iudebant, ut intumescens earum os aperiret; qua ratione chirurgi nostra tempestate medullam Indici milii, gentianae radicem, spongiam cera imbutam immittunt. Alexandro lib. I, problemate 93, papyrus σφαιρωθεῖσα alvo suppressa, balani modo subiicitur in sedem, ut diductis sedis musculis, faeces exeant. Σκευασθεῖσαν ad recludendas fistulas Dioscorides poscit, id est, qua industria diximus, paratam, quo loco Marcellus et Cornarius legendum putant, σκελετευθεῖσαν, arefactam et siccatam ὡς σκελετόν. Gvill.

Charta quae fit ex ea. Diosc. I, 115: Papyrus usta, *inquit*, dum in cinerem redacta fuerit, depascentia hulcera cohibet; id vero charta combusta melius efficit: Βελτίον δὲ ὁ χάρτης δρᾷ τὸ τοιοῦτον. Meminit huius medicamenti διὰ τοῦ κεκαυμένου χάρτου, ad pudendorum affectus et hulcera Galen. κατὰ τόπ. IX, 8, p. 624. Et ad ἀχῶρες sanandos, hoc est, manantia capitis hulcera, *chartae combustae cinis cum aceto predetur*, inquit Theod. Prisc. I, 5, de achoribus. Hard.

Caustica. Καυστικὰ medicamenta sunt quae adurendi et exedendi vim habent. Hard.

Cinis. Q. Seren. cap. LVI de somno aegris adsciscendo p. 160: *Charta igitur, variis quam pinxit littera verbis, Vritur: inde cinis calido potatur in amni.* Hard.

LII. *Ebenus.* Videtur esse *Diospyros Ebenaster* Koenig. (*Dioec. octand.* gen. 2250 Pers. *Guaiacan.* Juss.); de quo conf. quae dicta sunt lib. XII, c. 8. Ed. P.

albugines oculorum. Item tussim, pari modo dracunculi radicis adiecto cum melle. Ebenum medici et inter erodentia assumunt.

LIII. Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit latinum: rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum, folia eius quadrupedum venenum esse, homini vero contra serpentes praesidium, ruta addita e vino pota. Pecus etiam, et caprae, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.

LIV. Nec rhus latinum nomen habet, quum in usum pluribus modis veniat. Nam et herba est silvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, quae tineas pellit: et frutex coriarius appellatur, subrutilus, cu-

Albugines oculorum. Diosc. I, 129. Hard.

LIII. *Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit.* Nobis *Nerium Oleander*, de quo saepius iam dictum; nostris vulgo *laurier rose*. Ed. P.

Mirum. Vide quae diximus lib. XVI, 33. Hard.

LIV. *Quum in usum.* Quum in usu medicinae pluribus rebus id nomen accommodetur: et frutici nimirum, fructique Syriaco, de quo XIII, 13, et herbae silvestri quae tineas pellit: et frutici coriario, de quo mox dicetur. Hard.

Nam et herba est silvestris. Chamelaeagnus Dodonaei haec est, pag. 788. Alia rhus myrtifolia belgica, alia myrtus Brabantica: Gallia *sumac*, *fustet*, *coriaire*. Vidimus in horto Regio. Viri docti hodie censent eamdem esse cum ea quam vulgo *thé* Sinarum vocant: neque ab ea vel forma, vel viribus discrepare. Vide commentarium Simonis Pauli de abusu tabici et herbae *thé*. II. *Herba est silvestris.* Non herba, sed frutex. Ποῦς. Theoph. Histor. III, 18; ubi egregie describuntur folia pinnata, villosa; inflorescentia, fructus et usus ad rem coriariam Ποῦς βυρσοδεψικὴ Diosc. I, 147: nobis *Rhus Coriaria* (*Pentand. trigyn.* gen. 726 Pers. *Terebinthac.* Juss.); habitat in Europa australi, Palaestina et Syria. Omnino diversum ab arbore quae *The* vel *Tsia* Sinis Japonensibusque dicitur; nobis *Thea Bohea* seu *viridis* (*Polyand. monogyn.* gen. 1306 Pars. *Theae.* Juss.): habitat in China et Japonia. Ed. P.

Foliis myrti, cauliculis brevibus. His verbis describere Plinius videtur Rhus Monspessulanam, cuius historia traditur in silva universae historiae plantarum. Dal.

Quae tineas. Et glires abigi, et pediculos necari ea scimus: nec serpentes in saltibus ijs, in quibus ea frequens est, posuere cubilia. H. — *Quae tineas pellit.* Gron. et libb. ante Hard. vulgg. *quae venena et tineas* Ed. P.

Et frutex coriarius. Hoc est, quo coria perficiuntur, ut est alias dictum saepius. Haec rhus myrtifolia Lobe-

bitalis, crassitudine digitali: cuius aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur. Medici autem rhoicis utuntur ad contusa; item coeliacos; et sedis hulcera, aut quae phagedaenas vocant, trita cum melle, et illita cum aceto. Decoctum eorum instillatur auribus purulentis. Fit et stomatice decoctis ramis ad eadem, quae ex moris: sed efficacior admixto alumine. Illinitur eadem hydropicorum tumori.

LV. Rhus, qui erythros appellatur, semen est hujus fruticis. Vim habet adstringendi refrigerandique. Aspergitur pro sale obsoniis. Alvos solvit, omnesque carnes cum silphio suaviores facit. Hulceribus medetur manantibus cum melle: asperitati linguae, percussis, lividis, desquamatis eodem modo. Capitis hulcera ad cicatricem celerrime perducit: et feminarum abundantiam sistit cibo.

lii, in Adv. p. 412, quam et nos in Regio horto vidimus. H.

Rhoicis utuntur. Subintelligitur, foliis: rhois illius videlicet quae Syriaca dicitur, expedita a nobis lib. XIII, c. 13, non myrtifoliae. H.

Item coeliacos. Dioscor. I, 147. Monspelii, ubi rhus ille fruticat, panem conficiunt ex iure huius seminis, et farina, ad dysenteriam accommodatissimum. Hard.

Instillatur auribus. Dioscor. loc. cit. Hard.

Fit et stomatice decoctis ramis ad eadem, quae ex moris. De stomatice, quae fit ex moris, eiusque dotibus, dictum est XXIII, 71. H.

Tumori. Sic et Chiff. Gron. et al. *tumoribus.* Ed. P

LV. *Rhus, qui erythros appellatur.* Prius legebatur: *Rhus, quae erythros appellatur, frutex est: et huius fruticis semen vim habet,* etc. Quae lectio Dalecampium impulit, ut Plinium diceret rhus erythron e rhoë coriariorum, ceu diversos frutices, inepte discriminare. Sed librariorum ille non Plinii omnis error est. Quid ille senserit, scripseritque, sincera scriptura exhibet; quam totidem syllabis epicibusque repraesentamus, quot sunt in Reg. 2 codice. Et sane si fruticem diversum putaret, formam, ut solet, ob oculos poneret: neque tantum fruticem esse admoneret, quae ipsi cum rhoë altero communis appellatio est. Sed de semine eius fruticis, non de toto frutice agit. Hard.

Adstringendi refrigerandique. Cf. Galen. de Fac. simpl. VIII, p. 255. Hard.

Aspergitur pro sale. Dioscor. loco citato. Hard.

Alvos solvit. Marc. Emp. c. XXVII, p. 191. Hard.

Asperitati linguae, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

Et feminarum abundantiam. Dioscor.

LVI. Alia res erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanae, pellesque perficiuntur: in medicina urinam ciet: morbum regium sanat ex aqua mulsa, et lichenas ex aceto illita: et ischiadicos, et paralyticos; ita ut bibentes laventur quotidie. Radix semenque trahunt menses, alvum sistunt, et collectiones discutiunt. Contra serpentes rami cum foliis imponuntur. Folia et capillum inficiunt. Invenio apud quosdam morbum regium sanari hoc frutice, etiamsi adalligatus spectetur tantum.

LVII. Distat ab eo, qui alysson vocatur, foliis tantum et ramis minoribus: nomen accepit, quod a cane

loc. cit. Καὶ λευκὸν ῥοῦν ἵστησιν. H.

LVI. *Alia res erythrodanus*, etc. Alia nimirum ab erythro rhoë, cum quo nominis aliquam cognationem habet. Cael. Aurel. Chron. III, 3: *Rubea, quam Graeci erythrodanon vocant.* Vide et Diosc. III, 180. Galli vocant *garance*. H. — *Res.* Gron. et al. ante Hard. *est*. Ed. P.

Rubiam. Nobis eodem nomine *Rubia tinctorum* (*Tetrand. monogyn. gen.* 244 Pers. *Rubiac.* Juss.); habitat sponte Monspelii, in Italia, etc. Graecis auctoribus ἐρυθρόδανος, quanquam alia eodem nomine plauta occurrit apud Theophr. Hist. IX, 11, foliis ederaceis, sed rotundioribus, de qua certi aliquid definire non posse testatur Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, p. 81. Conf. etiam Plinium lib. XIX, cap. 17. Ed. P.

Urinam ciet. Diosc. loc. supra cit. Hard.

Morbum regium sanat ex aqua mulsa, et lichenas, etc. Diosc. loc. citat. Ἰκτερικοῖς μετὰ μελικράτου πινομένη βοηθεῖ. Plinius quoque Valer. II, 59. Q. Seren. cap. LIX, de morbo regio, pag. 161: *Hudq rubia ex mulsa fertur conducere lympha.* H.

Et paralyticos. Dioscor. loco citato. Ἰσχιαδικοῖς τε καὶ παραλελυμένοις, et Gal. de Fac. simpl med. VI, p. 175. Sic etiam Marcell. Emp. cap. XXV, p. 174; Plin. Val. II, 45; et Q. Seren. cap. de ischia, et articulari morbo. Hard.

Trahunt menses, etc. Diosc. loc. cit. totidem verbis, et Galen. loco citato post Hippocr. de Natur. mul. text. 29, p. 379. Hard.

Contra serpentes, etc. Diosc. loco citato. Hard.

Rami cum foliis imponuntur. Succus cum foliis bibitur: Θηριοδήκτοις βοηθεῖ χυλὸς μετὰ τῶν φύλλων πινόμενος. Plinius legisse videtur, βοηθεῖ χυλὸς μετὰ φύλλων ἐπιτιθείς.

Folia et capillum inficiunt. Sic etiam Chiffiet. *tingunt* Gronov. et libb. ante Hard. vulg. Ed. P.

LVII. *Distat ab eo, qui alysson*. Nec Galeni istud, nec Dioscoridis ἄλυσσον, etsi eadem utrobique originatio nominis, et geminae vires. Neutrum enim ex iis folia habet, ramosque

morsos rabiem sentire non patitur, potus ex aceto adalligatusque. Mirum est quod additur, saniem conspecto omnino frutice eo siccari.

LVIII. Tingentibus et radicula lanas praeparat, quam struthion a Graecis vocari diximus. Medetur morbo regio et ipsa decocto eius poto, item pectoris

rubiae, seu erythrodano pares. H. — *Alysson... foliis tantum et ramis minoribus.* Plinianum alyssum Broterio est Rubia silvestris laevis, C. Bauh. quae mera *Rubiae tinctorum* varietas, de qua sup. cap. egimus. Ἄλυσσον Dioscor. III, 105, indice Sprengelio, eodem nomine est *Alyssum alpestre* (*Tetradynam. silicul.* gen. 1559 Pers. *Crucifer.* Juss.), licet Fab. Columnae idem videatur cum *Veronica arvensi* aut *montana.* Ἄλυσσον vero Galen. Antid. II, 11, doctissimo viro est *Marrubium Alyssum* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1394 Pers. *Labiat.* Juss.). Conf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 131 et 182. Ed. P.

Morsos. Gronov. et al. ante Hard. *commorsos.* Ed. P.

Rabiem sentire non patitur. Et de suo pariter alysso id Dioscorid. III, 105: Ἀπὸ τοῦ λύσσαν κυνὸς ἰᾶσθαι. H.

Mirum est quod additur. Plutarchus tertio Symposiacon scribit alysson, si manu teneatur, vel omnino aspiciatur, singultu liberare: quo loco pro λυγμοῦ quidam legendum putant λύσσης. Est apud Pausaniam in Arcadicis Alysson fons, oppido Cinaethensium vicinus, cuius aqua potu sanat a cane rabioso commorsos. Alysson hoc Plinii, Dioscoridis historiae nihil convenit, ut il prorsus reiiciendi non sint, qui alysson Plinii, herbariorum asperulam esse putant. Alysson Galeno est folio prasii, flore cyaneo, lib. II, de Antidotis. Dal.

— *Saniem conspecto omnino frutice eo siccari.* Pus videlicet quod in bulcere est, a morsu canis. De sanie quae fluat ab bulcere ex morsu canis nunc agi, commonstrat ipsa per se orationis series. Et *saniem* quidem, et *siccari*, prae se ferunt MSS. omnia exemplaria: praeter Reg. 2, in quo *insaniam* manifesto errore legitur: quid enim est, *insaniam siccari?* Non placet tamen Saraceno ea lectio, sed *singultum*, non *saniem*: moxque *sanari* non *siccari* scribi contendit oportere in nott. ad Diosc. Plinii porro sic refingendi mentem Dioscorides primum injecit. Sic enim ille, III, 105, de alysso: Ταύτης τὸ ἀφέψημα ποθὲν, λυγμοὺς τοὺς δίχα πυρετοῦ λύει, καὶ κρατηθὲν δὲ ἢ ὀσφρανθὲν τὸ αὐτὸ δρᾷ. *Huius decoctum potu solvit singultus, qui sunt citra febrem: idem praestat, si teneatur, vel olfiat.* Mox etiam Plutarch. Symp. III, ubi in eodem argumento habitat: Τὴν δὲ ἄλυσσον καλουμένην βοτάνην, καὶ λαβόντες εἰς τὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες, ἀπαλλάττονται λυγμοῦ. Sed quidquid illi demum scripsere, nec dici a Plinio necesse est omnia ea quae illi commemorarint: nec tractare nefas miraculum naturae aliquod, quod illi non attigerint. H.

LVIII. *Struthion.* Nobis *Gypsophila Struthium*, de qua iam nobis est dictum Conf. sup. lib. XIX, c. 18. Ed. P.

Decocto eius poto. Gron. et al. ante Hard. *decocti eius potu.* Ed. P.

vitiis. Vrinam ciet, alvum solvit, et vulvas purgat. Quamobrem aureum poculum medici vocant. Ea et ex melle prodest magnifice ad tussim, orthopnoeae cochlearis mensura. Cum polenta vero et aceto lepras tollit. Eadem cum panace et capparis radice calculos frangit, pellitque. Panos discutit, cum farina hordeacea et vino decocta. Miscetur et malagmatis, et collyriis, claritatis causa: sternutamento utilis inter pauca: lieni quoque ac iocineri. Eadem pota denarii unius pondere ex mulsa aqua, suspiriosos sanat. Sic et pleuriticos, et omnes lateris dolores, apocyni semen ex aqua. Frutex est folio ederae, molliore tamen, et minus longis viticulis, semine acuto, diviso,

Vrinam ciet. Haec pariter Dioscor. II, 193. Hard.

Ad tussim. Totidem verbis Dioscor. l. c. Hard.

Lepras. Diosc. loc. cit.

Calculos frangit. Diosc. ad verbum l. c. Hard.

Panos discutit. Diosc. loc. cit. Διαφορεῖ καὶ τὰ φύματα σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ, καὶ οἴνῳ ἑψηθέν. H.

Miscetur et malagmatis. Diosc. loc. cit. Μίγνυται δὲ καὶ κολλυρίοις ὀξυδερκίσι, καὶ μαλάγμασι. *Miscetur et collyriis ad oculorum claritatem, et malagmatis.* Hard.

Sternutamento. Gron. et al. *ad sternutamenta.* Ed. P.

Sic et pleuriticos. Hoc est, ex aqua mulsa pota unius denarii pondere. Sic MSS. omnes, editique libri. An igitur. ἀπόκυνον Galeni, de Fac. simpl. med. VI, p. 15, quod ait esse homini quoque venenum, ἔστι δὲ ἀνθρώπων θηλήτηριον, nihil a Plinio discrepet: an legendum hic potius, *sic et pleuriticos, et omnes lateris dolores semen ex aqua:* ut ad radiculam, de qua proxime antea legitur, ista referantur: mox *Apocynon frutex est*, etc. quod iam visum est non nemini satius: emplius considerandum censeo. H. — *Sic et pleuriticos*, etc. Haec cum superius dictis Broterius iunxit, ex editione principe; et deinde *Apocynum frutex est*, etc. Ed. P.

Frutex est folio ederae. Totidem verbis describitur a Dioscoride, IV, 81: Ἀπόκυνον, οἱ δὲ κύναγχον, etc. Pingitur a Dodonaeo, Periplocae prioris nomine, p. 403; et a Clusio Hist. Rar. plant. I, p. 125, quo apocynum tertium latifolium appellatur. H. — *Apocynum.* Nobis *Periploca angustifolia* (*Pent. monogyn.* gen. 623 Pers. *Apocyn.* Juss.); habitat in Atlante et Syria. Conf. Desfont. Fl. Atlant. tom. I, p. 209. Canes ab ea trucidari expertus est Anguillara p. 274. Ed. P.

Viticulis. Virgultis, cauliculis, sarmentis. Hard.

Semine. Semine acuto, in siliqua fabarum instar discreto, molli intus candidaque lanugine, quae tomento similis, incluso. Hard.

Diviso. Omissum hoc verbum in

lanuginoso, gravi odore. Canes et omnes quadrupedes necat in cibo datum.

LIX. Est et rosmarinum. Duo genera eius. Alterum sterile, alterum cui et caulis, et semen resinaceum, quod cachrys vocatur. Foliis odor thuris. Radix vulnera sanat viridis imposita, et sedis procidentia, condylomata, et haemorrhoidas. Succus et fruticis, et radicis morbum regium, et ea quae repurganda sunt. Oculorum aciem exacuit. Semen ad vetera pectoris vitia datur potui: et ad vulvas cum vino

Hard. ex caeteris editt. restituimus. Eo. P.

Gravi odore. Dioscor. l. cit. φύλλα βαρύοσμα. Hard.

Canes et omnes quadrupedes. Diosc. loc. cit. Hard.

LIX. *Est et rosmarinum.* Λιβανωτὶς est Dioscoridis III, 87, a quo haec duo pariter genera totidem verbis delineantur. Hard.

Cachrys vocatur. Dioscor. loc. cit. Κάγχρυς, et Apuleio *cauchrys.* Theophrast. qui similia tradit Hist. IX, 12, Κάχρυς H. — *Rosmarinum.* Λιβανωτὶς Dioscor. loc. sup. laud. ὃς τὰ φύλλα μαράθῳ ὅμοια, nobis est *Cachrys Libanotis* (*Pentand. digyn.* gen. 691 Pers. *Umbellifer.* Juss.); habitat in Sicilia. Λιβανωτὶς ἑτέρα ibid. iudice Sprengelio, est *Laserpitium Libanotis* (*Pentand. digyn.* gen. 693 Pers. *Umbellifer.* Juss.); habitat in Italia. Libanotis vero coronaria, ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσι ῥοσμαρίνον, Dioscorid. III, 89, est *Rosmarinus* nostras *officinalis* (*Diand. monogyn.* gen. 63 Pers. *Labiat.* Juss.), vulgo romarin. Eo. P.

Foliis odor thuris. Dioscor. loc. cit. Φύλλα δὲ... εὐώδη. At de radice mox: Ῥίζα δὲ... ὄζουσα λιβάνου. Sic Theophrast. Hist. IX, 12: Ῥίζαν δὲ μεγάλην καὶ παχεῖαν, λευκὴν, ὄζουσαν ὥσπερ λιβανωτοῦ. Idcirco teste Apuleio de Virt. herb. cap. LXXIX, de rosmarino, *antequam thus scaretur, hac herba homines deos placabant.* H.

Radix. Herbae ipsi Dioscorid. has vires adscribit: ἡ πόα καταπλασθεῖσα λεῖα, etc. At Theophrast. loc. citat. radici: Χρησίμη δὲ ἡ μὲν ῥίζα, πρός τε τὰ ἕλκη. Hard.

Morbum regium, etc. Hoc vero Dioscor. l. c. poto semioi: idem cap. 89; decocto radicis adiudicat. H.

Oculorum aciem exacuit. Dioscor. loc. cit. Ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζας καὶ τῆς πόας, ὀξυδερκής, μιγνύμενος μέλιτι, καὶ ἐγχριόμενος. Galen. item de Fac. simpl. med. VII, p. 203, et Apuleius c. LXXIX, tit. 7. Hard.

Semen ad vetera pectoris vitia. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Et ad vulvas. An Plinius hoc loco ex Dioscoride: an, quod verius puto, ex Plinio Dioscorides emendandus sit, eruditi diiudicent. Scripsit ille III, 87, de libanotide, seu roremarino: Ὁ δὲ καρπὸς πινόμενος... βοηθεῖ... ἰκτεριχοῖς τε, μετὰ πεπέρεως καὶ οἴνου διδόμενος. *Semen potum..... auxiliatur ictericiis, hoc est regio morbo laborantibus, cum pipere de vino exhibitum.* Legisse Plinium ὑστεριχαῖς, non ἰκτεριχοῖς plane apparet: hoc est, *mulie-*

et pipere. Menses adiuvat: podagris illinitur cum aerina farina. Purgat etiam lentigines, et quae excalfacienda sunt, aut quum sudor quaerendus, illitum: item convulsis. Auget et lac in vino potum: item radix. Ipsa herba strumis cum aceto illinitur; ad tussim cum melle prodest.

LX. Cachrys multa genera habet, ut diximus. Sed haec, quae ex rore supra dicto nascitur, si fricetur, resinosa est. Adversatur venenis et venenatis, praeterquam anguibus. Sudores movet, tormina discutit lactis ubertatem facit.

LXI. Herba Sabina, brathy appellata a Graecis, duorum generum est: altera tamarici similis folio, altera cupresso. Quare quidam Creticam cupressum

res vulvae malo opportunas: non *morbum arquatum*, seu *regium*. Hard.

Menses adiuvat. Dioscor. loc. cit. De radice hoc Theophr. l. c. H.

Aer. farina. Hoc est, loliacea loc. cit. Ποδάγραις τε καταπλασσόμενος λεῖος σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ὄξει. Frustra igitur *ervina* hic nonnulli reponunt. H.

Purgat. Λιφοῦς τε σπήχει. Diosc. loc. cit. Hard.

Auget et lac. Hoc de semine, seu fructu, pariter habet Theophr. loc. cit. Hard.

Strumis. Dioscor. loc. cit. Καὶ χοιράδας σύμπίπτει. Hard.

Ad tussim. Apul. c. LXXIX, tit. 5: *ad tussim*: *Herbam rosmarinum cum piperis granis centum, mellis uncias duabus teres, et facies pastillos, et dabis unum mane et unum sero, quum dormitum vadit, tussim sedat*. H.

LX. *Diximus*. Lib. nempe XVI; c. 41. Hard.

Ex rore supra dicto. Hoc est, e rosmarino, sive libanotide, de quo proximo cap. dictum est. Hanc libanotidem cachryferam adversus serpentes et scorpiones commendat Nicander in Theriac. pag. 60: Ἀμμιγα κηγχρυφόρῳ λιβανώτιδι. H.

LXI. *Sabina, brathy appellata*. Dioscorid. I, 104: Βράθυς, ἔνιοι βάραθρον καλοῦσι. Εἰσὶ δὲ τούτου εἴδη δύο. τὸ μὲν γάρ ἐστι τοῖς φύλλοις ὅμοιον κυπαρίσσῳ... τὸ δὲ ἕτερον μυρίκῃ, etc. Sic et Oribas. XI, p. 193. Diversa haec ab arbore peregrina brato, de qua XII, 39. Nunc *sabine* et *saviniér* Galli vocant. Myricae seu tamaricis folio pingitur a Matthiolo in Dioscor. I, p. 124, sine baccis illa quidem, seu sterilis. Altera cupressi folio, sive baccifera, a Lobellio in Advv. pag. 447. Vtraque visa nobis in horto Regio. H. — *Sabina*. Servat nomen: *Iuniperus Sabina* (*Dioec. monadelph.* gen. 2286 Pers. *Conifer.* Juss.): variat foliis cupressinis aut tamariscinis. Habitat in Lusitania, Italia etc. Ed. P.

Creticam cupressum. Sabinam cupressum nominat Apuleius, c. LXXXV.

dixerunt. A multis in suffitus pro thure assumitur: in medicamentis vero duplicato pondere eosdem effectus habere, quos cinnamum, traditur. Collectiones minuit, et nomas compescit. Illita hulcera purgat. Partus emortuos apposita extrahit, et suffitu. Illinitur igni sacro et carbunculis. Cum melle et vino pota, regio morbo medetur. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbae sanari tradunt.

LXII. Similis herbae huic Sabinae est selago ap-

Neophylus in glossis Iatricis: Βραθύ, κυπάρισσος Κρητικός. Hard.

A multis in suffitus. Dioscorid. et Orib. II. cc. Hesychius: Βραθύ, πόα τις θεοῖς θυομένη. Ovid. Fast. I, 341, de vetustioris sevi moribus: *Thura nec Euphrates, nec miserat India costum, Nec fuerant rubri cognita fila croci. Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis, Et non exiguo laurus adusta sono.* H.

Pro thure assumitur. Virgilius in Culice, v. 403: *Herbaque thuris opes priscis imitata Sabina.* Conf. D. Fée, *Flore de Virg.* t. VIII, p. CXLVII ed. nost. Ed. P.

In medicamentis, etc. Haec totidem verbis Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 165. Hasd.

Collectiones minuit. Dioscorid. pariter loc. cit. Τὰ φύλλα ἕστηκεν νομάς, καὶ φλεγμονὰς καταπλαττόμενα πραΰνει. Hard.

Hulcera purgat. Dioscorid. et Galen. II. cc. Hard.

Partus emortuos. Diosc. loc. citat. *Et vivos necat, et mortuos extrahit*, καὶ τὰ ζῶντα τῶν ἐμβρύων διαφθείρει, τὰ νεκρὰ δὲ ἐκβάλλει, inquit Galen. loc. cit. Hard.

Illinitur igni sacro et carbunculis. Aliter, ut opinor, distinguenda verba et scribenda: *Illinitur igni sacro et carbunculis ex vino. Cum melle pota regio morbo medetur.* Dioscorid. lib. I, cap. de herba sabina. Pint. — *Illinitur.* Plin. Val. III, 30 et 31. H.

Regio morbo. Plin. Valer. II, 59: *Regio morbo pellendo: herba sabina, quae habet folia quasi cupressus, trita ex vino potui datur.* Apul. cap. LXXXV, 1. 1: *Ad morbum regium.... Herba Sabina cum melle et vino pota aurigi-nem discutit*, etc. H.

Gallinacei. Vide quae diximus X, 78. Hard.

LXII. *Selago appellata.* Herbarius hodie incognita. Nic. Chorier, Histor. Delphin. II, pag. 90, existimat esse chamaepeucen, de qua dicemus cap. 86. II. — *Selago.* Quibusdam *Camphorosma monspeliaca* (*Tetrand. monogyn.* gen. 326 Pers. *Atriplic.* Juss.); vulgo *camphrés.* Nobis eodem nomine: *Lycopodium Selago* (*Crypt.* Linn. *Musc. spur.* Juss.). Habitat in Europae juniperetis. Conf. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, p. 206. Planta heroica Linnaeo, contra hydropises et phthiriases commendata: Mater. med. p. 275, ed. Schreber. Chamaepeuce, de qua Noster inf. c. 86, est *Staehelina Chamaepeuce*; de ea dicemus suo loco. Ed. P.

pellata. Legitur sine ferro dextra manu per tunicam, qua sinistra exuitur velut a furante, candida veste vestito, pureque lotis nudis pedibus, sacro facto prius quam legatur, pane vinoque. Fertur in mappa nova. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidae Gallorum, et contra omnia oculorum vitia fumum eius prodesse.

LXIII. Iidem samolum herbam nominavere nascentem in humidis: et hanc sinistra manu legi a ieiunis contra morbos suum boumque, nec respicere legentem: nec alibi, quam in canali, deponere, ibique conterere poturis.

LXIV. Gummium genera diximus. Ex his maiores effectus melioris cuiusque erunt. Dentibus inutiles sunt. Sanguinem coagulant, et ideo reiicientibus sanguinem prosunt: item ambustis, arteriae vitiis. Inutilem urinam cient, amaritudines hebetant ad-

Legitur sine ferro dextra, etc. Hinc discere est, quam superstitiosa fuerit Druidarum doctrina. Brot.

Pane vinoq. Forte, *thure vinoque*. Gr. — *Pane*. Ita MSS. omnes.

LXIII. *Samolum*. Sic etiam in Indice. At hoc loco MSS. quidam *samosum* habent. Bononiensibus *samiolo*, teste Anguillara P. XI, p. 197; nostris *pulsatilla* dicitur. Pingitur a Dodonaeo, pag. 430. H. — Anguillarae est *Anemone Pulsatilla* (*Polyand. polygyn.* gen. 2366 Pers. *Ranunculae*. Juss.); habitat in campis silvestribus collibusque. Mavult tamen Sprengelius referre ad *Samolum Valerandi* (*Pentand. monogyn.* gen. 388 Pers. *Lysimach.* Juss.); habitat in paludosis, maritimis, salsosis locis per totum terrarum orbem. Ed. P.

LXIV. *Gummium genera diximus*. Lib. XIII, cap. 20. In MSS. *cummium*. Veteres *cummim* dixere, femineo genera: ut diximus XIII, 20. Hard.

Reiicientibus. Plin. Val. I, 64, cui lemma inscriptum, *Sanguinem reiicientium curatio*: *Gummi optimum*, inquit, *cum vino solvitur, et datur: et si fieri potest, gummi ex amygdalis sit*. Iterumque, cap. 66, cui titulus: *Ad eos qui sanguinem de stomacho vel vena satis emittant: Gummi optimum in ore solvatur: sic paulatim glutinatur: multoque melius, si id amygdalinum fuerit*. Ita fere etiam Marcell. Emp. cap. XVI, pag. 120. H.

Arteriae vitiis. Galen. de Fac. simpl. med. VII, 193: Τραχυτήτων ἰατική, *medetur asperitatibus*, faucium scilicet. Hard.

Amaritudines hebetant. Medicamentorum acrimoniam hebetat, quibus admiscetur. Dioscor. de gummi Aegyptiae spinae. Dal.

strictis caeteris. Quae ex amygdala amara est, spissandique viribus efficacior, habet excalfactorias vires. Praeponuntur autem prunorum, et cerasorum, ac vitium. Siccant illitae et adstringunt: ex aceto vero infantium lichenas sanant. Prosunt et tussi veteri, quatuor obolis in mixto potis. Creduntur et colorem gratiorem facere, ciborumque appetentiam, et calculosis prodesse cum passo potae. Oculorum et vulnerum utilitatibus maxime conveniunt.

LXV. Spinae Ægyptiae, sive (XII.) Arabicae, laudes in odorum loco diximus: et ipsa spissat stringitque distillationes omnes, et sanguinis exscreationes,

Adstrictis. Caetaris conglutinatis, spissatisqua humoribus. H.

Spissandique viribus, etc. Dioscor. adstringandi I, 176: Τὸ δὲ κόμμι αὐτῆς στύφει καὶ θερμαίνει, καὶ βοηθεῖ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενον. *Gummi ex amygdala adstringit, calfacit; et contra sanguinis reiectionem potum auxilio est.* Hard.

Praeponuntur. De his gummium generibus diximus lib. XIII, 20. H.

In mixto potis. Ita enim MSS. Forte sincerius, *in musto.* Hard.

Et calculosis. His cerasorum in primis gummi prodesse scribit Galen. de Fac simpl. mad. VI, p. 189. H.

Utilitatibus. In MSS. Regg. et ad. princ. *vulnerum inutilitatibus.* Brot.

LXV. *Spinae aegyptiae, sive arabicae, laudes*, etc. Acacia est, seu spina aegyptia, cuius iconem exhibet Clusius Histor. Rar. plant. II, pag. 161, et Bellonius Obss. I, 56. Et nunc in Gallia provenit: sed propter soli caelique mutationem ab Aegyptiaca degener. — *Spinae.* Divulsa haec ad hunc diem sententia, distractaque in partes duas, impeditum habet intellectum. Sic enim legebatur: *e spina aegyptia*, quae verba superiori adnectebantur lectioni. Mox ducto a sequentibus verbis initio capitis alterius, *Spinae arabicae laudes*, etc. quod incogitanter et obliviose scriptum a Plinio Dalecampius exclamat. At sinceram esse, quam repraesentamus, scripturam, vel ex ipso huius loci indice perspicuum est: sic enim habet, *spina aegyptia, sive arabica.* Et suffragatur etiam Galen. de Fac. simpl. mad. VI, 17, pag. 152: Ακανθος Αἰγυπτία· ἔνιοι δὲ Αραβικὴν ὀνομάζουσιν. H. — Spinae Aegyptiae duplex Theophrasto genus, candidum et nigrum: nobis *Acacia Senegal* et *A. arabica* (*Monadelph. polyand.* gen. 1655 Pers. sub *Mimosa. Leguminos.* Juss.); cf. lib. XIII, cap. 19, not. 1. Ed. P.

Spissat stringitque distillationes. Dioscor. V, 15: Ακανθα Αραβικὴ ἐοικυῖα τὴν φύσιν εἶναι δοκεῖ τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, στύφουσα· καὶ πρὸς ῥοῦν γυναικεῖον. καὶ πρὸς ἀναγωγὴν αἵματος καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ῥευματισμοὺς, ἡ ῥίζα παραπλησίως τύθετεῖ. *Spina arabica natura spinae albae similis esse creditur: siquidem adstringit: et ad fluxum muliebrem, sanguinis reiectio-*

mensiumque abundantiam, etiamnum radice valentior.

LXVI. Spinae albae semen contra scorpiones auxiliatur. Corona ex ea imposita, capitis dolores minuit. Huic similis est spina illa, quam Graeci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, et araneosa lanugine obductis: qua collecta, etiam vestes quaedam bombycinis similes fiunt in Oriente. Ipsa folia vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur.

LXVII. Est et acacia e spina. Fit in Ægypto alba

nem, caeterasque fluxiones radix simili modo valet. Galen. quoque de Fac. simpl. med. VI: Στυπτικωτέρα δὲ καὶ ξηραντικωτέρα τὴν δύναμίν ἐστι. Ex ea spina gummi fit, laudatum iam ante a Plinio, XIII, 20; quod *gummi* acanthinum Celsus vocat V, 2, atque inter ea adnumerat, quae vulnus glutinent. Hard.

LXVI. *Spinae albae semen.* Diosc. III, 14. H. — Nobis est *Carduus Leucographus* (*Syngenes. aequal.* gen. 1802 Pers. *Cynaroceph.* Juss.); habitat in Gallia, Italia. Describit hoc nomine Anguillara, p. 143, plantam ex Ymbria et Sclavonia oriundam, quae Sprengelio *Carthamus caeruleus* esse videtur. Ed. P.

Graeci acanthion vocant. Dioscor. III, 18: Ἀκάνθιον ἐμφερῆ τὰ φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ· ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἐξοχάς, καθ' ἃς ἀραχνοειδής ἐστι χνοῦς τοῦ συλλεγομένου, etc. *Acanthium folia gerit spinae albae similia, in summo vero aculeatas eminentias, araneosa lanugine obductas, e qua collecta vestes bombycinis similes fieri aiunt.* Ignota haec nobis, ut et Aloisio Anguillarae, ipso fatente, P. VIII, p. 148. H. — *Acanthion.* Nobis est *Onopordon Acanthium* (*Syngenes. aequal.* gen. 1800 Pers. *Cynaroceph.* Juss.); habitat in ruderatis et collibus. Cf. Histor. Rei herb. tom. I, pag. 486. Ed. P.

Aculeatis. Dioscor. loc. citat. ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἐξοχάς, *in summitate eminentiae aculeatas*, quales nimirum cernimus in carduis, et congeneribus acanthi spinis, quae summum capitulum floris instar habent, qui quum senescit, in pappos lanuginosos abit. Verum Plinius non in summitate caulis ac spinae, sed in foliorum extremis marginibus hanc lanuginem inesse ait, indeque depecti vesti texendae, ut ex foliis arborum Sericarum fieri diximus, VI, 20. Quod ut in orientali acanthio verum sit (neque enim scire id certo licet), de nostro certe acanthio, quale in horto regio contemplati sumus, pictum a Lobelio in Obss. p. 476, accipi utique non potest. Hard.

Etiam vestes. Acanthinae inde appellatae: de quibus Vossium vide in Etym. verbo, *acanthium.* Hard.

Folia vel radices, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

LXVII. *Est et Acacia e spina.* Ex

nigraque arbore, item viridi, sed longe melior e prioribus. Fit et in Galatia tenerrima, spinosiore arbore. Semen omnium lenticulae simile: minore est tantum et grano, et folliculo. Colligitur autumno: ante collectum nimio validius. Spissatur succus ex folliculis aqua caelesti perfusis: mox in pila tusis

aegyptia quidem, arabicaque spina, de qua cap. 65, quam esse acaciam Dioscoridis, I, 133, docuimus apertissime XIII, 19, sq. Sed et acaciae nomen ei succo haesit, qui ex ea arbore premeretur. Prius legebatur, *est et acaciae spina*, litterulis *a* et *e* in unam perverse conflatis, perturbataque eam ob rem sententia. Acaciae nomen inditum semini ipsi fructuique arboris, soccoque qui iode exprimitur, scriptores plurimi contestantur. In quibus Auctor libri de Simpl. med. ad Pater. tom. XIII Opp. Galeni, pag. 984: *Acacia fructus est arboris spinosae, quae maxime in Aegypto nascitur: hic igitur fructus velut oliva exprimitur, et succus in sole siccatur, et in glebam redigitur*, etc. Galenus ipse de Antidotis, I, 14, p. 899, ad hunc versiculum Andromachi senioris, cuius qui Neronis medicus fuit: Δάκρυον εὖ μίσγε βελῶν κυκεωπὸν ἀκάνθης. Δηλοῖ γάρ, inquit, τὴν ἐκ τῆς Αἰγυπτίας ἀκάνθης γεννωμένην ἀκακίαν. *Lacrymam misceto caerulae spinae. Innuit acaciam ex Aegyptia spina factam.* H. — *Est et acacia e spina.* De Acacia Veterum, seu Gummi nostrate Arabico, conf. Excurs. VIII ad calc. huius lib. Ed. P.

Fit in Aegypto. Plin. XIII, 19: *Nec minus spina celebratur in eadem gente* (*Aegypto*), *dumtaxat nigra.... candida facile putrescit*, etc. Qui color ei succo est, Dioscorides attigit, loc. cit. Nempe ex fructu maturo, niger: subfulvus ex immaturo. Quis color arborum praestantissimus, non expressit. Album nigrumque aegyptiacae spinae genus et Theophrastus agnoscit, Hist IV, 3. H.

Tenerrima. Dioscor. item III, 132, acaciae tenerioris, τρυφερωτέρας, quae fit in Galatia et Ponto. Brot. tamen ex Reg. cod. 2 et ed. principe, *deterrima*; in cod. Reg. 1, *teterrima*. Ed. P.

Spinosiore. Cui et acaciae pariter nomen est inditum. Describitur a Dioscor. loc. cit. Φύεται δὲ καὶ ἑτέρα ἀκακία ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ Ποντῳ παρεμφέρουσα τῇ Αἰγυπτίᾳ, ἐλάττων μέντοι παρακολὺ καὶ Χαμαίζηλος, καὶ τρυφερωτέρα· περίπλεως δὲ ἀκάνθης σκολοπεσιδοῦς, etc. *Minor, quam aegyptiaca, dicitur, humilis, ac tenerior, aculeis vallorum in modum obsita.* H. — Acacia illa Pontica Dioscor. lib. I, cap. 133, nobis est *Spartium spinosum* (*Diadelph. decandr.* gen. 1690 Pers. *Leguminos.* Juss.); habitat in Hispania, Italia, Barbaria, etc. et in Corsica illud invenit Anguillara p. 63. Conf. Alpin. Exot. XII. Ed. P.

Lenticulae simile. Mole lenticulae simile, siliquis inclusum. Σπέρμα ἐν θυλάκοις... ἔλαττον φακοῦ, inquit Dioscorid. de acacia Pontica: ἐν λοβοῖς, de Aegyptia. Hard.

Colligitur autumno, etc. Dioscor. loc. cit. H.

Nimio validius. Quoniam fructus aestate immaturus acerbissimus est. Dal.

Mox in pila tusis. Mox in mortario

exprimitur organis: tunc densatur in sole mortariis in pastillos. Fit et ex foliis minus efficax. Ad coria perficienda semine pro galla utuntur. Foliorum succus et Galaticae acaciae nigerrimus improbatur: item qui valde rufus. Purpurea aut leucophaea, et quae facillime diluitur, vi summa ad spissandum refrigerandumque est, oculorum medicamentis ante alias utiles. Lavantur in eos usus pastilli ab aliis, torrentur ab aliis. Capillum tingunt. Sanant ignem sacrum, hulcera quae serpunt, et humida vitia corporis, collectiones, articulos contusos, perniones, pterygia. Abundantiam mensium in feminis sistunt, vulvamque et sedem, procidentes. Item oculos, oris vitia, et genitalium.

LXVIII. (XIII.) Vulgaris quoque haec spina, ex

tunis folliculis, succus exprimitur machinis. De hac voce *organi* Vitruvium vide X, 1; quid nempe distet a machina: haec pluribus operis, aut vi maiore agitur: istud unius operae prudenti tractu perficit, quod propositum est. H.

Densatur in sole. Dioscorid. loc. cit. Ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ. Legit tamen et Oribasius, cum Plinio, ἐν ἡλίῳ, *in sole*. H.

Fit. Diosc. loc. cit. Hard.

Galaticae. Grod. et al. ante Hard. *Galactiacae.* Ed. P.

Qui valde rufus. Quoniam acerbior est fructus e quo extrahitur. Dal.

Purpurea aut leucophaea. Subintellige, acacia, sen succus arboris. Λευκόφαιος color fuscus est, hoc est, mixtus ex albo nigroque. H.

Lavantur. Dioscor. loc. cit. Πλύνεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικά... καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς τροχίσκους... Ὀπτᾶται δὲ ἐπ' ἀνθράκων ἐκνυσσομένη,

Lavatur et ad oculorum medicamenta... atque ita in pastillos cogitur. Torretur et super carbonibus: igne follibus venitilato. H.

Capillum tingunt. Dioscor. de succo Aegyptiae acaciae: μελαίνει δὲ καὶ τρίχας. H.

Sanant. Reliqua deinceps exstant et apud Dioscor. loc. cit. qui has esse dotes Aegyptiae acaciae proprias innuit. Hard.

Et humida vitia. Hulcera quae sunt in humidis, ut dictum est, XXII, 19. Hard.

LXVIII. *Vulgaris quoque haec spina*, etc. Spinam fulloniam hic intelligo hippophaeston, quemadmodum et lib. XVI, cap. ult. Dioscorides certe et hippophaeston spinas esse fullonias tradidit. Dal. — *Vulgaris.* Hippophaeston intelligit, qua de spina dicetur XXVII, 66. H. — Ἱππόφαιστον Dioscorid. IV, 163; nobis *Cnicus stellatus* Willd. (*Singenes. aequal.* gen.

qua cortinae fulloniae implentur, radicis usus habet. Per Hispanias quidem multi, et inter odores, et ad unguenta utuntur illa, aspalathum vocantes. Est sine dubio hoc nomine spina silvestris in Oriente, ut diximus, candida, magnitudine arboris iustae.

LXIX. Sed et frutex humilior, aeque spinosus, in Nisyro, et Rhodiorum insulis, quem alii erysisce-

1802. Pera. sub *Carduo. Cynarocéph.* Juss.); habitat in Europa meridionali. Ed. P.

Cortinae. Cortinae eae vasa sunt, in quibus foventur aqua calida, curantur, poliuntur que vestes. In MSS. non *cortinae*, sed *unae* legitur: forte, *aeneae*, ut l. XXVII, cap. 66: *Hippophaeston nascitur in spinis, ex quibus fiunt aeneae fulloniae, etc.* H.

Radicis. Radiculae, quae diximus lanas lavari, utilitates repraesentat. De radicula, quae lanis lavandis est utilis, diximus XIX, 18. H. — *Gypsophila Struthium.* Ed. P.

Vtuntur. Vtuntur spina vulgari, quam aspalatum, sed forsan male, nuncupant. H.

Aspalathum vocantes. Oscitanter Plinius aspalathum orientalem alium esse putat, quam Rhodium. Dal.

Spina silvestris. Nobis *Spartium aspalathoides Diadelph. Decand.* gen. 1690 Pers. *Leguminos.* Juss.); habitat in Barbaria. Conf. lib. XII, cap. 52. Ed. P.

LXIX. *Sed et frutex h.* Aspalathi quoque nomine donatus, etiam a Dioscoride, a quo describitur, I, 19; diversus ab eo, quem dixit Plinius, XII, 52, assurgere in magnitudinem arboris modicae. Officinae retinent nomen; *l' aspalathe.* Vis ligno eadem quae aloes. Describitur a Charasio, in Phar. pag. 382. In insula Rhodo nasci ait Angtillara pag. 36, et aloe Rhodium vocat, de Nat. Stirpium 4, pag. 443. Hard.

In Nisyro et Rhodiorum. Dioscor. I, 19: Ἀσπάλαθος, οἱ δὲ ἐρυσίσκαπτρον, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος, γεννώμενος... ἐν Νισύρῳ, καὶ Ῥόδῳ, etc. H. — Aspalathus res est prorsus ignota in officinis nostris; et si quae sub aspalathi nomine lignea frusta occurrant, dissimilia omnino inter se, diversaeque originis videntur. Nec mirum, quum Veteres etiam de hoc ligno dissentiant. Dioscorides enim aspalathum dicit esse fruticem lignosum, spinis crebris, aculeatum, nascentem in Nisyro, etc. caulisque lignum in usu eligendum praecipit, cuius cortex detrahendus est. Galenus vero, de Ant. megnia hedychroum describendo, aspalathi corticem expostulat: et in vocabulorum Hippocrat. interpretatione, μέλαιναν ῥίζαν aspalathi aromatici radicem vertit; unde illi aspalathus videtur esse radicis cortex. Plinius, in hoc ipso, de quo nunc agimus capite, Dioscoridem licet in caeteris sequatur, maiorem etiam confusionem affert. Duplicem enim aspalathum constituit: unum arborescentem, alterum frutescentem: Orientalem unum, alterum vero in Rhodo, Nisyroque nascentem, etc. Nec magis consentiunt Neoterici in definiendo

ptrum, alii adipsatheon, sive diacheton vocant. Optimus, qui minime ferulaceus, rubens, et in purpuram vergens, detracto cortice. Nascitur pluribus locis, sed non ubique odoratus. Quam vim haberet caelesti arcu in eum innixo, diximus. Sanat tetra oris hulcera et ozaenas, genitalia exhulcerata aut carbunculantia: item rhagadia: inflationes potu discutit, et strangurias. Cortex sanguinem reddentibus medetur. Decoctum eius alvum sistit. Similia praestare silvestrem quoque putant.

Veterum aspalatho: siquidem alii lignum esse Rhodium existimant; alii lignum quod aloës dicimus, alii demum cytisum verum a Maranta descriptum. Eadem rursus de ligno Rhodio controversia. Aliud enim lignum Rhodium Ruellius describit; aliud Cordus, aliud Matthiolus, etc. Quis vero tantas lites dirimere audebit? Nobis satis sit certo scire nollum medicamen aspalathi nomine nostris temporibus in pharmacopoliis haberi, nec de Veterum aspalatho certi quidquam doctioribus botanicis innotuisse. Conf. Geoff. Mat. med. II. 218 sqq. Linn. Mat. med. pag. 285 edit. Schreber. Aspalathi lignum est Agallochum praestantissimum, Bauh. Pin. 393; Arabibus *calampat* dictum: id autem nobis est *Excaecariâ Agallocha* (*Dioec. monadelph.* gen. 2293 Pers. *Euphorbiae* Juss.), de qua iam alias dictum. Eo. P.

Sive diacheton. In Indice huius loci: *Erysisceptro, sive adipsatheo, sive diatiron*, In Reg. 4 cod. hoc loco: *alii syrisceptrum, at ipsi phoesyri diatiron vocant.* Forte, *at ipsi Phoenices Syri diatiron vocant.* Dinse. in Noth. p. 441, a Syris *diaxylon* vocari scribit: Ἀσπάλαθος, οἱ δὲ σφάγνον, οἱ δὲ φάσγανον, Σύροι δὲ διάξυλον καλοῦσι. Hard. — Gron. et al. *sive dipsacon, sive diacheton.* Brot. ex Reg. 4, *sive diatiron.* Eo. P.

Optimus. Non medullosus, ut ferula, sed lignosus: ξυλώδης a Dioscor. inprimis laudatur loco citato, καὶ βαρὺς ὑπέρυθρος, ἢ πορφυρίζων, πυκνός, εὐώδης, etc. Hard.

Diximus. Lib. XII, 52. H.

Sanat tetra oris hulcera et ozaenas, genitalia exhulcerata, etc. Dioscor. loco citato: Πρός τε τὰς ἅρθας ἐψηθεὶς μετ' οἴνου, καὶ διακλυζόμενος ἁρμόζει, καὶ πρὸς τὰς ἐν αἰδοίοις νομὰς καὶ ἀκαθαρσίας ἐγκλυζόμενος, καὶ πρὸς τὰς ὀζαίνας. *Ad tetra oris hulcera in vino decoctus, collutusque convenit: atque etiam ad genitalium nomas, immundamque illuvieni: nec non ad ozaenas commode infunditur.* Quid sit ozaena Celsus aperit VI, 8: *Sin autem ea hulcera*, inquit, *circa nares sunt, plurésque crustas et odorem foedum habent, quod genus Graeci* ὀζαίναν *appellant, sciri quidem debet, vix ei malo posse succurri.* Scrib. Larg. ὀζαίνα gravem odorem narium interpretatur. Hard.

Inflationes. Potu decocti eius reiectionem sanguinis cohiberi, urinae difficultatem, inflationesque discuti, ait etiam Dioscorides l. c. H.

Decoctum eius alvum solvit. Dioscor.

LXX. Spina est appendix appellata, quoniam baccae puniceo colore in ea appendices vocantur. Hae crudae per se, et aridae in vino decoctae, alvum citam, ac tormina compescunt. Pyracanthae baccae contra serpentium ictus bibuntur.

LXXI. Paliurus quoque spinae genus est. Semen eius Afri zuram vocant, contra scorpiones efficacis-

loc. cit. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ κοιλίαν ἴσχει. Haro. — Aliter distinguunt Gron. et Al. ante Hard. *stranguriàs cortex. Sanguinem reddentibus medetur, decoctum eius. Alvum sistit cortex.* Postremam vocem superfluere praemonuerat Pintianus. Ed. P.

LXX. *Spina est appendix*, etc. Hard. Innius eam esse existimat, quae in officinis hodie Berberis dumetorum vocatur: in Gallia vulgo *épine vinette*. A Clusio pingitur Histor. Rar. plant. I, p. 121. Ego magis esse censuerim, quam vulgus officinarum oxyacanthom, Gallia *aubépine* nuncupat. Delineatur a Dodonaeo pag 738; oxyacanthi, seu spinae acutae nomine. H. Nobis *Berberis vulgaris* (*Hexand. monogyn.* gen. 851. Pers. *Berberid.* Juss.). Habitat in Europae silvis, Oriente, Libano, etc. Ed P.

Baccae puniceo colore, etc. Oxyacanthae, de qua intelligenda quae sequuntur. Dalec.

Alvum citam. Mss. omnes, Regg. Colb. Chifflet. *alvum citant*. Haro. — Et edit. prin. teste Brot. Ed. P.

Pyracanthae. Dioscoridis haec ὀξυάκανθα est, seu spina acuta, I, 122, piri folio, myrti baccis, spinis asperrima. Pingitur a Lobelio in Ad. p. 438. Galli vocant rubum ardentem, *buisson ardent*. Ita rescripsimus ad monitum codicum Mss. tum hoc loco, tum vero in Indice: quum prius legeretur *pyxacanthi*. At de pyxacantho sermo instituitur cap. 77. De pyracantha nunc agi et Nicander probat, qui in Ther. p. 60 commendat in primis adversus serpentes et scorpiones: Λάζεσ καὶ πυράκανθαν, ἰδὲ φλόμου ἄῤῥενος ἄνθην. Πυράκανθα quasi ignea dicitur spina, id est, valde urens, pungensque. Dioscor. I, 122, oxyacantham vocat, et a nonnullis πυρίναν appellari, et πυκάνθην alii lege πυρακάνθην, quod nempe urentes, pungentesque spinas habet. H. *Pyracanthae*. Est *Crataegus Pyracantha* (*Icosand. digyn.* gen. 1226 Pers. *Rosac.* Juss.); habitat in Galliae meridionalis et Italiae sepibus. Ed. P.

LXXI. *Paliurus*. Geminum est paliuri genus: vulgare alterum, de quo Dioscor. I, 121; alterum Africanum, de quo Plinius XIII, 33 Vulgare a Dodonaeo pingitur, pag. 744. Africanum a vulgari fructûs forma discrepat, magnitudine ea qua cedri bacca est. H. — Παλίουρος Theopr. Hist. IV, 3, et Dioscor. loc. sup. laud. Nobis *Rhamnus Paliurus* Linn. (*Pentand. monog.* gen. 532 Pers. *Frangulac.* Juss.); aliis *Rhamnus Spina Christi*. Conf. D. Fée, *Flore de Virgile*, p. LXXXVI ed. nost. Ed. P.

Semen eius. Eius nempe spinae quam Afri paliurum vocant. H.

Contra scorpiones. Et hae paliuro quoque vulgari communes sunt dotes atque vires. Dioscor. l. c. Τὸ σπέρμα πινόμενον βηξὶν ἀρήγει, καὶ τοὺς

simum: item calculosis et tussi. Folia adstrictoriam vim habent. Radix discutit panos, collectiones, vomicas: urinas trahit pota. Decoctum eius potum in vino alvum sistit: serpentibus adversatur. Radix precipue datur in vino.

LXXII. Agrifolia contusa addito sale, articulorum morbis prosunt: baccae purgationi feminarum, coeliacis, dysentericis, ac cholericis. In vino potae alvum sistunt. Radix decocta et illita extrahit infixa corpori. Vtilissima est et luxatis, tumoribusque. Aquifolia arbor in domo aut villa sata, veneficia arcet.

ἐν κύστει λίθους θρύπτει, καὶ πρὸς ἑρπετῶν δήγματα ποιεῖ. Harn.

Folia. Diosc. loc. cit. Τὰ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα στυπτικά. Galenus quoque de Fac. simpl. med. VIII, p. 217. H.

Radix. Diosc. et Galen. ad verbum ll. cc. Harn.

Vrinas trahit pota. Dioscorid. loco citato. Hard.

Alvum sistit. Dioscor. loco cit. H.

LXXII. *Agrifolia.* Agrifolium frutex est, cui et parvae ilicis aquifoliae nomen, ut diximus XVI, 12. Prius legebatur: *Aliqui folia contusa... articulorum morbis imponunt: prosunt baccae*, etc. Vt ad paliurum haec spectare viderentur, de quo proxime antea legebatur. At vocem *imponunt* Mss. codices, Regg. Colb. nullus denique unus agnoscit. Baccas palinrus nullas habet: habet aquifolium quales describuntur XV, 29. Et de agrifolio sermonem hoc loco institui vel ex eo credibile fit, quod statim ob affinitatem nominis, ut fere Plinio familiare est, hoc ipso capite ad aquifolium arborem transfertur oratio. Sed rem plane decidit, emendationemque nostram egregie constabilit Plinius alter Valerianus, qui totum fere opus ex scriptoris nostri sententiis verbisque concinnavit. Is enim de Re med. III, 15: *Ad nervos, articulos, arthriticos*, hunc ipsum locum exscribens: agrifolium, *tusum*, inquit, *addito sale et oleo prodest*. Idem II, 25: *cholerae quomodo succurritur, baccae agrifolii tritae ex vino datae prosunt*. Denique III, 49: *Ad extrahenda ea quae corpori infixa sunt: radix etiam agrifolii coquitur, et teritur, et sic imponitur*. Quae totidem plane verbis Noster hic habet: qui quum *agrifolia contusa* multitudinis numero dixit, folia fruticemque simul intellexit. H. — *Agrifolia.* In huius arboris nomine variant Mss. codices. Sed certe pertinet ad aquifolium, *le houx*; ut patet ex eius virtutibus. Sic recte Broterius: baccifera autem arbor, de qua nunc Noster agit, nobis dicitur *Ilex aquifolium* (*Tetraud. tetragyn.* gen. 339 Pers. *Frangulae.* Juss.); habitat in Europa australiori. Non confundendum cum *aquifolia* arbore, quae ab illo prorsus et genere, et ordine differt. Ed. P.

Purgationi feminarum. Sistendae videlicet. Dal.

Aquifolia arbor, etc. Hoc etiam de

Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit : item baculum ex ea factum, in quodvis animal emissum, etiamsi citra ceciderit defectu mittentis, ipsum per sese recubitu propius adlabi : tam praecipuam naturam inesse arbori. Taxi arboris fumus mures necat.

LXXIII. Nec rubos ad maleficia tantum genuit natura ; ideoque et mora his, hoc est, vel hominibus cibos dedit. Vim habent siccandi adstringendique : gingivis, tonsilis, genitalibus accommodatissimi. Adversantur serpentium sceleratissimis, haemorrhoidi et presteri, flos, aut mora. Scorpionum vulnera sine collectionum periculo inungunt, urinam cient. Caules eorum tunduntur teneri, exprimitur succus, mox sole

rhamno prodidit Diosc. I, 119: Λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτῆς θύραις ἢ θυρίσι προστιθέντας ἀποκρούειν τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας. *Feruntur et huius rami, iamais fenestrisve appositi, veneficorum maleficia depellere.* Sic et Laërtius in vita Bionis, et Nicand. in Ther. De aquifolia puto loquutum esse Theophr. Hist. VII, 19: Λέγουσι γὰρ ἄκανθάν τινα εἶναι, ἣ πήγνυσι τὸ ὕδωρ ἐμβαλλομένη. *Spinam enim quamdam enarrant, quae aquam iniecta congelet.* H. — *Aquifolia.* Nobis *Querous Ilex* (*Monaec. polyand.* gen. 2101 Pers. *Amentac.* Juss.); habitat in Europa australi et Africa boreali. Conf. tom. V, p. 657 huiusce edit. Ed. P.

Per vese. Vitro, sponte. Brot. ex Reg. cod. 1 *per se.* Ed. P.

Taxi. Venenosam arborem leviter sane perstringit: nos corollarii vice al ad viperae morsum prodesse taxum adiicimus; vadamque praebemus Tranquillum in Claudio c. xvi. H. — *Taxi.* Μίλος Theophr. Hist. III, 10; σμίλαξ Diosc. IV, 80; nobis *Taxus baccata* (*Dioec. monadelph.* gen. 2287 Pers. *Conifer* Juss.), de qua iam Noster egit XVI, 20. Ed. P.

LXXIII. *Rubos.* Graecis auctoribus βάτος dicitur *Rubus fruticosus*; βάτος ἰδαία, *Rubus idaeus Icosand polygyn.* gen. 1238 Pers. *Rosac.* Juss.); nostris vulgo, *ronce* et *framboisier.* Ed. P.

Et mora his, hoc est, vel hominibus. Et mora rubis, hoc est, *non asinis tantum, qui rubos ac sentes rodunt*, sed hominibus quoque cibos dedit. — *Morâ.* Libb. ante Hard. edit. ex *eis mora vel homin.* quamquam emandationi praeiverat Gronov. in not. Ed. P.

Vim habent siccandi. Etiam et nervos praecisos, ac vulnera colligendi, glutinandique, teste Th. Prisc. I, 19: *Rubus elixa et trita, hoc facit.* Hard.

Adversantur. Hanc vim foliis Dioscorides adscribit IV, 37, et Apul. c. 87, tit. 9. Nicander in Ther. p. 60, adversus serpentes commendat ἄνθεα φαιὰ βάτοιο, *florida serta ruborum.* Hard.

Mora. Τὰ βάτια, *des mûres.* H.

Caules eorum tunduntur. Haec totidem verbis Marc. Emp. cap. xv, pag.

cogitur in crassitudinem mellis; singulari remedio contra mala oris, oculorumque, sanguinem exscreantes, anginas, vulvas, sedes, coeliacos, potus aut illitus. Oris quidem vitiis etiam folia commanducata prosunt, et hulceribus manantibus, aut quibuscumque in capite illinuntur. Cardiacis vel sic per se imponuntur a mamma sinistra: item stomachi doloribus, oculisque procidentibus. Instillatur succus eorum et auribus. Sanat condylomata cum rosaceo cerato. Cauliculorum ex vino decoctum, uvae praesentaneum re-

406, et c. xvi, p. 420; et Plin. Val. I, 45 et 64: Dioscorid. item loco cit. Hard.

Oris quidem vitiis Plin. Val. I, 29. Diosc. IV, 37· Κρατύνει δὲ καὶ οὖλα καὶ ἄφθας ὑγιάζει διαμασσόμενα τὰ φύλλα. *Firmant gingivas, orisque hulcera sanant commanducata folia.* Q. Seren. cap. xv, pag. 134: *Manditur apta rubus gingivis et bona labris.* Et c. xxxvii: *Omnibus obscenis medendis: Obscenos si forte locos nova vulnera carpent, Horrentum mansa curantur fronde ruborum.* Hard.

Cardiacis vel sic. Hoc est trita vel commanducata. Apul. c. 86, de eruso, sive rubo tom. 4: *Ad cardiacos: Eruci folia per se trita imponuntur mamillae sinistrae, et sic dolori resistunt.* Plin. Valer. lib. cap. III, 11: *Cardiacis sanandis: Mammae sinistrae... folia rubi in quo mora nascuntur trita per se imponuntur.* Hard.

Stomachi doloribus. Diosc. IV, 37: Θεραπεύει καὶ ὀφθαλμῶν προπτώσεις... καὶ ἐπὶ στομαχικῶν, etc. Hard.

Instillatur. Plin. Val. I, 9: *Foliorum rubi, in quo mora nascuntur, succus tepidus instillatus, medetur auricularum fracturis.* Item Apul cap. 87, tit. I, *ad aurium dolorem.* Hard.

Sanat. Apul. c. 87, tit. 9, et Diosc. l. c. Hard.

Cauliculorum ex vino decoctum. In aliis exemplaribus *calculorum* scriptum invenias, non *cauliculorum*; haud omnino spernenda lectione, nam in fine capitis alterum genus rubi tradit, qui gignit pilulam castaneae similem, praecipuo remedio calculosis. Sed quoniam Dioscorides succum ex foliis caulibusque expressum, mox in sole densatum, multos in medicina usus habere tradit, quod et Plinius paulo ante dixit, rem in medium relinquo. Pint.

Uvae praesentaneum. Prius legebatur *vel praesentaneum*: ut ad sananda condylomata, de quibus prius agebatur, spectare id quoque remedium videretur. In Reg. 4 cod. *ve praesentaneum.* Nos *uvae* reseripsimus, indubitata coniectura. Auctor ita coniiciendi primum exstitit Marc. Emp. c. xiv, p. 99: *Rubi*, inquit, *cauliculi teneri discoquuntur ex vino: idque vinum gargarizatur, quod confestim uvam prominentem coercet. Folia rubi arefacta in umbra in cinerem conoremantur; is cinis in cochleari uvae subiectus, praesentaneo remedio eam contrahit.* Et Plin. Val. I, 45, cuius lemma est:

medium est. Iidem per se in cibo sumpti cymae modo, aut decocti in vino austero, labantes dentes firmant. Alvum sistunt et profluvia sanguinis: dysentericis prosunt. Siccantur in umbra, ut cinis crematorum uvam reprimat. Folia quoque arefacta et contusa, iumentorum hulceribus utilia traduntur. Mora, quae in his nascuntur, vel efficaciorem stomaticen praebuerint, quam sativa morus. Eadem compositione, vel cum hypocisthide tantum et melle bibuntur in cholera, et a cardiacis, et contra araneos. Inter medicamenta, quae styptica vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad tertias partes, ut colluantur eo oris hulcera, et sedis foveantur; tantaque vis est, ut spongiae ipsae lapidescant.

LXXIV. Alterum genus rubi est, in quo rosa na-

Ad uvam distillantem: Rubi, inquit, *in quibus mora nascuntur, cauliculi decoquantur ex vino, et eo ipso vino gargarizetur*. Et Pintiani inde coniectura exploditur, *calculorum* scribere enitentis, pro *cauliculorum*. Hard.

Iidem. Marc. Emp. c. xii. p. 93 et 95. Hard.

Alvum sistunt: Diosc. IV, 47; Gal. de Fac. simpl. med. VI, p. 463; Plin. Val. II, 27. Hard.

Et profluvia. Fluorem muliebrem Diosc. intellexit et Galen. ll. cc. et Apul. c. 87, tit. 3. Haemorrhoidum sanguinem Marc. Emp. c. xxxi, pag. 222. Sanguinis reiectionem ex ore Plin. Valer. I 64, cuius lemma est: *Sanguinem reiicientium curatio. Ruborum*, inquit, *in quibus mora nascuntur, caules ex vino austero decocti eduntur, idque vinum bibitur in potione*. Hard.

Siccantur. Apul. cap. 87 de crusco, sive rubo tit. 6: *Ad uvam remedium: Erusci herbae folie arefiant in umbra: crematorum cinera in cochleario tacta resiliet*. Marc. item Emp. c. xiv. H.

Vel efficaciorem. Gron. et al. *vel quam efficaciorem*. Ed. P.

Stomaticen. Stomatica medicamenta sunt, ut diximus XXIII, quae ad uvas, tonsillas, faucium tumores et oris vitia accommodantur. Hard.

Hyp. Omnes quas vidi editiones, *hyopc*. male; nam gr. ὑποκισθίς. Ed. P.

A cardiacis. Plin. Val. III, 11.

Styptica vocant. Στυπτικὰ, adstrictoria: adstringendi, spissandique vim habentia. Hard.

LXXIV. *Alterum*. Nunc, ut opinor, herbariis incognitum. Rubum rosarium vocat Marc. Emp. mox citandus. Cynosbatos ipse est, de quo mox dicetur: quem similitudinem rosae Noster ferre dixit, lib. XVI, cap. 72. Hard. — *Alterum genus rubi*. Graecis auctoribus κυνόσβατον; nobis est *Rosa canina* (*Icos. polygyn.* gen. 1237 Pers. *Rosac.* Juss); cave ne idem credas

scitur. Gignit pilulam castaneae similem, praecipuo remedio calculosis. Alia est cynorrhoda, quam proximo dicemus volumine. (XIV,) Cynosbaton, alii cynospaston, alii neurospaston vocant; folium habet vestigio hominis simile. Fert et uvam nigram, in cuius acino nervum habet, unde neurospastos dicitur. Alia est a cappari, quam medici cynosbaton appellaverunt. Huius thyrsus, ad remedia splenis et inflationes, conditus ex aceto manditur. Nervus eius cum mastiche Chia commanducatus os purgat. Ruborum rosa alo-

cum cynosbato, de quo paulo infr. Ed. P.

Gignit pilulam. Spongiam vocat Marc. Emp. c. XXVI, p. 181: *Spongia*, inquit, *ex rubo rosario agresti sumpta, et aqua frigida, donec madescat, macerata, ac deinde trita, et ex aqua per triduum potui data, efficaciter calculosos emendat.* Et c. XXXVII, p. 196: *Spongia, quae in pruno silvestri, vel in spina aut in rosa silvestri nascitur*, etc. Sed is rosam silvestrem, seu Eglanterium, cum hoc genere rubi miscuisse, de quo nunc sermo est, nobis videtur. *Spongias* pariter et *spongiolas* Columella lib. XI, capite ultimo, radiculas asparagorum vocat illigatas, implexasque mutuo, atque connexas. Hard.

Alia est cynorrhoda. Quae Eglanterii cognomine apud nos venit, *églantier*. De ea libro sequente, cap. 6. Hard.

Cynosbaton. Latine, *septem canis* recte appellaveris. H. — Nobis est *Ribes nigrum* (*Pentand. monogyn. gen.* 575 Pers. *Grossular.* Juss.); habitat ad sepes et fluviorum ripas. Nostris vulgo, *groseiller noir, cacis.* Cf. Sprengel. Hist. Rel herb. tom. I, p. 202. Ed. P.

Cynospaston. Regg. 1, 2, ac Colb. *cynapauxin.* Hard. — Et sic Brot. edidit. In edit. principe legebatur *cynapaxin.* Ed. P.

Vestigio hominis simile. Ἀγχῶδες Theophr. Hist. III, 18. Plinius legisse videtur ἰγνῶδες. Athenaeus legit ἀγνῶδες: Hermolaus γλιτῶδες: Milleius ἀγριῶδες. Plinium recte legisse arbitror. Dal.

Fert, etc. Plinius cynosbati historiam, cuius fructus subruber est foliumque ἰγνῶδες, miscet ac confundit cum chamaebato, quod uvam nigram fert, sive morum uvae simile, eius rubi modo, quem erectum, ac procerum, ὀρθοφυῆ, vocat Theoph. Legendum porro sic est: *Fert chamaebatos et uvam nigram*, etc. ut diximus superiori capite. Dal. — Χαμαίβατος Theophr. Hist. III, 18, nobis est *Rubus caesius.* Ed. P.

Uvam nigram. Hoc nemo praeter Plinium, quod scium, confirmat. H.

Alia est a cappari. Diosc. in noth. p. 448: Κάππαρις, οἱ δὲ κυνόσβατος, οἱ δὲ καπρία, etc. Hard. — Nobis *Capparis spinosa* (*Polyand. monogyn. gen.* 1247 Pers. *Capparid.* Juss.); habitat in Europa meridionali, Africa et Oriente. Ed. P.

Huius thyrsus. Cynosbati scilicet, qui diversus a cappari. Hard.

pecias cum axungia emendat. Mora capillum tingunt cum omphacino oleo. Flos mori per messes colligitur. Candidus pleuriticis praecipuus ex vino potus; item coeliacis. Radix ad tertias decocta, alvum sistit, et sanguinem: item dentes collutos decocto. Eodem succo foventur sedis atque genitalium hulcera. Cinis e radice deprimit uvam.

LXXV. Idaeus rubus appellatus est, quoniam in Ida non alius nascitur. Est autem tenerior ac minor, rarioribus calamis innocentioribusque, sub arborum umbra nascens. Huius flos cum melle epiphoris illinitur, et ignibus sacris; stomachicisque ex aqua bibendus datur. Caetera eadem praestat, quae supra dicta.

LXXVI. Inter genera ruborum rhamnos appella-

Cinis. Deprimit tumentem uvam. Hard. — Vat. et Ch. *reprimit*. Ed. P.

LXXV. *Idaeus rubus appellatus.* Recentioribus eodem nomine est *Rubus idaeus*, de quo iam dictum; nostris vulgo, *framboisier*. Habitat in lapidosis montosisque. Ed. P.

Quoniam in Ida non alius. Idaeus appellatus est, inquit Diosc. IV, 38, quod in eo monte copiosius nascitur. Nullum praeter id genus, nasci rubum ibi Plinius adiicit. Ita porro Reg. 2 cod. Olim *non alias*, perperam legebatur. Hard.

Rarioribus calamis. Aculeis. *Minoribus spinis, ac minus adunois*, dixit ipse Plinius XVI, 74. Dioscor. l. c. ἀκανθας μικρὰς. Hard.

Flos eius melle epiphoris. Oculorum videlicet inflammationibus. Plinius ipse XVI, 74: *Flos eius contra lippitudines illinitur ex melle, et igni sacro.* Diosc. IV, 38: Τὸ αὐτῆς ἄνθος σὺν μέλιτι λευκῷ ὀφθαλμιαῖς φλεγμοναῖς περιχριόμενον βοηθεῖ καὶ ἐρυσιπέλατα σβέννυσι. Hard.

Stomachicisque. Ita restituimus, admoniti codicum MSS. Regg. Colb. etc. tum ipsius Plinii, qui lib. XVI, c. 74, de eodem rubo Idaeo agens: *Contra stomachi quoque vitia*, inquit, *bibitur ex aqua.* Dioscoridis quoque lib. IV, 38, ita scribentis: Στομαχικοῖς τε μεθ' ὕδατος ἐν ποτῷ δίδοται. Prius *stomaticis*, legebatur. H.

LXXVI. *Inter genera ruborum.* Latius accepta significatione vocis eius, *rubus*: alias in ruborum genere censeri rhamnus non debet. Rhamni genera duo similiter Theophrastus agnoscit, nigrum et candidum: Nicander quoque Scholiastes: Ἔστι δὲ λεύκη καὶ μέλαινα. Rhamni varia genera delineantur a Clusio Hist. Rarior. plant. I, p. 109 sq. Hard.

Rhamnos. Duplex rhamni genus Theophr. Histor. III, 17; candidum nempe ac nigrum. Candidum nobis

tur a Graecis, candidior et fruticosior. Is floret, ramos spargens rectis aculeis, non, ut caeteri, aduncis: foliis maioribus. Alterum genus est silvestre, nigrius, et quadamtenus rubens: fert veluti folliculos. Huius radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocatur lycium. Semen secundas trahit. Alter ille candidior adstringit magis, refrigerat, collectionibus et vulneribus accommodatior. Folia utriusque et cruda, et decocta illinuntur cum oleo.

LXXVII. Lycium praestantius e spina fieri tradunt, quam et pyxacanthon Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longe prae-

est *Zizyphus vulgaris* Wild. (*Pentand. monogyn.* gen. 582 Pers. sub *Rhamno Frangulae.* Juss.); nigrum vero, an sit *Rhamnus lycioides* Sprengelius addubitat, Histor. Rei herb. I, 83. Praeter *Zizyphum vulgarem* Wild. seu *Rh. Zizyphum* Linn. duas species memorat Diosc. I, 119: ἑτέραν λευκοτέραν, quae *Rh. infectorius*; καὶ τρίτην μελανεράν, quae *Rh. saxatilis.* Conf. Sprengel. ibidem p. 463; Anguillar. p. 54. Ed. P.

Quod vocatur lycium. Hoc falsum, et a nemine proditum, Dal. — *Lycium.* Graecis λύκιον, cujus hodie in officinis usus incognitus, ut Dodonaeus queritur p. 745. Nomen a Lycia, unde advehebatur optimum, vel ab ipsa spina, habet. H. — De Lycio conf. quae dicta sunt tom. V, p. 113 edit. nost. Ed. P.

Folia utriusque. Ea hulceribus quae serpunt, erysipelatibus illini, auctor est Diosc. I, 119. Hard.

LXXVII. *Lycium praestantius.* Lycium Indi vocant. Graeci, quoniam Indicum nomen non aliis noverant, pro *cate*, principio quidem acanthon nominarunt: et quia in Lycia et Cappadocia ea arbuscula buxi folio est, pyxacanthum appellaverunt, arboris indicae figuram ignorantes, quae tamarisci folium habet, alias spinosissima. Dal.

Pyxacanthon. Quin et ipsi spinae, medicamenti quod ex ea fit, nomen est inditum: lycii nimirum Dioscor. I, 132: Λύκιον, ὃ ἔνιοι πυξάκανθαν καλοῦσι, δένδρον ἐστὶν ἀκανθῶδες, etc. Pyxacantham latine buxeam spinam iure dixeris. Bellonius repertam a se in Palaestina scribit. H. — Λύκιον Diosc. loc. laud. est nobis *Lycium europaeum* (*Pentand monog.* gen. 510 Pers. *Solan.* Juss.). Habitat in Gallia, Italia, Graecia, etc. Iam lycium indicum retulimus ad *Acaciam Catechu* (*Monadelph. Polyand* gen. 1655 Pers. sub *Mimosa. Leguminos.* Juss.); habitat in India; etiam ex hac planta succus *catechu* dictus. Conf. lib. XII, cap. 15, et Excurs. ad calcem eiusd. lib. Ed. P.

Quales in Indicis. Tum in India, tum in Pello monte natas. Vide XII, 15. Hard.

stantissimum existimatur Indicum. Coquuntur in aqua tusi rami, radicesque, summae amaritudinis, aereo vase per triduum, iterumque exempto ligno, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur amaris suceis, etiam amurca, ac felle bubulo. Spuma eius ac flos quidam oculorum medicamentis additur. Reliquo succo faciem purgat, et psoras sanat, erosos angulos oculorum: veteresque fluxiones, aures purulentas, tonsillas, gingivas, tussim, sanguinis exscreationes, fabae magnitudine devoratum: aut si ex vulneribus fluat, illitum: rhagadas, genitalium hulcera, attritus, hulcera recentia, et serpentia, ac putrescentia. In naribus clavus, suppurationes. Bibitur et a mulieribus in lacte contra profluvia. Indici differentia, glebis extrinsecus nigris, intus rufis, quum fregeris, cito nigrescen-

Praestantissimum existimatur. Scrib. Larg. Comp. XIX: *Nulli collyriorum tantum tribuo, quantum lycio Indico vero per se: Hoc enim inter initia, si quis hoc collyrio imungatur protinus*, etc. Sic etiam Galenus de Fac. simpl. med. VII, 204, post. Dioscor. loc. cit. Hard.

Coquuntur in aqua tusi rami, etc. Tolidem verbis haec Dioscor. I, 132. Hard.

Adulteratur. Diosc. l. c. Δολοῦται δὲ ἀμόργης ἅμα τῇ ἑψήσει μιγνυμένης, ἢ ἀψινθίου χυλίσματι, ἢ βοείᾳ χολῇ. *Adulteratur amurca inter coquendum admixta, aut absinthii succo, aut felle bubulo.* Plinius ipse, XII, 15: *Ea spina (pyxacanthos, seu lycium) et in Pelio monte nascitur, adulteratque medicamentum*: nempe verum, seu Indicum. *Item asphodeli radix, aut fel bubulum, aut absinthium, vel rhus, vel amurca.* Hard.

Spuma eius ac flos. Dioscor. I, 132: Καὶ τὸ μὲν ἐπιπηχόμενον ἀφρῶδες ἐν τῇ ἑψήσει ἀφελὼν ἀπόθου εἰς τὰ ὀφθαλμικά, etc. *Quod porro spumosum innatat inter coquendum (id florem vocant) eximito et ad oculorum medicamenta reponito.* Χυλίζεται δὲ τῶν ῥιζῶν (sic enim legit Orib. non ut libri editi habent τῶν φύλλων) σὺν τοῖς θάμνοις θλασθέντων, καὶ βραχέντων ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας, εἶθ' ἑψηθέντων, καὶ τῶν μὲν ξύλων ῥιπτομένων, τοῦ δὲ ὑγροῦ πάλιν ἑψομένου μέχρι μελιτώδους συστάσεως. Hard.

Faciem purgat, et psoras sanat, erosos angulos, etc. Haec totidem fere verbis Dioso. loc. cit. Galen. item de Facult. simpl. med. VII, pag. 204. Hard.

Ex vulneribus fluat. Sanguis videlicet. Ita Reg. 1, recte; non, ut caeteri, *ex hulceribus*. H.

Profluvia. Contra fluxum muliebrem: Ἱστᾶν δὲ ῥοῦν γυναικεῖον... ποθὲν μετὰ γάλακτος. Diosc. loc. cit. Hard.

Indici differentia, glebis extrinsecus

tibus: adstringit vehementer cum amaritudine. Ad eadem omnia utile est, sed praecipue ad genitalia.

LXXVIII. Sunt qui et sarcocollam spinae lacrymam putent, pollini thuris similem, cum quadam acrimonia dulcem, gummosam. Cum vino tusa sistit fluxiones: illinitur infantibus. Vetustate et haec maxime nigrescit: melior, quo candidior.

LXXIX. Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen vocant. Fit ad dysentericos stomachique vitia, in congio musti albi lento vapore decoctis cotoneis quinque cum suis seminibus, punicis totidem, sorborum sextario,

nigris. Indicum lycium differt a vulgari, glebis extrinsecus nigris, etc. Sic etiam Diosc. l. c. H.

Adstringit. Idcirco dysentaricis prodesse *lac, in quo lycium Indicum solvitur*, scribit Theod. Pris. II, P. 2, cap. 18. Hard.

LXXVIII. *Spinae lacrymam putent*. Diosc. III, 99: Η δὲ σαρκοκόλλα ἐστὶ δάκρυον δένδρου γεννωμένου ἐν Περσίδι, ἐοικὸς λιβανωτῷ λεπτῷ, ὑπόκιρρον, ἔμπικρον τῇ γεύσει. *Sarcocolla lacryma est arboris in Perside nascentis, thuri tenui similis, subfulva, gustui amariuscula*. Nunc incognita officinis. Habet his affinia, ac propa gemina Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 226. Hasn. — Sarcocolla nostras, succus est gummosus, aliquantisper resinosus, minutis et veluti friatis constans grumis albicantibus, aut ex albo rufis, aut rubentibus, spongiosis, friabilibus; micis lucentibus subinde mixtis; saporis subacris, amari, cum quadam ingrata dulcedine obscura, nauseam provocantis. Sub dentibus lentescit et in aqueo humore dissolvitur; lucernis admota, primum ebullit, postea claram in flammam exardet. Es Persia et Arabia nunc, ut et Dioscoridis temporibus, advehitur. Plantam, quae succum illum largitur, a nullo vel Veterum, vel Recentiorum huc usque descriptam, eamdem Linnaeus esse ait cum *Penaea mucronata* (*Tetrand. monogyn.* gen. 277 Pers. *Plant. incert. sedis* Juss.); habitat in Aethiopia. Conf. lib. XII, 20, et Exc. IX de Sarcocolla ad calc. hui. lib. Ep. P.

Gummosam Hanc vocem ignorant libb. ante Hard. edit. quam ex codd. restituendam praemonuerant Pint. et Gronov. in nott. ad hunc loc. Brot. *gumminosam*. Ep. P.

Sistit fluxiones. Ad oculorum certe epiphoras, sive fluxiones, sarcocollam recentiores medici commendant, asinino in lacte maceratam. Praeterea vim illi vulnera conglutinandi et cicatrice obducendi tribuunt, unde nomen adepta est. Noxiam tamen pronuntiat Linnaeus, internumque illius usus damnant alii prorsus et reiiciunt. Cf. Linn. Mat. med. pag. 55, ed. Schreber. Geoffr. Mat. med. II, 647. Ep. P.

LXXIX. *Nobile medicamenta*. Opo-

et pari mensura eius, quod rhun Syriacon vocant, croci semuncia. Coquitur usque ad crassitudinem mellis.

LXXX. His subtexemus ea, quae Graeci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum essent. (xv.) Chamaedrys herba est, quae latine trixago dicitur. Aliqui eam chamaeropem, alii teucrion appellavere. Folia habet magnitudine mentae, colore et divisura quercus. Alii serratam, et ab ea serram inventam esse dixere, flore paene purpureo. Carpitur praegnans succo in petrosis, adversus serpentium venena potu illituque efficacissima; item sto-

ρική, sive σκευασία δι' ὀπωρῶν, confectio ex fructibus, qualem concinnat Galen. κατὰ τόπ. III, p. 558, ad stomachi subversionem, ad coeliacos, ac dysentericos. Hard.

Rhun. Sic et Chiffl. Gron. et al. ante Hard. *rhus.* Ed. P.

LXXX. *Chamaedrys.* Dioscor. III, 112: Χαμαίδρυς, οἱ δὲ χαμαίδρωψ... διὰ δὲ τὸ σώζειν τινὰ ἐμφέρειαν τῷ Τευκρίῳ, καὶ ταύτην τινὲς Τεύκριον ἐκάλεσαν. Et in Noth. p. 452: Ῥωμαῖοι τριξάγο μένον. Chamaedrys porro, quasi coactae brevitatis quercus appellatur. Vnde et in Gallia servat appellationem, *chénette*, ou *germandrée*, Italis, *querciòla*, et *calamandrina*, teste Anguillara, P. XII, pag. 220. Chamaedrys est vulgaris Clusii, Hist. Rar. pl. III, p. 351; visa a nobis in horto regio. Hard. — Nobis eodem nomine *Teucrium Chamaedrys* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1372 Pers. *Labiat.* Juss.); in apricis non infrequens. Ed. P.

Trixago... chamaeropem. Gron. et al. ante Hard. *trissago... chamaedropem.* Ed. P.

Aliqui. Sic MSS. Regg. Colb. etc. tum in Indice. Tamen Diosc. χαμαίδρωψ. Et Marc. Emp. c. xxviii, p. 136: *Chamaedropis*, inquit, *quae herba simillima quercui folia habet*, etc. At Apul. c. 24: *Chamaerops Itali trixaginem appellavere.* H.

Folia. Diosc. loc. cit. post Theophr. Hist. IX, 10. Hard.

Purpureo. Dioscor. loc. cit. Ανθος ὑποπόρφυρον. Hard.

Carpitur. MSS. omnes, *capitur.* Dioscorid. loc. cit. Συλλέγειν δὲ αὐτὴν δεῖ ἐγκύμονα τοῦ καρποῦ. Et paulo ante Φύεται ἐν τραχέσι καὶ πετρώδεσι τόποις. Hard.

Adversus. Diosc. loc. cit. et Apul. c. 24, t. 3. Hard. — I. Raius scribit hanc plantam in agro Cantabrigiensi *Theriacam Anglicam* nuncupari; procul dubio quia alexipharmaca censetur. Caeterum easdem fere, quas Veteres, neoterici virtutes illi attribuunt. Cf. Geoff. Mat. med. II, 298. Ed. P.

Stomacho, tussi, etc. Dioscor. totidem fere verbis loc. cit. Βοηθεῖ σπάσμασι, βηχὶ, σπληνὶ ἐσκιρρωμένῳ, δυσουροῦσι, etc. et Marc. Emp. cap. xvii, p. 126, de vulsis, sive ruptis,

macho, tussi vetustae, pituitae in gula cohaerescenti, ruptis, convulsis, lateris doloribus. Lienem consumit, urinam et menses ciet. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis eius in tribus heminis aquae decoctae usque ad tertias. Faciunt et pastillos, terentes eam ex aqua, ad supra dicta. Sanat et vomicas, et vetera hulcera, vel sordida cum melle. Fit et vinum ex ea pectoris vitiis. Foliorum succus cum oleo caliginem oculorum discutit. Ad splenem ex aceto sumitur. Excalfacit perunctione.

LXXXI. Chamaedaphne unico ramulo est, cubitali fere: folia tenuiora lauri folio. Semen rubens

et rheumaticis cum Theophrast. loc. cit. Hard.

Pituitae in gula cohaerescenti. Broter. ex Reg. 1 cod. *pituita... cohaerescente.* Ed. P.

Lateris. Cels. IV, 6, de laterum doloribus, *Multa*, inquit, *a medicis praecipiuntur: ut tamen sine his rusticos nostros epota ex aqua herba trixago satis adiuvet.* Hard.

Lienem consumit, urinam et menses ciet. Diosc. loc. proxime cit. Αγει καὶ ἔμμηνα, καὶ ἔμβρυα· σπλῆνα τήκει σὺν ὄξει ποθεῖσα. Vide et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 240. H.

Hydropicis efficax: etc. Et haec pariter Diosc. l. c. et Apul. c. 25, t. 3. Hard.

Ad supra dicta. Ad eosdem effectus, qui sunt supra commemorati. Sic etiam Diosc. III, 112: Αεῖα δὲ δύναται καὶ εἰς καταπότια ἀναπλάττεσθαι πρὸς τὰ εἰρημένα. *Seil et trita in catapotia redigi potest ad supra dicta.* Mutata prius interpunctione, perturbataque sententia, legebatur, *terentes eam ex aqua. Ad supra dicta sanat et vomicas.* Hard.

Vetera hulcera. Dios. loc. cit. Ἀναχαθαίρει ἕλκη παλαιὰ σὺν μέλιτι. Sic Theophrast. pariter Histor. IX, 10. Hard.

Fit et vinum. De quo dictum est, XIV, 19. Hard.

Foliorum. Diosc. loc. cit. post Theophrast. IX, 10. Hard. — *Caliginem.* Gron. *caligines.* Ed. P.

Ad splenem ex aceto. Dioscor. l. c. Σπλῆνα τήκει σὺν ὄξει ποθεῖσα.

Excalfacit. Diosc. Καὶ ἀλειφομένη δὲ ἐστι θερμαντική. Hard.

LXXXI. *Chamaedaphne.* Totidem fere verbis describitur a Diosc. IV, 149: Χαμαιδάφνη, οἱ δὲ καὶ ταύτην Αλεξανδρείαν ἐκάλεσαν, etc. Herbarii nostri hanc lauream vocant. H. — Nobis *Ruscus racemosus* (*Dioec. monadelph.* gen. 2301 Pers. *Asparag.* Juss.). Habitat in insulis Archipelagi. Ed. P.

Folia tenuiora lauri folio. Sic ex MSS. Hard. praeeunte Gron. quum prius legeretur: *Folio tenui, lauri similitudine.* Ed. P.

Semen rubens adnixum. Ita MSS. Regg. Colb. etc. non, ut editi, *ad-*

adnixum foliis illinitur capitis doloribus recens. Ardores refrigerat: ad tormina cum vino bibitur. Menses succus eius, et urinam ciet potu, partusque difficiles in lana appositus.

LXXXII. Chamelaea similitudinem foliorum oleae habet. Sunt autem amara, odorata, in petrosis, palmum altitudine non excedente. Alvum purgat: detrahit pituitam bilemque: foliis in duabus absinthii partibus decoctis, succoque eo cum melle poto. Foliis impositis et hulcera purgantur. Aiunt, si quis ante solis ortum eam capiat, dicatque ad albugines oculorum se capere, adalligata discuti id vitium: quoquo modo vero collectam iumentorum pecorumque oculis salutarem esse.

LXXXIII. Chamaesyce lentis folia habet, nihil se

mixtum. Quin et sincerius forte, *adnexum*. Dioscor. loc. cit. τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα. H. — Brot. ex Reg. 2, *adnexum*. Ed. P.

Ardores. Dioscor. loc. cit. Κεφαλαλγίαις, καὶ στομάχου ἐγκαύσεσιν ἀρήγει. *Capitis doloribus, inflammationibusque stomachi succurrit*.

Menses succus eius, et urinam ciet potu. Dioscorid. loc. cit. Ἐν πεσσῷ προστεθείς, *in pesso subditus*. H.

LXXXII. *Chamelaea*. Haec totidem verbis Diosc. IV, 172: Χαμελαία, etc. et Marc. Emp. xxx, pag. 244. Mezereum id Arabes appellant: Hispani, *Olivilla*: herbarii, *Chamelaea Tricoccos*: Narbonenses, *Garou*, Clusio pingitur Hist. Rar. plant. I, 87, et a Dalec. Hist. pl. XVI, p. 1664. Vidimus in horto Regio. H. — Nobis *Daphne Gnidium* (*Octand. monogyn.* gen. 967 Pers. *Thymel.* Juss.); habitat in Hispania, Gallia Narbonensi, Italia, etc. in locis aridis. Ed. P.

Sunt. Diosc. loc. cit. Hard.

Alvum purgat. Diosc. loc. cit. et Marc. Emp. c. xxx, p. 244. Idem p. 212, hanc *restim olivae* appellari ait, et habere alias dotes ac vires, quas eo loci enumerat. Praeivit ambobus Scribon. Larg. Comp. cxxxvi: *Purgat ergo bellè chamelaea, quae herba olivae folia similia habet, quorum quinque vel sex dare oportet, trita ex aquae mulsae cyathis... Detrahit enim aquam largiter*. H.

Foliis in duabus, etc. Dioscor. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VIII; p. 140. H.

Vero. Sic et Ch. verbum hoc omittunt Gron. et al. Ed. P.

LXXXIII. *Chamaesyce*. Dioscorid. IV, 170: Χαμαισύκη... φύλλα φακοειδῆ... πρὸς τῇ γῇ... φύεται ἐν πετρώδεσι καὶ αὐχμηροῖς τόποις. Retinet nomen in officinis. Visa a nobis in horto Regio, qualis a Dodonaeo pingitur p. 373. H. — Nobis *Euphorbia Chamaesyce* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1190 Pers. *Euphorb.* Juss.). Habitat

attollentia, in aridis petrosisque nascens. Claritati oculorum, et contra suffusiones utilissima, et cicatrices, caligines, nubeculas in vino cocta, inuncta. Vulvae dolores sedat apposita in linteolo. Tollit et verrucas omnium generum illita. Prodest et orthopnoicis.

LXXXIV. Chamaecissos spicata est tritici modo, ramulis quinis fere, foliosa: quum floret, existimari potest alba viola, radice tenui: cuius bibunt ischiadici folia tribus obolis, in vini cyatis duobus septem diebus, admodum amara potione.

LXXXV. Chamaeleucen apud nos farfarum, sive

in meridionalis Europae locis eridis. Ed. P.

Claritati oculorum. Haec totidem verbis Dioscorid. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 241. Hard.

Vulvae dolores sedat. Dioscorid. loc. citat. Δύναμιν δὲ ἔχουσιν οἱ χλῶνες λεχθέντες σὺν οἴνῳ τὰς περὶ μήτραν ὀδύνας παύειν, ἀντὶ πεσσοῦ προστιθέντες. *Rami ex vino triti, et in pesso appositi, vulvae dolores sedant*. Hard.

Tollit et verrucas. Dioscor. et Gal. ll. cc. Hard.

LXXXIV. *Chamaecissos*. De qua iam ante diximus XVI, 62. Vide Ruellium, III, pag. 634, qui nobiscum et cum Plinio facit. H. — Χαμαίκισσος Diosc. IV, 126; nobis *Antirrhinum Asarina*, de quo iam actum. Vide quae diximus supra cap. 49. Ed. P.

Ischiadici. Folia, non radicem Ischiadicis bibi utiliter ait Dioscor. IV, 126. Florem, Galen. loc. cit. p. 240. H.

In vini cyathis duobus. Longe hoc a Dioscoridis placitis diversum est; proinde non dubito quin aliqua hic verba librariorum incuria praetermissa sint. Nam in Dioscoride *tres* sunt cyathi, non *duo*: et ab ischiadicis hanc potionem insigniter amaram 40 aut 50 diebus bibendam praecipit: ab his autem qui regio morbo laborant, 5 aut 6 diebus, non 7. Verba eius subtexui ex lib. IV, cap. de chamaecisso, seu terrestri edera: *Contra coxendicis dolores trioboli pondere in aquae cyathis tribus quadraginta quinquagintave diebus folia eius utiliter bibuntur. Quin etiam foliis suffusiones quinque aut sex diebus pariter pota emendant*. Dal.

LXXXV. *Chamaeleucen*. Χαμαιλεύκη Galeno, loco citato, pag. 241. In Indice huius loci: *De chamaeleuce, sive farfaro, sive farfugio*. Diosc. in Noth. pag. 458: Βήχιον... οἱ δὲ χαμαιλεύκη. Ῥωμαῖοι τρισιλλάγω, οἱ δὲ φαρφάρισμα. Libri quidam, *farfano*, male. Meminit huius Plautus in Poenulo, act. II, sc. 1, v. 32: *Eo praesternebam folia farfari*. Apuleius: *Folia sunt farfari, et nugae merae*. Fortasse à Farfaro amne, de quo Ovid. Metam. lib. XIV, 330: *et opacae Farfaris umbrae*. Graece βήχιον, Latini bechion et tussilaginem nominant. In

farfugium vocant. Nascitur secus fluvios, folio populi, sed ampliore. Radix eius imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi.

LXXXVI. Chamaepeuce larici foliis similis, lumborum et spinae doloribus propria est. Chamaecyparissos herba ex vino pota contra venena serpentium omnium scorpionumque pollet. Ampeloprason in vinetis nascitur, foliis porri, ructu gravis. Contra serpentium ictus efficax. Vrinam et menses ciet: eru-

officinis, *Farfara*, *ungula caballina*, *populago*: Galli. *pas d'ane*, vel *tussilage*. Pingitur a Dodonaeo p. 486. De ea plura dicentur XXVI, 16. H. — Nobis *Tussilago Farfara* (*Syngenes. superfl.* gen. 1863 Pers. *Corymb.* Juss.). Habitat in humidis argillosis; flores primo vere, folia aestatis initio profert. Ed. P.

Farfarum.... *farfugium*. Gr. et al. *farranum*, non *furfurum*. Ed. P.

Secus. Manutius in editione Plinii maluit *secundum*, quam *secus* legi; tametsi constans librorum omnium ante eum consensio foret in eam vocem *secus*. Et sane Catonem meminimus de Re Rust. cap. XXI, *secus laminas* dixisse. Quintil. VIII, 2, *secus viam*. Hard.

Infurnibulum. Ita Reg. 1. At Reg. 2, et Chifll. *infundibulum*. Instrumentum intelligit, quo in vasa liquores infundimus, *un entonnoir*. Refert hoc quoque Diosc. V, 126. Plin. XXVI, 16, pro infundibulo adsciscit arundinem. Hard.

LXXXVI. *Chamaepeuce*. Quidam aliam esse non putant chamaepityn. Dal. — *Chamaepeuce*. Diosc. IV, 126: Χαμαιπεύκη ποιεῖ πρὸς ὀσφύος ἀλγήματα, ἐν ὕδατι λεία πινομένη. A chamaepity, de qua diximus cap. 20, ita herba haec distare videtur, ut larix a picea. Fruticem esse ait Anguillara, inventumque a se in insula *di Veghia*, iisdem plane notis, quibus a Plinio delineatur Part. XII, pag. 202. Hard. — *Stoehelina Chamaepeuce* (*Syngenes. aequal.* gen. 1804 Pers. *Cynaraceph.* Juss.); habitat in Creta. Conf. Alpin. Exotic. c. XXXV. Ed. P.

Larici foliis. Brot. ex Regg. 1 et 2, *laricis folio*. Ed. P.

Chamaecyparissos. Nondum in certi nominis apud herbarios nostrates possessionem venit. Dodonaeum vide p. 268. H. — Quibusdam *Santolina Chamaecyparissus*, quae Sprengelio eadem esse videtur cum Abrotono femina Diosc. III, 29; item Plin. XXI, 92. Ed. P.

Ampeloprason. Ἀμπελόπρασον a vitibus et natali loco nomen accepit, quasi porrum vitium, aut vitigineum. Pingitur a Dodonaeo pag. 678. Ἄγριον πράσον vocat Gal. de Fac. simpl. med. VI; pag. 154. H. — *Allium Ampeloprason* (*Hexand. monogyn.* gen. 790 Pers. *Liliac.* Juss.). Habitat in Anglia, Oriente, etc. Ed. P.

Serpentium ictus. Dioscor. II, 180: Θηριοδήκτοις δὲ βιβρωσκόμενοι ἀρ-

ptiones sanguinis per genitale inhibet potum impositumque. Datur et a partu mulieribus, et contra canis morsum. Ea quoque quae stachys vocatur, porri similitudinem habet, longioribus foliis pluribusque, et odoris iucundi, colorisque in luteum inclinati. Pellit menstrua.

LXXXVII. Clinopodion, alii cleonicion, alii zopyron, alii ocymoides appellant, serpyllo similem, surculosam, palmi altitudine: nascitur in petrosis, orbiculato foliorum ambitu, speciem lecti pedum

μόζει. *Contra bestiarum morsus in cibo convenit.* Hard.

Vrinam et menses. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Stachys. Alia Plinii stachys est, alia Dioscoridis. Illa porri, ista marrubii foliorum similitudinem refert. Quae Dioscoridi stachys est, ea Plinio scorditis appellatur, uti dicemus XXV, 26. Plinisna stachys officinis incognita. H. — Dioscor. III, 120: Στάχυς θάμνος ἐμφερὴς πρασίῳ, ὑπομηκέστερος δὲ, καὶ πλεῖστα φύλλα ἔχων. εὐώδη, λευκά, κ. τ. λ. *Stachys frutex est marrubio similis, sed aliquanto longior, et folia proferens numerosa, odoris iucundi, candidi coloris*, etc. Plinius folia in luteum inclinare dicit, quae scriptori graeco candida sunt; et, ut saepenumero alias, vocum πράσου et πρασίου similitudine deceptus, stachyn porro, non marrubio similem facit. *Stachys est germanica* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1392 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in silvaticis et ad versuras agrorum. Ed. P.

Pellit menstrua. Dioscor. loc. cit. Τὸ ἀπόζεμα τῶν φύλλων ἔμμηνα καὶ δεύτερα ἄγει πινόμενον. *Foliorum decoctum menstrua secundasque potu pellit:* Ed. P.

LXXXVII. *Clinopodion.* Dioscor. in Noth. pag. 456: Κλινοπόδιον, οἱ δὲ κλεώνικον, οἱ δὲ ὠκιμοειδὲς, οἱ δὲ ζώπυρον καλοῦσι. Pingitur a Matthiolo p. 814. H. — Servat nomen: *Clinopodium vulgare* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1399 Pers. *Labiat.* Juss.) Habitat in silvis, dumetis, ad sepes. *Clinopodium* in officinis nostris *Melissae Calaminthae* non ita bene succedaneum habetur. Ed. P.

Serpyllo. Foliis serpyllo similibus. Dioscor. III, 19. Hard.

Surculosam. Lignosam, φρυγανῶδες Diosc. Hard.

Palmi altitudine. Palmi maioris, qui duodecim digitorum. Dioscorid. δισπίθαμον. Hard.

Nascitur. Dioscor. loc. citat. H. — *Nascitur.* Verbum hoc delet Brot. ex Regg. 1 et 2; et mox non *praebens*, sed *praebentem* exhibet. Ed. P.

Orbiculato foliorum. Ita MSS. omnes, non *florum*: etsi nihil interest: nam in singulis fere geniculis adnexi foliis flores adhaerescunt. Diosc. loc. cit. Καὶ τὰ ἄνθη ὁμοιά πως κλίνης ποσὶν, ἐκ διαστημάτων ἐμφερῆ πρασίῳ. *Et floribus* (*orbiculato suo ambitu*) *lecti pedum speciem praebentibus; ex intervallo marrubii modo dispositis.* Hard.

praebens. Bibitur ad convulsa, rupta, strangurias, serpentium ictus. Item decoctae succus.

LXXXVIII. Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem, sed minus claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. Centunculum vocant nostri, foliis ad similitudinem capitis pennularum, iacentem in arvis: Graeci clematidem: egregii effectus ad sistendam alvum in vino austero. Item sanguinem sistit tritus cum oxymelitis, aut aquae calidae cyathis quinque; denarii unius pondere: sic et ad secundas mulierum efficax.

LXXXIX. Sed Graeci clematidas et alias habent: unam quam aliqui echiten vocant, alii laginem, nonnulli tenuem scammoniam; ramos habet bipedales, foliosos, non dissimiles scammoniae, nisi quod ni-

Bibitur. Diosc. l. c. totidem verbis. Hard.

Decoctae succus. Herbae nimirum Dioscorid. loc. cit. Πίνεται δὲ ἡ πόα καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς, πρὸς θηρίων δήγματα, etc. Hard.

LXXXVIII. *Centunculum*, etc. Aloisio herba, quam Dodonaeus pingit pro helxine cissampelo: sed vires non conveniunt. Placet magis Dodonaei iudicium, qui herbae impiae genus centunculum vocat, lib. I, cap. 60. Dal. — *Centunculum.* Gnaphalium videtur esse, de quo rursum, XXVII, 61, quum et vires ei plane similes ibi adscribantur: et in Noth. Dioscor. pag. 459: Γναφάλιον, Ῥωμαῖοι κέντουλουμ, opinor pro κεντούνκουλουμ, iampridem appellarint. Pingitur a Dodonaeo, pag. 65. H. Centunculus, Sprengelio iudice, est *Polygonum Convolvulus* (*Octand. trigyn.* gen. 977 Pers. *Polygon.* Juss.). Habitat in agris. Scribon. Larg. Comp. XLVI, πολύγονον herbam vocari ait, quia multa est, et ubique nascitur. Conf. Hist. Rei herb. t. I, pag. 203. Eo. P.

Nostri. Sic ex MSS. post Pint. emendabat Hard. *Itali centunculum vocant*, etc. et mox: *Graeci autem clematid. Est eius egreg.* Eo. P.

LXXXIX. *Aliqui echiten vocant.* Echiten sive echion, ut legitur cap. 9 libri sequentis, ideo vocarunt, quod imposita serpentium et viperarum morsibus iuvamentum praestet, auctore Dioscoride. Dal. — *Unam*, etc. Haec clematis altera Dodonaei, p. 402; in Noth. Dioscorid. p. 462: Ετέρα κληματὶς, etc. H. — *Echiten vocant*, etc. Est Clematitis peregrina, foliis piris incisis. C. Bauhin. Ba.

Tenuem scammoniam: et pedales, foliosos, (sic prius legebatur). Lege ex Voss. *Nonnulli tenuem scammoniam. Ramos habet bipedales, foliosos*, etc. Gron.

griora minoraque sunt folia. Invenitur in vineis arvisque. Estur, ut olus, cum oleo ac sale; alvum ciet. Eadem a dysentericis cum lini semine ex vino austero sorbetur. Folia epiphoris imponuntur cum polenta, supposito udo linteolo. Strumas imposita ad suppurationem perducunt, deinde axungia adiecta percurant. Item haemorrhoidas cum oleo viridi. Phthisicos iuvant cum melle. Lactis quoque ubertatem faciunt in cibis sumpta. Et infantibus illita capillum alunt. Ex aceto edentium Venerem stimulant.

XC. Est et alia clematis, Aegyptia cognomine, quae ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur: folio lauri, longa tenuisque: adversus serpentes, ac privatim aspidas, ex aceto pota efficax.

XCI. (XVI) Aegyptus hanc maxime gignit, quae et

Ex. Gron. et al. *in vino.* Ed. P.

Edentium Venerem. Sic ex MSS. post Pint. et Gron. emend. Hard. quum prius legeretur: *dentium dolores sedant Venerem stim.* Ed. P.

XC. *Est et alia clematis.* Dioscor. IV, 7: Κληματὶς, ἡ δὲ δαφνοειδὴς, ἡ δὲ μυρσινοειδὴς, ἡ δὲ πολυγονοειδὴς καλοῦνται. Sic etiam Gal. de Fac. simpl. med. VII, 192; daphnoides, a lauri similitudine, ut et myrsinoides, appellata. A crebris geniculis, polygonoides. Est Dodonaei clematis daphnoides, pag. 401; visa a nobis in horto Regio. Vide, si libet in Adagiis, Chil. I, Cent. 1, ad. 22: *clematis Aegyptia.* H. — *Clematis, Aegyptia cognomine.* Cl. Tournefortio clematis daphnoides est Pervinca, *le pervenche.* At quum pervincam aliosque effectus memoraverit Plinius, XXI, cap. 99, haec mihi videtur esse clematitis, sive flammula repens, C. Bauh. quam observavit Cl. Shaw. Bot. — Κληματὶς Dioscorid. loc. sup. laudat. nobis est *Vinca maior* et *minor.* (*Pentand. monogyn.* gen. 612 Pers. *Apocyn.* Juss.); habitat per totam Europam australem. Ed. P.

Aegyptia cognomine. Prior Diosc., qui huius cognominis nusquam meminit. Dal.

Folio lauri. Dioscor. loc. cit. Πέταλον δὲ μικρὸν, δάφνῃ ἐμφερὲς τῷ τε σχήματι, καὶ τῇ χρόᾳ, μικρότερον δὲ πολλῷ. Hard.

Longa. Dioscor. Κλήματα δὲ ἔχει μακρά. *Sarmentosas spargit viticulas, easque longas* Hard.

Adversus serpentes. Diosc. loc. cit. Hard. — *Aspidas.* Gronov. et al. *aspides.* Ed. P.

XCI. *Aegyptus hanc maxime gignit.* Verba illa bene Salmas. cum hoc cap. iungenda monuit, quae in libb. ante Hard. edit. superiori adnectebantur. Ed. P.

aron, de qua inter bulbos diximus, magnae cum dracontio litis. Quidam enim eamdem esse dixerunt. Glaucias satu discrevit, dracontium silvestrem arum pronuntiando. Aliqui radicem aron appellarunt, caulem vero dracontium, in totum alium; si modo hic est, qui apud nos dracunculus vocatur: namque aros radicem nigram in latitudinem rotundam habet, multoque maiorem, et qua manus impleatur. Dracunculus subrutilam, et draconis convoluti modo: unde et ei nomen.

XCII. Quin et ipsi Graeci immensam posuere differentiam, semen dracunculi fervens mordaxque tradendo: tantumque ei virus, ut olfactum gravidis abortum inferat. Aron miris laudibus extulere: primum

Aron, de qua inter bulbos diximus. Lib. XIX, cap. 30. Sed cave aron vulgarem intelligas, aliamve quam aegyptiacam. Hard.

Glaucias satu discrevit. Solo satu discrevit aron a dracontio: dracontium, aron silvestrem pronuntiando. Ita, credo, etiam Galenus, qui de Fac. simpl. med. VI, pag. 169, dracontion ait aro esse persimile, et foliis, et radice: amarius tamen aliquanto. Dioscoridem is sequutus est, II, 197. Serapion quoque dracontii genera bina statuit: alterum, quod dracontium simpliciter: alterum quod aron appellaretur. Hard.

Aliqui radicem, etc. Sic Erotian. in Onom. voc. Hipp. Opp. Galen. tom. II, p. 117: Δρακόντιον βοτάνης εἶδος· οὕτω δὲ καλεῖται καὶ ὁ τοῦ ἄρον καυλὸς, παρὰ τὴν πρὸς τὸ ζῶον ὁμοιότητα. *Dracontium, herbae genus: sic et ari caulis vocatur, ex similitudine quam cum animali habet.* Haao.

Aros radicem nigram in latitudinem rotundam, etc. Aros nempe Aegyptiaca, ut diximus. Nam vulgari radix alba est, at dracunculi radici proxima, ut ait Dioscorid. lib. II, cap. 197. Haao.

Unde et ei nomen. Sic appellari aluni hodierni, quod caulem habet anguium more maculosum, et versicolorem, cum laevore. Idcirco et dracontiam, et colubrinam quoque Romani dixere, teste Apuleio, cap. 14. Recentiorum plerique maiorem serpentariam vocant, *grande serpentaire.* Pingitur a Matthiolo in nott. Diosc. lib. II, pag. 590. Haao.

XCII. *Graeci immensam posuere differentiam,* etc. In his Dioscorid. II, 196, dracunculi semen esse ait sapore mordax, ἐπιφάκνων τὴν γεῦσιν καρπός: olfactuque ipso recens conceptos foetus enecare: Καὶ τὴν ὀσμὴν δὲ φασὶ..... τῶν ἄρτι συνειλημμένων ἐμβρύων φθαρτικὸν εἶναι. H.

Ei virus. Gron. et al. ante Hard. *inesse ei.* Ed. P.

Aron. Sive aegyptiacam hoc loco intelligas, sive graecam, nihil inter-

in cibis feminam praeferentes, quoniam mas durior esset, et in coquendo lentior. Pectoris vitia purgare: et aridum in potione inspersum, aut ecligmate, urinam et menses ciere. Sic et in oxymelite potum stomacho; interaneisque exhulceratis, ex lacte ovillo bibendum: ad tussim, in cinere coctum ex oleo dedere. Alii coxere in lacte, ut decoctum biberetur. Epiphoris elixum imposuere: item suggillatis, tonsillis. Ex oleo haemorrhoidum vitio infudere, lentigines ex melle illinentes. Laudavit Cleophantus et pro antidoto contra venena: pleuriticis, peripneumonicis, quo tussientibus modo: semen intritum cum oleo aut rosaceo infundens aurium dolori. Dieuches tussientibus, aut suspiriosis, et orthopnoicis, et pura exscreantibus, farina permixtum in pane cocto dedit. Diodotus phthisici e melle ecligmate, et pulmonis vitiis: ossibus etiam fractis imposuit. Partus omnium animalium extrahit, naturae circumlitum. Succus radicis cum melle Attico, oculorum caligines, ac stomachi vitia

est: affines enim utrique cognatae que vires, et invicem, et cum dracontio. Quae autem apud nos aros appellatur, non est ullo modo edulis. H. — Ἄρον μέγα Hippocr. de Morb. III, 493, est *Arum maculatum* (*Monaec. Polyand.* gen. 2114 Pers. *Aroid.* Juss.); variat etiam foliis non maculatis: in silvaticis apud nos non infrequens. Ἄρον item Theophr. Hist. VII, 11, Sprengelio iudice, est *Arum Colocasia*, de quo iam sup. dictum, quodque Plinius ipse testatur in Italia iam seri, lib. XXI, cap. 51; sed colocasiam appellat, ut et Virg. multitudinis numero, Ecl. IV, 20: *Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.* Ἄρον autem Dioscor. II, 197, nobis erit *Arum italicum*, de quo Noster nunc agere videtur. Conf. Histor. Rei herb. tom. I, pagg. 47, 103 et 190. Ed. P.

Pectoris vitia purgare. Hoc de dracontio Dioscor II, 196, de aro quoque vulgari, cap. 197. Hard.

Urinam et menses ciere. Diosc. l. cit. Hard.

Infudere. Gronov. et al. ante Hard. *infundere.* Ed. P.

Dieuches. Diosc. loc. cit. H.

Et pura. Sive purulenta. Ita MSS. a *pus*, *puris*. H. — Gron. et al. ante Hard. *purulenta.* Ed. P.

Partus omnium animalium. Affine est, quod Dioscorid. prodidit II. cc. e dracontio, arove, collyria fingi ad extrahendos partus. Hard.

Succus radicis. Diosc. II, cc. et Galen. de Fac. simpl. med. VI, 169. Hard.

discutit, tussim decocti ius cum melle. Hulcera omnium generum, sive phagedaenae sint, sive carcinomata, sive serpant, sive polypi in naribus, succus mire sanat. Folia ambustis prosunt ex vino et oleo cocta. Alvum inaniunt ex sale et aceto sumpta; ex luxatis cocta cum melle prosunt: item articulis podagricis cum sale, recentia vel sicca. Hippocrates utralibet ad collectiones cum melle imposuit. Ad menses trahendos seminis vel radicis drachmae duae in vini cyathis duobus sufficiunt. Eadem potio, si a partu non purgantur, et secundas trahit. Hippocrates et radicem ipsam apposuit. Dicunt et in pestilentia salutarem esse in cibis. Ebrietatem discutit. Serpentes nidore, quum crematur, privatimque aspidas fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inveniantur. Peruncto quoque aro e laureo oleo fugiunt. Ideo et contra ictus dari potu in vino nigro putant utile. In foliis ari caseus optime servari traditur.

Hulcera. Haec pariter Diosc. et Galen. ll. cc. Hard.

Sive polypi in naribus. Da dracontio, Marc. Empir. cap. x, pag. 86: *Polypum*, inquit, *emendat herba, quae graece dracontium appellatur, vel si succus eius naribus infundatur: vel si papyrus inde infecta, et specillo involuta, naribus inferatur, et postera die educatur.* Hard.

Alvum inaniunt. Vrsi quum lalebris exeunt, id devorant laxandis intestinis, alioqui contritis, lib. VIII, cap. 36. Dal.

Item articulis podagricis cum sale, recentia, alc. Radicem ari cum fimo bubulo podagricis impositam auxiliari scribit Dioscor., II, 197. Hard.

Vtralibet. Sive recentia folia, sive sicca. H. — Groo. et al. ante Hard. quaslibet. Ed. P.

Secundas trahit. Eam ob rem et cervae aron a partu edunt, ut diximus VIII, 50. Hard.

In pestilentia. Pulpam radicis (ari) recentis ai contusae Tragus sit praesentissimum esse remedium, ac minime fallax, adversus venenum et pestem, sive solam, sive cum pari theriaceae pondere. Conf. Geoffr. Mater. med. l. III, p. 128. Ed. P.

Peruncto. Diosc. II, 196: *Alani*, inquit, *et qui manus radice perfricuerit, a viperae morsu tutum et illaesum existere.* Φασὶ δέ ὅτι καὶ εἰ διατρίψει τις τὰς χεῖρας τῇ ῥίζῃ, ἀπὸ ἐχιδνῆς ἄδηκτος μένει. Hard.

In foliis ari. Et dracontii pariter Dioscor. loc. cit. Τυρός τε ἐνειλούμενος τοῖς φύλλοις ἄσηπτος διαμένει. Hard.

XCIII. Dracunculus, quem dixi, hordeo maturescente effoditur, luna crescente. Omnino habentem serpentes fugiunt. Ideo percussis prodesse in potu aiunt maiorem: ut et menses, si ferro non attingatur, sistat. Succus eius et aurium dolori prodest. Id autem, quod Graeci dracontion vocant, triplici effigie demonstratum mihi est: foliis betae, non sine thyrso, flore purpureo. Hoc est simile aro. Alii radice longa, veluti signata articulosaque, monstravere: tribus omnino cauliculis: folia eius ex aceto decoqui contra serpentium ictus iubentes. Tertia demonstratio fuit, folio maiore, quam cornus, radice arundinea totidem, ut affirmabant, geniculata nodis, quot haberet annos, totidemque esse folia. Hi ea ex vino vel aqua contra serpentes dabant.

XCIV. Est et aris, quae in eadem Aegypto nascitur, similis aro, minor tantum minoribusque foliis, et utique radice, quae tamen olivae grandis magnitudi-

XCIII. *Dracunculus*. Cap. 91, sub fin. *qui apud nos dracunculus vocatur*. Hujus radicem effodi hordei messibus scribit Dioscorid. loc. cit. ἐν πυραυτῷ. H. — Δρακοντίον graecis scriptoribus. Dracontium, seu serpentaria officinari. Nobis *Arum Dracunculus*; habitat in Europa meridionali. Ed. P.

Maiorem. Nam et alter minor dracunculus est, delineatus a Matthiolo, p. 594. Hard.

Sistat. Parum credibile, ab herba tam acri sisti menses. Dal.

Aurium dolori. Marc. Empir. cap. ix, 9, p. 77. Hard.

Hoc est simile aro. Ita etiam MSS. Est dracontium maius, sive dracunculus modo explicatus. H.

Alii radice longa. Haec historta nunc vulgo dicitur, a radice intorta et convoluta angulum more. *La bistorte*. A Dodonaeo pingitur, qualem vidimus in horto Regio, p. 331. H. — *Polygonum Bistorta* (*Octand. trigyn.* gen. 977 Pers. *Polygon.* Juss.). Habitat in montibus et pratis humidis. Ed. P.

Tertia. Dracunculus aquatilis Dodonaei, p. 329, Gesneri, arum palustre. Vidimus quoque in horto Regio. Hard.

XCIV. *Est et aris*. Ἀρίσαρον a Dioscorid. appellatur, a quo et verbis totidem describitur, II, 198; hi et ab Oribasio, XI. Pingitur a Lobelio in Adv. pag. 260. In Italia vulgo nota, etsi nomine vulgari careas, auctor est Anguillara, part. XI, pag. 176. H. Nobis eodem nomine *Arum Ari-*

nem implet: alba geminum caulem, altera unum tantum emittens. Medetur utraque hulceribus manantibus: item combustis, ac fistulis collyrio immisso. Nomas sistunt decocta earum in aqua, et postea tritarum rosaceo addito. Sed unum miraculum ingens: contacto genitali cuiusque feminini sexus, animal in perniciem agit.

XCV. Myriophyllon, quod nostri millefolium vocant, caulis est tenet, similis feniculo, plurimis foliis: unde et nomen accepit. Nascitur in palustribus, magnifici usus ad vulnera. Cum aceto bibitur ad difficultates urinae et vesicae; et suspiria praecipitatisque ex alto. Efficacissima eadem ad dentium dolores. Etruria hoc nomine appellat herbam in pratis te-

sarum; habitat in meridionalis Europae nemoribus. Ed. P.

Ac fistulis collyrio immisso. Prius legebatur, *ac fistulis. Collyrio immixto nomas sistunt, decoctarum in aqua*, etc. Emendandi auctor Diosc. exstitit, qui de ari seu arisaro ita prodidit, II, 198: Νομὰς ἵστησι καταπλασσόμενα· κολλύρια τε πρὸς σύριγγας ἐνεργὰ ἐξ αὐτῆς γίνεται. *Illita nomas sistit: ex eadem collyria conficiuntur, ad fistulas efficacia.* H.

Miraculum ingens. Dioscor. loc. c. Φθείρει δὲ καὶ αἰδοῖον παντὸς ζώου ἐνταθεῖσα. *Imposita, inditave, cuiuslibet animalis genitale corrumpit.* H.

XCV. *Myriophyllon.* De eo pariter prodidit Dioscor. IV, 115: Μυριόφυλλον, etc. Millefolium aquaticum est, seu feniculus aquaticus Dalec. Hist. plant. IX, pag. 1023. Vidimus in horto Regio. H. — Nobis eodem nomine est *Myriophyllum spicatum* (*Monoec., polyand.* gen. 2086 Pers. *Naiad.* Juss.). Habitat in equis quietis. Ed. P.

Nascitur. Dioscor. loc. cit. Φύεται ἐν ἑλώδεσι τόποις. — *Ad vulnera.* Num satius sit ita legi, *ad vulnera cum aceto. Bibitur*, etc. considerandum amplius. Nam Dioscor. IV, 115, de millefolio: Τοῦτο τήρει, inquit, ἀφλέγμαντα τὰ νεότρωτα τῶν ἑλκῶν, σὺν ὄξει χλωρόν τε καὶ ξηρὸν καταπλασσόμενον. Ποτίζεται δὲ καὶ πρὸς πτώματα σὺν ὕδατι καὶ ἁλσίν. *Vulnera recentia ab inflammatione vindicat: seu viride, seu etiam siccum ex aceto oblinatur. Praecipitatis quoque ex alto cum aqua et sale potui datur.* Tamen Apuleius vulgatae quoque scripturae suffragatur, cap. 88, tit. 4: *Ad urinae difficultatem. Herbae millefolii succus cum aceto potus, prodest et sanat.* H.

Praecipitatisque. Plin. Val. I, 64: *Si ex alto praecipitati sunt, millefolium bibendum datur ex aceto, cruenta excreantibus.* H.

Effic. eadem. Apul. c. 88, tit. *Ad dentium dolorem: Herbae millefolii radicem ieiunus manducet laborans dentibus.* Hard.

Herbam in pratis. Stratiotem myriophyllon intelligit. Dal. — *Herbam.*

nuem a lateribus capillamenti modo foliosam, eximii usus ad vulnera: boum nervos abscissos vomere solidari ea, rursusque iungi addita axungia affirmans.

XCVI. Pseudobunion napi folia habet, fruticans palmi altitudine. Laudatissima in Creta. Contra tormina atque stranguriam, laterum praecordiorumque dolores, bibuntur rami eius quini senive.

XCVII. Myrrhis, quam alii smyrrhizam, alii myrrham vocant, simillima est cicutae, caule foliisque et flore, minor tantum et exilior, cibo non insuavis. Ciet menstrua et partus cum vino. Aiunt eam-

Millefolium terrestre purpureis foliis illud est, pictum Lobelio in Obss. p. 431. Militarem etiam vocant, στρατιωτικήν, in Noth. Dioscor. p. 476, quia vulnera ferro facta sanat; ideoque in militia et castris multus eius est usus. Apul. cap. LXXXVIII, t. 2: *Ad vulnera ferro facta: herba millefolium cum axungia pisata et imposita, vulnera purgat et sanat.* Vide et Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 211, Describitur ee rursum a Plinio, XXV, 49. Lepidum est quod refert Schenkius, Obss. med. I, tit. de naribus, pag. 201, ex Follerio Chir. II, 5: *Cuidam decisus nasus*, inquit, *qua os in cartilaginem desinit: rusticus propendentem partum alteri digitis coniunxit, herbam tusam et e vino nigro tritam, quod millefolium appellant, impegit, rudius omnia colligavit, unde celerrime restitit profluens sanguis, et vulnus pulchra cicatrice brevi coiit.* H. — Millefolium a myriophyllo prorsus diversum; hoc enim aquatilium, illud vero terrestrium e numero est; Recentioribus dictum *Achillea Millefolium* (*Syngenes. superfl.* gen. 1887 Pers. *Corymbif.* Juss.). Habitat in pascuis et pratis: variat albis aut purpureis floribus. Ed. P.

XCVI. *Pseudobunion.* Diosc. IV, 125: Ψευδοβούνιον θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον ἐν Κρήτῃ, ἔχον φύλλα βουνίου ὅμοια, etc. H. — Nobis est *Bunium aromaticum* (*Pentand. digyn.* gen. 684 Pers. *Umbellifer.* Juss.). Habitat in Creta et Syria. Ed. P.

Contra tormina. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Hard.

XCVII. *Myrrhis:* Dioscor. IV, 116: Μυῤῥίς, οἱ δὲ μύῤῥαν καλοῦσι, τῷ καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἔοικε κωνείῳ. ῥίζαν δὲ ἔχει ἐπιμήκη ἁπαλήν, περιφερῆ, εὐώδη, ἡδεῖαν βρωθῆναι. Pingitur a Dodoneo, pag. 689. Galli vocant, *cerfeuil musqué*, ob odoris iucunditatem. Vidimus in horto Regio. H. — *Scandix odorata* Linn. (*Pentand. digyn.* gen. 710 Pers. sub *Myrrhide. Umbell.* Juss.). Habitat in silvis montosis. Cf. Fab. Column. Ecphras. I, XXXIII, pag. 112. Ed. P.

Smyrrhizam.... myrrham. Dalec. *smyrnizusam.* Franz. *smyrrhinam.* Ita MSS. in Indice *myrizan*, forte *smyrrhizusam*, vel *myrizusam*: quod odore myrrham unguentumve referat. H.

Ciet menstrua. Diosc. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 211. Hard.

Aiunt eamdem. Gron. et al. *aiunt*

dem potam in pestilentia salutarem esse. Subvenit et phthisicis in sorbitione. Aviditatem cibi facit. Phalangiorum morsus restringit. Hulcera quoque in facie aut capite succus eius in aqua triduo maceratae sanat.

XCVIII. Onobrychis folia habet lentis, longiora paulo, florem rubentem, radicem exiguam et gracilem. Nascitur circa fontes. Siccata in farinae modum, et inspersa vino albo, strangurias finit. Alvum sistit. Succus eius perunctis cum oleo sudores movet.

XCIX. (XVII.) In promisso herbarum mirabilium, occurrit aliqua dicere et de magicis. Quae enim mirabiliores sunt? Primi eas in nostro orbe celebravere Pythagoras atque Democritus, consectati Magos Coracesia et callicia Pythagoras aquam glaciari tradit: quarum mentionem apud alios non reperio, nec apud eum alia de his.

quoque eamdem. Ed. P.

In pestilentia. Arcere sic mali contagia scribit et Diosc. loc. cit. Ἱστοροῦσι δὲ ἔνιοι· πινομένης αὐτῆς ὃς ἡ τρὶς τῆς ἡμέρας σὺν οἴνῳ ἐν λοιμικαῖς καταστάσεσι, βοηθεῖν πρὸς τὰ ἀνόσους διαμένειν. Hard.

Phalangiorum. Dioscorid. loc. cit. Πινομένη σὺν οἴνῳ φαλαγγιοδήκτοις βοηθεῖ. Hard.

XCVIII. *Onobrychis.* Haec fere eadem verbis Diosc. A Dodonaeo delineatur, p. 536. Recentioribus ἀνώνυμος est. In Paduano agro nasci tradit Anguillara P. XIII, p. 242. Hard. — Ονοβρυχὶς Diosc. III, 170; Sprengelio est *Hedysarum Onobrychis* (*Onobrychis sativa* Decand. *Diadelph. decand.* gen. 1740 Pers. *Leguminos.* Juss.); nostris vulgo *sain-foin.* Habitat in apricis, cretaceis; ad pabulum iumentorum pecorumque colitur. Huius planta apud nos in medicina usus exolevit. Ed. P.

Nascitur circa fontes. Diosc. loc. c. Hard.

Siccata, etc. Diosc. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 215. Hard.

Sudores movet. Dioscor. et Galen, ll. cc. Hard.

XCIX. *Consect. Magos.* Aegyptios Chaldaeosque intelligit, apud quos Pythagoras peregrinando vixit. H.

Coracesia. Gron. et al. *coriacesia*; et statim mox Brot. ex Reg. cod. 4; *calycia.* Ed. P.

Aquam glaciari. Flore aquifoliae arboris id quoque fieri Pythagoras tradidit, ut dictum est supra, c. 72. Hard.

C. Idem minyada appellat, nomine alio corysidiam, cuius decocto in aqua succo, protinus sanari ictus serpentium, si foveantur, dicit. Eundem effusum in herba qui vestigio contigerint, aut forte respersi fuerint, insanabili leto perire, monstrifica prorsus natura veneni, praeterquam contra venena.

Cl. Ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba, cuius radix e longinquo concipiat ignes, ut naphtha, de qua in terrae miraculis diximus. Idem tradit: si qui morbi humano corpori acciderint florente aproxi, quamvis sanatos admonitionem eorum sentire, quoties florere eam contigerit: et frumentum, et cicutam, et violam similem conditionem habere. Nec me fallit, hoc volumen eius a quibusdam Cleemporo medico adscribi: Pythagorae pertinax fama antiquitasque vindicant. Et idipsum auctoritatem voluminibus affert, si quis alius curae suae opus, illo viro

C. *Minyada.* Ita MSS Regg Colb. etc. non *menaidem*, ut editi. Minyanthes autem, tum ex allusione vocum, tum ex vitium proprietate singulari, intelligi oportere hoc loco censuerim: has enim facultates Galenus, Aegineta, Dioscorides, Plinius ipse XXI, 88, huic trifolii generi adscribunt. Hard.

Corysidiam. Sic MSS. non *corinthidem*, ut editi. Hard.

Insanabili leto. Gron. et al. *insanabiles perire.* Ed. P.

Monstrifica prorsus natura. Crediderim non fuisse herbam aliquam peculiarem, sed magos veneni aerrimis illusisse. Bach.

Venena. Contra serpentium ictum, ut dictum est proxime. H.

Cl. *Aproxis.* Προσιέναι, accedere; ἀπροξίς, quod malu et pavore accedere propius non auderent. Dal. — Forte est Dictamnus albus vulgo, aive Fraxinella officin. C. Bauh. Pin. 222. Certa concipit ignes; at non radix, sed ipsa folia. Baor — Fraxinella nobis est *Dictamnus albus* (*Decand. monogyn.* gen. 1040 Pers. *Rutac.* Juss.); variat floribus albis, et, ut plurimum, purpureis. Habitat in Germania, Gallia, Italia, etc. Non ipsa plantae folia ignem concipiunt; sed summi caules florumque calyces innumeri scateot vesiculis, oleo essentiali turgidis; quae sulphureos quasi halitus tanta copia, aestivis diebus exhalant, ut, adhuto igne, ingens flamma derepente accendatur, et totam plantam lambat. Cf. Geoff. Mat. med. t. II, p. 52. Ed. P.

Diximus. Lib. II, 109. H. — *Aproxi.* Broter. ex Regg. codd. 1 et 2, non *aproxi*, sed *brassica*. Ed. P.

Si quis, etc. Si quis alius scriptor

dignum iudicavit: quod fecisse Cleemporum, quum alia suo et nomine ederet, quis credat?

CII. Democriti certe chirocineta esse constat. At in his ille post Pythagoram Magorum studiosissimus, quanto portentosiora tradit? Aglaophotin herbam, quae admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiae nascentem Persico latere. Qua de causa et marmaritin vocari. Magos utique ea uti, quum velint Deos evocare. Achaemenida, colore electri sine folio, nasci in Tardisilis

industriae suae opus, illius viri nomine dignum iudicavit. Hard.

CII. *Chirocineta.* Ita editio Rom. anni 1470, aliaeque vetustae. De veneficiis tractasse hic liber videtur, quae solo manus motu fierent: τῇ χειρὸς κινήσει; inde χειροκίνητα appellata. Alii *chirochmeta* malunt. Χειρόκμητα, hoc est, manu ipsius facta. Hesychius, χειρόκμητα, χειροποίητα, ἤγουν ὑπὸ χειρῶν γεγενημένα. Vitrův. IX, 3: *Multas res attendens, admiror etiam Democriti de rerum natura volumina, et eius commentarium, qui inscribitur*, χειροκμήτων, *in quo utebatur annulo, signans cera molli, quae esset expertus.* Scripsit Zosimus Alexandrinus philosophus ad Theosebiam sororem suam χειροκμήτων, id est, Manufactorum libros XXVIII, teste Suida verbo Ζώσιμος. Hard. — Brot. *chirocmeta.* Ed. P.

Aglaophotin. De hac Aelian. Hist. Anim. XIV, 7, qui et cynospastou vocari ait, nocte stellae instar lucere, et ignem splendore facile internosci. Vide et Theodorum Tarsensem, ap. Photium in Bibl. cod. 223, p. 781. Et Paeoniae id nomen esse inditum scribit Apuleius, c. 64: Αγλαοφωτις graece dicitur, αγλαΐα φώτων, *admiratio luminum.* Hard. — *Aglaophotin.* Aglaophotim dictam esse paeoniam, *la pivoine*, docet Apuleius loc. sup. laud. Aliae sunt herbae quae nuclu lucent, ut cardamindum, *la capucine*. Brot. — *Tropaeolum maius*, nostris vulgo *capucine*, nonnisi ann. 1684 e Peruvia advectum, Europaeanis innotuit. Paeonia autem, sive γλυκυσίδη Hippocr. de Morb. mul. 1, 614; Dioscor. III, 157, nobis est *Paeonia officinalis* (*Polyand. digyn.* gen. 1324 Pers. *Ranunculac.* Juss.); habitat in montium helveticorum nemoribus. Ut tamen verum fateamur, in his pluribus plantis certo definiendis, merae coniecturae. An et huc trahi possit *Caesalpinia pulcherrima*, sive Nyctegreton? in Oriente certe habitat. Ed. P.

Persico latere. Quà Persidem spectat Arabia. Hard.

Marmaritin. Brot. ex Reg. 2, *marmoritin.* Ed. P.

Achaemenida. Forte a Persis negotiatoribus sic appellata, in gratiam Achaemenis, a quo Darius Hystaspae filius originem ducere, ab illo septimus, gloriabatur, teste Herod. lib. Polym. p. 389, n. XI, vel gentis totius, quae Achaemenia paritee ab eo est cognominata. Hard. — Gron. et al. sine interpunctione, *evocare deos Achaemenidon.* Ed. P.

Indiae: cuius radice in pastillos digesta, in dieque pota in vino, noxii per cruciatus nocte confiteantur
2 omnia, per varias numinum imaginationes. Eamdem hippophobada appellat, quoniam equae praecipue caveant eam. Theombrotion xxx schoenis a Choaspe nasci, pavonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem a regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatemque mentis: eamdem semnion a potentiae maiestate appellari. Aliam deinde adamantida, Armeniae Cappadociaeque alumnam. Hac admota leones resupinari cum hiatu laxo. Nominis causam esse, quod conteri
3 nequeat. Arianidem in Arianis gigni, igneam colore: colligi, quum sol in Leone sit. Huius tactu peruncta oleo ligna accendi. Therionarca in Cappadocia et Mysia nascente, omnes feras torpescere, nec nisi hyaenae urinae aspersu recreari. Aethiopida in Meroe

Tardisilis. MSS. *Taradistilis.* H. — Brot. *Taradistilis.* Ed. P.

Noxii. Rei criminum. Hard.

Hippophobada. Ab ἵππος et φόβος, quasi equis terrorem incutiens, ἱπποφόβας. Hard. — Gron. et al. *ippophobada.* Ed. P.

Theombrotion. Θεομβρότιον, *Deorum cibus.* H. — MS. Reg. 1, *theonbrotion.* Apud Garciam I, 3, princeps regni *Bimagar*, cum Lusitano colloquens, *Asam foetidam* deorum cibum appellabat. Et adhuc est in exquisitissimis Indorum saporibus. Ba. — De ferula quae *asam foetidam* Officin. largitur, iam fusius supra dictum est. Ed. P.

Instabilitatemque mentis. Contra amentiae videlicet fatuitatisve periculum. Dalec.

Eamdem semnion a potentiae maiestate, a Graecis σεμνός, *venerandus, colendus.* Hard.

Adamantida. Scilicet ἀπὸ τοῦ α, καὶ δαμάζω, quod nulli materiae cedat. Hard.

Conteri nequeat. Non crediderim quod conteri nequeat, sed quod artus resolvat. Brot.

Arianidem, etc. *Arianida*, antiquus codex, rectius: ut paulo ante *hippophobada et adamantida*: et infra *Meroida* potius quam *Meroidem* (sic prius) legerem. Pint.

Therionarca. Alia est therionarca nobis familiaris, roseo flore, descripta Lib. XXV, cap. 19. Dal. — *Therionarca*, Θηριονάρκη, quod torporem serpentibus inferat. Hard.

Aethiopida. Visa nobis in horto Regio, qualia à Dodonaeo pingitur, p. 148. Hard. — Aethiopis est Sclarea vulgaris, lanuginosa, amplissimo folio.

nasci: ob id et meroida appellari, folio lactucae, hydropicis utilissimam e mulso potam. Ophiusam in Elephantine eiusdem Aethiopiae, lividam, difficilemque aspectu, qua pota terrorem minasque serpentium obversari, ita ut mortem sibi eo metu consciscant: ob id cogi sacrilegos illam bibere. Adversari autem ei palmeum vinum. Thalasseglen circa Indum amnem inveniri, quae ob id nomine alio potamantis appellatur: hac pota lymphari homines, obversantibus miraculis. Theangelida in Libano Syriae, Dicte Cretae montibus, et Babylone, et Susis Persidis nasci, qua pota Magi divinent. Gelotophyllida in Bactris,

Tournefort. Brot. — Αἰθιοπὶς Diosc. IV, 103, nobis est *Salvia argentea* (*Diand. monogyn.* gen. 61 Pers. *Labiat.* Juss.); modie *Salviam Sclaream* inter et *Salv. Aethiopida*. Conf. Sibthorp. Flor. Graec. tab. 27. Ed. P.

Folio lactucae. Genus fortassis aliquod tithymali. Dal.

Ophiusam. Dracontii genus aliquod. Dalec.

Potamantis. Vel potius ποταμῖτις, quasi fluvialis: vel, ut in Indice, *potamucyde*, quasi ποταμοῦ κύδος. H. — Brot. ex Regg. 1, 2, et edit. principe, *potamaucis*. Ed. P.

Obversantibus miraculis. Animo per noctem miras species imaginante. H.

Theangelida. Multum adhuc in Persiae usus herbarum ex quibus pilulae fiunt, quae mentem movent et ad magicas illas divinationes accendunt. Vide P. Angelum de Sancto Iosepho, *Pharmacopoea Persica*, p. 366. Insignis est ille Plinii locus, quo magorum artes, quae tamdiu miseris mortalibus illusere, perdocemur. Brot.

Dicte. Ubi apes, teste Virgilio, Georg. IV, 152; *Curetum sonitus, crepitantiaque aera sequutae, Dictaeo caeli regem pavere sub antro.* Et lib. II, 536: *Ante etiam sceptrum Dictaei regis.* Hoc est, Iovis. H. — Gron. et al. *Dictae.* Vet. apud Dal. *dictaeis.* Ed. P.

Gelotophyllida Γελοτοφυλλίδα, quasi folio risum ciente, si edetur. Forte apiastrum, sive batrachion illud est, quod et herbae Sardoniae nomine vulgatius venit: H. — Haec herba videtur esse, quae adhuc in Oriente celebratissima, et dicitur *bangue*, similis cannabi, *le chanvre*. De hac herba eiusque effectu vide P. Angelum de Sancto Iosepho loco supra laudato. Brot. — Inebriante et stupefaciente vi praedita novimus folia *Cannabis sativae* (*Dioec. hexand.* gen. 2229 Pers. *Vrtic.* Juss.), quae vulgo apud nos colitur, et sponte in Persiae habitat. Potus ex illa paratur inebrians, toto in Oriente usitatissimus; exinebria nempe folia ex aqua fervide conferendo, et aquam cum pulvere permixtam ac turbidam statim hauriendo. Conf. Geoffr. Mat. medic. III, 249; P. Alpin. de Med. Aegypt. f. 121, b; Kaempfer. Amoen. 645; Chardin. Itiner. IV, 207. Sardoa au-

et circa Borysthenen. Haec si bibatur cum myrrha et vino, varias obversari species, ridendique finem non fieri, nisi potis nucleis; pinae nucis cum pipere et melle in vino palmeo. Hestiatorida a convictu in Perside nominari, quoniam hilarentur illa. Eamdem protomediam, qua primatum apud reges obtineant. Casigneten, quoniam secum ipsa nascatur, nec cum ullis aliis herbis. Eamdem Dionysonymphadem, quoniam vino mire conveniat. Helianthes vocat in Themiscyrena regione et Ciliciae montibus maritimis, folio myrti. Hac cum adipe leonino decocta, addito croco et palmeo vino, perungi Magos et Per-

tem herba, de qua sup. Harduinus, nobis est *Ranunculus hirsutus* Ait. seu *Philonotis* Retz. *Polyand. polygyn.* gen. 1363 Pers. *Ranunculac.* Juss.). Habitat in Europae udis, et ad margines agrorum. Est βατράχιον ἕτερον, ὃ δὴ καὶ φίλινον ἄγριον καλοῦσι Dioscor. II, 206; Ranunculum alterum Plinio ipsi, XXV, 109, qui ad eam plantam in hoc, de quo nunc agimus, loco minime respicere videtur. De sardoa herba Dioscor. iterum in Alexipharm. cap. 14: Ποθεῖσα ἢ βρωθεῖσα, παραφορὰν διανοίας ἐπιφέρει, καὶ σπάσματα μετὰ συνολκῆς χειλέων, ὥστε γέλωτος φαντασίαν παρέχειν. *In cibo potuve sumpta, mentem turbat, et convulsiones facit cum rictu labiorumve contractione, quae risus speciem praebeat.* Hinc de sardonio risu adagium in vulgus infausto omine manavit. Conf. Anguillara, p. 178, et ad Virgil. Ecl. VII, 41, D. Fée, *Flore de Virgile*, tom. VIII, pag. LXIV edit. nost. Ed. P.

Hestiatorida. Prius in editis legebatur, *syssitieterida.* In Reg. 1 cod. *hesititaterida:* Reg. 2, *hestitaterida.* Nos *hestiatorida*, ἑστιατορίδα, ab ἑστιάτωρ, *convivator.* H. — *Hestiatorida.* Hestiatoris videtur esse *l'Arèque*, cuius tantus adhuc est usus in Perside et remotioribus Orientis partibus. Arboris iconem vide apud E. Tachard. *Voyage de Siam*, p. 369. Eius vim expertus est P. Angelus de Sancto Iosepho, Pharmac. Persic. pag. 368. Brot. — *Areca Catechu* (*Monoec. monadelph.* gen. 2125 Pers. *Palm.* Juss.). Habitat in India orientali. Ex fructu ab extima pellicula libero, simul cum foliis *Piperis Betle*, *le bétel*, addito pauxillo calcis ex ostreis, fit masticatorium, quod Indi continuo summa cum voluptate in ore volvunt, ut malus corrigatur halitus, et dentes ac stomachus corroborentur. Conf. Garc. apud C. Clus. Exotic. 187. Ed. P.

Qua primatum. Qua primum locum apud Mediae reges aulici eam edentes obtineant. Hard. — *Qua.* Gron. et al. *qui.* Ed. P.

Casigneten. Forte *acasigneten*, quasi sine fratribus: nam κασίγνητος, est *frater germanus.* Hard.

Themiscyrena. Gron. et al. *themiscyra.* Ed. P.

sarum reges, ut fiat corpus aspectu iucundum. Ideo eamdem heliocallidem nominari. Hermesias ab eodem vocatur, ad liberos generandos pulchros bonosque, non herba, sed compositio e nucleis pineae nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, postea admixto theombrotio et lacte, bibere generaturos iubet, et a conceptu puerperas partum nutrientes: ita fieri excellentes animo et forma, atque bonos. Harum omnium magica quoque vocabula ponit. Adiecit his Apollodorus assectator eius, herbam aeschynomenen, quoniam appropinquante manu folia contraheret. Aliam crocida, cuius tactu phalangia morerentur. Cratevas oenotheriden, cuius aspersu e vino,

Sed compositio e nucleis pineae nucis tritis cum, etc. Talium compositionum mercatores in Perside plurimi sunt, et dicuntur *Keiffrousch*, id est, ebrietatis stultitiaeque mercatores; iisque herbis, de quibus iam dixi, parantur. Brot.

Magica quoque vocabula. Et non tantum graeca, magna ex parte ab effectu sumpta. Dal.

Aeschynomenen, quoniam appropinquante manu, etc. Herbam vivam Lusitani vocant octo pedes altam, folio polypodii, flore luteo: quae contacta refugit, et ad terram velut indignabunda folia deiicit, accessu hominum se contrahens, discessu pandens. Gvil. — *Aeschynomenen*. Αἰσχυνομένην, quasi verecundam. Ex eo genere est, atque in huius nominis possessionem venire pro suo iure potest arbos ea quae circa Memphim crescere dicitur a Theophrasto, quam et Plinius attigit XIII, 19, ut et herba ea quae impatiens a Dodonaeo dicitur, p. 648, a Lobelio in Obss. p. 171, Persicaria siliquosa, et in Advv. p. 135; quae digitis appropinquantibus siliquas contrahit: vulgus herbariorum *noli me tangere* idcirco vocitat. Maxime vero ea, quam herbam vivam nuncupant, visam satamque a Dalecampio, ipso prodente Hist. plant. XVIII, p. 1915, ubi ea delineatur. Hanc si quis cupit apprehendere, folia contrahit: si quis assequatur, marcescit: si manum retrahat, revirescit: Persidi haec Asiaeque familiaris est. Similis denique sensitiva Brasiliana, quam in horto Regio saepe conspeximus. Hard. — Ὕλημα ἴδιον περὶ Μέμφιν, etc. Theophrast. Hist. IV, 3. Frutex totus spinis horridus, foliis filicinis; quae si quis tetigerit, collabi derepente et post aliquod tempus iterum erigi tradunt. Est nobis *Mimosa polyacantha* (*Monadelph. polyand.* gen. 1655 Pers. *Leguminos.* Juss.), quum nulla mimosa Africae incola sit, quae eadem sensitiva, praeter hanc speciem a Brutio (Reise V, tab. 7) nomine *Ergett el Krone* delineatam. Conf. Sprengel. Hist. Rei herbar. I, 107. Ed. P.

Crocida. Κροκίδα, a colore croceo. Hard.

feritas omnium animalium mitigaretur. Anacampserotem celeber arte grammatica paulo ante, cuius omnino tactu redirent amores, vel cum odio depositi. Et abunde sit hactenus attigisse insignia Magorum in his herbis, alio de his aptiore dicturis loco.

CIII. (XVIII.) Eriphiam multi prodidere. Scarabaeum haec in avena habet, sursum deorsum decurrentem cum sono haedi, unde et nomen accepit. Hac ad vocem nihil praestantius esse tradunt.

CIV. Herba lanaria ovibus ieiunis data, lactis abundantiam facit. Aeque nota lactoris vulgo est, plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat. Eamdem hanc aliqui esse dicunt, alii similem illi, quam militarem vocant: quoniam vulnus ferro factum, nullum non intra dies quinque sanat, ex oleo imposita.

Anacampserotem. Hesychius: Ἀνακαμψέρως, φυτόν τι, ὃ καὶ ἄρθιν ἀπὸ γῆς ζῇ. *Herba quaedam, quae evulsa et extra terram vivit.* — An *Sedi* vivacior species? Ed. P.

Celeber arte grammatica. Apionem significat, artis grammaticae peritissimum, Pleistonicen cognominatum, quod eruditione plurimos superasset, quemadmodum ἰατρονίκην Thessalus se appellabat. Nisi quis intelligi malit Apollodorum paulo ante dictum, grammaticae scientia tam clarum, ut honorem Amphictyones ei habuerint lib. VII, cap. 37. Dalec. — *Celeber.* Apionem grammaticum signat, de quo nos in Auctorum indice. Hic paulo ante Plinii tempora Tiberii principatu vixit. Hard.

CIII. *Eriphiam.* Nunc haud satis cognitam. Hard. — Eriphia, sic dicta ab ἐρίφῳ, hoedo. De illa planta silent omnes rei herbariae scriptores, praeter Ruellium, qui ad ranunculorum genus, non certo satis retulit. Ed. P.

Unde et nomen. Voce graeca ἔριφος hoedum significante. Hard.

CIV. *Herba lanaria.* In Noth. Dioscor. ἔρβα λαναρία Ρωμαίοις, στρούθιον est, sive radicula; *l'herbe au foulon*: de qua nos egimus XIX, 18. Hard. — Nobis *Gypsophila Struthium*, de qua iam saepe dictum. Ed. P.

Aeque nota lactoris. Forte lactuca marina, de qua XX, 24. Hard. — *Nota lactoris.* Est Hieracium fruticosum, latifolium, hirsutum, C. Bauh. Bruterio iudice. Ed. P.

Aliqui esse dicunt. Hallucinantur ii. Stratiotes enim lacte non turget. Dal.

Militarem vocant. Millefolium terrestre, de quo egimus cap. 95. Hard. — Nobis *Achillea millefolium.* Conf. loc. laud. Ed. P.

CV. Celebratur autem et a Graecis stratiotes, sed ea in Aegypto tantum et inundatione Nili nascitur; aizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mire, et vulnera sanat ex aceto illita. Item ignes sacros, ac suppurationes. Sanguinem quoque qui defluit a renibus, pota cum thure masculo mirifice sistit.

CVI. (XIX.) Herba in capite statuae nata, collectaque alicuius in vestis panno, et alligata in lino rufo, capitis dolorem confestim sedare traditur.

CVII. Herba quaecumque a rivis aut fluminibus ante solis ortum collecta, ita ut nemo colligentem

CV. *Celebratur.* Haec totidem fere verbis Diosc. IV, 102: Στρατιώτης, etc. Delineatur haec stratiotes a Prospero Alpino, αὐτόπτης, lib. de plantis Aegypti, p. 108. Στρατιώτης etiam Galeno de Fac. simpl. med. VIII, p. 132. Hard. — Στρατιώτης, οἱ δὲ ποτάμιον, Diosc. loc. laud. nobis est eodem nomine *Pistia Stratiotes* (*Monadelph. octand.* gen. 1602 Pers. *Hydrochar.* Juss.). Habitat in Asia, Africa, etc. Planta lemnae instar, aquis innatans; ἐπινήχεται τοῖς ὕδασιν, καὶ χωρὶς ῥίζης ζῇ, Diosc. Στρατιώτην et χιλιόφυλλον habet Graecus auctor, ibid. cap. 103, qui Sprengelin videtur idem esse cum *Hottonia palustri*; quanquam ad *Phellandrium aquaticum* referunt Matthiol. 797; Amat. Lusitan. 146; Maranta, II, 15; p. 178. Conf. Histor. Rei herbar. tom. I; pag. 161. Ed. P.

Stratiotes. Gron. et al. ante Hard. *aratiotis.* Ed. P.

In Aegypto tantum, etc. Hoc Plinio minime credunt herbarii. Nullius quidem scriptoris testimonio id scribit. Dioscorides ea de re tacet. Dal.

Refrigerat mire, et vulnera sanat ex aceto, etc. Diosc. et Galen. ll. cc. Hard.

Ignes sacros. Καὶ ἐρυσιπέλατα, Dioscor. loc. cit. Hard.

Sanguinem quoque qui defluit a renibus, etc. Diosc. loc. cit. Ἐφιστάνουσι τὰς ἐκ νεφρῶν αἱμορραγίας πινόμενον. Hard.

CVI. *Herba in capite statuae.* Haec totidem verbis Marc. Emp. c. II, pag. 39, et Plin. Val. I, 1, Theod. Prisc. IV: *Herba polygono coronatus ... dolore capitis caret. Similiter etiam herba illa, quae forte inventa fuerit in capite aenearum statuarum.* Vide Eusebii H. E. VII, ubi de herbae ignoto genere, ad pedes Christi statuae enascente Caesareae Philippi, morborum omnium medela certissima. Sed haec ei vis praeter naturam ab auctore Naturae. Hard.

Alligata. Brot. e Regg. 1, 2, et ed. prine. *illigata.* Ed. P.

CVII. *Ita ut nemo coll. videat.* Plinius iisdem fere verbis plerumque, quibus Dioscorides, plantas plantarumque virtutes descripsit; modo tamen aevo gratior fuit auctore Graeco, quod non latine solum scripserat, sed quod plures etiam superstitiones ac fabulas admiscuerat. Conf. Sprengel. Histor. Rei herbar. tom. I, lib. II, cap. 3. Nec supra dictis fides

videat, adalligata laevo brachio, ita ut aeger quid sit illud ignoret, tertianas arcere traditur.

CVIII. Lingua herba nascitur circa fontes. Radix eius combusta et trita cum adipe suis (adiiciunt ut nigra sit et sterilis, alopecias emendat ungentium in sole.

CIX. Cribro in limite adiecto, herbae intus exstantes decerptae adalligataeque gravidis, partus accelerant.

CX. Herba quae gignitur supra fimeta ruris, contra anginas efficacissime pollet ex aqua pota.

CXI. Herba, iuxta quam canes urinam fundunt, evulsa ne ferro attingatur, luxatis celerrime medetur.

CXII. Rumbotinum arborem demonstravimus inter arbusta. Iuxta hanc viduam vite nascitur herba, quam Galli rhodoram vocant: caulem habet virgae ficulneae modo geniculatum, folia urticae in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia,

aut probatio deest in hoc ipso capite, et in superiori, et in sqq. Ed. P.

Contra tertianas adalligata (sic olim). Duo prima verba contra omnia exemplaria contenderim supervacanea esse. Pint.

CVIII. *Lingua herba*, etc. Quae lingulaca dicitur XXV, 84. Vide quae ibi dicturi sumus. Hard. — *Lingua*. Est Ranunculus longifolius, palustris, maior. C. Bauh. Maximae est acrimoniae. Baor. — *Ranunculus Lingua* (*Polyand. polygyn.* gen. 1363 Pers. *Ranunculac.* Juss.)? Habitat in fossis, aquis limosis. Ed. P.

CIX. *Adiecto*. Ita enim MSS. Malim *abiecto*. In Indice, *Herba de cribro*, subintellige, nata. H.

CXII. *Rumbotinum arborem demonstravimus*. Lib. XIV, cap. 3. Gron. et al. ante Hard. *rombotinum*; Brot. ex cod. Reg. 2, *rumpotinum*. Nobis est *Acer Opalus*, vel *Acer Campestre* (*Octand. monogyn.* gen. 951 Pers. *Acerin.* Juss.); est arbustum gallicum vitibus sustentandis idoneum, de quo iam dictum est, Columellae lib. V, c. 7. Ed. P.

Galli rhodoram vocant. Nempe Galli Circumpadani. In MSS. R. et Colb. *rhodaram*. In Indice, *rhodarum*. H. — *Rhodoram*. Rhodora est Barba caprae, floribus oblongis. C. Bauh. Baor. — Nobis *Spiraea Vlmaria* (*Icosand. pentagyn.* gen. 1236 Pers. *Rosac.* Juss.). Habitat in pratis uliginosis. Subscribit etiam Sprengel. Hist. Rei herbar. tom. I, pag. 204. Ed. P.

florem argenteum: praecipua contra tumores, fervoresque, et collectiones, cum axungia vetere tusa, ita ut ferro non attingatur: qui perunctus est, despuit ad suam dextram ter. Efficacius remedium esse aiunt, si tres quoque trium nationum homines perungant dextrorsus.

CXIII. Herba impia vocatur incana, rorismarini aspectu, thyrsi modo vestita atque capitata. Inde alii ramuli exsurgunt sua capitula gerentes: ob id impiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellant. Alii potius ita appellatam, quod nullum animal eam attingat, existimavere. Haec inter duos lapides trita fervet, praecipuo adversus anginas succo, lacte et vino admixto. Mirum traditur, numquam ab eo morbo tentari qui gustaverint. Itaque et suibus dari: quaeque medicamentum id noluerint haurire, eo morbo interimi. Sunt qui et in avium nidis inseri aliquid ex ea putent, atque ita non strangulari pullos avidius devorantes.

CXIV. Veneris pectinem appellant a similitudine pectinum, cuius radix cum malva tusa, omnia corpori infixa extrahit.

CXV. Veterno liberat, quae exedum vocatur,

CXIII. *Herba impia*. Filago ea est, sive Impia Dodonaei, p. 65, visa a nobis in horto Regio. Subscribit etiam Anguillara, P. XII, p. 203. Hard. — *Herba impia*. Nobis est *Gnaphalium gallicum Syngenes. superfl* gen. 1841 Pers. sub *Filagini*. *Corymbifer*. Juss.). Habitat in glareosis. *Cartafilago* Anguill. loc. proxime laud. Ed. P.

Capitula. Gron. et al. ante Hard. *capitella*. Ed. P.

CXIV. *Veneris pectinem*. Hanc esse Ruellius arbitratur, quam Plinius alibi scandicem vocat, XXII, cap. 38 delineatam a Dodonaeo, p. 689. H. — *Pectinem*. Nobis eodem nomine dicitur *Scandix Pecten* (*Pentand. digyn.* gen. 744 Pers. *Umbellifer*. Juss.); in agris inter segetes frequens. Ed. P.

CXV. *Veterno liberat*. Gron. et al. *veternosa curat*; et mox *dicitur aliisque nom*. Ed. P.

Exedum. Exedum, acris herba videtur fuisse, ab exedendo dicta. In Indice huius loci. *Exedum*, sive *Nodia*. Caeteris scriptoribus incognita. Hard. — *Vocatur*. *Nodia*. Sic

nodia herba coriariorum officinis nota: ea mularis est aliis, aliisve nominibus. Nomas curat: efficacissimamque adversus scorpiones esse potam in vino aut posca reperio.

CXVI. Philanthropon herbam Graeci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhaerescat. Ex hac corona imposita capitis dolores sedat. Nam quae canaria appellatur lappa, cum plantagine et millefolio trita ex vino carcinomata sanat, ternis diebus soluta. Medetur et suibus effossa sine ferro, et addita in colluviem poturis, vel ex lacte ac vino. Quidam adiiciunt et fodientem dicere oportere: haec est herba argemon, quam Minerva reperit suibus remedium, qui de illa gustaverint.

CXVII. Tordylon alii semen silis esse dixerunt: alii herbam per se, quam et syreon vocaverunt. Neque aliud de ea proditum invenio, quam in monti-

etiam distinguit Gron. aliter Brot. *vocatur, uodia.* Ed. P.

Mularis. In Reg. 2 cod. *villaris* legitur. Haro.

CXVI. *Philanthropon.* Est Aparine Dodonaei, p. 350, et Lobelii in Obss. p. 464; Fuchsii φιλάνθρωπος, Hist. pl. c. 44. Vulgus in Gallia *Gratteron* vocat. H. — Nobis *Galium Aparine.* Conf. sup. lib. XXI, cap. 64. Ed. P.

Corona. Στέφανος. Hoc remedium ex Archigene Galenus citat lib. II, κατὰ τόπους. Dal.

Sedat. Sic et Chiffl. *sedantur* Gron. et al. Ed. P.

Canaria. Lappam canariam habere quamdam cum philanthropo affinitatem haud obscure iunuit: prorsus ut alterum lappaginis genus esse videatur, quod mollugo a Plinio appellatur, XXVI, 6, pingiturque à Dodonaeo, p. 354. H. — *Canaria.* Est Caucalis arvensis, echinata, latifolia, C. Bauh. Brot.

Colluviem. Impuram et sordidam aquam cum sero lactis, furfure concisis oleribus mixtam, quam bibendam suibus offerunt: vulgo *lavaille.* Dal.

CXVII. *Semen silis.* Hoc est seselis, Dioscor. Τορδύλιον, ἔνιοι δὲ σέσελι, etc. Et in Nothis, p. 455, οἱ δὲ τόρδυλον. H. — *Tordylon*, etc. Gr. et al. ante Hard. *tordylen.* Ed. P.

Alii herbam per se. Ipsum est Creticum seseli, de quo nos egimus, XXV, 18 et 87. Dioscorid. III, 63: Τορδύλιον, ἔνιοι δὲ σέσελι Κρητικὸν καλοῦσι. H. — Seseli Creticum Diosc. loc. laud. nobis est *Tordylium officinale*, gen. 695 Pers: *Umbellifer.* Juss.): habitat in Gallia Narbonensi, Italia, Sicilia, etc. Conf. Sprengel. Hist. Rei herbar. l. I, p. 64. Ed. P.

bus nasci: combustam potu ciere menses, et pectoris exscreationes, efficaciores etiamnum radice: succo eius ternis obolis hausto renes sanari: addi radicem eius et in malagmata.

CXVIII. Gramen ipsum est inter herbas vulgatissimum. Geniculatis serpit internodiis, crebroque ab his, et ex cacumine novas radices spargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitatem fastigantur. In Parnasso tantum ederacea specie densius, quam usquam, fruticant, flore odorato candidoque. Iumentis herba non alia gratior, sive viridis, sive in feno siccata, quum detur aspersa aqua. Succum quoque eius in Parnasso excipi tradunt propter ubertatem. Dulcis hic est. In vicem eius in reliqua parte terrarum succedit decoctum ad vulnera conglutinanda, quod et ipsa

In montibus. In Amano Ciliciae monte. Diosc. loc. cit. Hard.

Potu ciere menses. Diosc. rursus loc. cit. Hard.

Succo. Diosc. loc. cit. H.

CXVIII. *Gramen.* Dioscor. IV, 30: Αγρωστις κλημάτια ἔχει γονατώδη ἕρποντα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων προιόντα ῥίζας γλυκείας, γονατώδεις. *Gramen viticulas habet viticulatas, per terram repentes, quae a suis articulis radices spargunt dulces, internodiis seu geniculis distinctas.* Hoc gramen caninum vocant rura nostra, *obtendent.* Pingitur a Lobelio, qui Caninum medicatum appellat, in Obss. pag. 41. H. — *Triticum repens* (*Triand. digyn.* gen. 198 Pers. *Gramin.* Juss.). In cultis nimium frequens. Τὸ *est* Brot. omittit. Ed. P.

Et ex cacumine. Quum depresso cacumine terra obruitur, vel sic radices agit: tam pertinacis est vitae. Hard.

In exilitatem. Instar exilis arundinis inquit Dioscorid. loc. cit. φύλλα ὀξέα... ὡς καλάμου μικροῦ. H.

In Parnasso. Dioscorid. IV, 32: Ἡ δὲ ἐν τῷ Παρνάσσῳ γινομένη ἄγρωστις, πολυκλαδωτέρα ἐστὶ, *densius fruticat*: ἄνθος λευκὸν καὶ εὐώδες, *flore candido et odorato*, etc. H. — Nobis est *Parnassia palustris* (*Pentand. tetragyn.* gen. 745 Pers. *Caparid.* Juss.). Habitat in pratis Europae subhumidis, uliginosis Ed. P.

Non alia gratior, etc. Dioscor. IV, 30 et 32. Hard.

Propter ubertatem. Ad fecunditatem. Hard.

In vicem. In locum Parnassii graminis, gramen vulgare succedit in orbe reliquo. Dioscorid. loco citato. Ταύτης ἡ ῥίζα κατεπλασσομένη λεία, τραύματα κολλᾷ. *Huius trita radix et imposita, vulnera glutinat.* H.

herba tusa praestat; tueturque ab inflammationibus plagas. Decocto adiicitur vinum ac mel; ab aliquibus et thuris, et piperis, myrrhaeque tertiae portiones. Rursusque coquitur in aereo vase ad dentium dolores et epiphoras. Radix decocta in vino torminibus medetur, et urinae difficultatibus, hulceribusque vesicae. Calculos frangit; semen vehementius urinam impellit. Alvum vomitionesque sistit. Privatim autem draconum morsibus auxiliatur. Sunt qui genicula novem, vel unius, vel e duabus tribusve herbis, ad hunc articulorum numerum involvi lana succida nigra iubeant, ad remedia strumae, panorumve. Ieiunum debere esse qui colligat: ita ire in domum absentis cui medeatur, supervenientique ter dicere; ieiuno ieiunum medicamentum dare, atque ita adalligare, triduoque id facere. Quod e graminum genere septem internodia habet, efficacissime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter vesicae cruciatus decoctum ex vino gramen ad dimidias a balineis bibi iubent.

Plagas, MSS. *placata* ut ad vulnera referatur. H.

Decocto. Parnassii scilicet graminis, ubi id suppetit, ita prodente Dioscor. IV, c. 32; reliquo in orbe, vulgaris. Hard.

Coquitur. In Reg. 2, *cogitur*. Condi in aereo vase oportere ait Dioscor. IV, 32. Hard.

Et epiphoras. Oculorum inflammationes. Dioscor. l. c. Φάρμακόν ἐστιν ἄριστον πρὸς ὀφθαλμούς· ἀποτίθεται δὲ ἐν χαλκῇ πυξίδι. *Praestantissimum est ad oculos medicamentum: conditur in aerea pyxide*. Apuleius c. 77, t. 2: *Ad epiphoras oculorum: Herba gramen... decrescente luna sublata plurimum valet. Repositam habeto diligenter: exinde lippire incipientibus ad collum ligato, celeriter imminentem epiphoram discutiet et sanare dicunt*. Hard.

Radix decocta. Et haec pariter de vulgari gramine Dioscor. IV, 30. Hard. — Seu *Tritico repente*. Ed. P.

Calculos. Dioscor. loc. cit. et Gal. de Facult. simpl. medic. VI, 8. Vide et Marc. Emp. cap. xxvi, p. 180. H.

Semen. Dioscor. et Galen. ll. cc. H. — *Vehementius urinam impellit*. Franzius, *vehementius impellit*. Ed. P.

Alvum vomitionesque sistit. Dioscor. et Gal. ll. cc. Hard.

Articulorum numerum. Nempe tot caulis, radicasve, ut is geniculorum numerus habeatur. Dal.

Quod e graminum genere, etc. Q.

CXIX. Sunt qui et aculeatum gramen vocent trium generum: quum in cacumine aculei sunt plurimum quini, dactylon appellant: hos convolutos naribus inserunt, extrahuntque sanguinis ciendi gratia. Altero, quod est aizoo simile, ad paronychia et pterygia unguium, et quum caro unguibus increvit, utuntur cum axungia: ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis, aut tegulis. Huic caustica vis est. Sistit hulcera quae serpunt. Gramen capiti circumdatum, sanguinis e naribus fluxiones sistit. Camelos necare traditur in Babylonis regione, id quod iuxta vias nascitur.

Ser. c. 11, p. 126, inter remedia capitis haec habet: *Vel quae septenis censentur gramina nodis. Vtilitor noctes.* Hard.

CXIX. *Dactylon appellant.* Hoc primum aculeati graminis genus Gramen aculeatum, inquit Ruellius III, p. 563, rura nostra etiam canarium dentem appellant: aliqui e vulgo *capriolam*, quod capris grato sit pabulo: multi ab effectu *sanguinariam*, quod aculei foliorum quini senive in echinatum fastigium una convoluti nares farciunt, ciendi sanguinis gratia, quum extrahuntur. Hard. — *Dactylon.* Nobis eodem nomine *Cynodon Dactylon* (*Panicum* Linn. *Triand. digyn.* gen. 159 Pers. *Gramin.* Juss.). Spicas patentes digitatas habet: ex radice dura; perenni, sarmenta exserit repentia longissima. Habitat in arenosis, etiam maritimis. Ed. P.

Altero, quod est, etc. Secundum illud genus dactyli Dalecampius post Anguillar. idem esse ait cum παρωνυχία Dioscc. IV, 54, quae peplo similis, sed brevior; foliis tamen maioribus. Et haec contrita paronychiis remedio est: nobis *Illecebrum Paronychia* (*Pentand monogyn.* gen. 589 Pers. *Amarantac.* Juss.). Habitat in Hispania et Gallia meridionali. Broterius habet Anthyllim maritimam, alsinefoliam. C. Bauh. Ed. P.

Aizoo simile. Et illud dactyli genus, et tertium quod sequitur, aizoi tertiam speciem, sive illecebram Dioscoridis IV, 91, ita repraesentant; ut nulli paulum versato non liquido constet, nihil discrepare. Vide Lobelium in Adv., et Aloys. Anguill. P. V, p. 94. De hac illecebra dicemus XXV, 103. Hard. — Αἰζῶον τρίτον Dioscc. loc. laud. nobis est *Sedum stellatum* (*Decand. pentagyn.* gen. 1139 Pers. *Sempervir.* Juss.). Habitat in Gallia, Italia, Helvetia, etc. Ed. P.

Camelos. Iumenta universim omnia necari illo gramine, quod secus vias in Babylonis regione nascitur, prodit Dioscc. I, 51. Hard. — Arundinaceum gramen est, sive καλαμάγρωστις Dioscor. loc. sup. laud. Nobis eodem nomine *Arundo Calamagrostis* (*Triand. digyn.* gen. 183 Pers. *Gramin.* Juss.). Habitat in uliginosis. Ed. P.

CXX. Nec feno graeco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos: aliqui buceras, alii aegoceras, quoniam corniculis semen est simile, nos siliciam: quomodo sereretur, suo loco docuimus. Vis eius siccare, mollire, dissolvere. Succus decocti feminarum pluribus malis subvenit: sive duritia, sive tumor, sive contractio sit vulvae, foventur, insidunt: infusum quoque prodest. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum et impositum medetur: item ex aceto. Sic et iocineri decoctum. Diocles difficile parientibus semen eius dedit acetabuli mensura tritum in novem cyathis sapae, ut quum tertias partes biberint, calida lavarentur: et in balneo sudantibus dimidium ex relicto iterum dedit: mox a balneo reliquum pro summo auxilio. Farinam feni graeci cum hordeo, aut lini semine decoctam aqua mulsa contra vulvae cruciatus subiecit. Item imposuit imo ventri. Lepras, lentigines, sulphuris pari portione mixta farina curavit, nitro ante praeparata cu-

CXX. *Feno graeco.* Nobis *Trigonella fenum graecum*, de qua iam alias egimus. Ep. P.

Quod telin. Τῆλιν. Gal. in Expl. voc. Hipp. tom. II, p. 89: Βουκέρας, ἡ τῆλις. Et κατὰ τόπ. I. 2, pag. 335: Ὀνομάζεται δὲ παρ' ἡμῖν Ἀσίᾳ τοῦτο τὸ φυτὸν, αἰγόκερως. Diosc. in Noth. p. 444: Τῆλις, οἱ δὲ κάρφος, quae vox paleam et festucam sonat. H.

Quoniam corniculis. Quoniam siliqua quae semen continet, in cornus speciem est falcata. Hard.

Siliciam: quomodo. Gronov. et al. *siliceam*; *quod quomodo*. Ep. P.

Docuimus. L. XVIII, 30. H.

Siccare. Diosc. II, 124, hoc tantum: μαλακτικὴν καὶ διαχυτικὴν ἔχει δύναμιν, *mollendi ac discutiendi vim habet.* H. — Farina seminis tumores emollit, digerit, discutit, dolorescque compescit, usus adeo frequentis ut in fomentis et cataplasmatibus emollientibus fere omnibus usurpetur. In clysteribus utiliter praescribitur, ad alvi profluvia, dysenteriam, etc. Potu datur carissime. Cf. Geoff. Mat. med. tom. III, p. 486. Ep. P.

Succus decocti. Haec totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Contractio. Μύσις Diosc. h. e. aditus et osculi veluti conniventis praeclusio. Dal.

Furfures. Diosc. l. c. Hard.

Spleni, etc. Diosc. l. c. Hard.

Difficile parientibus. Instante partus tempore. Dal.

te, saepius die illinens, perungique prohibens. Theodosius feno miscuit quartam partem purgati nasturtii acerrimo aceto ad lepras. Damon semen feni acetabuli dimidii mensura cum sapae et aquae novem cyathis ad menses ciendos dedit potu. Nec dubitatur, quin decoctum eius utilissimum sit vulvis, interaneisque exhulceratis: sicuti semen articulis atque praecordiis. Si vero cum malva decoquatur, postea addito mulso potus, ante caetera vulvis interaneisque laudatur: quippe quum vapor quoque decocti plurimum prosit; alarumque etiam graveolentiam decoctum feni emendat. Farina porrigines capitis furfuresque cum vino et nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita axungia genitalibus medetur: item pano, parotidi, podagrae, chiragrae, articulis, carnibusque, quae recedunt ab ossibus: aceto vero subacta luxatis. Illinitur et feni decocta in aceto et melle tantum. Carcinomata subacta ex vino purgat: mox addito melle persanat. Sumitur et sorbitio e fa-

Perungique praecipiens (sic olim). In vetusto codice *prohibens* legitur, non *praecipiens*; et paulo post *acetabuli dimidii*, non *dimidiâ*. Pint. — *Perungique prohibens*. Ita MSS. omnes: non, ut vulgati libri, *praecipiens*. Hard.

Theodorus feno. Graeco scilicet. Ita MSS. Hard.

Damon. Qui et Damion. Vide Auctorum Indicem. In MSS. *Timon*, mendose. Hard.

Feni acetabuli dimidii mensura, etc. Gronov. coniunctim, ut semper, *fenigraeci*; et statim mox *acetab. dimidia mens*. Ed. P.

Nec dubitatur, quin decoctum eius utilissimum, etc. Dioscorid. loc. cit. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς ἐγκάθισμα εἰς τὰ γυναικεῖα, ὅσα κατὰ φλεγμονὰς, ἢ μύσιν συνίσταται. *Decoctum eius feminarum malis, quae ex vulvarum inflammatione, vel praeclusione oriuntur*. Hard.

Feni. Gron. et al. ante Hard. *fenigraeci semen* — *Furfures*. Dioscor. loc. cit. Σμήχει δὲ καὶ τρίχας, καὶ πίτυρα, etc. *Capillos purgat, furfures tollit*, etc. Ed. P.

Genitalibus. Tumentibus, inflammatis. Dalec.

Sumitur et sorbitio e farina ad pectus, etc. Plin. Valer. I, 58: *Feni graeci farina*, inquit, *cum aqua decocta, donec amaritudinem amittat: adiecto melle iterum coques: et devorata tantum tussim sedat, et pectoris hulcera expurgat*. Hard.

rina ad pectus exhulceratum, longamque tussim. Diu decoquitur, donec amaritudo desinat. Postea mel additur. Nunc ipsa claritas herbarum dicetur.

Nunc ipsa claritas herbarum dicetur. Herbae clariores et insigniores. Qua forma loquendi saepius abutitur. Sic *Vetustatem adipis*, pro, *adipe vetusto* alibi dixit. Locum autem nunc respicit huiusce libri c. 88, ubi haec praefatus erat: *Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem, sed minus claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis* Haan.

EXCVRSVS I

DE COCCO ET GALLIS.

Ad ea Plinii verba, lib. XXIV, cap. 4:

Coccum ilicis vulneribus... imponitur, etc. Et cap. 5:
Nec pauciora gallae genera fecimus, etc.

Gallae, Officin. Κηκίδες, Graecorum; vulgo *noix de galle*. Corpora sunt quercubus adnascentia, quorum genera traduntur multa, magnitudine, colore, laevitate aut asperitate superficiei, pondere, figura differentia. Quercubus adnascuntur seu arboribus glandiferis, sed non in omnibus regionibus, siquidem in frigidioribus non reperiuntur. Observat enim I. Raius quercus in Angliâ numquam gallas protulisse; cuius rei hanc rationem affert, scilicet insecta illa quibus gallae ortum suum debent, ibi non reperiri. Arboris fructus non sunt, ut quidam opinantur; sed tumores praeter naturam, qui insectorum quorumdam animalium morsibus, lancinationibusve originem suam (1) debent. Insecta enim et in primis muscae quaedam hujus arboris gem-

(1) « Les galles sont des excroissances formées sur les végétaux par la piqûre du *cynips*. Cet insecte habite sur diverses plantes; il y a même des arbres, tels que le chêne, qui nourrissent plusieurs espèces de *cynips*. Les uns piquent les fleurs, les autres les rameaux; ceux-ci les feuilles, ceux-là les pétioles. La bouche des *cynips* est garnie de mâchoires et dépourvue de trompe; ils ont la tête petite, les antennes fines, longues de treize à quinze articles; les ailes grandes et presque sans nervures; le thorax comme bossu; l'abdomen comprimé sur les côtés et tranchant par en bas, où il contient, entre deux lames écailleuses, un aiguillon qui se recourbe en spirale, et sort seulement lorsque l'insecte veut déposer son oeuf sous l'épiderme d'une plante. Sa piqûre y cause une protubérance qui va toujours croissant, et dans laquelle la larve vit jusqu'au moment de sa métamorphose: alors elle ronge sa prison, et le lieu de sa sortie est marqué par le trou dont la galle est percée. Quelquefois cependant la larve meurt avant cette époque, ou bien elle ne peut parvenir à se frayer un passage: dans ce cas la galle reste imperforée. La noix de galle laisse déposer par sa simple infusion dans l'eau, des cristaux disposés en soleil, de couleur grise, de saveur aigre et styptique: c'est l'acide gallique, qui conserve les propriétés de la substance qui l'a fourni. L'alcool bouillant dissout parties égales de cet acide; froid, il en dissout le quart. L'alcool gallique qui en résulte, paraît un astringent très-énergique, susceptible de remplir des indications curatives variées. » Cout. Dictionn. méd. Scient. tom. XVII pag. 265 sq. ubi gallarum usum tantopere a veteribus celebratum, nostris apud nos diebus in medicina paene exclusum

mas, folia, surculos teneriores pungentia, tenuia vasa dilacerant: succus inde effluit, copiosior appellit ob minutam resistentiam, vasa ab humore uberius appellente ampliantur magis ac magis; inde tumores illi multiformes, qui licet arboris respectu praeternaturales sint, a natura tamen destinantur, ut sint velut matrices et uteri insectorum eorumdem ovis excipiendis, tuendis, fovendis, foetibus excludendis editisque alandis inservientes. Dum gallae maturae atque recentes aperiuntur, vermiculi, vel potius nymphae, modo unicae in centro, modo plures in totidem cellulis reperiuntur, quae post aliquod temporis intervallum in muscas evolvuntur eiusdem vel etiam diversi generis. Paulo post viam sibi quaerunt gallae substantiam erodendo, ac tandem in superficie foramen rotundum aperiunt, per quod exeunt et avolant. Si gallae foraminibus perforatae non sint, vermiculus aut musca in illis deprehenditur: si vero apertae sint, vacuae reperiuntur, aut aliis animalculis referiae, quae forte fortuna foraminulum subierunt, et in hoc cuniculum se receperunt.

Gallarum genera duo in officinis distinguuntur, scilicet Alepenses seu orientales, vulgo, *noix de galles d'Alep* vel *Alèpines*, et nostrates.

Alepenses subrotundae sunt, avellanae vel nuculae magnitudinem aequantes, angulosae, tuberculis interdum paucis, interdum multis asperatae, ponderosae, colore albicante, glauco, aut nigricante, intus densae et resinosae, gustu astringente et acerbo. Nostrates rotundae sunt, subrubrae vel rufae, superficie laeves, pondere leviores, fractu faciles, substantia rariores, fungosae, nonnumquam cavernosae. Minus praestant, tum in arte infectoria, tum in medicina: nec Veteribus ignotae fuerunt. Prior ὀξυκέρις altera ὀνοκέρις, quasi asinina dicta fuit.

Gallae vehementer astringunt. Hinc in dysenteriis, alvi fluxu, haemorrhagiis intus sumptae a plurimis laudantur.

Externe quoque ad astringendum, repercutiendum et partes laxiores firmandas ac roborandas adhibentur. Ad insessus uteri, contra vulvae et sedis procidentias fluxionesque decoctum earum usurpatur.

Hactenus de Gallis nostras Cl. Geoffroy, Tract. de Mater. med. t. II, pag. 778 sqq. Nunc de Cocco disseraptem audiamus.

Kermes, granum infectorium; coccum baphicum, coccum infectorium Offic. κόκκος βαφική Dioscoridis: kermes et karmes Arabum: vulgo, *graine de kermès, graine d'écarlate, vermillon.* Folliculus est membranaceus, pisi magnitudine, laevis, splendens, ex rubro fuscus prunorum adiustar, tennis-

auctor queritur. Gallis quoque vim stypticam inspissantem corroborantemque Linnaeus tribuit, et ad haemorrhagiam commendat, Mat. med. pag. 25, ed. Schrebero. Infectoribus familiaris est earum usus, necnon etiam ad atramentum, quod scriptorium vocamus, praeparandum. Quod ad ipsum pertinet insectum, Hymenopteris adscribitur: *Cynips quercus folii*, nigra, thorace fusco, pedibus griseis, femoribus subtus nigris. System. Natur. 918; Frisch. Insect. II, t. 3, f. 5. Optimas autem gallas ferre dicitur *Quercus Cerris*, de qua alias diximus. Huic arbori tuberculorum eorum, quae cynips excitat, tanta insidet copia, ut ramulus vix palmam superans, novem aut decem eiusmodi gallis obsitus reperiatur. Aliis tamen videntur eae praestantiores, quae *Q. Aegylopi* innascuntur. Ed. P.

Digitized by Google

sima lanugine vel pulvisculo cinereo tectus, innumeris turgens ovulis rubentibus vel atium animalculis, quae digitis attrita liquorem fundunt coccineum, saporis subacris, subamaricantis, odoris non ingrati. Foliis et teneris surculis cuiusdam ilicis adhaeret: non quidem in omnibus regionibus; sed in calidioribus solummodo, nec omni tempore reperitur, sed mensibus maio et iunio, et quidem calidioribus annis.

Planta dicitur ilex aculeata coccigiandifera, C. B. P. 425 (1).

Frutex est qui ex radice lignosa, longe lateque serpente, cortice tecta coloris diversi pro ratione soli, modo rubente, tenui, quatuor vel sex lineas crassa, nonnumquam fibrata, plures stolones emittit ad trium quatuorve palmorum altitudinem, ligneos, cortice tenui albicante vel cinereo circumvestitos, et in plures ramos divisos, onustos foliis inordinatim positis, sinuosis et undulatis oris spinisque armatis, aquifolii proximis sed minoribus, octo decemve lineas longis, sed septemve latis, utrinque glabris, laete et semper virentibus, pediculo limixis lineam circiter longo. Flores profert masculinos et feminineos in eodem individuo. Flores masculini in amentum laxum digesti perianthio donantur monophyllo, quinquefido vel quadrifido, laciniis bifidis acutis, absque corolla; staminibus vero pluribus (octo circiter) brevissimis, quorum antherae magnae et didymae. Feminini vero in gemma sessiles constant perianthio monophyllo, coriaceo, hemisphaerico, scabro, integerrimo, in flore vix manifesto, etiam absque corolla. Germen ovato minimo styli duo vel quinque insident, setacei, calyce longiores, stigmata simplicia et persistentia gerentes. Fructus nux est ovalis crusta gaudens coriacea, univalvi basi derasa, affixa brevi calyci et quasi spinoso, teres et glabra. Nascitur in Gallia meridionali, Hispania, Italia, Oriente, etc.

Praeter genuinos fructus, glandes nempe, quidam veluti folliculus maio mense, variis in huiusce fruticis partibus conspicitur, magnopere celebratus, coccum infectorium dictus, de cuius origine inter auctores diu certamen fuit. Alii enim fructum esse opinati sunt; alii quoddam recrementi genus ex vulnere ab insecto quodam arbori inflicto natum; alii denique aliud senserunt. Verum sagacissimus naturae arcanorum scrutator D. De Réaumur, (2) quo diligentiorem accuratioremve reperire est neminem, detexit tandem coccum infectorium insecti quoddam esse genus illorum ex familia, quae *gallo-insecta* ipsi dicuntur. (3)

In huius cocci accremento tria cum Emerico Aquisextiensi Medico (4) tempora distinguit:

1° Ineunte martio, animalculum quoddam semine milii minus, millepedarum forma oblongo-ovata; versus caudam paulo acutiore, parte aliqua convexum, rubrum, punctulis plurimis aureis micantibus insignitum, et rugis aliquot transversis distinctum, sex donatum pedibus, duobus antennis facile mobilibus, et totius corporis longitudinem fere aequantibus, oculis nigris

(1) Nobis *Quercus coccifera*, de qua conf. Excurs. de Quercubus Veterum ad calcem lib. XVI, tom. V, pag. 658 edit. huiusce. Ed. P.

(2) Mémoires pour servir à l'Histoire des Insectes, t. IV, Mem. I.

(3) Insectum illud a Linnaeo *Hemipteris* adscribitur, *Coccus querous coccifeae*. System. Natur. 740. Ed. P.

(4) Histoire des Plantes qui naissent aux environs d'Aix, par M. Garidel.

et duplici cauda immobili eiusdem cum corpore longitudinis, ilicis trunco, ramis et foliis adhaeret, ibique torpidum et immobile fit et senim intumescit. Si tunc temporis in ilice ope microscopii animalculi corpus observetur dum intumescit, coccineum apparet punctulis aureis nitens; tomento quodam involutum albicante, quod in quibusdam dorsi locis, sub ventre et circa ventrem in floccos erigitur, sic nidi speciem repraesentat. Dorsum in haemisphaerium multum intumescit rugosum; et in anteriore corporis parte capitis vice protuberantiae tres perspiciuntur, media crassior subrotunda, duae laterales exiliores, et versus mediam incurvatae.

2° Alterum accretionis tempus est circa mensem aprilem; tunc animal prorsus mutatum pisi figuram et magnitudinem aequat. Eius membrana seu cutis firmior est, et tomentum quod initio fasciatim tantum in eius cutim nascebatur, totam grani superficiem pulvisculi adinstar tegit; tuncque non amplius animalculum, sed folliculus videtur sanguine pallido et seroso repletus.

3° Circa mail medium vel finem, tertium occurrit tempus, quo in interiore folliculi parte sub animalculi ventre tenuissima reperiuntur granula ovata, seminibus papaveris albi dimidio circiter minora, colore pallide rubentia, et punctulis aureis distincta. Constant ex membrana tenui, candida, pellucida et liquore pallido rubente. Duo milia circiter in singulis folliculis continentur. Prioris animalculi ovula sunt, ex quibus excussis prodeunt eiusdem generis animalcula prorsus similia, quae per ilicis ramos et folia vagantur, donec vere sequenti ad trunci ramorumque divisiones sedem figant suos fetus editura.

Dum hoc animalculum seu kermes ad debitam magnitudinem intumescit, tunc ventris cutis seu corporis pars prona intus circa dorsum convellitur, et vacuum quoddam spatium inter ventrem et tomentum cui insidebat, relinquit: sicque millepedae semiconvolutae similis fit. Hoc in spatio vacuo ovula sua deponit; quo facto, moritur et exsiccatur.

Excussis ovulis, animalcula aliquamdiu sub matris cadavere delitescunt; deinde in lucem prodeunt, pabulum in folia quaesitura, non rodendo ut erucae, sed illorum succum proboscide sugendo.

Duplicis sexus inter ea distinguit D. De Reaumur; feminas nempe de quibus hactenus, et mares a prioribus distinctissimos. Sunt enim, iuxta Emericum, mascas exiguae culicibus quodamtenus similes; sex pedibus instructae, quatuor anterioribus brevioribus, et duobus posterioribus longioribus, quatuor articulationibus divisis et tribus unguiculis curvis armati. Duae sunt antennae in capite sesquilineam longae, mobiles, oblique striatae, articulatae. Cauda quaedam posticae corporis parti subnectitur, semilineam longa, quae identidem in duas partes dehiscit. Totum corpus duabus alis translucidis obtegitur. Ad instar pulicum magno impetu saliunt, et feminis fecundandis destinantur.

Messis, prout hiems saevior mitiorve fuerit, minus vel magis fertilis est. Mulieres ante solis ortum unguibus coccum deradunt: et ne factura fiat insectulorum exclusione, illud aceto insperguntur, ac deinde soli exponunt siccandum; unde colorem rubrum acquirit.

De alia kermes specie albicante Garidellus et Emericus mentionem fa-

cium, quam vermiculi matrem a rusticis nominari referunt. Sed asserunt hanc speciem ova parturire albicantia, ex quibus albicantia quoque animalcula maculis argenteis notata nascuntur, non vero rubra, ut, Quiquerannus narrat, ita ut secundum eorum sententiam, alia species sit kermes a rubra parum discrepans.

Aliam cocci speciem nigricantem Hyacinthus Gestonius in Hetruria circa Liburnum observavit super ilices pumilas, cocco infectorio similem. Hoc maturitatem adeptum, succo albicante et albidis ovulis turget: ex eo erumpunt animalcula kermesinis haud dissimilia, sed albicantia; quorum historiam fuse enarratam legere est in operibus Antonii Vallisnieri. Ex his itaque concludere licet plurimas esse horum animalculorum coccorumque species colore tantum diversas, quarum rubra sola in usum medicum et infectorium venit.

Coccum baphicum duobus usibus inservit, nimirum medicinae, et lanis aut serieis tingendis.

Pro medicinae usu grana recens collecta et bene matura in mortario marmoreo tunduntur: contusa digeruntur in loco frigido per septem vel octo horas, ut succi tenacitas tantisper dividatur: postea succus exprimitur, per aliquot horas in loco remoto reponitur, ut crassiores partes in vasis fundum subsideant. Sensim effunditur liquor, et a faecibus crassioribus separatur. Succo defaecato sacchari albi sequalis portio admiscetur, et blando ignis calore ad spissioris syrupi consistentiam excoquitur. Misturam hanc conservum appellant, aut succum syrupumve de kermes, ex quo celebris illa confectio alkermes praeparatur. Alii eumdem syrupum sine igne praeparant hac ratione. Vnicae contusorum granorum kermes parti tres sacchari partes permiscentur, et per diem integrum macerantur in loco frigido. Succus cum expressione transcolatus syrupi consistentiam obtinet. Praestantior censetur priore, cui non mediocrem volatilium partium portionem ignis ademit. Ex Occitania sub nomine succi vel syrupi kermes ille succus sic paratus, ad exteras nationes magna copia transvehitur.

Si vero grana integra servare velint, matura illa colligunt, et in cubiculo undique aperto aeri libero super linteamina exponunt. Initio, quamdiu humore abundant, bis terve in die versant, ne incalescant nimium. Si vero animalcula, incitato calore, prorepant et effugere nitantur, tum a custode qui continuus assidet, concussu lintei in medium usque reiiciuntur, donec emorianturur. Tunc animalcula sub coccinei pulveris specie cribro a foliis separantur; deinde digitis leniter prehensa comprimuntur, et in pilas seu pastillos rediguntur sole exsiccandos. Pastilli dicuntur scarlatini, vulgo *pastel d'écarlate*, vel *écarlate de graine*. Folliculi vero semivacui seorsim exsiccati servantur.

Pro infectorum usu coccum eodem supradicto modo praeparatur, eo tantum discrimine, quod evacuati folliculi et corbibus excepti bis terve in aceto acerrimum immerguntur, ac tandem super lintea expansi exsiccantur; unde colorem rubicundum, et magis nitentem sequiruut. Pulvis quoque rubens seu animalcula, statim atque se incipiunt movere, forti aceto irroran-

tur, donec in massam redigantur, ex qua formantur pastilli seu mamulae probe exsiccandae, et ad exteras nationes transmittendae. Hodie in Gallia rarioris est usus apud infectores, ex quo tempore coccinella (*la cochenille*) nobis allata fuit (1).

(1) *Coccinellam* ex Insula Jamaica Mexicanoque regno advehunt; collectam nempe in *Cacto coccinellifero*; *Icosand. monogyn.* Lin. *Cact.* Juss. Insectum ex *Hemipterorum* familia, *Coccus Cacti coccinelliferi* dicitur Linnaeo System. Natur. 742. Ed. P.

EXCVRSVS II

DE GALBANO.

Ad ea Plinii verba, lib. XXIV, cap. 13:

Neque humidum, neque aridum probatur; sed quale docuimus. Per se bibitur, etc.

Nous avons retenu cette dénomination employée par les Latins, qui l'ont eux-mêmes traduite du grec γαλβάνη ou χαλβάνη, pour désigner un suc gummo-résineux, concret, tenace, d'une couleur blanchâtre lorsqu'il est récent, jaunâtre ou fauve quand il est vieux, marbré de taches blanches, brillantes, ressemblant beaucoup aux ongles.

Il nous est apporté, tantôt sous forme de grains ou de *larmes*, purs et demi-transparents, tantôt en masses ou en *pains* bruns, non tachetés, sans la plus légère apparence de pellucidité, et souillés de terre, de sable, de bois ou d'autres impuretés.

Le galbanum imprime sur la langue une sensation de chaleur, d'amertume et d'âcreté; il exhale une odeur forte particulière qui, désagréable pour la plupart des individus, ne déplaît point aux hystériques et aux hypocondriaques.

Plusieurs ombellifères fournissent, sinon du vrai galbanum, du moins un suc très-analogue. Toutefois, le galbanum en larmes, que les pharmaciens conservent dans leurs officines, paraît distiller du *Bubon Galbanum* de Linné, qui va se ranger, avec les autres ombellées, dans la pentandrie digynie de l'immortel naturaliste suédois.

Cet arbrisseau toujours vert croît en Afrique et en Asie. La tige, cylindrique, grosse comme le pouce, articulée, lisse, rameuse, s'élève à la hauteur de trois à cinq pieds. Les feuilles alternes, deux fois ailées, se divisent en folioles cunéiformes, striées, incisées et dentées en leur bord supérieur. Les ombelles, terminales, solitaires au sommet des rameaux, sont munies de collerettes polyphylles. Les fleurs petites, jaunâtres, produisent chacune deux graines accolées, glabres, cylindroïdes, striées, et non ailées.

Toute cette plante, dit Lamarck, est remplie d'un suc visqueux, laiteux, clair, qui découle en petite quantité par l'incision, et quelquefois de lui-même, des noeuds des tiges qui ont trois ou quatre ans, mais on a généralement l'habitude de couper celles-ci à deux ou trois travers de doigt de la racine, et le suc distille goutte à goutte. Quelques heures après il se condense, se durcit, et on le recueille.

Analysé par l'habile pharmacien J. Pelletier, le galbanum a donné 66,86 de résine, 19,28 de gomme, 7,51 de ligneux, 6,34 d'eau et d'huile volatile.

Si, pour apprécier les vertus d'un remède, il suffisait d'accumuler les autorités, peu de substances occuperaient dans les fastes de la matière medicale un rang plus distingué, plus éminent que le galbanum. En effet, Dioscoride énumère longuement les propriétés de ce suc, et indique le moyen de le purifier. Hippocrate en recommandait l'application contre les affections morbeuses de l'utérus. Galien l'employait dans les cachexies, pour échauffer et stimuler. Le professeur Pinel, thérapeutiste aussi judicieux que nosographe illustre, déclare que le galbanum dissipe les flatuosités et calme les douleurs des intestins qui en proviennent; il ajoute qu'on le regarde comme atténuant dans l'asthme et la toux opiniâtre, et qu'on s'en sert à titre de topique pour calmer certaines névroses.

Le docteur Alibert juge plus sévèrement la galbanum, qui doit à son antique renommée l'avantage de figurer encore parmi les substances medicinales On le prescrit intérieurement, soit suspendu dans un jaune d'oeuf ou dans un mucilage de gomme arabique, soit incorporé dans des pilules, à la dose de six à vingt grains. Il est plus souvent appliqué à l'extérieur: on en fait des linîments, des emplâtres, des fumigations. Dissous dans le vinaigre, il contribue puissamment à la guérison des cors, selon Spielmann et Boudet. Digéré dans l'huile de térébenthine, il lui communique une couleur bleuâtre, et constitue le *galbanetum* de Paracelse, qu'on a vanté avec la plus fastueuse et la plus ridicule exagération.

Le galbanum entre dans une foule de mélanges pharmaceutiques qui malgré leur composition bizarre ou monstrueuse, n'ont pas entièrement perdu leur vogue, et conservent même des partisans, à la vérité plus ardents qu'éclairés. Je citerai seulement le thériaque, le mithridate, l'orviétan, le diascordium de Fracastor, l'onguent des apôtres ou dodécopharmaque d'Avicenne, le baume utérin de Charas, les emplâtres diaphorétiques de Mynsicht, diachylon gommé, d'althaea de Nicolas Myrepsus, divin de Jacques Lemort, *manus dei*, magnétique d'Ange Sala, opodeldoch, diabotanum de Blondel.

Ex Scientiar. medic. Diction. voc. *Galbanum*. Cf. etiam Geoffroi, Tractat. de Mater. medic. tom. II, pag. 631 sqq.

EXCVRSVS III

DE HAMMONIACO.

Ad ea Plinii verba, lib. XXIV, cap. 14:

Similis ammoniaci natura atque lacrymae, probandae, ut diximus: mollit, calfacit, discutit, dissolvit, etc.

Hammoniacum et gummi hammoniacum Officin. ἀμμωνιακὸν Dioscoridis: ἀμμωνιακὸν θυμίαμα Galeni: gutta hammoniaca Latinorum: vulgo, *gomme ammoniaque*. Succus est concretus inter gummi et resinam medius, dum manibus tractatur lenitore mollescens, modo in maiores glebas coactus, et ex grumis congestus, unguibus lactei coloris nitentibus aut rufis disseminatis per substantiam coloris obsoleti et fere fusci, ut benzoini mistioni amygdaloideae non inepte possit comparari, modo in lacrymas seu grumulos densos solidosque concretus, thuri non dissimiles, foris flavescentes vel fuscos, intus candidos aut flavescentes, nitidos et splendentes; sapore primum dulci, postea amaricante; odore fragranti, ad galbanum accedente, sed virosiore. Sub dentibus facile diducitur sibi cohaerens, magisque albescit: carbonibus accensis iniectum in flammam exardet; et aceto vel aqua calida solvitur. Ex Alexandria Aegypti affertur.

Lacrymae pro usu interno glebis anteponuntur. Eliguntur maiores, purae, aridae, quae nullis arenis, terra, aut aliis rebus extraneis sordescunt. Glebae vero probantur sincerae, quae multa grana pura permista habent. Si sordibus coinquinatae fuerint, ab illis purgantur, solvendo in aceto, percolando, et inspissando: sed haec praeparatio multum de partibus eius tenuibus et volatilibus aufert.

Dioscorides θραῦσμα dicit illud hammoniacum, quod nitidum est et in lacrymas concretum; et ῥύπαμα quod impurum est, terrae arenularumve particeps. Narrat liquorem esse ferulaceae cuiusdam arboris quae nascitur in ea Libyae parte quae est iuxta Hammonis templum: Ille frutex, inquit, ἀγασυλλὶς dicitur: illum vero Plinius metopion nominat.

Revera hammoniacum, lactis instar, vel sponte, vel per vulnera fluit ex quadam nondum descripta planta umbellifera, ut manifestum est ex seminibus, quae in glebis huius gummi saepe reperiuntur, foliaceis nempe et anethinis similibus, sed maioribus. Planta vero nascitur in ea Africae parte quae Aegypto ad occasum adiacet, quaeque hodie dicitur Regnum *de Barca*, in quo fuit olim templum celeberrimum Iovi Hammoni dicatum, unde gummi nomen.

Hammoniacum partes duras emollit, humores crassos incidit, lentos ac

tenaces resolvit, colleetos discutit. Asthmaticis prodest; cruda pulmonum tubercula dissipat; hepatis, mesenterii, lienis, et uteri scirrhos resolvit; menses suppressos promovet, obstructiones aperit; articulorum tophos discutit, et alvum nonnumquam blande subducit, etc.

Hactenus S. F. Geoffroy, Tractat. de Mater. méd. t. II, p. 602, sqq. Quae dum eruditissimus ac limatissimus, ut Linnaeus ait, auctor proderet, ad medicae, qualis tunc erat, artis normam satis exacta videri poterant: quum vero nostris temporibus, pro medicae et chymicae Rei incrementis, plura in Geoffraeo desideeanda intelligeremus, operae pretium fore iudicavimus pauca ex iis quae de gummium generibus Dr. Barbina nostras scripsit, delibata subiungere, ut non integram quidem, sed paulo plenioremhammoniaci historiam sisteremus.

Gomme ammoniaque, *gummi ammoniacum*. Cette substance appartient à la classe des gommes-résines. On a long-temps ignoré de quel végétal sortait cette substance. Willdenow nous a appris qu'elle provenait d'une espèce d'heracleum, qu'il a nommée *Heracleum gummiferum*, famille des ombellifères (1). La gomme ammoniaque nous vient de l'Égypte et des Indes-Orientales. Il paraît qu'on la retirait d'abord d'une contrée de l'Égypte où Jupiter Ammon avait un temple, et que c'est de là que lui vient le nom d'ammoniaque. Cette substance est solide, en masses ou en larmes; elle a une couleur jaune-pâle, roussâtre au dehors: on trouve dans son intérieur des morceaux de la grosseur d'une amande, qui sont plus blancs et plus purs.

La gomme ammoniaque a une saveur légèrement amère et nauséabondes, une odeur faible et désagréable. Cette substance se dissout en partie dans l'eau et en partie dans l'alcool. La dissolution aqueuse est laiteuse d'abord, elle dépose peu à peu une portion résineuse. L'alcool en dissout 0,50. La liqueur est très-limpide, et ne laisse rien précipiter par le repos. Lorsque l'on distille la gomme ammoniaque avec l'alcool ou avec l'eau, il ne passe aucun principe de cette gomme dans le produit de la distillation. La gomme ammoniaque se dissout aussi dans le vinaigre et dans les alcalis, selon M. Hatchett. L'analyse chimique de 100 parties de gomme ammoniaque a fourni ce résultat: gomme, 18,4, résine, 70, matière glutiniforme 4,4, eau, 6, perte, 1,2. Bracounot, *Annal. de chimie*, tom. LXVIII.

La gomme ammoniaque exerce sur nos organes une impression stimulante: par son action immédiate elle appartient à la classe des médicaments excitants. Donnée à la dose de quinze à vingt grains et au-dessus, la gomme ammoniaque cause des nausées, de la soif, un sentiment de chaleur à la région épigastrique, quelquefois elle excite des évacuations alvines. Tous ces effets tiennent à l'impression directe que cette substance exerce sur la surface gastro-intestinale; ces effets ne durent pas, ils cessent après trois ou quatre prises de gomme ammoniaque; ils sont, en quelque manière, indépendants des changements ultérieurs que la vertu excitante de cette substance médicinale suscite dans toutes les parties. La soif, les nausées, les déjections dérivent de l'irritation que la premier contact de la gomme ammoniaque occasionne sur la surface interne de la gorge, de l'estomac et des intestins;

(1) Hort. Berolin. I, t. 53, 54. Ed.

mais bientôt cette surface s'habitue à l'impression de cet agent, ces effets ou ces accidents n'ont plus lieu, et la gomme ammoniaque n'en développe que mieux sa puissance excitante, qui dérive de l'absorption de ses molécules et de leur action sur l'économie animale. Elle accélère la circulation du sang, élève la température vitale, cause une excitation de tous les appareils organiques, donne lieu, en un mot, à une médication générale; or, c'est aux principes de la gomme ammoniaque, importés par l'absorption dans le torrent circulatoire, qu'il faut attribuer ces changements organiques.

Les effets immédiats de la gomme ammoniaque serviront à expliquer les avantages que l'on obtient de son emploi. On a vanté cette substance comme un puissant expectorant; en effet, lorsque des mucosités toujours renaissantes semblent remplir les bronches, comme dans les catarrhes chroniques, les toux humides, dans les péripneumonies fausses, etc. et que le système pulmonaire paraît dans l'inertie, que son action expultrice est affaiblie, la gomme ammoniaque se montre un moyen très-efficace pour rétablir l'expectoration. L'impression stimulante qu'elle exerce sur la surface gastrique, et qui, par sympathie, se transmet aux poumons, l'action immédiate que les molécules de cette substance portent sur le tissu pulmonaire, si l'on prend une dose assez forte de gomme ammoniaque pour que le produit de l'absorption de ses molécules doive être compté, voilà des causes qui expliqueront bien les changements que l'on remarque dans l'appareil pulmonaire, après l'emploi de l'agent médicinal dont nous nous occupons. On donne tous les jours, avec succès, comme médicament expectorant, un looch fait avec la gomme ammoniaque dissoute dans l'eau d'hyssope, de menthe ou de roses, unie à l'oxymel scillitique ou au sirop de lierre terrestre.

La gomme ammoniaque a aussi la réputation d'un bon emménagogue. On conçoit facilement que l'influence stimulante que met en jeu cette substance sur tout le système animal, peut, quand elle s'exerce sur l'appareil utérin, aider l'établissement de la congestion sanguine qui précède et amène l'écoulement menstruel. Il est évident, par suite de ce premier principe, que dans les cas où les règles sont retenues par un défaut d'activité de l'utérus, ou par une débilité qui embrasse tout le corps, comme cela se rencontre souvent dans les jeunes filles, la gomme ammoniaque sera un moyen très-recommandable.

On donne aussi, dans les auteurs de matière médicale, la gomme ammoniaque comme un fondant héroïque. Mais avant de chercher d'où peut procéder cette vertu, il faudrait se pénétrer de la nature des lésions organiques que l'on veut combattre quand on a recours aux fondants. Car rien n'est plus vague que la signification de ce titre en médecine, et la pathologie, qui doit toujours servir de guide à la matière médicale, a tellement changé la doctrine des obstructions, que les fondants ont perdu tout leur crédit. Si la gomme ammoniaque s'est montrée utile dans quelque empâtement de viscère, par suite d'atonie, c'est encore de son action stimulante qu'il faut faire dériver ces avantages. Dans ces occasions on unit la gomme ammoniaque avec le savon médicinal, avec l'extrait de pissenlit, de méniamthe ou autre.

On fait aussi usage, pour des applications topiques, de la matière gommo-résineuse qui nous occupe; et c'est encore sa vertu excitante qui fait alors tout son mérite. On applique cette substance sur des tumeurs indolentes;

pour en déterminer ou la résolution ou la suppuration. Son action excitante explique également ces deux résultats. En augmentant la vitalité dans la tumeur que recouvre le topique, on y provoque un travail intestin qui doit avoir pour produit, ou de faire rentrer dans la masse circulatoire les humeurs accumulées dans ce point, ou de déterminer le travail de la suppuration. La gomme ammoniaque entre dans la composition des emplâtres fondants, diachylum gommé, de ciguë, etc.

A l'intérieur, on administre la gomme ammoniaque à la dose de quatre à six grains, réitérés deux à trois fois dans la journée; alors on continue l'emploi de cette substance pendant un certain temps. On peut aussi la donner à plus haute dose, à un scrupule, par exemple; on n'a ordinairement recours à la gomme ammoniaque que pour en obtenir un effet momentané, quand on l'emploie à cette dose.

Ex laud. sup. medic. Scientiar. Diction. voc. *Gomme ammoniaque*, tom. XVIII, p. 575 sqq.

EXCVRSVS IV

DE STYRACE

Ad ea Plinii verba, lib. XXIV, cap. 13:

Placet praeter illa quae diximus, maxime pinguis, purus, etc.

Officinae, praeeuntibus Arabibus, styracem distinguunt hodie in liquidum et siccum; quum Graeci unicum tantum styracem agnoscant, siccum nempe, liquidum vero non novisse, videantur. Haec duo styracis genera sunt prorsus diversa. De sicco paulo post tractabimus, nunc autem de liquido.

Styrax liquidus Officin. *Miah* Arabum: *cotter-mija* Turcarum: *roca-malha* Sinensium, Garciae: vulgo *storax liquide*. Succus est resinosus, cuius duplex genus in officinis reperitur; purum, et impurum aut crassum. Styrax liquidus purior succus est resinosus, mellcae et tenacis substantiae, terebinthinae similis, semipellucidae; coloris fusci aut ex fusco rubentis, vel etiam ex cinereo fusci; odore valido ad styracem solidum nonnihil accedente, sed ob vehementiam fere ingrato; sapore acriusculo, aromatico, oleoso. Probatur lentus, fulvus, pellucidus, odoratissimus.

Styrax minus purus aut crassus succus est resinosus, faeculentus, fuscus vel subcinereus, opacus, pinguis et minus odoratus, et videtur esse portio faeculenta prioris: nec in medicamentis etiam externis nisi colatus et a faecibus purgatus usurpari debet. Officinarum vulgus, post quosdam Arabes, stactes nomen styraci liquido tribuerunt, sed perperam, quum stacte Graecorum sit myrrhae colamen, ut videre est apud Dioscoridem. Raro styrax liquidus purus et sincerus in officinis reperitur: saepe enim ligni scrobe vel pulvere conspurcatur, aut factitii liquores in eius locum substituuntur.

De styracis liquidi origine magna inter auctores dissensio est: alii enim opinantur nihil aliud esse quam myrrhae colamen, ratione nominis stactes quo donatur a quibusdam. Sed praeter saporis et odoris discrepantiam inter myrrham et styracem, res prorsus diversas essa liquet ex eo quod myrrha, utpote media inter gummi et resinas substantia, in quovis aquoso liquore facile pro parte dissolvatur; liquidus autem styrax minime, sed in oleoso et pingui tantummodo, ut aliae resinae. Aliis factitium quid ex styrace calamita in oleo ac vino soluto, admistaque terebinthina Venata excocta; quae decoctio quum refrixerit, styrax liquidus ad fundum secedere dicitur, superius vero innatare oleosam substantiam. Alii expressione idem moliuntur. Aliis est oleum ex nucleis arboris storacifluae expressum. Aliis fit per decoctionem corticis vel ramusculorum tenerorum et gemmarum styracis,

vel; ut alii volunt, liquidambaris. Alii styracem calamitam et liquidum eumdem esse succum, consistentia tantummodo diversum affirmant. Samuel Dale testatur quodcumque in pharmacopoliis Londinensibus pro styrace liquido venditur, rem omnino factitiam esse.

Verumtamen Iacobus Petiver, pharmacopoeus Londinensis, Regiae societatis socius, et sagax naturalis historiae scrutator, Actis Philosoph. Reg. Soc. Lond. n. 313, refert styracem liquidum, a Turcis et Arabibus *cotter-mija* dictum, succum esse cuiusdam arboris *rosa mallos* dictae, (1) quae in insula Cobros maris Erythraei nascitur, trium dierum itinere ab urbe *Suez* distante. Huius arboris corticem singulis annis deglubunt, et contusum in aqua marina coquunt usque ad visci consistentiam: tum resinosam substantiam supernatantem colligunt. Verum quum adhuc multum crassamenti seu corticis pulverati contineat, eam denuo aqua marina bulliente liquant et percolant. Sic defaecatam resinam et crassamentum faeculentum residuum seorsim doliolis includunt, et Moccam Arabiae emporium transvehunt. Et hae duae sunt styracis liquidi species quae in officinis occurrunt.

Hoc odoramentum apud orientales populos multi aestimatur, et magni est usus. Geoffroy, Tract. de Mat. med. tom. II, pag. 492 sqq.

Quae Geoffraeus, dum Materiam medicam tractaret, neque noverat, neque novisse poterat, nostras Dr. Merat, tam erudite, quam enucleate publicae notitiae fecit in magno med. Scient. Diction. Sic enim ille:

STYRAX, *styrax*, *storax liquidus*: substance liquide de la nature des baumes naturels, qui découle d'un arbre de la famille des amentacées, nommé par Linnaeus *Liquidambar styraciflua*, et placé par ce botaniste dans la monoécie polyandrie. L'*Altingia excelsa*, arbre de la famille des conifères, paraît produire aussi un suc analogue au styrax (De Candolle).

On distingue dans le commerce deux qualités de styrax, la première, qui est pure, est le suc tel qu'il coule de l'arbre dans les contrées chaudes de l'Amérique, le Mexique, etc. au moyen d'incisions que l'on fait à l'arbre; c'est cette qualité qu'on appelle *copalme*, *baume copalme*, *huile copalme*, *copalme de la Louisiane*, et qui est fort rare. Le second provient de la décoction que l'on fait des branches et rameaux de l'arbre dans l'Amérique septentrionale, en Virginie, à la Caroline, etc. pays où il ne sort pas spontanément par défaut de chaleur: c'est cette qualité qui est la plus ordinaire dans le commerce, et dont on se sert habituellement. Heureuse quand elle n'est pas falsifiée avec des huiles, de la térébenthine, etc.

Ainsi, le liquidambar et le styrax ne sont pas deux produits distincts,

(1) *Altingia excelsa* (*Monoec. monadelph.* gen. 2131 Pers, *Conifer.* Juss.): Conf. Noronn. Annal. Bot. Anglic. n. V, pag. 325. Haec arbor altissima Iavae, Cochinchinae, et insularum maris Rubri indigena, pinui maxime affinis, solo distinguitur numero binario seminum sub unaquaque strobili squama latentium. Ea est arbor *Rosamala*, quae storacem liquidum largitur, e rimis corticis emanantem. Cognoverunt autem eum Arabes nomine *miah*. Avicenn. 211; Serap. cap. 46. Hunc iam *Hobeitchas* e cortice arboris excelsae effluere, et ex insulis Indiae orientalibus advehi bene scivit. Conf. Sprengel, Hist. Rei herb. tom. I, pag. 268. Ed. P.

quoique Geoffroy les ait séparés dans sa matière médicale, (1) que cela semble même indiqué dans l'article *liquidambar* de cet ouvrage et dans quelques autres auteurs.

On obtient du *Liquidambar orientalis*, Lam. arbre qui croît dans l'Orient, vers la mer Rouge, dans l'Inde, un suc analogue au styrax provenant du *Liquidambar styraciflua*, Lin. Cette espèce qui nous arrive par Smyrne est identique à celle d'Amérique; on s'en sert souvent dans le pays pour composer du storax avec l'écorce et le bois moulus du *Styrax officinale*. Ce styrax se prépare par l'ébullition des branches et de l'écorce de liquidambar dans l'eau de mer jusqu'à consistance de glu; on recueille la substance résineuse qui surnage que l'on purifie de nouveau.

Le styrax qui arrive maintenant est de si mauvaise qualité, qu'on est obligée de le purifier, soit par la filtration après l'avoir chauffé, soit par sa solution dans l'alcool et sa précipitation lorsqu'on veut l'employer pour des médicaments internes.

On ne confondra donc pas le storax avec le styrax, comme on le fait dans plusieurs ouvrages, puisqu'ils proviennent d'arbres différents, et que l'un est solide et l'autre liquide, bien qu'ils aient entre eux de l'analogie de composition, et que leurs propriétés se ressemblent beaucoup.

Geoffraeus iterum de *styrace solido*, Mat. med. t. II, pag. 565:

Styrax solidus vel storax Offic. στύραξ Dioscoridis et Graecorum veterum: *astarac* vel *astorac* et *lebni* Avicennae, vulgo *storax*. Est substantia resinosa, cuius duae species iam a veteribus Graecis distinctae, nunc adhuc in officinis distinguuntur, scilicet styrax calamita, et styrax vulgaris, seu in glebas compactus.

Illae duae resinae styracis species non ab se invicem differunt. Prima est styracis lacryma, quae ex tenuioribus arboris rimis vel incisuris guttatim stillavit, et citissime exsiccata fuit atque collecta. Altera vero succus est ex grandioribus vulneribus uberius diffluens, qui nonnisi post diuturniorem moram inspissatur; ita ut aëris calidioris contactu rufescat vel nigrescat, antequam exsiccetur.

Tandem scobs quaedam lignea nonnihil resinosa, odore styracis perfusa, venalis prostat in officinis, quae scobs styracina, *saridles de storax* vulgo dicitur. Ad usum medicum inutilis est, et prorsus abiicienda.

Quidam ex Arabibus, et praesertim Serapio, styracem liquidum de quo ism egimus, quemque *miah* nominant, cum solido hoc styrace, sive styrace Graecorum confundunt. Haec duo tamen distinxit Avicenna, qui de styrace liquido sub nomine *miah*, et de styrace Graecorum seu sicco, tum sub nomine *astorac*, tum sub nomine *lebni* tractavit.

Paulus Aegineta, Nicolaus Myrepsus et Graecorum nonnulli de quodam stacte styrace mentionem faciunt, qui pro resina peculiari, et a styrace prorsus diversa a plurimis habetur: aliis vero nihil esse videtur aliud quam styracis resina liquida collecta et asservata, antequam crescat; de qua Dioscorides mentionem facit. Fortasse quoque illud nomen styraci liquidae seu *miah*

(1) De *Liquidambaro*, Mat. med. t. II, p. 490; de *Styrace liquido*, ib. p. 492. Ed. P.

Arabum Graeci impsuerunt. Rem decernere difficile est admodum, et caeteroquin parvi momenti.

Fusius et pro temporibus nostris aptius ad Rem botanicam medicamque Storace disserit Dr. Merat, iam supra laudatus:

On a souvent confondu, et beaucoup d'auteurs confondent encore le storax avec le styrax, produit liquide et de la nature des baumes, qui découle du *Liquidambar styraciflua*, Lin. Ces deux substances, quoique ayant entre elles les plus grands rapports, sont distinctes; l'une est un produit solide, l'autre est toujours liquide. Tout ce que les Anciens ont dit du styrax se rapporte probablement au storax, puisque le premier découle d'un arbre d'Amérique, tandis que le second provient d'un végétal qui croissait sous leurs yeux et qu'ils en employaient les produits tous les jours. Cependant comme le *Liquidambar orientalis*, Lam. vient dans l'Orient, et qu'il paraît donner un suc liquide, comme le *Liquidambar styraciflua*, il ne serait pas impossible qu'ils eussent aussi connu ce dernier; mais la confusion entre ces deux substances est surtout venue des noms: toutes les deux s'appellent *storax* ou *styrax* dans beaucoup de livres où on ne les distingue qu'en y ajoutant l'épithète de solide ou de liquide. Il vaut mieux, à l'exemple de la plupart des Modernes, appeler le suc solide du *Styrax officinale*, storax, et celui du *liquidambar*, styrax, ou mieux *liquidambar*; ce qui éviterait toute erreur de nomenclature.

Le *Styrax officinale*, Lin. appelé en français aliboufier, est un arbre de la hauteur de l'ollivier, à écorce grise, unie; ses feuilles sont alternes; pétiolées, ovales, entières, vertes et luisantes en dessus, blanchâtres et légèrement cotonneuses en dessous, molles et assez semblables à celles du coignassier (ce qui le faisait désigner, par C. Bauhin, par la phrase de *Styrax folio mali cotonei*); ses fleurs sont blanches, grandes, naissent cinq ou six ensemble, en grappes fort courtes, au sommet des rameaux de l'année, elles ont un calice monophylle à cinq dents courtes; une corolle monopétale, infundibuliforme, divisée profondément en cinq découpures lancéolées et presque droites; elle renferme huit ou dix étamines moins longues que la corolle; un ovaire supérieur auquel il succède une espèce de baie charnue, arrondie, du volume et de la figure d'une noisette, qui contient deux noyaux renfermant chacun un amande blanche, huileuse, d'une odeur résineuse, aplatis d'un côté et adossés l'un contre l'autre: ce fruit est couvert d'une peau blanche et cotonneuse; il reste environné à sa base par le calice. Cet arbre, qui fleurit au printemps, croît dans les forêts en Provence, d'où j'en ai reçu de beaux échantillons provenant des environs de Toulon, en Italie et dans le Levant. La grande quantité de fleurs dont il se couvre, et qui sont un peu semblables à celles de l'oranger, en fait un arbre d'ornement très-agreable.

Toutes les espèces du genre styrax paraissent propres à donner un suc semblable: le *Styrax grandifolium* d'Aiton, qui croît dans l'Amérique septentrionale, était pris par Walter pour le *Styrax officinale*; le vrai benjoin, le premier des baumes, est le produit du *Styrax benzoin*, Lin. comme on le soupçonnait. On voit donc qu'il y a la plus grande analogie entre tous ces sucs balsamiques.

Notre espèce ne donne que peu ou point de storax en Provence; cependant Duhamel dit en avoir vu couler abondamment d'un arbre près la Chartreuse de Montrieu; mais cet écoulement n'était sans doute qu'accidentel, et probablement le suc n'avait pas les qualités convenables, faute d'une chaleur suffisante pour se dessécher; tout celui du commerce vient de différents pays du Levant, tels que la Syrie, la Cilicie, la Palestine, l'Éthiopie, la Pamphilie, etc. par la voie de Marseille, venant de Smyrne et d'Alep.

On connaît, dans les officines, deux espèces de storax: 1.° le *storax en larmes*; 2.° le *storax commun* ou en masse.

Le *storax en larmes* paraît exsuder naturellement des fentes de l'arbre; il est composé de petits grains transparents, purs, brillants, un peu gras, s'amollissant sous les dents, d'un goût résineux, d'une odeur agréable, se fondant au feu en répandant une odeur pénétrante et donnant une flamme très-claire. On apportait autrefois cette substance de la Pamphilie dans des roseaux, d'après le témoignage de Galien (de Simpl. Lib. VIII): aujourd'hui il n'en vient plus de cette qualité, et les droguiers les plus riches en possèdent à peine quelques parcelles.

Au surplus, le nom de *calamite*, qui paraît avoir appartenu primitivement à cette espèce de storax, a été transporté parfois à la suivante; ce qui ajoute encore de la confusion dans leur détermination: il vaut donc mieux employer les expressions de storax en grains et de storax en pains. Murray prétend (*Appar. med.* pag. 107) que le nom de calamite ne vient pas de roseau (*calamus*), mais de *gabalitanum*; c'est-à-dire de la ville de Gabala, d'où on le récoltait. Les trois espèces que cet auteur admet rentrent dans les deux nôtres, car sa troisième espèce n'est que notre seconde ramollie.

Le *storax en pains* nous arrive en masses rougeâtres, résineuses, odorantes, suaves, du volume du poing jusqu'à celui d'une amande (ce dernier prend quelquefois le nom de *storax amandé*); on le reçoit dans des boîtes rondes de diverses grosseurs, parfois, d'après Pomet, dans des courges: quelquefois la masse s'amollit, jette une liqueur mielleuse dans laquelle on distingue des poussières ou éclats blanchâtres; ce qui ne lui fait perdre ni de son goût ni de sa saveur. Cette espèce découle abondamment de grandes incisions faites à l'arbre, et le suc qui se répand ne se coagule qu'avec le temps: nous en avons sous les yeux un morceau qui peut peser trois onces, de forme arrondie et qui paraît avoir été pétri étant encore mou; tant le contour en est lisse; ce qui fait supposer qu'il a été renfermé dans une vessie, comme cela avait lieu autrefois: il est aré et friable; son odeur est suave, tirant sur celle de la vanille; il se ramollit sous la dent, est d'une saveur amère-résineuse, qui n'a rien d'absolument désagréable.

Le storax est, comme tous les autres baumes, composé de résine, d'un peu de gomme, d'acide benzoïque et d'une huile essentielle: cette dernière est d'autant plus abondante, qu'ils sont plus liquides. Le storax en contient plus par conséquent que le benjoin, et le styrax plus que le storax; l'acide benzoïque, au contraire, est d'autant plus abondant, que le baume est plus solide: la résine est particulière à chaque espèce, et établit la différence entre elles. Au surplus, on n'a pas d'analyse exacte et récente du storax, non plus que du styrax; elle pourrait fournir des caractères plus positifs pour établir de nouvelles différences entre ces deux produits qui ont d'ailleurs tant de

rapports entre eux, quoique provenant d'arbres différents et de familles très-éloignées; ce qui prouve que des principes analogues peuvent se rencontrer dans différents groupes de plantes. La composition chimique du storax explique pourquoi ce médicament est plus soluble dans l'alcool que dans l'eau, à laquelle il donne pourtant son odeur et une couleur jaunâtre, et pourquoi on peut retirer de cette substance de l'acide benzoïque, comme du benjoin lui-même.

Le storax est un médicament dont on faisait autrefois un usage fréquent; on l'employait dans l'asthme humide, la raucité de la voix, la toux opiniâtre, les engorgements des poumons, la phthisie, etc. on s'en servait aussi comme antispasmodique et anodin dans les maladies nerveuses, les douleurs de tête, la paralysie, pour aider à la digestion, etc.

Aujourd'hui qu'on n'admet dans le storax qu'une propriété excitante, dont l'action a beaucoup d'analogie avec celle des résines, on en fait rarement usage, parce qu'on possède des moyens plus certains et d'une efficacité plus marquée pour produire la stimulation. Toutefois, on peut l'administrer à petite dose dans les maladies où on a besoin de corroborer les tissus, de soutenir l'energie défaillante des organes, et pour donner à l'économie le ton qui lui manque pour exercer convenablement ses fonctions habituelles, ou en rétablir l'intégrité naturelle.

Nous passons sous silence les propriétés, tant célébrées par Morton et autres médecins, du storax et produits analogues pour la guérison des ulcères des poumons, et de la phthisie, non pas que ce moyen ait fait tout le mal qu'on en dit, mais parce qu'il y est inutile, et que sa propriété excitante pourrait parfois nuire si on en usait à trop grande dose. J'ai souvent administré ces médicaments dans ces maladies sans lui voir produire ni bien ni mal, et surtout sans en obtenir une guérison que je savais être impossibile. C'est donc moins l'impuissance du médicament qu'il faut accuser, que l'incurabilité du mal pour lequel on le conseille.

Au surplus, on n'emploie guère maintenant le storax qu'à l'extérieur, en fumigation ou comme topique. Dans le premier cas, on reçoit la fumée dans les voies aériennes en le brûlant sur des carbons, à l'instar du benjoin, pour remédier au spasme de ces parties, à l'asthme, aux engorgements muqueux, pour faciliter l'expectoration, etc. dans le second cas, c'est en en composant des médicaments emplastiques qu'on applique le long de la colonne épinière pour remédier à la paralysie, au lumbago, et sur tous les lieux où on soupçonne de l'engorgement, etc. qu'on se sert du storax; mais nous le répétons, aujourd'hui surtout, cette dernière manière de l'employer est à peu près inusitée. L'impression vive qu'il opère sur l'odorat pourrait être utile dans le cas d'insensibilité de l'olfaction, etc.

Le storax entre dans la *poudre létifiante*, la *thériaque*, le *mithridate*, le *diascordium*, le *baume apoplectique*, l'*onguent martiatum*, etc. etc.

La dose du storax à l'intérieur ne doit pas s'élever au-delà d'un à deux grains, à cause de l'âcreté de ce médicament.

Un des plus grands obstacles à l'emploi du storax, est moins encore l'obscurité de ses propriétés que l'état de sophistication où il nous arrive. Il n'existe aucun produit dans la matière médicale où il se fasse plus de fraude que sur cet objet; elle est telle, que nous n'avons peut-être pas, dans le com-

merce, un seul envoi de storax pur. Effectivement, on nous vend pour cette substance de la sciure de l'arbre qui le produit, mêlée avec le suc encore liquide: c'est là la moins impure des drogueries; d'autres fois c'est la sciure provenant du *Liquidambar orientalis*, Lam. ou de toute autre écorce aromatique, délayée avec du styrax liquide qui forme le *storax en pains* du commerce, qui arrive en grosses masses rondes de Smyrne. On en fabrique souvent à Marseille et ailleurs avec de la mélasse, une écorce odorante et un peu de baume de Tolu: la sciure seule nous arrive aussi quelquefois sous le nom *sarilles* ou de *styrax rouge*. On s'en sert dans les églises pour encenser. Bergius va même jusqu'à croire que le storax est toujours une production de l'art. On trompe jusque dans le storax en larmes, qui n'est parfois que de la gomme ammoniaque. Il résulte de ces difficultés à se procurer du storax un peu pur, que le plus commun coûte environ 20 fr. la livre, et que le pur n'a pas de prix: il vaudrait mieux remplacer ce médicament par le benjoin, dont la valeur est moitié moindre et les propriétés analogues et même plus prononcées.

La parfumerie a fait un grand usage du storax; son odeur suave le fait encore rechercher pour la composition de plusieurs aromates ou cosmétiques; il sert dans l'embaumement des corps depuis un temps immémorial; ces usages expliquent pourquoi on emploie encore tant de cette substance en France, malgré la duplicité des marchands, et bien que la pharmacie n'en consomme presque plus. On voit, par le registre des douanes, qu'il en est entré en France, en 1807, 6,600 livres pesant. Les Orientaux sont au surplus très-curieux de l'odeur de cette substance, et s'en servent encore plus que nous: on sait que ces peuples mettent les parfums au nombre de leur jouissances les plus chères.

Ex laud. sup. medic. Scientiar. Diction, tom. LIII, pag. 22. sqq.

EXCVRSVS V

DE FICO.

Ad ea Plinii verba, lib. XXIV, cap. 20:

Fiunt ex ea (chamaepity) et hydropicis pilulae, cum fico alvum trahentes.

Plinius lib. XV, cap. 19, plures ficorum species, aut potius varietates enumerat: Idaeas, seu Alexandrinas, Chios, Chalcidicas, Lydias, purpureas, mamillanas, callistruthias, Tarentinas, Africanas, Rhodias, Cannaeas, Tiburtinas, Livias, Pompeias, mariscas, maculosas, Herculaneas, albiceratas, aratias, porphyritides, populares, chelidonias, albas ex Ebuso, Marrucinas, coricas, cottana; et has inter species, albas aut nigras, siccas aut recentes, praecoces aut serotinas, biferas aut triferas, etc. Nunquam *Duplices ficus* memorat, quarum sola fere apud Horatium mentio occurrit, Serm. II, 2, ubi Ofellum quemdam e rusticum, abnormem sapientem, crassaque Minerva nonnulla de victus frugalitate praecepta tradentem inducit, quae anteactae vitae exemplo confirmare conatur. Atque inter alia:

Tum pensilis uva secundas
Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.

Iam vero interpretatio *duplicis ficus* eruditos in duas diversas coegit ire sententias, quae tamen ambae a recto sensu videntur aberrare.

Scilicet interpretatorum plerique, Sanadonius, Tarteronius, Juvencius, Torrentius, Lambinus, Turnebus, Forcellinus per *duplicem ficum*, magnam ficum intelligunt; Joh. Bondinus, Despretius, Pulmannus, Dacerius, mariscam esse volunt, ficum nempe insipidam, fatuam, crassiorem, ideo et frugali Ofelli mensae magis convenientem. Alii voce *duplice* ficum diversi generis, colorisque et aliquantum saporis significatam esse contendunt, ut Rodellius; aut biferam, ut Porphyrion; aut recentem et siccam, ut Badius Ascensius, etc.

Ex qua doctorum virorum recensione, eorum opiniones ad duas tantum redigi luculenter patet. Pars enim putat *duplicem ficum*, magnam ficum denotare; pars ficum duplicis generis, quum bifera ficus, quam nonnulli volunt hic ab Horatio indicari, vel ad primam, vel ad alteram certe opinionem commode possit referri. Sed inde non magis liquet; immo magis, opinionum conflictu, dubium fit, quid demum fuerit *ficus illa duplex*.

Iam diu typis mandatum erat Plinii nostri volumen, ubi de ficis fusius agitur, quum Διατριβὴν ἑρμηνευτικὴν in laudatum Flacci locum, a Iulio Caponio, Neapolitano adolescente, iam de Latinis litteris optime merito, accepi-

mus, in qua novam sane et, ut omnia comprobant, simplicissimam simul ac verissimam loci interpretationem nobis proponit. Hanc autem eruditis incognitam diutius in scriniis nostris latere fas esse non duximus. Rem igitur viris latinarum litterarum amantibus gratam nos esse facturos summus arbitrati, si pauca ex dissertatiuncula illa excerpserimus, quae legentibus utilia videbuntur et scitu profecto digna. Libenter etiam hanc occasionem amplectimur viris doctis, et nationum quidem externarum, dignas, ut par est, agendi gratias; qui, quum litterarum rempublicam nec unius gentis, nec unius hominis, sed communem ingeniorum omnium patriam haberent, labores nostros laboribus suis, ne dicam benevolentia solum atque hortatu, adiuvare ac tueri ultro voluerunt. Quam voluntatem civibus nostris deesse si quando doleamus, magno tamen solatio esse non diffitemur, quod nostras tot et tam longas in illustrandis Vaterum monumentis elucubrationes Viri docti atque sapientes non aspernentur.

Sic, postquam varias variorum ventilavit opiniones, suam ipse Iulius Caponius interpretationem proponit:

« Si omnium tutissima illa est interpretatio (1), quae ad communem propriamque notionem verborum quam maxime accedit, haud certe verendum est, ne nobis succenseatur, quod in penitiores Musarum recessus tantorum tamque amplissimorum virorum auctoritate parum deterriti, inferre pedem ausi sumus.

« Primum igitur omnia verba proxime praecedentia *duplicem ficum*, multamque illi affundentia lucem, probe observanda sunt. Ait itaque Ofellus:

Ac mihi quum longum post tempus venerat hospes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbres
Vicinus, bene erat, non piscibus urbe petitis,
Sed pullo, atque haedo: tum pensilis uva secundas
Et nux ornabat mensas cum duplice fico.

His omnibus verbis exponit Ofellus primum, qui eum convenire solerant apud illum coenaturi, nempe aut aliquis hospes, aut aliquis vicinus illi amicitia iunctus; tum occasionem, qua vicinus amicus impulsus ipsum adiret, scilicet pluvium tempus; deinde anni tempestatem, qua imbres sunt frequentiores, nempe hiemem; denique res, quas tum hospiti, tum vicino convivae apponeret.

« At inter cibos sese offert consideranilum *pensilis uva*, ita dicta, quod de solario, aut de trabibus suspendebatur, ut diutius servaretur, sicut docet Facciolatus. Dacerius Vir Clar. ait, hunc morem ex alto uvam pendendi frequentissimum fuisse apud Romanos, eoque modo per totum fere annum uvam servare sic solitos, ut ea pro recenti hieme uti possent; Graecos hac in re aemulari studentes, qui ad ver usque in vineis suspensam uvam se servare iactabant. Torrentius docet uvam ad hoc suspendi, ut passa hieme ederetur.

(1) Verbum *duplex*, ait Jacobus Facciolatus, indicat id, cuius sunt duae partes a *duo* et *plico*, id est, a *duabus plicis*. En. P.

Despretius etiam monet uvam pensilem eamdem esse ac passam hieme comedendam. Varro enim de R. R. lib. I, cap. 68: « Cato ait...uvas, quas suspendas oportunissimas esse Duracinas, Amineas et Scantianas ». Et cap. 68: « Pensilia, ut uvae, sorba, ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat promi; quod colore mutato, et contractu acinorum, si non dempseris ad edendum, ad abiciendum descensurum se minitantur ». Plinius de uvis etiam ait lib. XIV, cap. 4: « Durant aliae per hiemem pensili concameratae nodo ».

« Patet igitur luculentissime, quod hiems erat, quando Ofellus coenam instruebat amicis, et quia per *imbrem* ad illum veniebant, et quia utebantur uva pensili, in secundis mensis. Et sane agricolae quum per hiemem operibus sint soluti, epulari inter se solent, ut docet Virgilius Georg. I, vs. 299:

« Hiems ignava colono,
Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur,
Mutuaque inter se laeti convivia curant;
Invitat genialis hiems, curasque resolvit.

Quamobrem nuces ad mensas adpositae erant exsiccatae, nam brumali tempore nuces recentes esse non possunt. Iam vero, si nec uva, nec nuces recentes erant, multo magis de ficibus hoc est dicendum. Ficus igitur, de qua hic agitur, est carica.

Atque inde etiam animadvertere licet, quum opinionem eorum, qui *duplicem ficum* vertunt *magnam*, tum eorum, qui interpretantur duplicis generis, nulla ratione habita de caricis, a vera sententia huius loci quam longissime aberrare.

« Quum ergo de caricis hic Horatium loqui non sit dubitandum, nos eas esse libentius arbitramur, quae quum exsiccantur ita dividi solent, ut bifariam a pediculo ad basim fissae, duae earum partes vix imo cohaereant cortice, atque ita divisae, quae parte semina continent, binae iunguntur; eoque ex duabus ficibus unum quiddam efficitur. Nam quum eiusmodi caricae duabus constent partibus plicatis, atque conjunctis, quod apprime convenit verbi *duplicis* notioni, pro certo habemus eiusmodi ficus indicare voluisse Horatium illas *duplices* appellando.

« At, ne Veterum de huiusmodi caricis destitui auctoritate dicamur, tum latini nobis, tum graeci favent scriptores.

« Aristoteles probl. sect. XXII, quaest. 9, ait: Διὰ τί τῶν ἰσχάδων γλυκύτεραι αἱ δίχα ἰσχισμέναι· οὔτε δὲ αἱ πολυσχιδεῖς, οὔτε αἱ ἀσχιδεῖς; Η διότι ἐκ μὲν τῶν πολυσχιδῶν, διαπέπνευκε καὶ ἐξέκμακε μετὰ τοῦ ὑγροῦ τὸ πλεῖστον τοῦ γλυκέος; Ἐν δὲ ταῖς μεμυκυίαις πολὺ τὸ ὑδατῶδές ἐστι. διὰ τὸ μὴ ἠτμικέναι· αἱ δὲ ἰσχισμέναι μὲν, μὴ εἰς πολλὰ δὲ, ἀμφοτέρων τούτων ἐκτὸς εἰσὶ παθημάτων. Quem quidem locum sic Theodorus Gaza interpretatur: « Quam ob causam caricae bifidae tantum dulcissimae sint, nec multifidae, aut omnino infissae dulcedinem praestent? An quod ex multifidis respiravit, evaporavitque cum humore pars dulcedinis plurima? In iis autem, quae infissae coierint humoris diluti copia est; quod nihil fere inde exactum fuerit. At quae fissae quidem, sed tamen fissura multiplici sunt immunes, utroque isto incommodo carent. »

a Ex quibus videre est Aristotelis etiam tempestate caricas bifariam dividi. Porro si huiusmodi caricae erant dulcissimae, quum maximam partem dulcedinis retinerent, nec per varias amitterent rimas, ut fiebat in multifidis, necessario sequitur esse etiam inter se compositas; secus enim sic patulae maxima ea dulcedinis parte, quam illis inesse testatur Aristoteles, carerent: et sequitur etiam, compositas esse binas, qua parte semina continent, nam bifariam divisae ficus hoc tantum pacto simul coalescere possunt.

a Et vel ex hoc Aristotelis loco colligi potest *duplices ficus*, de quibus mentionem facit Vegetius (1), easdem esse ac caricas bifariam divisas, et binas compositas, quae ut indicaret eadem, qua Horatius, voce usus est. Nam Vegetius vult *duplices ficus* adhiberi in curatione a iumenti totae vel axis ictu elisi a, ut nempe earum ope emolliretur, ac putrefieret illa pars ictu contusa. At mariscae, vel aliae grandiores ficus recentes non semper, prout is opus esset, repertae essent; neque praestare potuissent idem, quod caricae, et quidem bifidae, quippe quae suâ maxima dulcedine suppurationem optime producerent.

a Ad haec Colum. lib. XII, cap. 15, ait: a Alii pinguissimam quamque viridem ficorum eligunt, et arundine vel digitis divisam dilatant, atque ita in sole arescere patiuntur; quas deinde bene siccatas meridianis temporibus, quum calore solis amollitae sunt, colligunt, et, ut est mos Afris, atque Hispanis, inter se compositas comprimunt in figuram stellarum, flosculorumque, vel in formam panis redigentes: tum rursus in sole assiccant, et in vasis recondunt. a

a Ubi nullum est dubium, quin de ficis, de quibus agimus, Columella loquatur. Primum enim ait eas esse caricas, quippe in sole exsiccantur. Deinde monet dividi, sed ex eiusdem verbis patet divisas esse bifariam, quum non indicasset ullam peculiarem divisionem, et haec divisio ea sit, quae vel manibus, vel arundinibus effici posset commodius. Postremo docet inter se compositas, qua semina continent, et uniusciusque ficus partes imo cortice cohaerere inter se. Nulla enim esset ratio cur semel eas divisissent, si rursus eiusdem ficus partes simul coalescere vellent; nec, nisi semina seminibus adhaererent, alio pacto inter se componi possent; quod procul dubio haud fieri potuisset, nisi eiusdem ficus partes imo cortice continerentur. Porro his ficibus binis ita connexis, quamlibet formam dari stellarum, flosculorum aut panis, atque in vasis recondere nihil omnino vetat. Quin immo etiam hodie ficus aridae binae compositae in vasis servantur, et in varias huiusmodi formas vulgo rediguntur.

a Quae quum ita sint, quid est simplicius ac naturali sensui verborum accommodatius, quam *duplices* huiusmodi ficus appellare? Si vera notio verbi duplicis servatur, sic nihil est, quod per varias investigationes caecus sensus, verbisque alienus eruatur; sic denique rustici Oselli de frugalitate loquentis secundis mensis convenlens cibus tribuitur.

(1) Veget. de Re Veterin. III, 21: Si jumentum aut rotae, aut axis ictu fuerit elisum, in recenti lanam succidam ex aceto et oleo colligabis per triduum; post *ficus duplices*; et nitrum pariter tritum; die tertio solvito, et renovato. a Ed. P.

Jam nihil amplius, nostra quidem sententia, desiderandum videbatur ad tuendam Iul. Caponii interpretationem, quum certissimo omnium argumento, experientia videlicet, ac re ipsa oculis subiecta (1), confirmatam denuo corroboratamque novimus. Nuper enim, ut nostris diebus mos est, quidquid ex Herculano oppido eruitur, diligenter observare, inter alia repertum fuit vas antiquum, *ficis duplicibus* repletum, quae, licet in carbonis speciem redactae, pristinam tamen retinerent figuram, qualem I. Caponius, ad hunc diem unicus, multo ante divinaverat. Has ficus sedulo pingendas curavit optimus adolescens, et iconem nobis libens communicavit (Vid. illius epistol. fragm. inf.). Ergo iam nullus, ut ipse ait, nobis inquirendi locus, quae qualisque fuerit apud Antiquos ficus duplex.

(1) « Peu de jours après, je sus qu'on venait de trouver, dans une fouille commencée à Herculanum depuis quelque temps, un vase rempli de figues sèches, fendues en long, et attachées l'une à l'autre; mais qui, quoique carbonisées, s'étaient conservées fort bien quant à la forme. Cette découverte a été faite le 25 de novembre de l'an 1828, c'est-à-dire plus de deux mois après vous avoir adressé ma dissertation *de duplice ficu*, et huit mois environ après l'avoir écrite. J'ai vu ces figues, et les ayant examinées, je les ai trouvées parfaitement comme je les avais imaginées. Le vase surtout dans lequel elles étaient renfermées, et toutes les autres circonstances, s'accordent précisément avec la description qu'en fait Columelle, livre XII, chap. 15, et que j'ai rapportée dans la dissertation. J'ai donc fait faire la figure d'une couple de ces figues, dessinée en deux situations différentes; je vous la remets, pour vous en faire juger par vos propres yeux. Voilà donc, Monsieur, un fait qui confirme absolument mon opinion touchant ce passage d'Horace, et dont j'ai voulu vous donner connaissance, soit pour ne vous laisser aucun doute sur cette matière, soit aussi pour vous faire connaître l'exacte époque de cette découverte, parce qu'on l'a déjà annoncée dans le Bulletin archéologique de Rome, sous la date du 31 juillet 1829, mais sans precision; et on y a rapporté les mots d'Horace, *Nux cum duplice ficu*. » Jul. Capone.

EXCVRSVS VI

DE RESINA ET PICE.

Ad ea Plinii verba, lib. XXIV, cap. 22:

Summae species duae: sicca et liquida, etc.

Quatuor succorum resinosorum genera in officinis terebinthinae nomine insigniuntur, licet unicae contentat resinae quae ex terebintho stillat. Quadruplex igitur terebinthina, scilicet Chia, Veneta, Argentinensis, et communis.

Terebinthina Chia, vel Cypria, Officin. ἐντίνη· τερμινθίνη Graecorum: terebinthina Latinorum: vulgo *térébenthine de Chio*. Succus est resinosus, liquidus, ex terebintho arbore effluens, colore candidus, subflavus, virens, aut candidus, ad caeruleum nonnihil vergens, interdum pellucidus, consistentiae modo firmioris, modo mollioris, lentae ac glutinosae, ita ut inter digitos fricata nonnunquam in micas teratur, saepius tamen mellis solidioris instar digitis cedat et adhaereat, odore acri, non ingrato, laricesae resinae seu terebinthinae Venetae non dissimili, praesertim manibus tractata, aut prunis imposita; gustu modice amarescens, acris. Plurimi aestimatur quae ex insulis Chio et Cypro affertur, unde nomen sumpsit. Veteribus Graecis cognita fuit, et apud eos usitata.

Stillat ex arbore quae dicitur terebinthus (1) vulgaris, C. B. P. Arbor est semper virens, piri magnitudine, cortice crasso et hiulco, cinereo, ramis patulis, in quibus alternatim folia nascuntur coniugata, rigida et firma, laurinis non prorsus absimilia, sed magis obtusa. Flores, incipiente maio, in summis ramulis racematim congeruntur staminei, purpurascentes, steriles: species enim quae fructus profert, staminibus omnino caret. Fructus racematim etiam nascuntur subrotundi, duas vel tres lineas longi, cum testa membranacea purpurascente vel flavescente, subacida, styptica et resinosa obducta. Testa autem unicapsularis, inanis saepe, nucleum continet medullosum. In Gallia Narbonensi frequens occurrit, et in silva Valena circa Monspelium ex vulneratis terebinthis terebinthinam fluere observavit Lobelius. In insula Chio secus vias sponte nascitur, et terebinthinam abunde fundit crassam, e candido in colorem subcaeruleum vergentem, saporis et odoris fere expertem, dentibus vix adhaerescentem, quae facile induratur, ut clariss. Tournefortius observavit.

(1) *Pistacia Terebinthus* (*Dioec. pentand.*, gen. 2212 Pers. *Terebinthac.* Juss.) Habitat in Europa australi, Barbaria et India. Ed. P.

Vindemiarum tempore quosdam folliculos seu vesiculas foliis et ramulis inhaerentes promit, quales fere in ulmi foliis nascuntur, sed pallido aut purpurascente colore: interdum etiam extremis ramis oblonga et cartilaginea cornicula quatuor, quinque, sex digitos aut amplius longa, varia forma excrescentia, rubentia, concava: quae, sicut folliculi, aperta lentorem quemdam continere deprehenduntur, cui permista sunt cinerea et fuliginosa excrementa atque exigua animalcula alata. Horum corniculorum meminerunt omnes fere qui de hac arbore scripserunt. Nihil autem aliud sunt, ut Joanni Raio videtur, quam excrescentiae quaedam ab insectis folia et surculos compungentibus et ibidem ova sua deponentibus excitatae, ut matricum seu uterorum loco iis inserviant fovendis et excludendis, foetibusque editis alendis et protegendis, mira naturae providentia. In illis tamen folliculis aut corniculis non colligitur resina, sed ex ligno. Arbor ipsa sicut et reliquae resiniferae post germinationem inciduntur tum in caudice, tum in ramis: et ex vulneribus resina distillat primum liquida, quae deinde paullatim inspissatur et arescit.

Kaempferus de terebinthina Persica mentionem facit apud orientales populos usitatissima, Cypriae non dissimili, quae colligitur in petrosis ac desertis montium recessibus circa Schmachiam Mediae, Schirasam Persidis, in Luristano et Larensi territoriis, et praesertim in petroso monte circa *Majin* pagum celebrem, una diaeta dissitum *Sjiraso*, ubi terebinthi seu, ut ait, pistacino silvestres copiosae nascuntur. Accolae liquorem resinosum, qui vel ex arbore sauciata proliciitur, vel ex rimis nodisque stirpium putrescentibus, aestuante Syrio, sponte promanat, copiosum excipiunt. Exceptum liquorem parum lenteque coquunt, antequam ebullire incipiat, effundendum. Ita refrigeratus picis albae colorem et consistentiam refert.

Huius terebinthinae apud orientales populos usus, inquit Kaempferus, non est alius, quam ut pro masticatorio serviat, quo mulierculae citra Indum maxillas sine intermissione exercent; ita ut aegre, si ei adsueverint, carere hac resina possint. Dicitur lympham proliaiendo catharros tollere, albedinem et firmitatem dentibus conferre, appetitum excitare, ac gratum ori conciliare alitum. Prostat ubique in officinis et myropoliis Turcarum, Persarum et Arabum, sub *Sakkis* Turcico et *Konderum* Persico nominibus.

Accolae montis Benna in Perside ex stipite vulnerato terebenthinam non excipiunt; sed ipsa ligna comburendo resinam extorquent, quoad colorem spadiceum obscurum acquisiverit, quae pro coloris specie pictoribus inservit: est enim dura, friabilis et splendida.

Huius et caeterarum terebinthinae specierum usus est externus et internus. Externe admota emollit, digerit, discutit, resolvit, hulcera expurgat, et vulnera recentia glutinat. Verum haec resina apud nos ad usum externum raro adhibetur, quum laricea vulgatior sit, minus pretiosa, nec viribus inferior. Saepius ad usum internum praescribitur, quum minus acris sit. Inter vulneraria et balsamica medicamenta recensetur. Revera insignis est eius energia ad interna hulcera mundificanda et abstergenda. In pulmonum, ventriculi, intestinorum hepatis, renum, vesicae, et caeterorum viscerum exhulcerationibus utiliter praescribitur. Confert veteri tussi, sputo purulento, et incipienti phthisi. Urinas provocat, easque odore violaceo perfundit: valet ad urinae ardorem, suppressionem et nephritim, si ab acri, spisso ac glutinoso sero

oriantur. Saepe quoque arenulas pellit, serum viscidum quo agglomerabantur solvendo: verum non exhibenda est, quin prius sedata fuerit inflammatio. Ab ea quoque abstinendum, si calculus adsit in renibus maior quam ut per vias urinarias transgredi possit: tunc enim aut inutilis est, quum non sit lithontriptica; aut partem iam ad inflammationem dispositam incendit. Verumtamen a quibusdam medicis ad nephritim praecavendam diuturnior illius usus praescribitur, quo nempe serum viscidum arenularum et calculorum causa dissolvitur. Magnae quoque sunt ipsius laudes in podagra et omnibus articularibus morbis, si accipiatur, ut docet Avicenna, quantitas nucis avellanae singulis matutinis ieiuno ventriculo. Nec mirum quod calculo confert, etiam podagrae prodesse; quum cognati sint illi morbi, et eandem causam continentem seu materiam habeant; unde non raro in se mutuo transmutantur. Alvum quoque movat, et purgandi causa in senibus optime et sine noxa a Galeno vocatur, ad magnitudinem nucis Ponticae et amplius propinata.

Ex terebinthina Chia spiritus, oleum, resina seu colophonia praeparari possunt. Sed haec praeparata, ob huius terebinthinae defectum, raro in officinis reperiuntur; quum insuper terebinthina laricea maiorem spiritus copiam praebeat quam terebinthi resina, quae nobis iam inspissata et partibus magis volatilibus iam orbata advehitur.

Terebinthina Chia usurpatur in Theriaca Andromachi, Mitridatio Damocratis.

Terebinthina Veneta, larigna vel laricea, Officin. λάριξ Graecorum: vulgo *térébenthine de Venise, ou des mélèses*. Substantia est resinosa, liquida, limpida, lenta, tenax, oleo quidem crassior, mella vero liquidior, quae ab intincto digito continuaciter et aequaliter defluit, aliquantulum translucida, vitri instar; coloris flavescentis; odoris resinosi, fragrantis, acris, non ingrati, aliquantulum tamen gravis; saporis tenuis, acris, amaricantis; quae acredine et calore terebinthi resinam superat. Probatur recens: quae magis pellucida, candida, liquida, nullis inquinamentis aut faecibus conspurcata, et cuius guttae ungui adhaerent, non vero diffluunt. Veneta dicitur, quia olim Venetiis nobis afferebatur; nunc vero ex Delphinatu et Sabaudia. Haec resinae species olim veteribus Graecis cognita fuit; et iam Galeni temporibus, sicut et abiegna pro genuina terebinthi resina a quibusdam vendebatur. Galen. lib. III de Comp. Medic. sec. gen.

Fluit ex arbore (1) quae larix, folio deciduo, conifera, I. B. I. 265; Larix Dodonaei 868, vulgo *mélèse*. Arbor est procera, caudice recto; cuius cortex inferiore parte quae ramis subest, fuscus, crassus, asper, in frequentes rimas debiscit; praecisus interius rubere conspicitur, reliqua parte laevis, glaber, nonnihil foris inalbicans; materies firma satis et solida, pectinibus rectis, fulve odorata. Ramos multos promit in alios minores divisos, qui lenti ac obsequiosi sunt, deorsumque dependentes. Folia circa ramulos multa, ab uno tuberculo numerosa, simul cohaerentia, breviora, tenuiora, molliòraque quam pini folia, aut aculeata. Flores amentacei sunt; et steriles. Fructus coni sunt parvi, cupressinis magnitudine fere similes, sed tamen longiores, gracilibus foliosis squamulis axi communi affixis compacti, sub quibus latent semina gemina, exigua, foliata seu coniuncta, cum tenui membranula apum

(1) *Pinus Larix* Linn. *Larix Europoea* Hort. Paris. Ep. P.

aut vesparum alis simili, magnitudine seminis cupressi, foris cinericeo cortice, intus candido nucleo constantes, sapore dulci at pineam nucem referente. Dum fructus illi adhuc teneri sunt, subrotundi sunt, et elegante purpura rubentes. In Alpibus Gallicis, Sabaudis, Rhaeticis, Stiriacis et Carinthiacis necnon etiam in Apennino abunde provenit.

Ex ea vel sponte vel per incisionem vere et autumno fluit resina aquae limpidae instar consistentiae oleo similis; brevi vero nonnihil flavescit, et tractu temporis crassescit. Ex eadem alia succi species quibusdam anni tempestatibus exsudat, mannae prorsus similis; qui idcirco manna laricea dicitur vulgo *manne de Briançon*, a loco ubi frequentius reperitur.

Observandum est terebinthinam non modo per os sumptam, aut per anum injectam; sed etiam externe vulneribus admotam, immo ipsius spirituosas ac volatiles partes odore solo naribus et pulmonibus exceptas, urinas adeo afficere, ut violarum odorem referant. Unde concludimus terebinthinam vires suas exercere potissimum spirituosis ac volatilibus suis particulis, quae facile per totum corpus diffunduntur, massam sanguineam, caeterosque humores subeunt, dividunt et attenuant, etc.

Terebinthina laricea ijsdem ac terebinthi resina virtutibus donatur, et apud nos ad usum internum prae caeteris anteponitur. Balsamica est, vulneraria, diuretica, et alvum simul movet. In pulmonum, renum, vesicae et caeterorum viscerorum exhulcerationibus utiliter praescribitur. Magni est usus in gonorrhoea et fluore albo muliebri. Ad visceum apostemata resolvendo vel maturanda plurimum confert; siquidem nonnunquam purulentam materiam a parte affecta subducit, et per urinarias vias foras cum urinis amandat. A Riverio et aliis medicis celeberrimis commendatur ad calculos renum praecavendos; et caeteris diureticis eo magis anteponitur, quod urinas movendo simul alvum laxet, ita ut crassiores humores qui ab aliis diureticis ad renes deducerentur, per alvum deturbentur.

De modo terebinthinam Venetam praescribendi, idem dicendum est quod de Cypria. Exhibetur enim sub forma boli aut pilularum, vel cum ovi vitello soluta. A multis aqua communi aut alio liquore lavari solet: ab aliis levi coctione in massam solidiusculam inspissatur. Sed inutilis est eius coctio, lotio vero non magis utilis: lotione enim et coctione plurimae eius particulae avolant et dissipantur.

Eiusdem externe adhibitae vis balsamica et vulneraria satis praedicatur. Vnde nullum ferme linimentum, nullum fere emplastrum, vel unguentum ad vulnera et hulcera est, quod terebinthina Veneta, tamquam anima et corpus, inquit Ettmulletus, non ingrediatur.

Ex terebinthina in officinis spiritus, oleum terebinthinae et Colophonia praeparantur.

Spiritus terebinthinae interne exhibetur ad guttas aliquot. Vrinas potenter movet: convenit in urinae suppressione à muco spissiore vias urinarias infarciente, in mictu cruento ac purulento ab hulcere renum et vesicae oriundo, in affectionibus pulmonum.

In plenitude a Bartholeto commendatur, quod humorem in thorace impactum solvat, et ad vias urinarias felici cum successu perducat. Raro oleum flavum intus propinatur. Externe spiritus et oleum tamquam balsamica et vulneraria adhibentur.

Colophonia digerit, resolvit et consolidat: minus detergit et penetrans est quam ipsa terebinthina, ob oleosas partes distillatione ablatas. Intus nonnumquam exhibetur, sed raro: externe in quibusdam emplastris usurpatur.

Terebinthina abiegna, seu abietina, terebinthina argentoratensis, Off. ῥητίνη ἐλατίνη, Graecorum: vulgo *térébenthine de Strasbourg*, *résine liquide des sapins*, *bigion*. Substantia est resinosa, liquida, dum recens est, laricea pellucidior, minus lenta, minusque tenax, odore magis grata, et amara magis, corticis mali citrei odorem et saporem quodammodo referens: per tempus flavescit et spissescit. Argentoratensis dicitur apud nos, ex eo quod ex Argentorato nobis afferatur.

Resinosus ille humor manat ex arbore quae dicitur abies, (1) taxi folio, fructu sursum spectante, Inst. R. H. 585. Procera et excelsa est arbor, pinum altitudine superat. Caudex eius rectus, inferius enodis, cortice albicante et fragili circumvestitur. Rami in circuitu circa truncum crescunt, interdum quatuor, interdum quinque, sex aut plures, et sic per intervalla dispositi ad cacumen usque observantur: utrimque surculos ut plurimum emittunt instar crucis, quibus undique adnascuntur folia brevia, minime pungentia, superne sature virentia, inferne ex adverso paululum candicantia, et linea viridi distincta. Flores amentacei sunt, pluribus constantes apicibus, qui in duo loculamenta dividuntur, transversa dehiscunt, pulveremque fundunt minutissimum, saepe lunatum, ut microscopii ope facile patet. Steriles sunt. Fructus in aliis eiusdem arboris partibus nascuntur: coni sunt oblongi, ovati fere, piceae vulgaris conis breviores et crassiores; constant ex squamis in superiore parte latis, axi affixis, sub quibus latent semina, gemina, foliata, subalbida, plena acri et pingui humore. Coni virent autumni initio, et multam resinam fundunt; sub autumni vero finem et hiemis initium maturitatem consequuntur. Frequens crescit haec arbos in Germania et septemtrionalibus regionibus.

Non solum ex caudice et ramis, sed etiam ex tuberculis quibusdam intra corticem positis resina seu oleum abiegnum extrahitur. Quae ex caudice vulnerato effluit, minus odorata est minusque pretiosa: exsiccata thus colore et odore aliquantisper ementitur; sic eius loco a nonnullis sufficitur. Resina vero quae ex tuberculis incisis effunditur, plurimi aestimatur, et speciatim lacryma abiegna, oleum abietinum, vulgo *bigion* nuncupatur.

Ea est huius resinae exprimendae ratio a Bellonio relata. Qui pecora pascunt, interdiu, ne desidia torpescant, vaccinum cornu vacuum dextra tenentes ad abietis silvas accedunt. Illi autem quum in novellas adhuc abietes inciderint, et abietam glabro cortice vestitam, tuberculis scatentem compererint (annosarum enim cortex in rugas contractus nulla tubercula ostendit), oleum subesse statim coniiciunt, illaque tubercula sic labio cornu premunt, ut liquorem inde oleosum detrudant. Neque tamen hoc modo, quam diligentissima etiam adhibita opera, ultra uncias quatuor uno die legere possunt; siquidem singulare quodcumque tuberculum nonnisi guttam unam aut alteram continet: ex quo quidem fit ut resina haec caeteris rarior sit, majorisque vendatur.

(1) *Pinus Picea* Aiton. *Abies taxifolia* Hort. Paris. Ea. P.

Argentoratensis itaque terebinthina ex caudice vulnerato apud Germanos extrahitur. Pinus piceasve mense maio aggrediuntur; et in parte superna qua ascia pertingere possunt incipientes, detrahunt corticem latitudine trium digitorum usque in partem imam, ita tamen ut pedibus duobus a terra plaga absit: deinde sinunt corticem in arbore latitudine unius circiter palmi integrum, et iterum talem plagam inserunt, et sic pergunt, donec tota arbor sit sauciata. Quae statim effluit resina, liquida est, et terebinthina Argentoratensis dicitur. Verum per tempus spissescit: et duobus aut tribus annis elapsis, plagae illae admodum sunt replatae resina crassiore. Tunc cultris ancipitibus incurvis longis baculis infixis deradunt resinam, eamque recondunt. Haec autem resina picem postmodum praebet ulterius in hunc modum tractata. Furnum quadratum, oblongum in officinis construunt, in quo duobus fere pedibus a terra duos ligneos canales in posteriori furni parte tantum prominentes disponunt: his imponunt ollas tres figulinas oblongas, in fundo foramine donatas, quas taedis aut resina replent; dein accendunt ignem intra fornacem, et calore liquescens resina stillat in canales suppositos, ex quibus effluens aliis vasis excipitur. Ibi concrescit pix in consistentiam satis firmam, friabilem, molliusculam tamen, diciturque pix liquida, ut distinguatur a pice sicca seu Colophonia, quae siccioris longe est compagis, quaeque coctione ulteriori ad tenacitatem extremam deducitur.

Iisdem principiis instruitur ac Veneta, iisdemque fere virtutibus donatur: paulo tenuioribus tamen partibus eam constare existimat C. Hofmannus, quum sapor eius magis sit acris et amarus, consistentia fluidior: ideo ad hulcera interna abstergenda laricese illam anteponit. Verum eam ob rem quoque calidiorem illam esse affirmat, et idcirco maiori cum cautione usurpandam. Eodem modo exhibetur; et ad easdem affectiones quibus laricea, convenit.

Terebinthina communis, et resina pinea, Offic. ῥητίνη πευκίνη καὶ στροβιλίνη Graecorum: vulgo *térébenthine commune*, *grosse térébenthine*. Substantia est resinosa, lenta, tenax, crassior et magis ponderosa quam abiegna aut laricea; nec pellucida, albicans, consistentia fere olei frigore nonnihil densati; odoris resinosi; gravis; saporis acris, amaricantis, nauseosi.

Ex variis pini speciebus (1) resina haec sponte vel ex inflicto vulnere manat. At vero in Gallo-Provincia circa Massiliam et Tolonem, et in Aquitania circa Burdigalam extrahitur potissimum ex arbore quae dicitur pinus silvestris vulgaris Genevensis, J. B. I. 253. Sativae haud dissimilis est, humilior tamen: folia gerit breviora, fructusque minores.

Duplex resina ex hac arbore fluit: una quae strobilina dicitur, et ex strobilis sponte exsudat, ac ab illis deraditur: altera vero ex arbore vulnerata, quae pinea.

Arbor illa taeda dicitur, quum resina turget. Resinae enim turgescentia est pini silvestris proprius et peculiaris morbus, quo non solum intima substantia, sed etiam pars externa caudicis abundantiori succo resinoso liquidiori repletur; unde a succi nutritii nimia copia arbor quodammodo strangulatur. Tunc ex eius ligno, praesertim prope radicem desumpto, assulae caeduntur pingues, et ad ignem accendendum, aut lumen praebendum ido-

(1) *Pinus silvestris* Linn. et *Pinus maritima* Lamarck. Ep. P.

Digitized by Google

neae. In taedam quoque transeunt picea et larix, sed raro admodum. In Gallo-Provincia singulis annis indigenae non solam resinam colligunt, sed etiam diversas picis species aliaque resinosa producta praeparant ea ratione. Fossulas ad arborum radices excavant, et ad liquorem resinosum ex arboris vulneribus dimanantem recipiendum accommodant. Tum ineunte vere, arbores in inferiore parte radicibus viciniore vulnerant, singulis annis novo vulnere supra annotinum inflicto, donec ad decem aut duodecim pedum altitudinem pervenerint, et humor ab ea parte manare desierit; tum demum simili modo ex alia parte, ac deinde alia aperitur. Humor ex vulneribus abundanter diffusus fossulis recipitur, ejusque pars superna solis aestu inspissatur, et per tempus in crustam quandam resinosam concrescit, quae *barras* vulgo dicitur.

Si crusta illa candida sit et sordibus minime conspurcata, *galipot, garipot*, resinae candidae, vel etiam thuris albi nominibus insignitur. Si vero sordibus et fusco colore contaminata sit, thus variegatum, thus vulgare, aut rusticanum: vulgo *madré* et *encens de village* nominatur.

Resina candida quae *galipot*, cum cera ad faces conficiendas ab artificibus cerariis saepius permiscetur.

Humor ex fossulis extractus per corbes quasdam traiicitur, cuius fluidior pars traiecta sub terebinthinae nomine reservatur; crassior vero in corbibus residua cum aquae duplo vel triplo in alambicea coniicitur; et distillatione spiritum et oleum terebinthinae suppeditat, massa dura, friabili, rufescente, in vasorum fundo remanente, cui picis aridae seu palimpissae nomen assignatur, vulgo *arcançon* vel *bray sec*.

Quaedam picis nigrae species componitur ex palimpissa et pice nigra, liquida, vulgari. Ex hac artificiali pice nigra, cum palimpissa, sevo bovino et pice nigra, liquida, vulgari, igne simul liquatis pix navalis praeparatur, qua naves illiniri solent aut picari, antequam aequori committantur. Haec autem a navibus maritimis iam diu picatis derasa, quae salsedinem quandam ab aqua maris contraxit, zopissa dicitur, et a nonnullis apochyma.

Ex resina candida liquata, cum terebinthina communi et oleo terebinthinae, fit pix lenta, Burgundiaca dicta.

Quibusdam in locis antiquorum pinorum trunci stantes adhuc, facta prius circum arborem fossa, incenduntur, et liquorem fundunt resinoso-oleosum nigrum, qui pix nigra vulgaris dicitur, vulgo *tare*, *gaudron* et *bray liquide*. Alibi taedae in liastulas concisae aggeruntur in furno lapidibus aut lateribus artificiose constructo, in quo foramen tantum relinquitur, per quod ignis immitti et flamma primum emitti queat. Accensis taedis, omnia accurate occluduntur. Tum assulae taedae vi ignis aestuantes copiosum liquorem nigrum effundunt in canales affabre constructos, per quos et ipse deducitur in scrobes ac vasa idonea fluenti pici excipiendae affabre dicata.

Pici nigrae liquidae in vasis idoneis per sat longum tempus repositae innatat liquor fluidus, niger, oleosus, pisselaeum dictus, improprie oleum cadinum. Quidam crassiorem picis partem ad siccitatem usque coquunt et aliam palimpissae seu picis aridae speciem conficiunt.

Ex illis omnibus resinosis substantiis incensis atra levisque colligitur fuligo, vulgo *noir de fumée*, ad colorum quorumdam et atramenti librariorum praeparationem saepius usurpata. Alia fuligo similis colligitur ex oleo-

rum faecibus combustis; sed pinguis est oleosaque, et idcirco ab operariis minus aestimatur.

Terebinthina communis ad medicos usus raro adhibetur; licet iisdem fere virtutibus donetur. Artificibus quibusdam tantummodo inservit.

Vsus resinarum, tum liquidarum, tum aridarum multus est. Emolliunt, digerunt, resolvunt, et emplastris unguentisque plurimis ad hulcerum et vulnerum curationem dicatis admiscentur. Pix liquida pus movet, impetigines emendat. Siccior potentius siccat, et coalescendis vulneribus magis convenit.

Conf. Geoffroy, Mater. med. tom. II. pag. 494.

EXCVRSVS VII

DE MASTICHE.

Ad ea Plinii verba, lib. XXIV, cap. 28:

Lentisci ex arbore, et semen, et cortex, et lacrymae, etc.

Mastiche, mastix et resina lentiscina, Offic. ῥητίνη σχινίνη, καὶ μαστίχη, Dioscoridis: *masteeh* Arabum: vulgo *mastic*. Resina est arida, eleganter pellucida, ex flavo pallescens, in lacrymas vel grumos concreta, pisi minoris vel orizae crassitie, fragilis; quae statim sub dente dissilit, mox tamen calore lentascit adinstar cerae, prunis iniecta flammam concipit, odoremque non ingratum spirat, et sapore donatur leviter aromatico, resinoso et subadstringente.

Eligenda est candida, vel pallida, ad citrinum vergens, pellucida, arida, fragilis, stridens, odorata. Nigra, viridis, livida, aut impura nullius est momenti.

Ex Chio maris Aegaei insula, ubi optima et copiosissima colligitur, ad nos affertur.

Resinosae quaedam massae aridae, crassae, ex mastiche et aliis resinis coagmentatae, in officinis sub mastiches nomine venduntur ad medicinam prorsus inutiles. Ad lapidum scissuras replendas et conglutinandas reservantur.

Mastiche sponte vel vulnerato cortice exsudat ex arbore (1) terebinthorum generi affini, quae dicitur lentiscus vulgaris, C. B. P. 399. Radice est valida, multifida, fusca, dura et fibrata, stolonibus vero lentis, corylli aut cotoneae altitudinem aequantibus, densis et bracteatis, in quibus folia nascuntur coniugata, nullo impari claudente, glabra, nitida, unciam longa, utrimque acuta, angusta, resinosa, firma, laete virentia, sulcatae annexa costae quae in spinulam mollem desinit, acuti odoris, saporis acidiusculi et adstringentis; foliis interdum folliculi, vel vesiculae quaedam adnascuntur, culicibus exiguis referti, haud secus quam in terebinthinis aut ulmeis. Lentisci species quae flores stamineos profert, fructu omnino destituitur: quae vero fructum fert, staminibus orbatur. Flores staminei, racematim cohaerentes, rubentes, ad alae imum exoriuntur: fructus vero in botrum congeruntur subrotundi, rubentes, et per maturitatem nigricantes, duas lineas longi, cum testa duriore mem-

(1) *Pistacia Lentiscus* (*Dioec. pentand.* gen. 2212 Pers. *Terebinthac.* Juss.). Habitat in Europa meridionali, insula Chio, Palaestina. Ed. P.

brana resinosa et pingui obducta: intus nucleus continetur albus, oleaginosus et odorus. Hoc plantae genus a terebintho tantum diversum est foliis, quae per coniugationes quidem costae affiguntur, sed nulla impari plerumque claudente. In Gallia Narbonensi, Italia, Hispania, insula Chio, caeteris maris Aegaei insulis frequens nascitur.

Bellonius lentiscum in sola insula Chio resinam mastichen fundere affirmat. Olim tamen in Aegypto nascebatur; quandoquidem Galenus, lib. II ad Glauconem. Aegyptiacam mastichen commendat. Nonnulli in Italia ex lentiscis distillare quoque asserunt. Verum hodie mastiche quae in officinis reperitur, ex sola Chio insula affertur. Ibi lentisci arbores tali diligentia et cura excoluntur, inquit Bellonius, ut non minores in eam rem sumptus fiant quam apud nos in vinetorum culturam; nec immerito, quum potiores huius insulae opes in mastiche consistant: nisi autem diligenti cura colerentur, exiguum resinae proventum darent. Equidem tantus est eius proventus in hac insula, ut singulis annis Turcico imperatori pendant trecentas mastiches cistas seu 84375 libras: singulae enim cistae 281 libr. cum 4 scrup. continent. Incolae lentiscos mansibus augusto et septembri compungunt; et ex vulneribus in cortice factis mastiche exsudat, et in granula concrescit.

Chienses, tam viri quam femiae et pueri, mastichen fere semper in ore habent, ad roborandos dentes et gingivas, nechon ad halitum oris emendandum: panibus etiam immiscere et incoquere solent, ad eos gustui delicatiores reddendos.

Mastiche in foro medico ad multa commendatur, aliquantisper aromatica est: inter adstriogentia et stomachica recenseitur.

Conf. Geoffroy, Mat. med. tom. II, pag. 544 sq.

EXCVRSVS VIII

DE ACACIA.

Ad ea Plinii verba, lib. XXIV, cap. 67:

Est et acacia e spina. Fit in Aegypto alba nigraque arbore, etc.

Gummi Arabicum Offic. κόμμι ἀκακίας ἀκάνθης Dioscoridis: κόμμι proprie dictum, et κόμμι Θηβαϊκόν Galeni: gummi Babylonicum, gummi Saracenicum, quorumdam: gallice *gomme arabique*. Succus est concretus in grumos, nucis Ponticae vel juglandis magnitudine et amplius, globosos, alias longos et teretes vermium instar, aut contortos et in se convolutam erucam imitantes, pellucidos, ex flavo pallescentes, aut omnino flavos, aut rutilos, superficie fere rugosos, fragiles, et intus splendentes vitri instar, in ore lentescentes et dentibus adhaerescentes, aquae in qua dissolvuntur, lentorem viscidum conciliantes, saporis expertes. Ex Aegypto, Arabia et Africanis oris affertur.

Probatur candidum vel pallide flavescens, pellucidum, nitens, siccum, nullis coinquinatum sordibus.

Afferitur quoque in maiores glebas compactum rufescentes, sordidas, quae ad usus mechanicos tantum reservantur.

Satis constat gummi proprie dictum, gummi Thebaicum vel Aegyptium Graecorum, gummi Arabicum Serapionis, esse gummosum succum ex arbore spinosa acacia dicta exsudantem. At nonnulli dubitarunt utrum gummi in officinis Arabicum hodie dictum idem sit ac Graecorum gummi, an potius pomorum, cerasorum, prunorum gummi? Verum omne gummi quod nobis per Massiliam ex Aegypto et Africanis oris affertur, non potest esse harumce arborum gummi, quae illis in regionibus non reperiuntur. Deinde acaciae arbores in illis regionibus luxuriant, et uberrimam gummi copiam fundunt, ut Bellonius et Alpinus testantur. Insuper fructus et spinae quae in gummi Arabici capsis deprehenduntur, sunt acaciae Aegyptiacae fructus; unde concludi potest, si non ex sola hujus acaciae specie colligitur, saltem illud pro maiori parte ex hac arbore desumi.

Arbor ex qua gummosus ille succus diffluit, dicitur acacia folio scorpioidis leguminosae, C. B. P. 392: acacia vera, J. B. I. 429. Arbor est procera et patula, radicibus multifidis hac illac diffusis, trunco pedem saepe crasso, caeteras acaciae arbores altitudine aequante aut superante, firmo, brachiato, aculeis validis armato, foliis coniugatis tenuissimis, costae duas uncias longae utrimque adhaerentibus. Pinnulae obscure virescunt, tres lineas longae, unicam lineam vix latae. Flores in eorum alis oriuntur in glomeramen xphae-

ticum coacervati, petiolo unciali insidentes, aurei, monopetali, inodori, ex tubulo angusto in calathum quinquepartitum ampliati, cum numerosa staminum congerie et pistillo abeunte in siliquam lupini siliquis quodammodo similem, quinque uncias plus minusve longam, fuscam vel rufescentem, compressam, in medio lineam crassam habentem, circa oras tenuiorem, non aequaliter latam, sed per intervalla adeo coarctatam, ut orbiculos depressos quatuor, quinque, sex, octo vel decem aut amplius quasi filo quodam traiecto connexos repraesentet. Latior orbiculorum pars seu diameter semiunciam aequat, intermedium vero orbiculorum vix lineam attingit. Singulorum orbiculorum medium occupat semen ovatum, depressum, durum, minus quam carobae, spadiceum, circulo in orbem ducto ut in tamarindis, mucagine quadam gumminosa, adstringente, subacida, rufescente involutum. In Aegypto circa Cairum frequens nascitur, teste Aug. Lippi, Epist. ad ill. D. Facon.

Ex siliquis adhuc viridibus contusis succus exprimitur, qui inspissatus acacia dicitur; de quo suo loco agemus.

Ex corticis ramorum et trunci fissuris humor viscidus sponte fluit, qui per tempus indurescit: et est gummi haud dissimile gummoso succo qui sponte ex prunis, pomis, cerasis, aut aliis arboribus hic distillat. Saepius in grumos variae magnitudinis et figurae concrescit, nonnumquam etiam in stirias longas, teres, incurvas, vermium aut erucarum instar, quae vermiculata dicitur, et ab antiquis plurimi aestimabatur, licet ab altera nonnisi sola figura differat.

Gummi nostras Offic. vulgo *gomme du pays*, ab Arabico discrepare non videtur. Ex cerasis, prunis, pomis, persicis, aliisque eiusmodi arboribus stillat. Iisdem virtutibus cum Arabico donatur. Verum enimvero ad usum medicum gummi Arabicum caeteris anteponitur, quandoquidem eius vires usu diuturniori cognitae sunt et comprobatae.

Haetenus de gummi arabico Geoffraeus, Tract. de Mat. med. tom. II, p. 572 sqq. nunc idem rursus de acacia vera, ibid. p. 716 sqq.

Acacia vera et succus acaciae, Offic. ἀκακία Galeni, Damocratis et aliorum: ἀκακίας ἐκχύλισμα Dioscor. δάκρυον κυανοπὸν ἀκάνθης Andromachi. Succus est inspissatus, gummosus, colore extus fuscus aut nigricans, intus rufescens seu subfulvus, consistentiae firmioris, durae, in ore lentescens, saporis austeri adstringentis, non ingrati, in massulas subrotundas 4, 6, vel 8, unciarum pondere, et tenuioribus vesicis involutas compactus.

Probatur recens, purus, nitidus, qui aqua facile dissolvitur. Nigerrimus et siccissimus improbatur, sicut etiam sordibus conspurcatus. Ex Aegypto per Massiliam nobis affertur.

Exprimitur ex siliquis immaturis plantae, cuius descriptio exposita fuit, quandoquidem eadem arbor gummi Arabicum et hunc succum suppeditat. Siliquae nondum maturae, aqua perfusae contunduntur, exprimuntur, et succus expressus coctione inspissatur, et in massulas cogitur.

Inter incrassantia, adstringentia et repercutientia medicamenta numeratur. Ventriculum firmat, vomitum sedat, et alvi profluvia, haemorrhagias quascumque sistit, sanguinem inspissando, humorum acrimoniam demulcendo, et solidas partes roborando ac firmando.

Aegyptii, referente Alpino, sanguinem spuentibus acaciae drachmam sin-

gulo mane aliquo liquore dissolutam potandam offerunt. Idem mulieribus quae immodicas uterinas patiuntur haemorrhagias, hunc succum dissolutum et in uterum iniectum proponit. Frequentissimus est in collyriis apud Aegyptios illius usus ad oculos roborandos, atque ad inflammationibus, quae ibi frequentissimae sunt, tuendos. In gargarismatibus repercutientibus, in angina ad fluxionem incipientem cohibendam utiliter usurpatur. Ad anum uterumque procidentem succo dissolulo cum foliorum florumque decocto nihil praestantius esse idem Alpinus asserit. Ab eodem ad podagricos dolores in fotu commendatur, sed adstringendo repercutit: quare his in affectibus minus tutum est, quandoquidem humoris fluxum coërcet, saepiusque versus inferiora repellit.

Cairi, inquit P. Alpinus, coriarii ad denigrandas pelles multam copiam illius succi absumunt.

In officinis acaciae verae defectu alium succum extractum saepe substituunt, quem acaciam nostratem seu Germanicam nominant; licet viribus ab acacia vera paulo diversum. Quapropter ad theriacae confectionem pharmacopoei curare debent, ut veram et genuinam acaciam conquirant, quae magni est usus in Aegypto, et facile apud nos reperitur.

Acacia nostras et Acacia Germanica Offic. Succus est inspissatus, siccus, durus, ponderosus, niger, intus nitens, in massulas vesicis involutas compactus, sapore acido austero. Ex Germania affertur, necnon etiam in officinis nostris praeparatur.

Planta ex cuius fructu succus ille elicitur, dicitur prunus silvestris, C. B. P. 444: vulgo *prunellier*, vel *prunier sauvage*. Arbor fructicosa est, sepibus notissima, multis ramis donata, et spinosa, cortice subpurpureo et cinereo circumvestitur. Folia profert lanceolata, in ambitu serrata, sapore adstringente. Flores ante folia e ramulorum tuberculis nascuntur conferti, niveo candore insignes, teneri, amari aliquantisper odorati, rosacei, pentapetali, in quorum medio stamina alba apicibus intense croceis ornata stylum viridem longiorem circumdant, ex calyce exsurgentem; qui calix deinde in fructum abit. Flosculis pari fertilitate succedunt fructus parvi, ex rotundo oblongi, cerasis vulgatis minores, primum virides; paulo ante maturitatem glauci, tandem maturescentes atro-caerulei, insigni astrictione praediti, ossiculum continentes cerasi ossiculo par aut paulo minus, sed longius, cum nucleo simili. Radice nigra est.

Folia, cortex et fructus immaturi refrigerant, exsiccant et adstringunt: unde usus eorum in haemorrhagiis et alvi profluviis frequens.

Ex prunis silvestribus immaturis in clibano exsiccatis et postea cum musto vel cervisia fermentatis apud Germanos vina et cerevisiae praeparantur in alvi profluviis et immoderato mensium fluxu proficua.

Ex iisdem immaturis et recentibus succus exprimitur, coquitur et inspissatur ad extracti solidi consistentiam sub acaciae Germanicae nomine, et acaciae verae succedaneum habetur. Maiori tamen aciditate donatur; quapropter magis refrigerans et adstringens censetur: multo minus olei continet; idcirco humorum acrimoniam non aeque ac vera acacia temperare valet.

Sic de acacia et gummi eleganter nitideque, ut solet, Geoffraeus noster, et pro tempore, quo scribebat, utiliter et docte. Fusius autem et quod ad

rem medicam pertinet, vel chymicam, vel botanicam, aptius et emcleatius Dr. Barbier nostras, in laud. sup. med. Scientiar. Diction. tom. XVIII, pag. 578 sqq.

Gomme arabique, *gummi arabicum*. La gomme arabique est une substance de nature gommeuse qui provient de l'arbre que les Anciens nommaient *acacia vera*, et que Linné a désigné sous le nom de *mimosa nilotica*; plusieurs autres espèces du même genre en fournissent aussi. Ces arbres, de la familles des légumineuses, sont très-abondants en Égypte, sur les bords du Nil, dans les déserts de la Libye, dans l'Arabie, dans l'intérieur de l'Afrique. La gomme arabique découle de ces arbres spontanément; on augmente ce produit excrété, par des incisions que l'on fait au trone de ces végétaux. Cette exsudation est très-abondante: c'est d'abord un suc liquide et visqueux: mais au contact de l'air, il se durcit. On le trouve dans le commerce, en masses arrondies ou hémisphériques, souvent creuses d'un côté, de la grosseur d'une noisette et plus. Cette substance est d'une couleur blanchâtre; sa cassure paraît vitreuse; elle est inodore, et donne une saveur fade ou visqueuse.

La gomme arabique se dissout en totalité dans l'eau; elle donne à ce liquide de la viscosité. Huit onces de gomme arabique portent deux livres d'eau à la consistence des sirops. L'alcool n'a aucune action sur la gomme arabique: il en est de même de l'huile; cependant lorsque l'on triture la gomme en poudre avec l'huile, cette dernière devient miscible à l'eau. Si l'on verse de l'alcool dans une solution aqueuse de gomme, celle-ci se précipite en flocons blancs, mous et opaques; l'eau s'unit alors à l'alcool avec lequel elle a beaucoup d'affinité, et elle abandonne la gomme. La gomme arabique contient toujours quelques parcelles salines. M. Vauquelin, en brûlant cent parties de cette substance, obtint trois parties d'une cendre formée de carbonate de chaux et d'un peu de phosphate de chaux et de fer.

La gomme arabique a une qualité alimentaire; elle est susceptible d'être digérée et convertie en chyle. Il serait facile d'accumuler les fait en faveur de la propriété nourrissante de la gomme arabique. Hasselquist, dans l'histoire de son Voyage du Levant, rapporte qu'une caravane qui allait d'Éthiopie en Égypte, ayant consommé toutes ses provisions, ne subsista pendant deux mois que de gomme arabique dissoute dans l'eau; cette substance se trouvait heureusement parmi les marchandises qu'elle portait. Lind ajoute que la gomme nourrit des villes entières de nègres, quand il survient une disette, et que les Arabes qui, deux fois l'an, ramassent cette gomme dans les forêts de l'intérieur du pays, n'ont pas d'autres aliments pendant deux mois (*Malad. des Europ. dans les pays chauds*). Cependant M. Magendie vient d'élever des doutes sur la qualité nutritive de la gomme. Il a vu que des chiens, nourris seulement avec cette substance, maigrissaient dès la deuxième semaine, éprouvaient bientôt une faiblesse considérable, et périssaient dans le marasme le plus complet.

La gomme arabique jouit d'une propriété médicinale qui mérite aussi de nous occuper. Cette substance est un puissant émollient. Son impression sur les tissus vivants tend à produire un relâchement des fibres qui les constituent. Cet effet sera surtout marqué, si un état morbifique tient trop élevé le ton, l'énergie vitale des organes. Une légère solution de gomme dans

l'eau, prise comme boisson habituelle, est un secours utile dans la fièvre inflammatoire, dans le début des phlegmasies muqueuses, cutanées, etc. comme la dysenterie, la diarrhée, la gonorrhée, l'entérite, la péripneumonie, la pleurésie, etc. On s'en sert aussi avec succès dans les irritations des voies urinaires. Les pâtes de guimauve, de jujubes et autres, si souvent employées contre les rhumes, la toux, etc. doivent toutes leurs vertus à la gomme arabique. Cette substance convient aussi dans les hémorrhagies qui ont un caractère actif. La puissance émolliente, adoucissante, qu'exerce sur le système animal la gomme arabique dissoute dans l'eau, explique suffisamment les succès qu'elle procure dans le traitement des hémorrhagies actives et des diarrhées; il est inutile, sans doute, d'y chercher une vertu astringente pour concevoir ces avantages. Nous nous garderons bien surtout d'assigner un rôle aux molécules ferrugineuses dont on a signalé l'existence dans cette substance; il serait trop plaisant d'ériger en cause d'une action thérapeutique, quelques particules de fer toujours inappréciables dans la dose à laquelle on donne la gomme arabique.

Cette gomme fait la base des juleps, si usités dans les hôpitaux, pour calmer la toux, pour adoucir l'irritation des voies aériennes. Elle devient un excellent correctif des ingrédients qui entrent dans la composition des pilules. Dans les arts, on s'en sert pour donner de la consistance et du lustre aux tissus légers, aux rubans, au taffetas; enfin, on met de la gomme arabique dans l'encre, dans la cirage pour les souliers, les bottes, etc.

Acacia Nilotica Linn. (*Monadelph. polyand.* gen. 1655 Pers. sub *Mimosa. Leguminos.* Juss.), *Acacia vera* seu *Arabica* Willd. item *Acacia Senegal*, ex quibus gummi flavescens, aut albicans, Arabiae, Aegypti, et calidarum Africae regionum omnes incolae. Diversa omnino genere arbor illa est, quae nostris vulgo *acacia*, vel *pseudo-acacia* dicitur, ex America boreali oriunda, nunc apud nos ubique culta; cujus stirps una, in Europa omnium antiquissima, a Vespasiano Robin plantata, exstat etiamnunc in Horto Regio Parisiensi. *Pseudo-acaciae* primus mentionem fecere Job. Robinus pater, in Limocieri Hist. Plant. ed. sec. Paris. 1619; et Cornutus, Hist. Plantarum Canadensium, Paris. 1635. Nobis ea nunc arbor, ex qua nullus fluit, aut elicitur succus, dicitur *Robinia Pseudo-Acacia* (*Diadelph. decand.* gen. 1724 Pers. *Leguminos.* Juss.); flores albos habet, odoratos. Variat caule inermi, foliis maioribus; Cf. Duhamel, *Hist. des arbres*, etc. ed. sec. tom. II, pag. 6, fig. 16. Sprengel. Hist. Rei herbar. tom. II, p. 112, sq. En. P.

EXCVRSVS IX

DE SARCOCOLLA

Ad ea Plinii Verba, lib. XXIV, cap. 78:

Sunt qui et sarcocóllam spinae lacrymam putent, pollini thuris similem, etc.

Sarcocolla Offic. Σαρκοκόλλη Graecorum, *Ansarot*, *Anazaron* et *Auxurut* Arabum: vulgo *sarcocolle*. Succus est gummosus, aliquantisper resinosus, minutis et veluti friatis constans grumis albicantibus, aut ex albo rufis, aut rubentibus, spongiosis, friabilibus, micis lucentibus subinde mistis; saporis subacris, amari, cum quadam ingrata dulcedine obscura, nauseam provocantis. Globosarum pisi aut avellanae magnitudine lacrymarum fragmina videntur, quae seminibus papaveris non multo maiora sunt. Sub dentibus lentescit, in aqueo humore dissolvitur; et candelae admota primum ebullit, postea in claram flammam exardet. Eligenda est rara, spongiosa, candida, amara. Ea Persia et Arabia affertur.

Alia est sarcocollae species fusca, sordida, et in glebas compacta, de qua Pometus mentionem facit; sed prorsus reiicienda.

Planta quae hunc succum fundit, a nullo vel Veterum, vel Recentiorum, descripta fuit; hodieque adhuc ignota est.

De sarcocollae viribus auctores inter se non conveniunt. Eius purgatoriae virtutis veteres Graeci non meminerunt, eaque nonnisi extrorsum utebantur. Arabes pituitam crassam et glutinosam purgandi facultatem illi tribuunt. Galenus refert eam citra morsum exsiccare et vulnera glutinare. Serapio inter cathartica medicamenta illam recenset: extus comedere carnes hulcerum, intus exhulcerare intestina, et inducere calvitiem asserit. C. Hoffmannus internum illius succum prorsus damnat et rejicit.

Attamen fere omnes sarcocollam commendant maceratam in lacte asinino vel muliebri in ophthalmiis seu oculorum fluxionibus, quas lymphae acrimoniam demulcendo compescit. Praeterea vulnera abstergit, consolidat, et cicatrice obducit. Vnde nomen adepta est.

Sic Geoffraeus, Tract. de Mat. med. tom. II, pag. 676 sq. Operae vero pretium credidimus ex laud. sup. Dr. Merat, med. Scient. Diction. excerpere, quae Recentioribus innotuerunt, ne manca prorsus ac supervacua, de substantia tantopere Veteribus celebrata, haec mentio videretur.

Digitized by Google

La sarcocolle est une substance qui découle d'un petit arbrisseau du genre *Penaea*, de la tétrandie monogynie de Linné, et qui se rapproche de la famille des bruyères. On regardait avant Thomson la sarcocolle comme une gomme-résine; ce chimiste a montré que c'était une substance différente qui tient de la gomme et du sucre.

Le végétal qui produit cette substance, nommé par Linné *Penaea Sarcocolla*, croît dans l'Éthiopie et au Cap de Bonne Espérance, et probablement en Perse. La sarcocolle découle particulièrement des calices de la plante, contre l'ordinaire des produits semblables qui s'échappent de l'écorce; elle est en petits grains irréguliers, inégaux en grosseur, ayant depuis le volume d'une tête d'épingle jusqu'à celui d'un pois au plus, anguleux, les uns d'un rouge de grenat, les autres d'un jaune paille, d'autres avec des nuances intermédiaires ou plus foncées, en général demi-transparents, quelquefois transparents, ou enfin opaques; elle n'a pas d'odeur manifeste; sa saveur est âcre et chaude: on ne peut tenir un instant les morceaux de cette substance dans la bouche sans éprouver le besoin de les rejeter de suite, tant ils sont incommodes et provoquent l'excrétion de la salive.

Cette espèce de causticité de la sarcocolle explique pourquoi on n'en fait point usage à l'intérieur. Il paraîtrait pourtant, d'après ce qu'en disent les auteurs arabes, surtout Mesué, qu'on l'a employée comme purgative; dans ce cas, elle doit l'être avec excès, et se classe parmi les drastiques les plus violents; Sérapion dit même qu'elle ulcère les intestins: c'est donc avec raison que C. Hoffmann en condamne tout usage intérieur. Les Grecs ne s'en servaient qu'extérieurement, et c'est de la vertu qu'ils lui supposaient de consolider les chairs qu'est venu le nom qu'elle porte.

La sarcocolle doit être rangée parmi les substances les plus actives, peut-être sur la même ligne que l'euphorbe: elle ronge les chairs baveuses, déterge les vieux ulcères dont elle facilite ensuite la cicatrisation. Elle nous semble pouvoir remplacer les caustiques ordinaires dans les occasions où on se sert de ceux-ci, et qu'on a besoin de les employer en poudre, ce qu'on ne peut faire ni de la potasse caustique, ni du nitrate d'argent qui se fondent à l'air. Son action rongeante est bien plus prononcée que celle de la sabine, de la rue, etc. etc. On pourrait, sous ce rapport, l'employer plus qu'on ne fait, car elle est presque inusitée.

L'analyse chimique a trouvé dans cette substance un principe particulier qu'on a désigné sous le nom de sarcocolline: elle en forme les deux tiers environ, d'après Thomson, qui lui donne pour caractères d'être insoluble, incristallisable, brune, cassante, d'apparence gommeuse, d'offrir une saveur sucrée suivie d'amertume, d'être soluble dans l'eau et l'alcool; Geoffroy avait déjà remarqué que la sarcocolle se ramollit au feu sans se fondre; qu'elle se décompose ensuite en répandant une légère odeur de caramel, et sans laisser à peine de résidu, etc.

D'après l'abondance de ce principe, le chimiste anglais regarde les autres matières qui lui sont jointes dans l'état où elle nous arrive dans le commerce, comme lui étant étrangères, et pour lui la sarcocolle n'est que la sarcocolline.

M. Pelletier a répété l'analyse de la sarcocolle ; et l'a trouvée ainsi composée :

Sarcocolline	65, 30.
Gomme	4, 60.
Matière gélatineuse . . .	3, 50.
Matière ligneuse . . .	26, 80.
	100.

Digitized by Google

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXV.

I.

(1) Ipsa quae nunc dicetur herbarum claritas, medicinae tantum gignente eas tellure, in admirationem curae priscorum diligentiaeque animum agit. Nihil ergo intentatum inexpertumque illis fuit: nihil deinde occultatum, quodque non prodesse posteris vellent. At nos elaborata iis abscondere atque supprimere cupimus, et fraudare vitam etiam alienis bonis. Ita certe recondunt, qui pauca aliqua novere, invidentes aliis: et neminem docere, in auctoritatem scientiae est. Tantum ab excogitandis novis, ac iuvanda vita mores absunt, summumque opus ingeniorum diu iam hoc fuit, ut intra unumquemque recte facta veterum perirent. At hercules singula quosdam inventa deorum numero addidere: omnium utique vitam clariorem fecere cognominibus herba-

I. *Fraudare vitam.* Et fraudare homines qui vivunt, bonis quae alii invenere. Haas.

In auctoritatem. Id auctoritatem conciliare scientiae videtur. H.

Singula quosdam. Quae singuli homines invenerunt, quosdam e suis inventoribus in deorum numerum addidere: omnium certe, qui in eo elaboratunt, vitam clariorem fecere, co-

rum, tam benigne gratiam memoria referente. Non aeque haec cura eorum mira in his, quae statu blandiuntur; aut cibo invitant: culmina quoque montium invia et solitudines abditas, omnisque terrae fibras scrutati invenere, quid quaeque radix polleret, ad quos usus herbarum folia pertinerent, etiam quadrupedum pabulo intacta ad salutis usus vertentes.

II. (II) Minus hoc, quam par erat, nostri celebravere, omnium utilitatum et virtutum rapacissimi: primusque et diu solus idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magister, paucis dumtaxat attigit, boum etiam medicina non omissa. Post eum unus illustrium tentavit C. Valgius eruditione spectatus, imperfecto volumine ad divum Augustum, inchoata etiam praefatione religiosa, ut omnibus malis humanis illius potissimum principis semper mederetur maiestas.

III. Antea condiderat solus apud nos, quod equidem inveni, Pompeius Lenaeus, Magni libertus: quo primum tempore hanc scientiam ad nostros pervenisse animo adverto. Namque Mithridates, maximus sua aetate regum, quem debellavit Pompeius, omnium ante se genitorum diligentissimus vitae fuisse

gnomine herbis indito. H. — *Omnium utique.* Pintianus script. mallet *hominum.* Ed. P.

Mira in his. Gr. et al. ante Hard: *mira esset in.* Ed. P.

Sed culmina, etc. (Sic prius). Particula *sed* in nullo est nostrorum. Et eleganter in talibus eam omisit saepius ad Livium et Senecam monendum nobis fuit. Gron.

II. *Praefatione.* Inserta praecautione, ut humanis calamitatibus opitularetur principis maiestas, felici administratione imperii. Hard.

Mederetur. Sic et Chifl. *medicetur* Gron. et al. et paulo post *animadverto.* Ed. P.

III. *Praeterquam fama.* Forte, ut alibi, *praeterque*: hoc est, ac praeterea. Praeter singularem famam, quam ille apud omnes obtinuit, etiam argumentis quamplurimis diligentissimus naturae scrutator fuisse intelligitur. Hard.

argumentis, praeterquam fama intelligitur. Vni ei excogitatum, quotidie venenum bibere praesumtis remediis, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inventa genera antidoti, ex quibus unum etiam nomen eius retinet. Illius inventum autumant, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis, quoniam veneno viverent. Ad illum Asclepiadis medendi arte clari, volumina composita exstant, quum sollicitatus ex urbe Roma, praecepta pro se mitteret. Illum solum mortalium viginti duabus linguis loquutum certum est, nec de subiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis LVI, quibus regnavit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinae peculiariter curiosus, et ab omnibus subiectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens, scrinium commentationum harum

Vni ei excogitatum. Cels. V, 23: *Nobilissimum est antidotum Mithridatis, quod quotidie sumendo, rex ille dicitur adversus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse.* Vide Dionem Cassium lib. XXXVII, cap. 35. Hard.

Illius inventum autumant. Gellius lib. XVII, cap. 16, pag. 972: *Anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis victitare. Scriptum etiam a Lenaeo Cn. Pompeii liberto, Mithridatem illum Ponti regem medicae rei et remediorum genus id solertem fuisse: solitumque eum sanguinem miscere medicamentis, quae digerendis venenis valent; eumque sanguinem vel potentissimum esse in ea confectione.* Sanguinem anatum utilissime in antidotis misceri, tradit quoque Dioscor. II, 97, anseris quoque atque hoedi. Meminit etiam Scribonius Larg. Comp. CLXXXVII. Hard.

Sanguinem anatum, etc. Inde nata est ac inventa medicis confectio δι' αἱμάτων. Dal.

Ad illum, etc. Ad Mithridatem libros misit de arte medendi Asclepiades, quum sollicitatus ab eo rege, ut ad se veniret, pro se praecepta ab Vrbe misit. Commentarios edidisse in quosdam libros Hippocratis, aliaque plurima scriptis consignasse, ex Brasavoli indice in Galenum intelliges: praeter ea quae recensuimus in Auctorum syllabo. Hard.

Solum mortalium. Transcripsit haec Gellius, XVII, 17, p. 974, indicavitque Plin. VII, 24, ed. nost. tom. III, pag. 105 et 275. Ed. P.

Annis LVI. Sic libri etiam MSS. Regg. Colb. etc. Appianus de bello Mithrid. pag. 249, vixisse ait annos novem supra LX; imperitasse annos LVII: Ἔζησε δ' ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἐπὶ τοῖς ἑξήκοντα ἔτεσι· καὶ τούτων ἑπτὰ καὶ

et exemplaria, effectusque, in arcanis suis reliquit. Pompeius autem omni regia praeda potitus, transferre ea sermone nostro libertum suum Lenaeum, grammaticae artis, iussit: vitaeque ita profuit non minus, quam reipublicae victoria illa.

IV. Praeter hos graeci auctores medicinae prodidere, quos suis locis diximus. Ex his Cratevas, Dionysius, Metrodorus, ratione blandissima, sed qua nihil paene aliud, quam rei difficultas intelligatur. Pinxere namque effigies herbarum, atque ita sub-

πεντήκοντα ἔτεσιν ἐβασίλευσε. Strabo lib. X, pag. 477, auctor est aetatis anno undecimo susceptum ab eo imperium. H. — *Annis LVI, quibus regnavit.* Brot. *annis LXI*, etc. Ed. P.

Pompeius autem omni regia praeda potitus. Antidotus vero multis Mithridatica fertur Consociata modis: sed Magnus scrinia regis Quum raperet victor, vilem deprendit in illis Synthesin, et vulgata satis medicamina risit. Serenus cap. de venenis. Dal.

Lenaeum, gramm. artis doctissimum. Vox ultima est ab non doctissimo. Chiffl. et Vossianus relegant. Et eodem modo loquutus est Plinius (vid. infr.). Grob. — *Grammaticae artis.* Libri editi, *grammaticae artis doctissimum*, quae vox inserta temere ab interpolatore aliquo, nec Plinium sapit. Abest ea sane a MSS. Regg. Colb. Chiffl. Sic XXX, 6: *Adolescentibus nobis vivas Apion grammaticae artis*, hoc est, grammaticus. Et supra VII, 40: *Grammaticae artis Daphni Gnatio.* Lib. IX, 8: *Arionem quoque citharoedicae artis interficere nautis in mari parantibus.* Hand. — *Grammaticae artis.* Sic bene MS. Reg. 4, Vossian. et editio princeps: neque addendum fuit *peritum*: Brot.

IV. *Ex his Cratevas*, etc. In libris hactenus editis ita legitur: *Ex his Evax rex Arabum, qui de simplicium effectibus ad Neronem scripsit; Cratevas*, etc. Interiecta verba nulli codices agnoscunt manu exarati, non Regg. Colb. Chiffl. aliive. Vnde vero ea huc irrepserint, coniicere haud in promptu est. Meminit illius Marbodeus, lib. de gemmis, f. 6: *Evax rex Arabum, fertur scripsisse Neroni, Qui post Augustum regnavit in orbe secundus.* Tiberium igitur Caesarem intelligit, eum cui et Neronis cognomentum fuit, et summa post Augustum reipublicae cura commissa. Hunc Plinius Neronem nusquam vocat: ne si Neronem diceret, Domitius Nero intelligeretur. Pergit: *Quot species lapidis, quae nomina, quive colores, Quaeque sit his regio, vel quanta potentia cuique: Hoc opus excerpens dignum componere duxi, Aptum gestanti forma breviore libellum.* At diversum id opus est ab eo quod de simplicium effectibus inscriptum esse dicitur. Huius Evacis opera carmine elegiaco scripta haberi aiunt Ferrariae, aut Viennae Austriae, inquit Andr. Piraquellus lib. de Nobil. cap. 31, p. 194. Hand.

Qua nihil paene aliud, quam rei difficultas intelligatur. Summae pro-

scripsere effectus. Verum et pictura fallax est, et coloribus tam numerosis, praesertim in aemulatione naturae, multum degenerat transcribentium sors varia. Praeterea parum est singulas earum aetates pingi, quum quadripartitis varietatibus anni faciem mutent.

V. Quare caeteri sermone eas tradidere: aliqui ne effigie quidem indicata, et nudis plerumque nominibus defuncti, quoniam satis videbatur potestates vimque demonstrare quaerere volentibus. Nec est difficile cognitu. Nobis certe, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari scientia Antonii

fecto difficultatis fuit et esse debuit, dum Noster ea proderet, planterum, ut nunc loquimur, iconographia. Nostris vero temporibus, minime fallax appellari aut videri possit pictorum industria, si quis per se aestimare velit, quid in aemulatione naturae, arte iam adulta, effecerint nostratum ingenia, e. g. in *Fucis*, *Fungis* et *Muscis*, extricatu difficillimis, ob exiguitatem partium; ut silemus de *Liliaceis*, *Rosis*, plurimisque aliis iam immensi pretii operibus, tam vivido florum colore, tam nativo habitu depictis, ut in herbariorum (*herbiers*) vicem succedant, quae *Florae* vel *Horti*, vel *Monographiae* nomine pleraque inscripta priore abhinc saeculo prodiere. Ed. P.

Transcribentium. Depingentium. *Scribere* Veteres dixere pro *pingere*. Statius Theb. VIII, 270: *inscriptaque deus, qui navigat oliva*. Haav.

V. *Nobis certe, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari*, etc. Veteres commentatores, viri alias doctissimi; sed rei herbariae non satis periti, Hermolaus, Leonicenus, Salmasius, etc. acriter Plinium perstrinxerunt, quod penitiore linguae graecae cognitione destitutus, sine iudicio ac delectu undique corraserit, quae curiosa luitque digna ipsi visa fuerint; et auctores graecos saepius falso, autnegligenter saltem interpretatus sit. Quod enim reprehendit in maioribus suis, quod notas ipsas herbarum, veluti vulgares, strictim tantum et nominibus indicaverint, id et in ipsum cadit. Licet plures, et dissitas quidem, romani imperii provinciis perlustraverit, plantas tamen perpaucas (centenas circiter novas species, Plinio proprias et peculiares enumerat Sprengel. loc. infra citat.) solummodo cognovit, minime vero rariores. Plurimas profitetur herbas in hortulo Antonii Castoris semet observasse, qui tertius fere post Theophrastum et Mithridatem regem, peculiarem plantis alendis hortum constituit: neque tamen rari sunt in tam vasto opere errores gravissimi, e cognitione plantarum manca orti. Conf. Sprangel. Hist. Rei herbar. t. I, p. 198 sq. Ed. P.

Castoris, cui summa auctoritas erat in ea arte nostro aevo, visendo hortulo eius, in quo plurimas alebat, centesimum aetatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne aetate quidem memoria aut vigore concussis. Neque aliud mirata magis antiquitas reperietur. Inventa iampridem ratio est praenuntians horas, non modo dies ac noctes, solis lunaeque defectuum. Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis et herbis id cogi, eamque num feminarum scientiam praevalere. Certe quid non replevere fabulis Colchis Medea, aliaeque, in primis Itala Circe, diis etiam adscripta? unde arbitror natum, ut Aeschylus e vetustissimis in poëtica, refertam Italiam herbarum potentia proderet; multique Circeios, ubi habitavit illa, magno argumento etiamnum durante in Marsis a filio eius orta gente, quos esse domitores serpentium constat. Homerus quidem primus doctrinarum et antiquitatis parens, multus alias in admiratione Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit; quum etiam, quae rigatur, Aegyptus illa non esset; postea fluminis limo invecta. Herbas certe Aegyptias a regis uxore traditas suae He-

Herbis id cogi, eamque num, etc. Sic enim interdum hac paralectica particula Plinius utitur, ut supra l. XXII, cap. 16 initio: *Ea quoque num, quam lamium*, etc. Gel. — *Eamque*. Hanc voculam iam ante mirati sumus, XXII, 16. Hard.

Aeschylus. Huius poëtae versiculum ἐκ τῶν ἔλεγλων recitat hunc Theophrast. Hist. Plant. IX, 15: Τυρρήνων γενεὰν φαρμακοποιὸν ἔθνος. *Gens Tyrrhena suis clara veneficiis*. H.

In Marsii, etc. De his egimus lib. VII, cap. 2. Hard.

Quum etiam, quae rigatur, Aegyptus, etc. Tantum enim Aegypto, aggerente Nilo, accessit, ut Pharos insula, quam Homerus aetate sua unius dies cursu a continente abesse scribit, postea littoribus urbi Alexandriae ponte iungeretur. Gel. — *Aegyptus*. Pars Aegypti ea quae Delta dicitur, ac Nili ostiis secatur. Vide quae diximus II, 87. Hard.

A regis uxore. Fuit ea Polydamna Thonis Aegyptii regis uxor; Odyss. IV, vers. 228: Ἐνθλὰ, τὰ οἱ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα,

lenae plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes, oblivionem tristitiae veniamque afferens, et ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum. Primus autem omnium, quos memoria novit, Orpheus de herbis curiosius aliqua prodidit. Post eum Musaeus et Hesiodus polion herbam in quantum mirati sunt, diximus. Orpheus et Hesiodus suffitiones commendavere. Homerus et alias nominatim herbas celebrat, quas 4
suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus sapientia, primus volumen de earum effectu composuit, Apollini, Aesculapioque, et in totum diis immortalibus inventione et origine assignata. Composuit et Democritus, ambo peragratis Persidis, Arabiae, Aethiopiae, Aegyptique Magis: adeoque ad haec attonita antiquitas fuit, ut affirmaret etiam incredibilia dictu. Xanthus historiarum auctor, in prima earum tradit, occisum draconis catulum revocatum ad vitam a parente herba, quam balin nominat: eademque Thylonem, quem draco occiderat, restitutum saluti: et Iuba in Arabia herba revocatum ad vitam hominem 5

πολλὰ δὲ λυγρά. *Prospera, quae quondam Thonis dulcissima coniux Aegypti Polydamna dedit, qua plurima gignit Noxia terra ferax, et multa probata venena.* De nepenthe diximus XXI, 94. Vide et Euseb. Pr. Evang. p. 484. Haec porro totidem verbis traduntur a Theophr. Histor. IX, 15. Hard.

Ac nobile illud nepenthes. Hinc ap. Philostratum κρατὴρ Ἑλένης, de eo quod animi curam et moerorem leniit, τὸ δὲ φρόντισμα τοῦτο, inquit, ἄριστε ὑπάτων, καὶ τὰ ἄχθη σοὶ κουφιεῖ τῇ γνώμῃ, ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς Ἑλένης τοῖς Αἰγυπτίοις φαρμάκοις. Idem auctor Antiphontem, quem ob excellentem eloquentiam Nestorem cognominarunt, scribit promittere solitum τὰς τοῦ νηπενθοῦς ἀκροάσεις. Plutarchus scribit ab Antiphonte excogitatam τῆς ἀλυπίας τέχνην. Rhod. XIX, 3. Dal. — De Nepenthe conf. Excurs. III ad calcem lib. XXI edit. nost. Ed. P.

Diximus. De polio herba, quae nobis est *Teucrium Polium*, egimus lib. XXI., capp. 21 et 84. Ed. P.

Adeoque ad haec attonita. Ad eximias herbarum vires sic haesit attonita, ut audacior facta nihil vereretur etiam auditu incredibilia addere. H. — *Affirmaret.* Brpt. ex Reg. cod. 4 et edit. princ. *affirmaverit.* Ed. P.

Ad vitam. Non a morte, sed ab asphyxia ad vitales sensus. Bu.

tradit. Dixit Democritus, credidit Theophrastus, esse herbam, cuius contactu illatae ab alite, quam retulimus, exsiliret cuneus a pastoribus arbori adactus: quae etiamsi fide carent, admirationem tamen implent; coguntque confiteri, multum esse quod vero supersit. Inde et plerosque ita video existimare, nihil non herbarum vi effici posse, sed plurimarum vires esse incognitas: quorum in numero fuit Herophilus clarus medicina, a quo ferunt dictum, quasdam fortassis etiam calcatas prodesse. Observatum certe est, inflammari vulnera ac morbos superventu eorum, qui pedibus iter confecerint.

VI. Haec erat antiqua medicina, quae tota migrabat in Graeciae linguas. Sed quare non plures noscantur, causa est, quod eas agrestes litterarumque ignari experiuntur, ut qui soli inter illas vivant: praeterea securitas quaerendi, obvia medicorum turba. Multis etiam inventis nomina desunt; sicut illi quam retulimus in frugum cura, scimusque defossam in angulis segetis praestare, ne qua ales intret. Turpissima causa raritatis, quod etiam qui sciunt, demonstrare nolunt, tamquam ipsis periturum sit, quod tradiderint aliis. Accedit ratio inventionis anceps. Quippe etiam in repertis, alias invenit casus, alias (ut vere dixerim) deus. Insanabile ad hosce annos fuit rabidi canis morsus, pavorem aquae, potusque

Quam retulimus, etc. Scilicet lib. X, 20. Hard.

VI. *Quae tota migrabat in Gr. linguas.* Scribendum reor, *migravit*, potius quam *migrabat*. Pint.

Securitas quaerendi. Quaerendi curam adimit obvia medicorum turba. Hard.

Illi, quam retulimus. Lib. nempe XVIII, cap. 45. Hard.

Insanabile. Sic MSS. non *insanabilis* (ut Gronov. et lib. ante Hard. ed.). Vt *Triste lupus stabulis.* H.

Pavorem aquae, potusque omnis afferens odium. Ὑδροφοβίαν Graeci vocant. Vide quae de eo morbo diximus VIII, 63. Hard.

omnis afferens odium. Nuper cuiusdam militantis in praetorio mater vidit in quiete, ut radicem silvestris rosae, quam cynorrhodon vocant, blanditam sibi aspectu pridie in frutecto, mitteret filio bibendam: in Lacetania res gerebatur, Hispaniae proxima parte; casuque accidit, ut milite a morsu canis incipiente aquas expavescere, superveniret epistola orantis ut pareret religioni; servatusque est ex insperato, et postea quisquis auxilium simile tentavit. Alias apud auctores cynorrhodi una medicina erat: spongiolae, quae in mediis spinis eius nascitur, cinere cum melle, alopecias capitis expleri. In eadem provincia cognovi in agro hospitis nuper ibi repertum dracunculum appellatum caulem, pollicari crassitudine, versicoloribus viperarum maculis, quem ferebant contra omnium morsus esse remedio: alium, quam quos in priori volumine eiusdem nominis diximus: sed huic

Nuper cuiusdam militantis, etc. Iodicavit hoc ipse superius, VIII, 63. Hard.

Silvestris. Rosa silvestris haec est, quae eglanterii nomine apud Gallos venit, *l'eglantier.* Est in Eystettensi horto: vidimus in Regio, Scribonius Largo, Compos. LXXXV: *Rosa silvatica, quam caninam quidam vocant.* Hard.

In frutecto. Frutectum per syncopen, pro *fruticetum*, habent libri MSS. ubique omnes. Vulgo tamen et *fiutetum* scribitur. Hard.

In Lacetania. Lacetania est regio Pyrenaeo vicina, in ea citerioris Hispaniae parte, quae prima se Roma venientibus offert. Gel.

Spongiolae. Eam in cynosbato vocat pilulam cap. 13 libri superioris. Dal. — *Spongiolae.* Spongiam ex rubro rosario agresti sumptam vocat Marcell. Emp. cap. XXVI, p. 181, et cap. XXVII, pag. 196. Hard.

Dracunculum appellatum caulem. Caulis is est dracontium minus frequens in insula Corsica, et Maiorica. Dal.

Contra omnium morsus esse remedium. Alius est, etc. (sic prius legebatur). Forte: *Contra omnium morsus esse remedio, alium, quam quos in priori volumine eiusdem nominis diximus.* Sic enim Vossianus. Gr.

In priori volumine. Superiore libro, cap. 93. Nondum mihi herbae compertum genus illud est, in quod omnia ea conveniant, quae hic referuntur: idque in primis, ut seris anni mensibus, quibus lateat anguis, ipsum arescat. In Indice, *dracunculus caulis* appellatur. Hard.

alia figura, aliudque miraculum exserentis se terra ad primas serpentium vernationes, bipedali fere altitudine, rursusque cum iisdem in terram condentis: nec omnino occultato eo apparet serpens: vel hoc per se satis officioso naturae munere, si tantum praemoneret, tempusque formidinis demonstraret. (III) Nec bestiarum solum ad nocendum scelera sunt, sed interim aquarum quoque ac locorum. In Germania trans Rhenum castris a Germanico Caesare promotis, maritimo tractu fons erat aquae dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus solverentur. Stomacacen medici vocabant, et scelety rben, ea mala. Reperta auxilio

Sed huic alia figura. Plinius quum auditione tantum id cognovisset, facile narranti quidvis credidit. Caeterum dracontium id, tantum a vulgari magnitudine discrepat. Itaque folia lapathi non sunt, sed potius ari, allio ursino similia: nec caulis baculi crassitudine est, sed pollicis. florere aiunt octobri et novembri. Quod autem scribit nasci prodeuntibus vere serpentibus, arescere quum sese condunt, in vulgari nostro etiam spectatur; id mihi credibile non est, quum ut aiunt, seris anni mensibus floreat, quibus latent angues. Dalec. — Est Dracunculus caule maculis notato; *la serpentaire:* Est et caule immaculato. Bauh. — De *Aro Dracunculo* iam nobis actum est. Radix et folia; *Ari maculati* radice ac foliis efficaciora; etiamnunc in usum recipiuntur. Cf. Geoffr. Mat. med. III, pag. 407 sqq. Ed. P.

A Germanico Caesare. Neronis Claudii Drusi Germ. imp. filio, Caii Caesaris Germanici Aug. patre. Vide Tacit. Annal. lib. II, cap. 13, sq. H.

Qua pota intra biennium, etc. *Et Susis*, inquit Vitruv. lib. VIII, cap. 3, pag. 165, *in qua civitate est regnum Persicum, fonticulus est, ex quo qui biberint, amittunt dentes.* Quam in rem lepidum idem epigramma graecum eo loci retitat. Hard.

Stomacacen medici vocabant, etc. Cornarius eos morbos ad Oceanum magnum orientalem et occidentalem adhuc durare tradit, eosque fere simul ingruere. Dal. — *Stomacacen*, Στομακάκην, vel potius, ut ars suadet, στομοκάκην, quae vox *vitium* quoddam *oris* sonat. Scorbutum aetas posterior appellavit: *le scorbut.* Vide Sennert. lib. III, p. 504. Sunt qui Στομοκάκκην malint hic legi, quoniam scorbuticis os κάκκην, hoc est, stercus, olet. Et id morbi genus hodieque grassatur in Frisiis, ex aquarum vitio. H.

Scelety rben. Σκελετύρβη, *paralysis species, quando recti nequeunt incedere: sed nunc in laevam, nunc in dextram corpus contorquent, pedesque proferunt: interdum etiam, velut inu-*

est herba, quae vocatur Britannica, non nervis modo et oris malis salutaris, sed contra anginas quoque, et contra serpentes. Folia habet oblonga nigra, radicem nigram. Succus eius exprimitur et ex radice. Florem vibones vocant: qui collectus prius, quam

ile serpma, anguium more pedem promouent. Σκελατύρβη ἐστὶν εἶδος παραλύσεως, ὥστε περιπατεῖν ἐπ' εὐθείας μὴ δύνασθαι, καὶ ποτὲ μὲν κατ' εὐθύ, ποτὲ δὲ εὐώνυμον εἰς τὰ δεξιὰ περιφέρειν, ἢ τὸ δεξιὸν εἰς τὰ ἀριστερά, καὶ ποτὲ μὲν ἐπιφέρειν τὸ σκέλος, ὥσπερ ἀναβαίνοντές τι μέγα. Galen. in Def. med. tom. II, n. 293, p. 265. Α σκέλος et τύρβη, quod crura is morbus tentaret, turbaretque. Aelii Galli exercitum laborasse hoc utroque mali genere ex Arabicorum fructuum esu et aquarum potu, auctor est Strabo lib. XVI, p. 781: Τῶν μὲν περὶ τὸ στόμα, τῶν δὲ περὶ τὰ σκέλη παράλυσιν τινά, etc. Et paulo ante, Βρομαχάκη καὶ σκελοτύρβη. H. — In MS. Reg. 2, *scelotarbin*, teste Broterio, qui monet multos etiamnunc apud Frisios, ex aquarum vitio stomacace laborare; nec non frequentes esse fontes, quorum aqua dentibus nocet. Ed. P.

Herba, quae vocatur Britannica. Hydrolapathum nigrum esse, quam Veteres Britannicam appellarunt, satis idoneis efficit argumentis Abr. Muntingius, opere singulari de vera antiquorum herba Britannica. Galenus certe de simpl. med. Fac. VI, folia ait esse agresti lapatho similia, ἀμοιρὰ τοῖς τῶν ἀγρίων ὄντα λαπάθων. H. — Ait et Dioscor. IV, 2: φύλλα ἐμφερῆ λαπάθῳ ἀγρίᾳ, etc. Abraham Muntingius, Groninga-Frisius, medicinae et botanices professor, Tractat. de vera Antiquorum herba Britannica, Amstelodam. ann. 1684, plantam hanc eamdem esse contendit cum Lapatho aquatico, sive palustri Officin. quod est Lapathum aquaticum, folio cubitali, Casp. Bauhino. Pin. 116. Idem censet Broterius in nott. ad hunc locum: nec ab ea opinione recedunt Linn. Mat. m. p. 114, ed. Schreber. item Spreng. Histor. Rei herb. tom. I, p. 171. Consentit et Geoffraeus, Mater. med. tom. III, p. 677 sqq. siquidem descriptionibus eius quae ap. Veteres exstant, tum facie, tum viribus per omnia respondeat: nempe adversus stomacacen, nobis *scorbutum*, plurimum valere, etc. quae plenius disputata loco proxime appellato conferre potis. Item ad hunc ipsum Plinii locum Poinsinet de Sivry, *Trad. de Pline*, t. IX. pag. 165: Saxacen. nott. in Dioscor. loc. sup. cit. Bod. a Stapel. in Theophrast. lib. VI, p. 675. Nobis autem Britannica est *Rumex aquaticus* (*Hex trigyn*, gen. 876 Pers. *Polygon*, Juss.), nostris *patience aquatique*. Habitat ad ripas fluviorum ac paludum. Brot. ex Reg. eod. 1, *britannica*. Ed. P.

Sed contra anginas. Apul. c. XXIII, de Britannica, titul. 7.: *Ad anginam: Herbae Britannicae flos antequam tonitrum audiatur collectus; qui eo unus fuerit, per totum annum anginam non experietur.* Hard. — *Et contra serpentes.* Geon. et al. ante Hard. *et serpentes*, omissa praeposit. Ed. P.

Florem vibones. Strabo auctor est VI, p. 165, ad Vibonem oppidum (de quo lib. III, c. 10), e Sicilia Proserpinam migrasse ad legendos flores:

tonitrua audiantur, et devoratus, securos in totum reddit. Frisii, qua castra erant, nostris demonstravere illam; mirorque nominis causam: nisi forte confines Oceano Britanniae, velut propinquae, dicavere. Non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima nasceretur, certum est, etiamnum Britannia libera.

VII. Fuit quidem et hic quondam ambitus, nominibus suis eas adoptandi, ut docebimus fecisse reges: tanta res videbatur, herbam invenire, vitam iuvare, nunc fortassis aliquibus curam nostram frivolam quoque existimaturis: adeo deliciis sordent etiam quae ad salutem pertinent. Auctores tamen quarum inveniuntur, in primis celebrare par est, effectu earum digesto in genera morborum. Qua qui-

ubi matronae collectis eis texunt coronas: hincque repertum coronis flores nectere. Vnde putandum *vibonum florum* nomen venisse. H. — *Florem vibones.* Florem Britannicae *vibones.* Frisiis dictum docet Broterius in nott. nomine, ut opinatur eruditus Langius, ducto a confirmandis dentibus. Ed. P.

Mirorque nominis causam. Mirum est, inquit, Britannicam vocari quae non in Britannia, sed in Germania inventa sit. At vero Lipsius in Taciti Annal. I, pag. 30, paludes ait, uliginesque, haud procul Amisia flumine, inter lingam, Weddam, at Coëvordam, aliquot milliarium spatium occupare: vocari ab accolis Bretaniae uliginès, *bretanche heyde*: ab ista Britannia in Frisiis, nomen herbae Britannicae datum. Muntingius pag. 431, a stabiliendis dentibus Frisiorum lingua deductum id nomen suadere nititur quidem: at non omnino persuadet. Hard. — Conf. etiam de ἐτυμολογίᾳ nostr. Poinsinet de Sivry, *Traduct. de Pline*, tom. VIII, ad eum, de quo nunc agimus, locum. Ed. P.

Non enim inde appellatam eam, etc. Non est verisimile appellatam eam herbam esse a milite romano de Britanniae nomine, quoniam ibi plurima nasceretur, quum praesertim Britannia tum sui iuris esset, nec Romanis subiecta. Hard.

VII. *Vt docebimus fecisse reges*, etc. Cap. 33, et sqq. Hard.

Vt res tanta debeatur, herbam invenire, vitam iuvare. In codice antiquo, *tanta res videbatur herbam invenire, vitam iuvare.* Scribendum reor, *tanti eis videbatur herbam invenire, vitam iuvare.* Pint. — *Tanta.* In libris ad hunc diem vulgatis, *ut res tanta debeatur.* In Reg. 2, *tanta res ut debeatur*: quae sincerae lectionis haud obscura retinent vestigia. Pintianus haud male quoque coniiciebat: *tanti eis videbatur herbam*, etc. Hard.

dem in reputatione misereri sortis humanae subit, praeter fortuita casusque, et quae nomina omnis hora excogitat, ad millia morborum singulis mortalium timenda. Qui gravissimi ex his sint discernere, stultitiae prope videri potest, quum suus cuique ad praesens quisque atrocissimus videatur. Et de hoc tamen iudicavere avi experimento, asperrimos cruciatus esse calculorum a stillicidio vesicae; proximum stomachi; tertium eorum quae in capite doleant: non ob alios fere morte concita. A Graecis et noxias herbas demonstratas miror equidem. Nec venenorum tantum: quoniam ea vitae conditio est, ut mori plerumque etiam optimi portus sit; tradatque M. Varro, Servium Clodium equitem romanum magnitudine doloris in podagra coactum, veneno crura perunxisse, et postea caruisse sensu omni, aeque quam dolore in ea parte corporis. Sed quae fuit venia monstrandi, qua mentes solverentur, partus eliderentur, multaque similia? Ego nec abortiva dico, ac ne amatoria quidem, me-

Et quae nomina. Nomina nova novis morborum generibus, quae subinde nascuntur; indita. Hard. — *Et quae.* Gronov. et al. ante Hard. *et nomina quae*; et paulo post *stultitia* non *stultitiae.* Ed. P.

Avi experimento. In MSS. omnibus *experimenta* legimus. Quare aut *vitae*, aut *aevi experimenta* malim: nam *avi* pro maioribus dici non admodum arridet. Hard. — Brot. *aevi experimenta.* Ed. P.

Non ob alios. Non alios fere morbos morte consecutæ. Parmensis editio, et codex Chifflet. forte melius, *morte consita.* Hard.

Vt mori plerumque etiam optimi portus sit. Optimis, non *optimi*, in veter. cod. Pint. — *Vt mori*, etc. Caesar apud Sallustium: *In luctu atque miseriis, mortem aerumnarum requiem, non cruciatum esse. Eam cuncta mortalium mala dissolvere: ultra neque curae, neque gaudio locum esse.* Dal. — *Mori.* Ferd. Pinlianus, qui in eadem exornanda sparta laboravit, in qua nos sudamus, insculpi Salmanticae sepulcro suo iussit, OPTIMVM VITAE BONVM MORS. Vide quae dicta sunt VII, 54. Hard.

Veneno crura perunxisse. Frigido, ut cicutae, opii, altesci, sive hyoscyami. Dal.

Qua mentes solverentur. Quae herba faceret insaniam, partus elideret, etc. Hard.

mor Lucullum imperatorem clarissimum amatorio periisse: nec alia magica portenta, nisi ubi cavenda sunt aut coarguenda, in primis fide eorum damnata. Satis operae fuit abundeque praestitum vitae, salutares dixisse, ac postea inventas.

VIII. (IV) Laudatissima herbarum est, Homero teste, quam vocari a diis putat moly, et inventionem

Amatorio. Amatorium poculum dicitur, quod ad amoris insaniam impellit: quale Lucullo Callisthenes libertus suus obtulit, ut impensius ab eo diligeretur; verum veneni vi alienata domini mens est, et mors consecuta. Plutarch. in Lucullo pag. 520. Hard.

VIII. *Laudatissima herbarum est*, etc. Moly quod Mercurius Vlyssi contra Circes veneficia commendat, Odyss. lib. X (vide notam seq.), optimum quasi ebrietatis antidotum, in maximam iamdudum venit contentionem, varie a variis scriptoribus expositum. Nigram huic radicem, effossu difficillimam, lacteumque florem Homerus tribuit. Theophrastus, Histor. Pl. lib. IX, cap. 15, radicem contendit esse rotundam, caeparum more, προσεμφερῆ κρομμύῳ (βολβοειδῆ Diosc. III, 54; *caepae magnitudine* Plinius ait; Galenus quoque de Fac. simpl. med. μικρῷ βολβῷ παραπλήσιον): folia scillae similia; neque effodi tam aegre, quam graecus Poëta perhibeat: optimum proveoire apud Pheneum Arcadiae et Cyllenen: praestans esse antidotum. Quae omnia quamdam allii speciem esse vincunt. Simili prope ratione moly suum describit Dioscorides loco laudato, flore albido, λευκοίῳ ὁμοίῳ, foliis angustis et radice exigua. Plinius nunc addit graecos auctores florem flavum pingere, quem album Homerus esse scribat. Incertum tamen quos auctores designare voluerit. Hunc vero sequens Car. Clusius, ineunte saeculo decimo septimo, allii speciem quamdam moly declaravit, quod folia radicalia lanceolata, et flavum florem haberet (Append. alt. ad Stirp. rarior. In Exot.). Clusii auctoritate nisus I. Bauhinus, Hist. plant. II, pag. 562, allium id e Pyraeneis montibus acceptum; verum moly Antiquorum pronuntiavit: et illius sententiae favit Linnaeus, dum plantam eam *Allii Moly* nomine insigniret. Nihilominus verum illud moly Homericum ab ipso Clusio indicatur, Stirp. Histor. II, 37, pag. 191, quem optime sequitur I. Rajus, Hist. II, p. 1122. Plantam hanc Clusianam cum plurimis aliis neglexit Linnaeus; sed eadem est omnino cum ipsius *Allio nigro*, et *Allio monspessulano* Gouani (Illust. 24, t. 16). Omnes enim a Veteribus, excepto uno Plinio, indicatae notae ad hanc speciem probe referuntur: nempe radix nigra, folia latiuscula radicalia, flos lacteus; immo ipsae radices, quum planta exarsit, aegerrime effodiuntur. Crescit autem per totam Europam australem, et in insulis Balearicis, quarum una sine dubio Ἀῖα, Circes domicilium, fuit. Cf. Spreng. Hist. Rei herb. t. I, pag. 23 sq. Ed. P.

Homero teste. Odyss. X, vs. 302: Ἐς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης. Ἐκ γαίης ἐρύσας, καὶ μοι

eius Mercurio assignat, contraque summa veneficia demonstrat. Nasci eam hodie circa Pheneum, et in Cyllene Arcadiae tradunt, specie illa Homerica, radice rotunda, nigraque, magnitudine caepae, folio scillae: effodi autem difficulter. Graeci auctores florem eius luteum pinxere, quum Homerus candidum scripserit. Inveni e peritis herbarum medicis, qui et in Italia nasci eam diceret, afferrique Campania mihi aliquot diebus effossam inter difficultates saxeas, radicis xxx pedes longae, ac ne sic quidem solidae, sed abruptae.

IX. Ab ea maxima auctoritas herbae est, quam dodecatheon vocant, omnium deorum maiestatem commendantes. In aqua potam omnibus morbis mederi tradunt. Folia eius septem, lactucis simillima, exeunt a lutea radice.

φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. Ρίζη μὲν μέλαν ἔστι, γάλακτι δὲ εἶκελον ἄνθος, Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί· χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν Ἀνδράσι γε θνητοῖσι. Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. Transcripsit hunc Plinii locum Apul. cap. XLVIII. Homericum moly, esse Democriti aglaophotin, de qua nos egimus lib. superiore, Lobelius scribit in Nott. marginalibus MSS. ad Anguillar. p. 90. Esse autem silvestrem affirmat Galen. de Fac. simpl. VIII, pag. 219. Hard. — *Homero teste*. Posteriorem vocem ignorant libb. ante Hard. vulgg. Conf. not. supr. Ed. P.

Quam vocari a diis putat moly. Illud quidem est moly Homericum, Dioscoridis vero moly *molon* a Plinio vocatur, describiturque lib. XXVI, cap. 7. Dal.

Nasci. Tota haec descriptio apud Theophr. est Hist. IX, 15. Sed is errasse Homerum ait, qui aegre evelli hanc e tellure cecinit. Vide et Diosc. III, 54. Hard. — Et notam huiusce capitis primam. Ed. P.

Effodi autem difficulter. Ob saxa, inter quae nascitur. Dal.

Graeci auctores. Quos Priapeiorum auctor est secutus, eo carmine: *Hinc legitur radix, cuius flos aureus exit: Quam quum moly vocant, mentula moly vocant*. Hard.

Quum Homerus candidum scripserit. Loco allato; et qui Homerum imitatus est Naso, Metam. XIV, v. 291: *Pacifer huic florem dederat Cyllenius album: Moly vocant superi; nigra radice tenetur*. Diosc. quoque loc. cit. ἄνθη λευκοῖσι ὅμοια, γαλακτόχροα dicit esse, violae albae florea similea, et lactei coloris. Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 211, ἄνθος γαλακτῶδες. Hard.

IX. *Dodecatheon*. Δωδεκάθεος, herba a duodecim diis maioribus appellata. Hard.

Folia eius septem, etc. *Profecto hae*

X. Vetustissima inventu paeonia est, nomenque auctoris retinet, quam quidam pentorobon appellant, alii glycysiden. Haec quoque difficultas est, quod eadem aliter alibi nuncupantur. Nascitur opacis montibus, caule inter folia digitorum quatuor, ferente in cacumine veluti graecas nuces quatuor aut quinque. Inest iis semen copiosum, rubrum nigrumque.

effigie, inquit Ruellius II, pag. 449, *frequenter in dumetis enatum vidimus: verum quam neo plura de ea tradantur, an dodecatheos sit, non tamen affirmare*. H. — *Dodecatheon*. Brotterio est Sanicula montana, flore calcari donato, Casp. Bauh. *la grassette*; quam Pinguiculae nomine recentiores insigniverunt. Dodecatheon autem Sprengel. habet *Primulam vulgarem* (*Pentand. monogyn.* gen. 380 Pers. *Lysimac.* Juss.). Cf. Lobel. Obs. 317. Planta prorsus diversa ab *Dodecatheo Meadia*, nostris vulgo *girosette* dicta, quae America septentrionali oriunda, in hortis colitur. Ep. P.

X. *Vetustissima inventu paeonia*. A Paeone medico nomen invenit, qui vulneratum Plutonem ab Hercule, ut Homerus quidem fabulatur, Iliad. V, v. 401, curasse ea perhibetur. Nomen in officinis servat: vulgus pivoniam vocat: *pivoine*. Genera eius quatuordecim in horto Regio vidimus. Paeonia mas a Matthiolo delineatur in Dioscor. III, p. 914. Hard. — *Paeonia*. Γλυκυσίδη χηραρὶς et μέλαινα Hipp. de Morb. mul. I, 611; γλυκυσίδη θήλεια Dioscor. III, 157; nobis eodem nomine est *Paeonia officinalis* (*Polyand. digyn.* gen. 1321 Pers. *Ranunculac.* Juss.). Habitat in nemorosis montium Helvetiae, etc. Γλυκυσίδη ἄρρην Dioscor. l. c. est *Paeonia corallina*, quae in Europa meridionali et in Sibiria crescit. Cf. Sprengel. Hist. Rei herbar. tom. I, pagg. 43 et 177. Ep. P.

Quam quidam pentorobon, etc. Dioscor. III, 157: Παιονία, ἡ γλυκυσίδη, οἱ δὲ πεντόροβον. Sic etiam Galen. de Facult. simpl. Medic. lib. VI, pag. 467: Dicitur sane πεντόροβον, quasi quintuplex ervi granum: a granorum numero, quae ervum imitantur. Γλυκυσίδη, quod acinos dulces, mali punici similes habere videtur: nam σίδη Boeotis malum punicum est. Vide etiam Apuleium, c. LXIV, et auctorem libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur p. 18. Hard.

Nascitur. Haec totidem fere verbis Dioscor. l. c. Hard.

Caule inter folia. Inter singulos nodos, unde folia erumpunt. Alias totus caulis bicubitalis est, ut ait Dioscor. loc. cit. καυλὸς ὡς δισπιθαμιαῖος. H.

Inest iis semen copiosum. Dioscor. l. c. λόβους δέ τινας ἀνίησιν ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ, ἀμυγδάλοις ὁμοίους, ὧν ἀνοιγθέντων εὑρίσκονται σπέρματα πολλά, ἐμφερεῖς τοῖς τῆς ῥοιᾶς· ἐν μέσῳ δὲ μέλανες, ἐμπόρφυροι, σ' ἢ στ'. *Summo caule fert siliquas quasdam, velati graecas nuces: quibus dehiscentibus grana multa rubentia, parva, acinis punicorum similia invenientur: et inter haec media quinque aut sex, nigra, purpurea*. Hard.

Haec medetur et Faunorum in quiete ludibriis. Praecipiunt eruere noctu, quoniam si picus Martius videat, tuendo in oculos impetum faciat.

XI. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum et diis inventoribus

Faunorum in quiete ludibriis. Sic ephialten vocat, quod opinione Veterum Fauni haec visa dormientibus immittere crederentur. Diosc. appellat τοὺς τῶν ἐφιαλτῶν πνιγμοὺς, Themison in epistolis πνιγάμονα; alii πνιγαλίονα; medici incubum: fit autem διὰ τὴν ἀναθυμίασιν ἐξ ἀδδηφαγίας καὶ ἀπεψίας εἰς κεφαλὴν ἀνατρέχουσαν. Dalec. — *Faunorum.* Faunos XXX, 24, nocturnos deos interpretatur, Diosc. l. c. Οἱ δὲ μέλανες καὶ πρὸς τοὺς ἐφιαλτῶν πνιγμοὺς, etc. *Grana nigra valent adversus suppressiones incuborum nocturnas, quas ephialtas vocant.* Quindecim grana bibi ex aqua iubet idem Εὐπ. I, 22. Εφιάλτης sive ἐπιάλτης malum est, ubi aliquis noctu se grandi mole opprimi, invadique ab alio credit. Macrob. de hac re ita prodidit in Somn. Scip. I, 3, pag. 13: Φάντασμα vero hoc est visum, *quum inter vigiliam, et adultam quietem, in quadam, ut aiunt, prima somni nebula, adhuc vigilare se existimans, qui dormire vix coepit, aspicere videtur irruentes in se vel passim vagantes formas... In hoc genere est* ἐφιάλτης, *quem publica persuasio quiescentes opinatur invadere, et pondere suo pressos ac sentientes gravare.* De hoc genere morbi plura Cael. Aurel. III, 3: *Quidam veteres,* inquit, *ephialten vocaverunt... Afficit crapula vel indigestione iugi vexatos... Sequitur per somnum gravedo atque pressura, et veluti praefocatio, qua sibi quemquam irruisse repente existimet, qui sensibus oppressis sensus exanimet, neque clamare permittat: quo fit ut saepe erumpentes non articulata, sed confusa voce exclamient,..* Ac paulo ante: *Sed quod neque deus, neque semideus, neque cupido sit, libris Causarum, quos αἰτιολογουμένους Sorranus appellavit, plenissime explicavit.* Inde paeonia Εφιαλτία dicitur apud Aetium, I, p. 32 (sic enim legendum non ἐλεφαντία), quia τὸν ἐφιάλτην curat. Harb. — Ο ἐφιάλτης, nostris vulgo dictus: *le cauchemar.* Paeonia Linnaeo planta heroica, quae vi narcotica, antispasmodica, hypnotica, anodyna, etc. gaudet Cf. Mat. medic. pag. 164, ed. Schreber. Ed. P.

Praecipiunt eruere noctu. Haec apud Theophr. totidem verbis Hist. IX, 9. Hard.

XI. *Panaces ipso nom.* Ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, quod omnia medetur, sive a πᾶν et ἄκος, hoc est, ab omni remedio. Hard.

Numerosum. Theophrastus sex describit panacis genera Histor. lib. IX. Primum Syrium cap. 10, cuius radix irino unguento additur ob suaveolentiam, secatur per messem, validiora tamen semine. Ego ex spatha, myrrha, oleo, iride tantum unguentum id parari reperio. Quinque alia genera cap. 12 referuntur: tria auia nominibus Chironium, asclepium, heracleum; duo nulla certa appellatione, praeterquam panacis, his verbis: *Sunt autem aliae quaedam panaces, una folio tenui, altera lato. Vires eaedem ad elendos menses cum farina illitis, et hulcera tam putrida, quam alia*

adscriptum. Vnum quippe Asclepion cognominatur, quoniam is filiam Panaceam appellavit. Succus coactus ferulae qualem diximus, radice multi corticis et salsi. Hac evulsa scrobem repleri vario genere frugum religio est, ac terrae piamentum. Vbi, et quonam fieret modo, et quale maxime probaretur, inter peregrina docuimus. Id quod e Macedonia affertur, bucolicon vocant, armentariis sponte erum-

Syriacum ego smyrnium esse puto, quod in Amano monte plurimum gignitur, et pro myrrha, quae in confectionem irini unguenti requiritur, substitui potest, sucfore Dioscor. alia vero duo, quae nomine suo non appellavit, ligusticum et origanum silvestre. Cap. sequenti achillesm sideritin etiam vocatam fuisse panacem hersclean Plinius scribit Ligusticum panacem etiam dictum fuisse et origanum silvestre Diosc. testatur. Dal. — *Nameronum*. Cuius multa genera. H.

Vnum quippe Asclepion. Τὸ πάνακες τὸ Ασκλήπειον, Theophr. Hist. IX, 9; ab Aesculapio medico, ut Nicander cecinit in Ther. Filiam eius Πανάκειαν, cum altera, quae Υγεία appellata est, in suo iureiurando testem Hippocrates advocat, p. 1. Idem panacis genus Ηράκλειον a Diosc. appellatur III, 55, et a Galeno de Facult. simpl. med. VIII, pag. 247. Harb. — *Vnum quippe Asclepion cognominatur, quoniam*, etc. Panacis genus τὸ Ασκλήπειον Theophr. Hist. IX, 42, et Dioscor. III, 56, idem Sprengelius esse iudicat cum *Laserpitio* nostrate *hirsuto* (*Pentand. digyn.* gen. 693 Pers. *Vmbellif.* Juss.); diversum prorsus a panace Ηρακλείω, cuius meminit Dioscor. III, 55, ex quo succus elicitur, etiamnunc *opopanax* dictus: hoc autem nobis est *Pastinaca Opopanax* (*Pentand. digyn.* gen. 718 Pers. *Vmbellifer.* Juss.). Habitat in Italia, Sicilia et Syria Conf. Sprengel. Histor. Rei herbar. tom. I, pag. 40, 81, 167: item vid. Bud. a Stapel. nott. in hoc loco Theophrast. pag. 1074 sqq, ubi plura invenies quibus varia panacis genera confudisse Noster coarguitur. Ed. P.

Succus coactus ferulae. Notandus error Plinii, qui ex Asclepii panacen fieri tradat opopanacem, quum is fiat ex heracleo. Dalec. — *Succus coactus ferulae, qualem diximus*, etc. Est, inquit, ferula panaces: cuius succus excipitur inciso caule, cogiturque: coacti candor probatur, ut diximus XII, 57. Hard.

Radici multi corticis. Radices permultas habet, crasso et subamari gustus cortice vestitas: Ρίζας πλείονας... παχὺν ἔχουσας τὸν φλοιὸν, ὑπόπικρον τῇ γεύσει. Diosc. III, 55, post Theophr. Hist. IX, 12. Hard.

Scrobem repleri vario genere, etc. Placenta mellita ex omni genere frugum. Theophr. Hist. IX, 9: τῇ πανκαρπίᾳ μελιττούτῃ. Dal.

Vbi et quo fieret modo (sic prius). Voss. cod. *et quoniam*. Lege: *Vbi et quonam fieret modo*. Gron. — *Docuimus*. Lib. XII, c. 57. Harb.

Bucolicon. Βουκολικόν, quasi pastoritium. Harb.

pentem succum excipientibus; hoc celerrime evanescit. Et in aliis autem generibus improbatur maxime nigrum ac molle. Id enim argumento est cera adulterati.

XII. Alterum genus heraclion vocant, et ab Hercule inventum tradunt: alii origanum heracleoticum silvestre, quoniam est origano simile, radice inutili: de quo origano diximus.

XIII. Tertium panaces Chironion cognominatur

In aliis autem generibus. In aliis succis, qui non sponte erumpunt, sed inciso caule vel radice manant. Ipse Plinius XII, 57: *niger color improbatur.* Dioscor. III, 55: Ο δὲ μέλας φαῦλος καὶ μαλακός· Δολοῦται γὰρ ἀμμωνιακῷ ἢ κηρῷ. Hard. — *Argumento.* Gron. et al. ante Hard. *argumentum.* Ed. P.

XII. *Alterum genus.* Dioscor. III, 56: Καλοῦσι δέ τινες πάνακες καὶ τὴν ἀγρίαν ὀρίγανον οἱ δὲ καὶ ἡρακλεοτικόν, οἱ δὲ κονίλην· περὶ ἧς εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ὀριγάνου. Hard. — *Alterum genus.* Theophr. Hist. IX, 12: Τὸ Ηράκλειον φύλλον μὲν ἔχει μέγα, καὶ πλατὺ, τρισπίθαμον πανταχῇ, ῥίζαν δ' ὡς δακτύλου τὸ πάχος, etc. *Panax Heraclion folium habet magnum, et latum, ut quoquo versus trium palmorum sit; radicem crassitudine prope digiti*, etc. Diosc. III, 55, fusius hanc plantam describit; cuius item meminit Hippocrat. de Vict. in morb. acut. 406. Est autem nobis *Pastinaca Opopanax*, ut iam supra diximus. *Laserpitium Chironium* Linnaei Gouanus, Illustrat. 20, idem esse contendit cum *Pastin. Opopanace*; immo se ex hac planta resinosum succum elicere nullum se potuisse ait; quod sane non mirum, quum Monspeliacum caelum a graeco, aut syriaco multum differat. Cf. Sprengel. Hist. Rei herbar. tom. I, locis supra citat. Ορίγανος Ηρακλεωτική Dioscor. III, 32, diversa prorsus est a panace Ηρακλείῳ, nobisque eodem nomine dicta *Origanum heracleoticum* (*Didynam. gymnosperm.* gen. 1401 Pers. *Labiat.* Juss.); habitat in Europa australi et Graecia. Ορίγανος autem ἀγρία, seu ἀγριορίγανος Dioscor. III, 34, a superiore distat: Recentioribus nempe est *Satureia graeca* (*Didyn. gymnosp.* gen. 1373 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Archipelagi insulis. Ed. P.

Heraclion vocant. Plutarchus medicinae peritum fuisse Herculem tradit. Itaque quod apud Euripidem legitur, Alcestin, quae pro Admeto mortem obierat, ab eo cum morte luctato per vim ereptam, et ad maritum reductam fuisse, sic intelligendum, quum graviter aegrotans, et ferme desperata illa esset, medendi arte, qua excellebat, ab Hercule curatam, reddita pristina valetudine. Muret. Var. lib. VIII, cap. 23.

XIII. *Tertium panaces Chironion.* Ista sunt Theophrasti verba Hist. IX, 12: Ἔχει δὲ τὸ μὲν Χειρώνιον φύλλον μὲν ὅμοιον λαπάθῳ, μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον· ἄνθος δὲ χρυσοειδές· ῥίζαν δὲ μικράν. Φιλεῖ δὲ τὰ χωρία τὰ πίονα. Neque Nicandri, neque Dioscoridis

ab inventore. Folium eius lapatho simile, maius tamen et hirsutius. Flos aureus, radix parva. Nascitur pinguibus locis. Huius flos efficacissimus, eoque amplius, quam supra dicta, prodest.

XIV. Quartum genus panacis ab eodem Chirone repertum, centaurion cognominatur: sed et Pharnaceon, in controversiam inventionis, a Pharnace rege deductum. Seritur hoc, longioribus, quam caetera, foliis, et serratis. Radix odorata in umbra sic-

panaces Chironium esse constat: sed est Helenium Dioscoridis primum, sive inula, ut recte vidit Anguillara, P. V, p. 89; etsi id minus probara Ruellius videtur, III, p. 524. Pingitur a Lobelio in Obs. p. 309. Hard. — Broterius quoque Chironion panaces idem esse pronuntiat cum τῷ ἑλενίῳ Dioscor. I, 27, quod nobis eodem fere nomine *Inula Helenium* (*Syngenes. superfl.* gen. 1857 Pers. *Corymbif.* Juss.). Radix illi magna, amara et aromatica. Habitat in hortis, ad pagos: nostris vulgo, *aunée*. Refragantur tamen rei herbariae auctores peritissimi, quibus τὸ πάναξ Χειρώνιον Theophrast. IX, 12; Diosc. III, 57, nihil aliud videtur quam *Laserpitium latifolium* (*Pentand. digyn.* gen. 693 Pers. *Umbellifer.* Juss.). Habitat in Europae nemoribus siccis. Folia λαπάθου similia dicuntur Theophr. loc. cit. Nicandri Scholiastes ἀντὶ τοῦ λαπάτου reposuit ἀμαράκου: melius tamen illud, siquidem plantae nostrae folia multo magis cum *Rumice* quam cum *Origano Maioranoide* conferantur. Bene eam speciem delineavit Dodonaeus Pemptad. II, pag. 309. Monuimus supra *Laserpitium Chironium* Linn. idem videri ac *Laserp. latifolium*. Cf. Lam. *Encycl.* III, 423. Spreng. Histor Rei herb. t. I, lib. II, capp. 1 et 3. Eo. P.

Radix parva. Immo *magna*, vel *longa* hic a Nostro scribi oportuisse nonnulli existimant, ex Theophrast. Hist. IX, 12, qui radicem μακράν esse ait, non μικράν. Sed fatendum in vulgatis exemplaribus μικράν quoque legi, licet alia magis lectio placeat. Eo. P.

XIV. *Quartum*: Herbariis id genus incognitum. Hard.

Centaurion. Centaurii magni radicem panacem vocari Dioscor. inquit, quoniam omnibus fere morbis succurrit. Dal. — Κενταύριον τὸ μέγα, ῥίζα δὲ ἐκλήθη πανάκεια, etc. Diosc. III, 8; nobis eodem nomine est *Centaurea Centaurium* (*Syngenes. frustran.* gen. 1929 Pers. *Corymbif.* Juss.). Habitat in Alpibus, Italia, etc. Nostris vulgo, *grande centaurée*; at magni etiamnunc in officinis usus. Eo. P.

In controversiam. Aliis Chironi Centauro, aliis Pharnaci regi originem assignantibus. Chironi medicinae inventionem Plinius adiudicat, VII, 57. Pharnaces ille est, qui primus regnavit in Ponto, ut Plinius loquitur, XXXIII, 54; nempe circiter annum urbis Romae 450. H. — *In controversiam.* Brot. *in controversia.* Eo. P.

catur, vinoque gratiam adiicit. Huius genera duo fecere, alterum laevis folii, alterum tenuius.

XV. Heracleon siderion et ipsum ab Hercule inventum est, caule tenui digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri. Iuxta lacus et amnes invenitur, omniaque vulnera ferro illata efficacissime sanat.

XVI. Est Chironis inventum ampelos, quae vocatur Chironia, de qua diximus inter vites, sicuti de herba, cuius inventio assignatur Minervae.

XVII. Herculi eam quoque adscribunt, quae Apol-

Vinoque gratiam adiicit. Apud Dioscoridem de centaurii radice haec leguntur: Ρίζα παχεῖα, στερρά, βαρεῖα περὶ πήχεις δύο, μεστὴ χυλοῦ, μετὰ ποσῆς στύψεως καὶ γλυκύτητος, ὑπέρυθρος. Anagnostas et praelectores Plinii suspicor legisse, μετὰ ποτῶν, aut ποτοῦ, non animadversis quae sequuntur, et inde natam erroris occasionem, ut vino gratiam adiicere interpretarentur. Dal.

Huius genera duo. Alio spectat Theophrastea panacis universim distributio in duo genera, τὸ μὲν λεπτόφυλλον, τὸ δὲ πλατύφυλλον, Histor. IX, 12; alterum latioris folii, tenuioris alterum. Hard. — *Huius genera duo.* Genus quod laevis folii est Broterio est Centaurium maius Officin. de quo supra egimus; quod vero tenuius, illi videtur idem atque Centaurium minus, quod nobis dicitur *Chironia Centaurium* Wild. (*Pentand. monogyn.* gen. 633 Pers. sub *Erythraea. Gentian.* Juss.). Habitat in silvis nostris. Vulgo *petite centaurée.* Ed. P.

Laevis. Gronov. et al. ante Hard. *levioris*; et statim mox *tenuioris*, non *tenuius*; edit. princeps, Brot. teste, *tenuis.* Ed. P.

XV. *Heracleon siderion.* Haec sideritis tertia Dioscoridis est, IV, 35, quam et Cratevas ibi Ἡράκλειον vocat, flore puniceo, foliis coriandri, caulibus σπιθαμαίοις, hoc est, palmi altitudine. Geranium est Dodonaei Robertianum, p. 62, visum a nobis in horto regio. Hard. — Σιδηρῖτις τρίτη Dioscorid. loc. sup. laud. nobis est *Phellandrium Mutellina* Linn. (*Pentand. digyn.* gen. 708 Pers. sub *Meo, Umbell.* Juss.). Habitat in Alpinis. Fab. Columna perperam ad saniculam retulit. Conf. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, pag. 160. Ed. P.

Et ipsum ab Hercule inventum est. Haec est sideritis heraclea posterior, Cratevae: non prior, quae folium quercus habet. Dal.

Omniaque vulnera. Dioscorid. loc. cit. Καὶ ταύτης ἡ δύναμις ἐπιτιθεμένης κολλητικὴ ἐναίμων καὶ νεοτρώτων. *Huius impositae ea vis est, ut cruenta recentiaque vulnera glutinet.* H.

XVI. *De qua diximus inter*, etc. Lib. XXIII, cap. 17. Hard.

De herba. Parthenio scilicet, de quo XXII, 20.

XVII. *Herculi eam quoque adscribunt*, etc. Vox haec νοσκύαμος, suis

linaris, apud Arabas altercum, apud Graecos vero hyoscyamos appellatur. Plura eius genera: unum nigro semine, floribus paene purpureis, spinosum. Talis nascitur in Galatia. Vulgare autem candidius est et fructicosius, altius papavere. Tertii semen irionis semini simile: et omnia insaniam gignentia, capi-

fabam, seu fabam porcinam sonat. Quum porro suem, aprum Erymanthium Hercules occiderit, qui aper in Arcadum terra fuerat enutritus, idcirco et faba suis arcadicae haec appellata est, et in partem aliquam eius inventionis Hercules venit. Vide Galen. κατὰ τόπ. IX, 4, p. 609. Eadem Apollinaris dicitur, quod mentem percellat, quasi aestu Apollinis. Hard.

Apud Arabas altercum. Ita Reg. 2, librique editi. Reg. 1, *apud Arbulas*: unde quidam *apud alios* fingunt. Certe haud temere apud Plinium Arabica in plantis tralatitiis et passim nascentibus nomina iovenias; ac vocem eam esse Latini oris, non Arabici soni, vel ex Scribonio Largo intelligitur, Comp. CLXXXI: *Altercum*, inquit, *quod Graeci νοσχύαμον vocant, qui biberunt, caput grave, venisque distentum habent: mente abalienantur, cum quadam verborum altercatione: inde enim hoc nomen trahit herba altercum.* Sic etiam Apuleius, c. IV: *A Graecis hyoscyamos dicitur, et Dyoscyamos.... Latini insaniam vocant, aliqui Apollinarem, alii altercalum*, etc. Ab altercatione gigneuda nomen etiam *altercangeni* factum ei esse aliqui divinant. Iusquiamus officinis. Tergemini hyoscyami icones exhibet Dodon. p. 447. Vidimus in horto Regio. Hard. — *Altercum.* Gron. et al. ante Hard. addunt, *sive altercangenon*; quae duo verba ex vet. codd. Pintianus delenda esse monuit. Ed. P.

Hyoscyamos appellatur. Nobis *Hyoscyamus niger*; cui corolla ochroleuca. Habitat in Europae ruderatis pinguibus. Planta venenata. Nostris vulgo, *jusquiame*. Ed. P.

Vnum nigro semine. Dioscor. IV, 69: Ὁ μὲν γὰρ ἄνθη ὑποπόρφυρα φέρει..... σπέρμα μέλαν, καὶ τοὺς κυτίνους σκληροὺς καὶ ἀκανθώδεις. H. — *Floribus paene purpureis, spinosum.* Nobis est *Hyoscyamus reticulatus* (*Pentand. monogyn.* gen. 494 Pers. *Solan.* Juss.). Habitat in Creta, Syria, Aegypto: corolla illi campanulata, rubra, obscuris venis pulchre reticulata. Cf. Camerar. Hort. med. philos. p. 77. Ed. P.

Vulgare autem candidius et fruticosius. Dodonaeus legit, *vulgare autem fruticosius est, et altius papavere*, etc. Ego nihil deleo, candidiusque dici puto, quod semen minus nigrum sit. Dat. — *Vulgare.* Et idem nigrum, sed huius caeli, solique, non Galatici: nec saturi coloris, sed ex candido nigri. Hard.

Tertii semen, etc. Alterum hoc Dioscoridis, qui omnia genera attigit, altercum est: Ὁ δέ τις, ἄνθη μελανοπόρφυρα, σπέρμα ὑπόξανθον, ὥσπερ ἐρύσιμον, Οὗτοι δὲ μανιώδεις ὑπάρχουσι καὶ καρωτικοί. *Alterius flores sunt lutei... subflavum, et irionis seminis simile. Insaniam illa gignunt, et soporem.* Hard. — Nobis *Hyoscyamus aureus*: corolla illi aurea, fauce atro-

tisque vertigines. Quartum genus molle, lanuginosum, pinguius caeteris, candidi seminis, in maritimis nascens; hoc recepere medici. Item rufi seminis. Nonnumquam autem candidum rufescit, si non ematuruit, improbaturque. Et alioqui nullum, nisi quum inaruit, legitur. Natura vini, ideoque mentem caputque infestans. Vsus seminis et per se, et succo expresso. Exprimitur separatim, et caulibus foliisque: utuntur et radice, temeraria in totum (ut arbitror) medicina. Quippe etiam foliis constat mentem corrumpi, si plura quam quatuor bibantur. Etiam antiqui in vino febrem depelli arbitrabantur. Et oleum fit ex semine, ut diximus, quod ipsum

purpurea, striata. Habitat in Creta et Oriente. Ed. P.

Quartum genus. Quod Dioscoridi l. c. tertium est, eisdemque plane verbis ab eo describitur. H. — *Molle, lanuginosum, pinguius caeteris*, etc. Nobis *Hyoscyamus albus*. Habitat in Europa meridionali. Ed. P.

Item rufi seminis. Quod, inquit, est rufi seminis, ξανθοῦ, in medicinae usus adhibetur. Dioscor. loc. sup. cit. Hard.

Nonnumquam autem. Sic Vet. apud Dalec. *nonnumquam ante* Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

Si non ematuruit. Quum nequit maturescere videlicet, aut percoqui. H.

Natura vini. Inest vis ei vini: nam caput tentat, etc. Ita libri omnes, non *veneni*. Est aliud ei nomen ab ea causa inditum. *Milimindium*, inquit Papias, *vulgus vocat, pro eo, quod elevationem mentis inducat: haec herba hyoscyamos appellatur.* Hard.

Exprimitur separatim. E semine ait, et caulibus, et foliis, separatim exprimi succum, utilem in medicina. Prius vitiosa interpunctione legebatur: *et caulibus foliisque utuntur et radice*: perinde quasi e semine solo separatim, de quo proxime ante sermo erat, non etiam e caulibus foliisque, succus exprimeretur. Retexit errorem Diosc. IV, 69: Χυλίζεται δὲ ὁ καρπὸς ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα, καὶ οἱ καυλοὶ κοπτόμενοι, καὶ ἐκθλιβόμενοι, ἐν ἡλίῳ ξηραινομένου τοῦ ὑγροῦ.... Χυλίζεται δὲ καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κατ' ἰδίαν κοπτόμενον ξηρὸν, etc. *Recenti semine, foliis, caulibusque tusis succus exprimitur qui ad solem exsiccatur*.... *Elicitur et separatim succus e semine, quum inaruit*, etc. Nec suam interim priori lectioni constare sententiam inficias eo. Hard.

Etiam antiqui. Diosc. l. c. *Terna*, inquit, *quaternave folia cum vino pota febres epialas depellunt*; ἠπεάλους πυρετοὺς θεραπεύει. Febris continuae quotidianae genus hoc nomine Graeci intelligunt. Hard.

Febrem. Chifl. *febrim*; quae variatio in membranis Plinianis fere perpetua. Ed. P.

Vt diximus. Nempe lib. XV, 7, et lib. XXIII, 19. Hard.

auribus infusum tentat mentem: mireque, ut contra venenum, remedia prodidere his qui id bibissent, et ipsum pro remediis: adeo nullo omnia experiendi fine, ut cogerentur etiam venena prodesse.

XVIII. (v) Linozostis, sive parthenion, Mercurii inventum est, ideo apud Graecos Hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem. Duo eius genera: masculus et femina, quae efficacior, caule cubitali, interdum ramoso in cacumine, ocimo angustioribus foliis, geniculis densis, alarum cavis

Auribus infusum tentat mentem. Prodest auribus, menti nocet. Apul. c. xv, de Symphoniaca, sive hyoscyamo tit. 1: *Ad aurium dolorem: Herbae symphoniacae succus tepefactus cum oleo rosaceo, et in aurem instillatus, aurium dolorem mirifice tollit: et si vermes fuerint, necat eos.* H.

Mireque. Mirum est a medicis, tanquam contra venena remedia tradi, ab iis sumenda, qui hyoscyamum bibisseot: et ex ipso simul hyoscyamo remedia peti. Hard. — *Mireque*, etc. Vet. apud. Dalec. *mirumque.* Eo. P.

XVIII. *Linozostis.* Diosc. IV, 191: Λινόζωστις, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ Ἑρμοῦ βοτάνιον καλοῦσιν. Et in Nothis: Ῥωμαῖοι ἕρβα Μερκουριάλι; μάσχουλα; Mercurialem Galli, ut Latini, vocitant, *mercuriale.* Vide iconem maris ac feminae apud Lobelium in Obss. 131. Vidimus in horto Regio. Haro.

Hermupoan. Ἑρμοῦ πόα (βοτάνιον Dioscorid. Eo. P.), id est, Mercurii herba: quo sensu et Hermubotane, Ἑρμοῦ βοτάνη, ab Apuleio etiam appellatur, cap. LXXXII. Haro.

Mercurialem. Hodieque nobis dicitur *Mercurialis annua* (*Dioec. enneand.* gen. 2254 Pers. *Euphorb.* Juss.). In cultis ac ruderalis frequens. Planta Linnaeo dubia; vi hypnotica, purgante gaudens; cosmetica, non emolliens, etc. Antiquis olerum loco habebatur. Sed eius apud nos usus rariori. Eo. P.

Duo eius genera. Haec totidem verbis Diosc. l. c. Haro. — *Masculus et femina.* Masculus, est Mercurialis testiculata; femina, Mercurialis spicata, Casp. Bauh. Brot. — Immo recentioribus probe notum mercurialem testiculatam vere feminam esse quae fructum ferat: spicatam vero marem, quae stamina. Similis apud veteres botanicos nomenclationis error in cannabi caeterisque *dioecis*, ut vocant, plantis, priusquam sexus differentia bene innotuerit. Eo. P.

Alarum. Diosc. μασχάλας πολλὰς, πυκνὰς ἔχοντα. Ala proprie pars est hominis concava, subter brachium, quae et axilla dicitur. Ad huius similitudinem, in herbis ala, quae Graecis μασχάλη, significat cavum illum, inter caulem, et ramulos, anfractum, unde nova proles egreditur. In arborum ramis para eorumdem cava, qua matri adhaerescunt: in qua et gigni aliquando viscum fungosque contingit. Haro.

multis, semine in geniculis dependente: feminae copioso, mari iuxta genicula stante; rariori ac brevi, contortoque: feminae, soluto et candido. Folia ma- 2
ribus nigriora, feminis candidiora: radix supervacua, praetenuis. Nascuntur in campestribus cultis. Mirum est, quod de utroque eorum genere proditur: ut mares gignantur, hunc facere; ut feminae, illam. Hoc contingere, si a conceptu succus protinus bibatur in passo, edanturve folia decocta ex oleo et sale, vel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in novo fictili cum heliotropio, et duabus aut tribus spicis, donec decoquatur. Decoctum dari iubent, et herbam ipsam in cibo, altero die purgationis mulieribus per triduum, quarto die a balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierum usu praedicavit has: ad hunc modum medicorum nemo novit. Ille eas vulvae cum melle, vel rosaceo, vel irino, 3
vel lirino admovit: item ad ciendos menses secundasque. Hoc idem praestare potu fotuque dixit. In-

Semine in geniculis. E sinu foliorum dependente. Hard.

Brevi. In formam testiculorum; ὅσπερ ὀρχίδια, inquit Dioscor. unde et testiculatam Latini mercurialem dixere, ut auctor est Apul. c. LXXXII. Hard.

Contortoque. Parvo, rotundo, duorum testiculorum figura. Dal.

Mirum. Hoc pariter Dioec. totidem verbis, l. c. Hard.

Hoc contingere, si, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Decoctum dari iubent, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

Hippocrates. De Morb. mul. I, t. 63, pag. 455; t. 74, p. 461; t. 82, p. 465; t. 85, p. 468, etc. Lib. de Nat. mul. t. 8, p. 364; t. 11, p. 366; t. 18, p. 371, etc. Lib. II de Morbis, t. 12, p. 43, etc. Harp.

Medicorum nemo novit. Plinius hac in re se parum medicinae peritum ostendit, qui pessorum ad eiusmodi mala utilium confectionem ignoraverit. Dalec. — *Medicorum.* Carpit aevi sui medicos. Nostra etiam aetate mercuriali utuntur in pessis. H.

Vulvae. Suffocanti. Dal.

Item ad ciendos menses. Apul. cap. LXXXII, tom. 2: *Ad menstrua ciendas: Herba mercurialis cum oleo irino vel rosaceo admota, mox provocat sanguinem menstruum.* Hard.

Hoc idem praestare. Hipp. lib. de Nat. mul. t. 29, p. 377, ad ciendos menses, ἢν τὰ ἐπιμήνια μὴ γίνηται. Λινοζώστιος τὸν καρπὸν καὶ τὰ φύλλα

stillavit auribus olidis succum, inunxitque cum vino vetere. Alvo folia imposuit, epiphoris: stranguriae, et vesicae. Decoctum eius dedit cum myrrha et thure. Alvo quidem solvendae, vel in febri, decoquitur quantum manus capiat in duobus sextariis aquae ad dimidias: bibitur sale et melle admixto: necnon cum ungula suis, aut gallinaceo decoctum salubrius. Purgationis causa putavere aliqui utramque dandam, sive cum malva dedoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt, sed stomachum laedunt. Reliquos usus dicemus suis locis.

XIX. Invenit et Achilles discipulus Chironis, qua vulneribus mederetur, quae ob id Achilleos vocatur. Hac sanasse Telephum dicitur. Alii primum aeru-

ἐν οἴνῳ δοῦναι πιεῖν. *Mercurialis semen et folia in vino bibenda praebe,* Αἰνοζώστιος φύλλα τρίψας ἐν ῥάκει προσθεῖναι. *Mercurialis folia trita in linteo subde.* Hard.

Instillavit auribus olidis. Quum quis ex aure male olet, ἐκ τοῦ ὠτὸς κακὸν ὄζει, inquit Hippocr. de inf. Affect. tit. 34; id quod splenicis accidere docet. Apul. cap. LXXXII, t. 4, si aqua in aures introierit, ad extrahendam, mercurialis quoque succum instillat. Hard.

Epiphoris. Fluxionibus in ventrem. Dal. — *Epiphoris.* Oculorum videlicet: neque enim alias Plinius intelgit, nisi speciatim significet. Dalecampius *fluxiones in ventrem* interpretatur, quo sensu nusquam vocem eam Noster accipit. Sed et ab Apuleio Lugdunensis medicus arguitur, ita scribente scilicet cap. LXXXII: *Ad epiphoras oculorum: Herbae mercurialis folia*, inquit, *cum vino*, etc. H.

Alvo quidem solvendae. Q. Seren. cap. XXIX, p. 146; *Saepe cibi specie, vitio vel corporis ipso Potibus aut duris restricta morabitur alvus: Vincetur talis mora gramine mercuriali, Cuius aquam cocti minimo cum melle bibemus.* Et Apul cap. LXXXII, tit. 1: *Ad ventris duritiam: Herbam mercurialem coques, et tritam ex passo dabis: statim detrahet, et stomachum purgabit: aut semen eius tritum ex passo dato*, etc. Scrib. Larg. Comp. CXXXV: *Mollit ergo alvum herba mercurialis, lenibus oleribus quamplurima mixta.* H.

Vngula. Pede suis salso, qui sua salsugine alvum irritat. Dal.

Gallinaceo decoctum. Nempe veteri, cuius iusculum alvum subducit. Dalec.

Vtramque. Marem videlicet feminamque. Hard.

Bilem detrahunt. Marc. Emp. c. XXX, p. 217. Hard.

XIX. *Quae ob id Achilleos*, etc. Haec sideritis Heraclea est, de qua c. 15. Hard.

Hac sanasse Telephum. Herculis filium, Mysorum regem, ab Achille

ginem invenisse, utilissimam emplastris, ideoque pingitur a cuspide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alii utroque usum medicamento volunt. Aliqui et hanc panacem heracleon, alii sideritin, et apud nos millefoliam vocant, cubitali scapo, ramosam, minutioribus quam feniculi foliis vestitam ab imo. Alii fatentur quidem illam vulneribus utilem, sed veram achilleon esse scapo caeruleo pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotundis eleganter vestitam. Alii quadrato caule, capitulis marrubii,

ipso sanatum, a quo vulneratus fuerat. Consulto enim oraculo, responsum tulit, Ο τρώσας ἰάσεται. Supplex itaque Achilli factus, id ab ipso impetravit. Hor. Epod. XVII, vs. 8: *Movit nepotem Telephus Nereiam, In quem superbus ordinarat agmina Mysorum, et in quem tela acuta torserat.* Hard.

Alii. Quo spectat Ovid. de Rem. Amor. v. 47: *Vulnus in Herculeo quae quondam fecerat hoste, Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.* Hoc iterum Plinius repetit XXXIV, 45. Hard.

A cuspide. Sic et Chifflet. *ex cuspide* Gron. et al. Ed. P.

Aliqui et hanc panacem. Prima achillea Plinii, eadem est Dioscor. Secunda, myriophyllon Dioscor. Tertia, sideritis, heraclea prima Diosc. Quarta et quinta, sideritis heraclea Cratevae, et tertia Dioscoridis. Sexta, sideritis secunda Dioscorid. Dal. — *Aliqui.* Aliqui sanatum, inquit, Telephum aiunt, herba millefolia, quam et panacen heracleon, et Achilleam, et sideritin vocant. In his Apuleius, cap. LXXXVIII: *Graeci myriophyllon... alii achilleon... Latini millefolium... Hanc herbam Achilles invenit; unde vulnera ferro facta sanabat et ob id Achilleos vocatur; hac sanasse Telephum dicitur.* Haec Ἀχίλλειος Dioscoridi est, IV, 36, quam et sideritim appellatam ait. Millefolium idem terrestre, seu militaris herba, de qua diximus libro anteriore, cap. 95; picta a Lobelio, ut diximus, et Dodonaeo, pag. 101. H. — Ἀχίλλειος Dioscorid. loc. cit. καλοῦσι τινὲς καὶ τὴν ἀχίλλειον σιδηρῖτιν, etc. fert scapos dodrantales, aut etiam maiores fusorum effigie, foliis, circumdatos minutulis, ex obliquo crebras habentibus incisuras, umbellam vero in cacumine rotundam, floribus candidis, vel aurum aemulantibus, vel etiam purpureis. Achillea nutem, cui τὰ ἄνθη χρυσίζοντα, nobis, auctore Sprengelio, est *Achillea tomentosa* (*Syngenes. superfl.* gen. 1887 Pers. *Corymbif.* Juss.). Habitat in siccis, apricis, subalpinis; *Achilla tanacetifolia* est cuius τὰ ἄνθη πορφυρᾶ, ut fert V, cod. apud Sarac. Habitat in subalpinis; *Achillea* demum *nobilis*, cuius τὰ ἄνθη λευκά; crescit in apricis, nemorosis. Conf. Histor. Rei herbar. tom. I, p. 188. Ed. P.

Alii quadrato caule, capitulis marrubii (sic olim). Lege, *capitulis*. Lib. XXVII, 9: *In cacumine capitula sunt*

folio quercus. Hanc etiam praecisos nervos glutinare faciunt. Alii sideritin in maceriis nascentem, quum teratur, foedi odoris. Etiamnum aliam similem huic, sed candidioribus foliis et pinguioribus, tenuioribus cauliculis, in vineis nascentem. Aliam vero binum cubitorum, ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo longo, betae semine, omnes vulneribus praecipuas. Nostri eam, quae est latissimo folio, scopam regiam vocant. Medetur anginis suum.

echinata spinis; eiusdem cap. 44: *Capitula sunt in summo caule tenuia.* Gron. — *Alii.* Haec sideritis prior Dioscor. IV, 33, de qua ille paria refert totidem verbis: folio nempe marrubii, ad similitudinem foliorum quercus accedente, et quadrangulis caulibus, in quibus orbiculata interdum, ut in marrubio, verticilla conspiciuntur. Recentior aetas in officinis herbam judaicam, et *Tetrahit* barbaro nomine vocat; a Dodonaeo pingitur pag. 94, Ruellio adstipulante, III, p. 594. H. — Σιδηρῖτις, οἱ δὲ Ἡράκλειαν Dioscorid. loc. laud. nobis *Stachys Heraclea* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1392 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Pedemontio, agro Nicaeensi, etc. En. P.

Hanc etiam praecisos nervos, etc. Dioscorid. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλασσόμενα τραυμάτων καλλητικήν, etc. Et est ea dos herbae iudaicae propria. H.

Alii sideritin. Et id heracleae sideriti natale solum, de qua c. 45 diximus. Dioscorid. IV, 35: Σιδηρῖτις... Ἡράκλεια... φυομένη ἐν τοίχοις καὶ ἀμπελῶσιν, *in maceriis vineisque.* H. — *Phellandrium Mutellina* Linn. (*Pentand. digyn.* gen. 708 Pers. sub *Meo. Umbellif.* Juss.), de quo iam dictum. En. P.

Aliam vero binum cubitorum. Nempe sideritin Dioscoridis alteram, quam ille iisdem omnino notis delineat, IV, 34, quae omnes pulchre cadunt in eam, quam pimpinellam in Gallia vulgus appellat, *la pimprenelle*: quam et thryallidem Theophr. vocari diximus XXI, 61. Huius est eximia vis ad vulnera. Anguillara, Part. XIV, pag. 257: *La seconda siderite non è altro che la Pimpinella nostra comune.* Hann. — Σιδηρῖτις ἄλλη Diosc. IV, 34, nobis est *Sanguisorba officinalis* (*Tetrand. monogyn.* gen. 294 Pers. *Rosac.* Juss.). Habitat in pratis siccioribus. Confer Column. Ecphr. I, 37, pag. 424. Hermodorum Listarchum primum fuisse, qui hanc plantam detexerit, affirmat Anguillar. loc. proxime laud. et in insulis Archipelagi eam σιδηρίτιδα etiamnunc nominari. Planta Linnaeo exoleta, superflua, cui tamen vis adstringens, tonica. Conf. Mat. med. p. 56, ed. Schr. Spreng. Hist. Rei herb. t. I, p. 459 sq. En. P.

Scopam. In Indice *scopa regia.* In MSS. quibusdam *scopas regias* b. loc. legitur. Pimpinella silvestris est, seu sanguisorba maior, delineata a Dodonaeo, p. 105. Ruellius, III, p. 594, falso arbitratur eam esse quam vulgus *carpentariorum herbam* appellat:

XX. Invenit et Teucer eadem aetate Teucrion, quam quidam hemionion vocant, spargentem iuncos tenues, folia parva, asperis locis nascentem, austero sapore, numquam florentem: neque semen gignit. Medetur lienibus: constatque sic inventam: quum exta super eam proiecta essent, adhaesisse lieni, eumque exinanisse. Ob id a quibusdam splenion vocatur. Narrant sues, qui radicem eius ederint, sine splene inveniri. Quidam ramis hyssopi surculosam, folio fabae, eodem nomine appellant, et colligi florentem adhuc iubent: adeo florere non dubitant; maximeque ex Ciliciis et Pisidiae montibus laudant.

quod materiarii fabri saepiuscule hac utuntur ad glutinanda vulnera. Hard. — *Scopam.* Brot. ex MSS. Regg. et editt. principe, *scopas regias.* Scopa regia, de qua iam Noster egit XXI, 15, auctore Sprengelio, est *Chenopodium Scoparia* (*Pentand. digyn.* gen. 657, Pers. *Chenop.* Juss.). Habitat in Carniola, Graecia, etc. Brot. post Dalecampium, habet Tanacetum minus album, odore camphorae. Ed. P.

Medetur anginis suum. In aliquo codice legitur *succus*, non *suum.* Pinv.

XX. *Invenit et Teu.* Telamonis filius, Priami sororis filius. De quo Horat. Carm. IV, Od. 7: *Primusque Teucer tela cydonio direxit arcu.* H. *Teucrion.* Teucrion, chamaedryn quoque vocari Dioscor. ait: asplenon vero hemioniam. Dal. — *Teucrion.* Non illud quidem Dioscoridis Teuchrium est, sed hemionitis, cuius ille iisdem fere verbis meminit, III, 152: Ἡμιονῖτις, οἱ δὲ σπλήνιον, etc. Sic etiam Orib. XI, p. 198. Pingitur a Dodonaeo, p. 464. Hemionion pariter Teucrion appellari auctor est Apuleius, cap. LVI. Sed cum Jonchitide male confundit. Hard. — Ἡμιονῖτις Dioscor. loc. cit. nobis eodem nomine est *Asplenium Hemionitis* ex *Cryptogam.* Linn. *Filic.* ordine. Juss. Ἀσπλήνιον, οἱ δὲ ἡμιόνιον, de quo Graecus auctor III, 151, nobis est *Asplenium Ceterach*; sic appellatum non quod splenem absumat, ut falsò quidam putant, sed quod spleni, ut caeteris obstructis visceribus ferat opem. Conf. Geoffr. Mat. med. tom. III, p. 292. sq. Ed. P.

Constatque. Haec totidem verbis Apul. l. c. Hard.

Narrant sues, qui radicem eius ederint, etc. Apull. ll. cc. Hard.

Quidam. Et haec pariter Apuleius, l. c. Hoc Teucrium Dioscoridis videtur, III, 111, simillimum chamaedryi, vel ipsa forte chamaedrys, de qua libro anteriore diximus, cap. 80. Nam et ipsam aliqui appellavere Teucrion. H. — Τεύκριον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο χαμαιδρυν Dioscorid. loc. sup. laud. nobis est *Teucrium lucidum* (*Didynam. gymn.* gen. 1372 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Sabaudia, Galloprovincia, etc. Cf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 179. Ed. P.

XXI. Melampodis fama, divinationis artibus nota est. Ab hoc appellatur unum ellebori genus Melampodion. Aliqui pastorem eodem nomine invenisse tradunt, capras purgari pasto illo animadvertentem, datoque lacte earum sanasse Proetidas furentes. Quamobrem de omnibus eius generibus dici simul convenit. Prima duo sunt, candidum et nigrum. Hoc radicibus tantum intelligi tradunt plerique. Alii folia nigri, platano similia, sed minora, nigrioraque et pluribus

XXI. *Melampodis.* De quo nos strictim, VII, 33. Hard.

Aliqui pastorem. Ita Dioscor. IV, 151. At Apollodorus Athen in Bibl. purgationem Proeti filiarum, potius ad vatem Melampoda, quam ad pastorem refert: natasque ait ex Proeto et Stenoboea filias, Lysippen, Iphinoën, et Iphianassam: quae ubi primum adoleverint, vexatae insania sint: sed Melampodis cura purgatione usas ex his duas resipuisse. Hunc autem in eis errorem fuisse mentis animique, haves ut se crederent, quod Virgil. quoque in Bucol. Ecl. VI, v. 48, significat, nentiquam fabulosum videri debere, disce ex Aegineta, III, ubi de atra bile. Hard.

Pasto illo animadvertentem. Theophrastus id animadversum tradit in ovibus quae veratrum gustassent. Dal.

Sanasse proetidas furentes. Atra bile percitas. Vide lib. XI, c. 37: Apud Sextum Empiricum, lib. VI, Pyrronion, Polyanthus Cyrenaeus ab Aesculapio curatas fuisse ait, non a Melampode, ut Eudoxus apud Stephanum scribit. Vide Ovid. ult. Metam. Vitruvium, III, 8; Politian. Miscell. cap. 50. Hard.

Prima duo sunt. Tradit haec deinceps ad verbum Theophrast. Histor. IX, 11. Genus utrumque vidimus in horto Regio. Nigrum, *ellébore noir*, à Clusio pingitur accurate Hist. Rar. pl. 2, p. 274. Candidum, *ellébore blanc*, in Eystettensi horto. H.

Hoc radicibus, etc. Alii similia esse aiunt genera ellebori duo: radice tantum differre: huius candida, alterius nigra: Οἱ μὲν γὰρ ὁμοίους εἶναι, πλὴν τῷ χρώματι μόνον διαφέρειν τήν τε ῥίζαν τοῦ μὲν λευκὴν, τοῦ δὲ μέλαιναν. Theophr. loc. cit. Hard.

Alii folia nigri platani similia. Voss. *nigra platano.* Scribe: *Alii folia nigra platano similia.* Gr. *Alii.* Dioscor. de veratro nigro, IV, 151: Ἔχει δὲ τὰ φύλλα χλωρὰ, πλατάνῳ προσεμφερῆ, ἐλάττονα δὲ, καὶ πολυσχιδέστερα, καὶ μελάντερα. H. — Ἐλλέβορος μέλας, οἱ δὲ μελαμπόδιον Dioscor. IV, 151; nobis *Helleborus orientalis* (*Polyand. polygin.* gen. 1366 Pers. *Ranunculac.* Juss.). Habitat in Oriente; optime provenire in insula Anticyra, haud procul ab Euboea et in Olympo monte ferebatur. Ibidem ai nostras Clar. Tournefortius observavit hanc speciem quae ab *H. viridi* foliis subtus pilosis, caule ramoso et floribus subtubicundis differt. Conf. Lamarck. *Encycl.* III, 93. Pausanias X, 37, auctor est eam radicem ab Amphictyo-

divisuris scissa: albi, betae incipientis: haec quoque nigriora, et canalium dorso rubescentia. Vtraque caule palmi ferulaceo, bulborum tunicis convoluto, radice fimbriata caeparum modo. Nigro equi, boves, sues necantur; itaque cavent id, quum candido vescantur. Tempestivum esse tradunt messibus. Plurimum autem nascitur in Oeta monte: et optimum uno eius loco circa Pyram. Nigrum ubique provenit, sed melius in Helicone, qui mons et aliis laudatur herbis. Candidum probatur Oetaeum: secundum Ponticum; tertio loco Eleaticum, quod in vitibus nasci

nibus Cirrham oppidum Solonis tempore obsideotibus, in fontem Plisti fluminis iniectam fuisse, ut venenarent aquas. Ed. P.

Albi. Ellebori albi folia sunt, inquit Dioscor. IV, 150, betae silvestris similia, sed breviora, nigrioraque, et dorsi spina rubescit: ὅμοια τοῖς τοῦ σεύτλου ἀγρίου, βραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα, καὶ τῇ ῥάχει ἐρυθρά. H. Ἐλλέβορος λευκὸς graecis scriptoribus, nobis est *Veratrum album* (*Hexand. trigyn.* gen 882 Pers. *Junc.* Juss.). Habitat in Europae et Americ. Boreal. montosis, ad rivulos. Ed. P.

Vtraque. De candido id diserte Dioscorid. loc. cit. Κυλὸν δὲ παλαιστιαῖον, κοῖλον, περιφλοιζόμενον ὅταν ἄρξηται ξηραίνεσθαι. *Eadem palmi altitudine concavum, qui quidem tunicus, quibus convolvitur, abdicat, quum arescere incipit.* H.

Radice fimbriata. Fibrata, tenuibus fibris distincta. Prius insulse, *vibrata*, legebatur. Sequuti sumus fidem codicum MSS. Heg. Colb. Ch. et vet. Dalec. et quod his multo certius est, Diosc. ipsum, cuius haec verba de elleboro candido, IV, 150: Ῥίζαι δ' ὑπεισι πολλαί, λεπταί, ἀπὸ κεφαλίου μικροῦ καὶ ἐπιμήκους, ὡσπερεὶ κραμβύου, συμπεφυκυῖαι. *Radices subiacent numerosae, tenues ac fibratae, ab exiguo et oblongo capitulo, veu caepa, exeuntes, eidemque adnexae.* Tradit eadem et de veratro nigro cap. sq. Hard.

Nigro. Sic Theophrast. l. c. sed idem candido vesci tantum oves dixit, τὰ πρόβατα. Hard.

Tempestivum. Candidum quidem messibus colligi Diosc. iubet IV, 150. Hard.

Plurimum autem nascitur in Oeta monte, etc. Theophrast. l. c. Ἐκ τῆς Οἴτης συλλέγουσι· πλεῖστος γὰρ ἐνταῦθα φύεται καὶ ἄριστος· μοναχοῦ δὲ φύεται τῆς Οἴτης περὶ τὴν Πύρραν. Pyra locus est in eius montis vertice, in quo sacrificantem Herculem, ubi se conlecisset in rogum, arsisse ferunt. Claudianus, de tertio Cons. Honorii, v. 114: *Iuga deseris Oetes, Herculeo damnata rogo.* Hard.

Nigrum ubique provenit. Dioscorid. IV, 151, post Theophrast. loc. c. ad verbum. Hard.

Candidum probatur Oetaeum. Theophrast. l. c. Hard.

3 ferunt; quarto Parnassium, quod adulteratur Aetolico, ex vicino. Nigrum ex his Melampodion vocant, quo et domos suffiunt purgantque, spargentes et pecora, cum precatione solenni: hoc et religiosius colligitur. Primum enim gladio circumscribitur. Dein qui succisurus est, ortum spectat: et precatur, ut id liceat sibi concedentibus diis facere, observatque aquilae volatus: fere enim secantibus interest: et si prope advolavit, moriturum illo anno qui succidat, augurium est. Nec album facile colligitur, caput aggravans, maxime nisi praesumatur allium, et subinde
4 vinum sorbeatur, celeriterque fodiatur. Nigrum alii ectomon vocant, alii polyrrhizon: purgat per infer-

Parnassium. Parnassicus et Aetolicus, quos vendentes et ementes multi discernere nesciunt, duri sunt, perquam rugosi et flaccidi. Theophrast. Dalec.

Melampodion. Ab inventore. Theophrast. loc. cit. Καλοῦσι δὲ τὸν μέλανα τινὲς ἐκ τοῦ τιμῶντος καὶ ἀνευρόντος Μελαμπόδιον, etc. Sic etiam Diosc. IV, 150. Hard.

Quo et domos suffiunt. Diosc. loc. cit. Περιρραίνουσι δὲ καὶ οἰκίας αὐτὸν, καθαρτικὸν εἶναι νομίζοντες. *Sed et eo domos aspergunt, purgandi expiandique vim inesse ei rati.* Theophr. l. c. Καθαίρουσι δὲ ὗς αὐτῷ καὶ πρόβατα, συνεπᾴδοντές τινα ἐπῳδήν. *Lustrant autem eo sues, oversque cum incantatione quadam.* Hard.

Primum enim gladio, etc. Hic ritus omnis a Theophrast. quoque describitur Hist. IX, 9. Hard.

Et precatur, etc. Stant, inquit, et Apollinem Aescúlapium deprecantur, ut ea res sibi feliciter cedat. Dioscor. IV, 151. Hard.

Observatque. Observat, num aquila sibi in eo opere occupato, interveniat: abstinet, si cernat. Periculum enim imminet secanti, etc. Theophr. et Dioscorid. locis supra appellatis. Hard.

Nec album. De nigro haec Diosc. prodidit, l. c. de elleboro universim, Theophr. Histor. Plant. IX, 9. H.

Nigrum. Galen. in Explic. voc. Hippocr. pag. 89, Ἐκτόμου, ἐλλεβόρου μέλανος. Hesychius ἐκτομὸν, ἐλλέβορος. Erotian. in coll. diction. Hipp. apud Galen. p. 119: ἐκτόμου· Δτοκλῆς φησὶν οὕτω καλεῖσθαι τὸν μέλανα ἐλλέβορον. Dioscorid. loc. cit. Ἐλλέβορος μέλας, οἱ δὲ Μελαμπόδιον, οἱ δὲ ἔκτομον (lege ἕκτομον), οἱ δὲ πολύῤῥιζον, a multa, ut diximus, radice fimbriata. Prius in editis libris *entomon*: in MSS. *cucymon*: utrumque perverse. Hard.

Purgat per inferna, etc. Purgatio ex elleboro nascenti medicinae coaeva fuit. Hippocrates utraque ellebori specie usus est, qui ellebori simpliciter dicti voce, album designat; nigrum vero cum adiectione semper

na: candidum autem vomitione, causasque morborum extrahit; quondam terribile, postea tam promiscuum, ut plerique studiorum gratia ad pervidenda acrius, quae commentabantur, saepius sumptitaverint. Carneadem responsurum Zenonis libris: Drusum quoque apud nos, tribunorum popularium clarissimum (cui ante omnes plebs stans plausit, optimates vero bellum Marsicum imputavere), constat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Anticyra insula. Ibi enim tutissime sumitur, quoniam,

denominat, ut putat Galenus. Haec autem purgandi ratio spectatissimis omnibus medicis suspecta fuit, nec nisi summa cum cautione ab ipsis Veteribus adhiberi solita. Hodie apud nos ellebori usus fere exolevit, ex eo potissimum tempore quo *stibii* (*émétique*) praeparationes catharticae et vomitoriae innoluerunt: quae quidem tutiores longe videntur purgandi rationes, nec minus efficaces. Conf. Geoffr. Mater. med. tom. II, p. 74 sqq. et Excurs. I de Elleboro ad calc. huius libri. Ed. P.

Candidum. Marcell. Emp. c. xxx, p. 21, et Dioscorid. IV, 150: Καθαίρει δὲ δι' ἐμέτων, ἄγων ποικίλα. *Purgat vomitionibus varii coloris humores extrahens.* H.

Vt plerique. Haec totidem verbis Gellius, XVII, 15, p. 968, de Carneade in primis. Et Valer. Maxim. VIII, 7, n. 5: *Carneades cum Chrysippo disputaturus, elleboro se ante purgabat, ad exprimendum ingenium suum attentius, et illius refellendum acrius: quas potiones industria solidae laudis cupidis efficit appetendas.* De Carneade alias diximus, VII, 31. Hard.

Carneadem. De Chrysippo idem scribit Petronius in Satyra: *Chrysippus, inquit, ut ad inventionem sufficeret, ter elleboro animum detersit.* Dalec.

Drusum. Hunc locum Gellius ita recital l. c. p. 971: *Sed elleborum sumi posse tutissime in insula Anticyra Plinius Secundus in libris naturalis historiae scripsit: propterea Livium Drusum, qui tribunus plebis fuit, quum morbum, qui comitialis dicitur, pateretur, Anticyram navigasse, et in ea insula elleborum bibisse ait, atque ita morbo liberatum.* Nigrum veratrum ad comitialem morbum Celsus quoque commendat, III, 23. H.

Optimates vero bellum Marsicum imputavere. Nostrum exemplar, *importavere*, non *imputavere*. Caeterum verba haec, *cui ante omnes plebs astans plausit, optimates vero bellum Marsicum imputavere*, non puto esse Pliniana: aliena enim videntur ab ipsa re de qua agitur. Pier. — *Optimates.* Sociale, vel Marsicum bellum appellatum est, quod a Marsis primum concitatum fuit. Etenim Latini omnes, ac plerique Italiae populi, indigne ferentes, se laborum omnium ac periculorum participes, ab communione imperii et honoris exclusi,

ut diximus, sesamoides admiscent. Italia veratrum vocat. Farina eorum per se, et mixta radicula, qua lanas diximus lavari, sternumentum facit, amboque somnum. Leguntur autem tenuissimae radices brevesque, ac velut decurtatae etiam hae. Nam summa, quae est crassissima, caepis similis, canibus tantum datur purgationis causa. Antiqui radicem cortice quam carnosissimo seligebant, quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis spongiis opertam, turgescentemque acu in longitudinem findebant. Deinde fila in umbra siccabant, iis utentes: nunc ramulos ipsos ab radice quam gravissimi corticis ita dant. Optimum, quod acre gustu fervensque, in frangendo pulverem emittit. Durare vim eius xxx annis ferunt.

frustra per Drusum, qui hac arte conciliatis animis affectabat imperium, sperata civitate, quod iure non poterant, armis consequi studuerunt. Haec prolixius Flor. III, 18, et alii. H.

Sesamoides. Σησαμοειδὲς μέγα Dioscor. IV, 62, quod anticyricum elleborum Galen. vocat, de Facult. simplic. med. VIII, 108; nobis est Reseda alba (*Dodecand. trigyn.* gen. 1188 Pers. *Capparid. affin.* Juss.). Habitat in Gallia australi, etc. Cf. lib. XXII, cap. 64. Ed. P.

Qua. Lib. XIX, 18. Hard.

Sternumentum. Scrib. Larg. Comp. 1, p. 10: *Proritat sternutamentum etiam per se contusum, et naribus iniectum veratrum album. Nigrum, siccum, et aridum sternutationem statim invitat.* H. — *Sternumentum.* Gron. et al. ante Hard. *sternutamentum.* Ed. P.

Amboque somnum. Nec verum id, nec verisimile. Lego, *somnum discutiunt.* Dal.

Ac velut decurtatae. Id est, quod Antylus et Posidonius apud Aetium praecipiunt, veratri deligendas esse radices parvas, sive tenues, sed plenas, non rugosas; nec in acutum instar caudae muris desinentes. Dal.

Antiqui. Sic Dioscorid. de utroque elleboro, eligi iubet carnosum, et cui tenuis medulla sit: Ἐκλέγου δὲ τὸν εὔσαρκον, καὶ εὔτροφον, λοπτὴν ἔχοντα τὴν ἐντεριώνην.

Hanc humidis spongiis. Vt aqua madefacta radix turgesceret, faciliusque divideretur acu, vel forficula, in tenuia fila. Hard.

Acu in longitudinem findebant. *Forficula*, non *acu*, legendum esse Plinius ipse ostendit non multo post. Conf. cap. 23 fin. Pint.

Ramulos ipsos. Fibras radicum integras. Hard.

Optimum. Candidum probat Diosc. IV, 150, quod non sit admodum gustu fervens, ἐκπυρῶν τῇ γεύσει οὐ λίαν. Nigrum cap. sq. acre gustu, fervensque, δριμὺν ἐν τῇ γεύσει, καὶ πυρώδη. Hard.

Pulverem emittit. Fumosum sapo-

XXII. Nigrum medetur paralyticis, insanientibus, hydropicis, dum citra febrim, podagris veteribus, articulariis morbis. Trahit alvum, et bilem, pituitasque. Ex aqua datur ad leniter molliendam alvum, plurimum drachma, modice quatuor obolis. Miscuere aliqui et scammoneam, sed tutius salem. In dulcibus datum copiosius periculum infert; oculorum caliginem fotu discutit; ob id quidam et inunxere trito. Strumas, suppurata, duritias concoquit et purgat: item fistulas, tertia die exemptum. Verrucas tollit cum squamis aeris et sandaracha. Hydropicorum ventri imponitur cum farina hordeacea et vino. Pecorum et iumentorum pituitas sanat, surculo per aurem traiecto, et postero die eadem hora exempto. Scabiem

rem. Aetius ex Antylo. Pulvis evanidam vetustatem indicat, quamvis Dioscorides tale probet. Dalec. — Plinius ex sententia Casp. Hofmanni in Varr. Lectt. lib. I, 4, p. 2, hoc indicat: Elleborus dum frangitur, debet emittere fumosum quid cau pulverem, quod subito nares feriat, et acredine sua sternutationem cieat, Aetii locus est Tetr. I, lib. III, cap. 126. Ergo Dioscoridas lib. IV, cap. 145, et Plinius inter se non pugnant. Hard. — *Pulverem.* Dioscor. IV, 150: Χνοῦν ἀφείσιν τῷ θραύεσθαι, *pulverem emittens, dum frangitur.* Vt plurimum evanidam vetustatem sapit, quod dum frangitur, fatiscit in pulverem. H.

XXII. *Nigrum.* Haec totidem verbis Diosc. IV, 151. Hard.

Trahit. Marc. Emp. c. x, pag. 212. Dioscor. ll. cc. Καθαίρει δὲ τὴν κάτω κοιλίαν, ἄγων φλέγμα καὶ χολήν, *purgat per inferna, trahitque pituitam et bilem.* Hard. — *Trahit alvum.* Brot. ex Reg. cod. 2, *trahit ex alvo bilem.* Ed. P.

Ex aqua datur ad, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Miscuere aliqui. Marc. Empir. et Diosc. ll. cc. Hard. — *Scammoneam.* Σκαμμώνιον Hipp. de Morb. mulier. I, 59; σκαμμωνίη Dioscor. IV, 171; nobis *Convolvulus Scammonia* (*Pentand. monogyn.* gen. 416 Pers. *Convolvulae.* Juss.). Habitat in Syria, Mysia, Cappadocia. De eo fusius suo loco agemus. Ed. P.

Oculorum. Collyriis admiscere ait Dioscorides ad oculorum discutiendam caliginem. Hard.

Item fistulas, etc. Diosc. IV, 151: Σύριγγας δὲ καθαίρει καταθείς, καὶ μετὰ τρίτην ἐξαιρεθείς. *Fistulas indutum ac tertia die exemptum purgat.* Hard.

Hydropicorum. Totidem verbis Dioscor. Eupr. II, 65. Hard.

Pecorum. Vim omnino parem ac geminam consiliginis radici inferius attribuit, XXVI, 21. Hard.

Scabiem quadrupedum cum thure aut cera, ac pice, vel cum pisselaeo. Scri-

quadrupedum cum thure aut cera, ac pice, vel cum pisselaeo.

XXIII. Album optimum, quod celerrime movet sternumenta: sed multum terribilius nigro, praecipue si quis apparatum poturorum apud antiquos legat, contra horrores, strangulatus, intempestivas somni vires, singultus infinitos aut sternumenta, stomachi dissolutiones, tardiores vomitus aut longiores exiguos aut nimios. Quippe alia dare soliti, quae concitarent vomitiones, ipsumque elleborum extraherent medicamentis, aut clysteribus: saepe etiam sanguine venis emisso. Iam vero et quum prospere cedat, terribili visu; variis coloribus vomitionum, et post vomitiones observatione alvi, balinearum dispensatione, totius corporis cura, antecedente omnia haec magno terrore famae: namque tradunt absumi carnem, si coquatur una. Sed antiquorum vitium erat, quod propter hos metus parcius dabant: quum celerius erumpat, quo largius sumitur. Themison binas non amplius drachmas datavit: sequentes et quaternas de-

be, ut ante monui *cedrelaeo*. Dioscorides lib. IV: *Scabiem sanat illitum cum thure aut cera et pice et cedrino oleo*. Plin. — *Scabiem*. Diosc. IV, 151: Θεραπεύει δὲ καὶ ψώρας, μετὰ λεβανωτοῦ, ἢ κηροῦ, καὶ πίσσης, καὶ κεδρίνου ἐλαίου καταχριόμενος. Quod ἔλαιον κέδρινον vocat. Dioscorides, Plinio, ut monuimus XXIV, 11, pisselaeon est. Hard.

XXIII. *Album optimum*, etc. Dioscor. IV, 150. Hard. — *Si quis appar.* De antiquo elleborum praeparandi modo, ita ut horrores praecaverentur, et strangulatus, etc. quem veteriores medici *elleboriamum* dixere, cf. Exc. I ad fin. hui. lib. Ed. P.

Balinearum dispensatione. Lib. IV, Aphorism. 13, 14, 15, Hipp. humectari prius corpora eorum iubet, qui veratro non facile purgantur: quod optime fit balneo, quiete, pleniore cibo. Balneum etiam prodest in convulsione ab elleboro excitata, cuius meminit Hipp. l. V, aph. 6; balneum etiam sumpto veratro tardiorem vomitum accelerat. Paulus. Dalec.

Namque tradunt absumi carnem. Hoc pariter Dioscor. l. c. Συγκαθεψόμενός τε κρέας, συντήκει αὐτά. H.

Datavit. Ita Reg. 1, cum editis. Reg. 2, *dedit*. Hard.

dere, claro Herophili praeconio, qui elleborum fortissimi ducis similitudini aequabat. Concitatis enim intus omnibus, ipsum in primis exire. Praeterea mirum inventum est, quod incisum forficulis, ut diximus, cribrant: cortex remanet, hoc inaniunt: medulla cadit; haec in nimia purgatione data vomitiones sistit.

XXIV. Cavendum est felici quoque cura, ne nubilo die detur: quippe impetibiles cruciatus exsistunt. Nam aestate potius, quam hieme dandum, non est in dubio. Corpus septem diebus ante praeparandum cibis acribus, abstinentia vini, quarto et tertio die vomitionibus, pridie coenae abstinentia. Album et in dulci datur, aptissime vero in lente aut pulte. Nuper in-

Qui elleborum fortissimi ducis similitudine aequabat. Similior verae lectio est, *qui elleborum fortissimo duci similitudine aequabat*, quanquam suspicor verbum *similitudine* adiectitium esse. Pint.

Incisum forficulis. Tot modis sumitur veratrum album: 1° Radicula tota nocte confixa eius festucis ad drach. VI postridie sumitur ex oxymelite. 2° Infusum in hemina aquae pluviae drach. VI citra decoctionem, post triduum bibitur. 3° Decoctum lib. I in duobus sextariis aquae additis mellis lib. II percoctum, ad cochlear magnum lingitur. 4° Segmenta minutim forfice concisa, furfuris magnitudine, ad drach. II dantur cum alica, ptissana, hydromelite, calidis. 5° Pulvis crassiusculus sorbetur cum cremore ptissanae, ad drach. I. 6° Pulvis tenuissimus ad drach. IV cum melle formatis catapotiis devoratur. Ita Antylus et Posidonius apud Aëtium. Dal.

Ut diximus. Cap. 21. H.

Hoc inaniunt. Hoc sumpto cortice exinaniunt purgantque alvum. Sic XXVI, 36: *Et alvum, et bilem, et pituitam exinanit*, hoc est, purgat. Hunc locum nec Dalecampius intellexit, nec interpres gallicus. Sed et in aliis pluribus cespitarunt. Hard.

XXIV. *Impetibiles cruc.* Sic et Chifflet. *impatibiles* Gron. et vulgg. ante Hard. libb. Ed. P.

Nam aestate potius, etc. Vere iunioribus, senibus aestate dari suadet Aetius, I, 129, p. 114. Celsus, II, 3, de vomitu: *At ubi longi valentesque morbi sine febre sunt, ut comitialis, aut insania, veratro quoque albo utendum est: id neque hieme, neque aestate recte datur; optime vere, tolerabiliter autumno.* Hard.

Corpus septem diebus, etc. Aetius, I, 131, p. 115. Hard.

Cibis acribus. Esu radiculae cum oxymelite. Dal.

Vomitionibus. Levioribus videlicet. Galen. Comment. aph. 13, lib. IV. Dalec.

Album. Diosc. IV, 150: Δίδοται δὲ νήστεσι καθ' ἑαυτόν, καὶ μετὰ σησάμου... ἢ μελικράτου, ἢ φακοῦ, ἢ ἄλλου ῥοφήματος. Hard. — *In lente.* Sic

venere, dissectis raphanis inserere elleborum, rursusque comprimere raphanos, ut transeat vis, atque eo lenimento dare. Reddi post quatuor fere horas incipit. Totum opus septenis peragitur horis. Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, vertigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephantiasi albae, lepris, tetano, tremulis, podagricis, hydropicis, incipientibusque tympaniticis, stomachicis, spasticis cynicis, ischiadicis, quartanis, quae aliter non

et Chiffl. *in lacte*. Gronov. et al. ante Hard. Ed. P.

Nuper. Tradit hunc modum uberius paulo Aetius, I, 124, pag. 114. Hard.

Bursusque comprimere raphanos. Antylus apud Paulum raphanos comedendos ex oxymelite praebet. Dalec.

Vt transeat vis. Vt vis ellebori vehementior dissipetur. H.

Vt diximus. Nempe cap. 21. His morborum generibus mederi elleborum scribit pariter Aetius, I, 125, pag. 114. In comitiali morbo in primis, ter aut quater veratro albo utendum, haud ita multis interpositis diebus, Celsus admonet III, 23. Hard.

Lymphaticis. Furiosis, qui vitium contraxerunt ex aquae conspectu, vel ex imagine visa in aqua. Festus: *Lymphae diciae sunt a Nymphis. Vulgo autem memoriae proditum est, quicumque speciem quamdam e fonte; id est, effigiem nymphae viderint, furendi non fecisse finem, quos Graeci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphatos appellant*. Vide plura, si lubet, in Etym. Vossii. Hard.

Elephantiae albae. Diosc. *Elephantiae, leucae, lepris*, Plinius etc. homonymia vocis λευκὴ deceptus est. Dalec. — *Elephantiasi*. Elephantiasi elleborum mederi Celsus testatur, III, 25. — *Elephantiasi*. Sic MSS. omnes. Cur *albae* Plinius addiderit Dalecampius miratur: apud graecum scriptorem, a quo haec mutuatus sit, legisse suspicatur idem, ἐλεφαντιάσει, λεύκῃ, deceptumque vocis ὁμωνυμίᾳ Plinium: quum sit λεύκη aliud nihil, quam vitiligo alba, quae ab humore pituitoso fit, de qua nos alibi diximus. Verum elephantiasin incipientem, elephantiae albae nomine intelligi, discere medicus potuit ex Theod. Prisc. non illo quidem Caesariensi grammatico, sed medico perillustri, cuius exstant libri ad Timotheum, aliosque. Sic enim ille I, 32: *Sunt quibus certis ex accidentibus maculae in corporibus frequentius inhaeserunt. Sunt nigrae, sunt albae, velut elephantiasin aliquando annuntiantes*, etc. Hard.

Tympaniticis. Qui hydrope incipiente laborant. Est enim hydropis genus τυμπανίας, sive τυμπανῖτις, quod nomen est a tympano: quia pulsatus venter vento distentus, qui inter peritonaeum et intestina tympanum refert sonitu. Nicaud. in Alex. τυμπανόεις ὕδρωψ appellatur. Et Celsum vide, III, 21. H. — *Tympaniticis*. Brot. ex MSS. Regg. et ed. princ. *tympanicis*. Ed. P.

Cynicis. Κυνικὸς σπασμὸς oris est convulsio distorsioque, inde nomen

desinant; tussi veteri, inflationibus, torminibus redeuntibus.

XXV. Vetant dari senibus et pueris: item mollis ac feminei corporis animive, exilibus aut teneris: et feminis minus quam viris. Item timidis, aut si exhulcerata sint praecordia, vel tumeant: minime sanguinem exscreantibus, causariis vel latere, vel faucibus. Medetur extra corporis, eruptionibus pituitae cum axungia salsa illitum: item suppurationi veteri. Mures polentae admixtum necat. Galli sagittas in venatu elleboro tingunt, circumcisoque vulnere te-

sortita, quod rictum canis repraesentet. Ita MSS. Regg. Colb. et Vet. apud Dalec. quam vocem interpolatores Pliniani quum non intelligerent, *clinicis* reposuere; quod hic locum habere nullum potest. Est enim id verbum aegris omnibus communis, qui lecto affixi sunt. Hard.

Inflationibus. Sic et Chifflet. *inflammationibus* Gron. et al. Ed. P.

XXV. *Vetant dari senibus et pueris, item*, etc. Haec totidem fere verbis Aetius, I, 128, pag. 115, secutus Hippocratem, libro singulari, περὶ ἐλλεβορισμοῦ, p. 641. Hard.

Teneris. Molli habitu corporis praeditis, qui causarum violentia facile offenduntur. Dal.

Praecordia. Intestina vel renes, aut aliae partes sub hypocondriis sitae, ut ventriculus. Dal.

Minimeve sanguinem exscreantibus. Particula *ve* redundat ex codice antiquo. Sensus enim est minime dandum esse sanguinem exscreantibus. Pinn.

Causariis. Valetudinariis. Livius VI, p. 167: *Tectus exercitus ex causariis senioribusque a L. Quintio scribatur, qui urbi moenibusque praesidio sit.* Seneca ep. 68: *Sic in animo nostro sunt quasi causariae partes, quibus adhibenda curatio est.* Theod. Priac. I, 7: *De aurium causatione.* Et cap. 10: *De oculorum causis.* Ulpiano, *causaria mixtio*, quae valetudinis causa datur. Martiano IC. *causarius miles.* Hard.

Medetur. Externis corporis vitiis. Sic lib. XXII, 49: *Ad extera corporum.* Hard.

Mures. Dioscor. IV, 160, de elleboro albo, καὶ μῦς κτείνει σὺν μέλιτι καὶ ἀλφίτῳ φυραθείς. Sic etiam Paxamus in Geopon. XIII, 4, p. 361: Οἱ μῦς ἀναιροῦνται, ἐλλεβόρου μετὰ ἀλφίτων παραβληθέντος. H. — *Polentae.* Gron. et al. ante Hard. *polenta.* Ed. P.

Galli. Hoc fuit venenum venatorium, quo uti in primis Gallos scribit Corn. Celsus, V, 27. Gellius, XVII, 15, pag. 972: *Praeterea scriptum legimus*, inquit, *Gallos in venatibus nuguere elleboro sagittas: quod his ietae exanimatae ferae teneriores ad epulas fiant: sed propter ellebori contagium, vulnera ex sagittis facta circumcidere latius dicuntur.* H.

Elleboro unguat. Idem et limeo, lib. XXVII, cap. 11. Dal.

neriorem sentiri carnem affirmant. Muscae quoque necantur albo trito, et cum lacte sparso. Eodem et phthiriasis emendatur.

XXVI. (vi) Ipsi Mithridati Cratevas adscripsit unam mithridatiam vocatam. Huic folia duo a radice acantho similia. Caulis inter utraque sustinens roseum florem.

XXVII. Alteram Lenaeus, scordotin, sive scordion, ipsius manu adscriptam, magnitudine cubitali, quadrangulo caule, ramosam quernae similitudine, folis

Eodem. Marc. Emp. cap. xv, p. 43: *Ad pediculos in omni parte corporis necandos efficax hoc remedium est: ellebori radicis uncia*, etc. H.

XXVII. *Mithridati Cratevas adscripsit unam mithridatium.* Grön. et al. ante Harduin. *mithridation.* Singulare studium duo reges, Pergamenus Attalus Philometor, et Mithridates Eupator Ponticus, in herbis colendis earumque experiendis viribus collocavere. Attalos venenatas plantas in horto diligentissime educatas observavit, hyoscyamum, aconitum, conium, ellebarum, etc. quatum virtutes et noxas, antidotis simul exhibitis, curiosissime investigavit. Plutarch. Demetr. 897; Galen. Antidot. I, 425. Iisdem experimentis Mithridates inclaruit. Plin. sup. c. 3; Appian. Bell. Mithrid 428. Huius regium quoque auctoritatem habet, ut ait infra Noster, capite 79, herba quae ex eo *Eupatoria* cognominatur, nobis *Agrimonia* generico nomine dicta: Mithridatium vero Cratevae, quam in agro Forojuliensi viderat Anguillar. *Simplic.* pag. 474; Caesalpinus, de plant. X, 18, *Erythronium Dentem canis* (*Hexand. monogyn.* gen. 796 Pers. *Liliac.* Juss.) esse docuit. Hoc primum illud est praemii exemplum, quod tanti Linnaeus aestimavit, ut unicum id et immortale praedicaret. Nostris etiam temporibus Commersonius Schreberusque, Pontici regis nomen plantae singulari satis, ad *Dorsteniam* accedenti, adscriptum voluerunt, quam *Tambourissam* (quae *Ambora Tambourissa* gen. 2097 Pers. *Vrtic.* Juss.) barbarico, Madagascariensi videlicet, nomine Sonnerratus appellaverat. Conf. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, p. 424 sq. Ed. P.

Mithridatiam. Hanc a se repertam in Forojuliensi agro, describit Aloysius Anguill. part. XI, pag. 474. H.

XXVII. *Alteram.* Στάχυς haec est Dioscor. III, 120, picta a Lobelio in Obss. p. 285. Visa a nobis in horto Regio. Hard. — Στάχυς Dioscorid. loc. laud. nobis eodem nomine est *Stachys germanica*, de qua alias egimus. Scordotis vero Lenaei, cuius hic Noster meminit, Sprengelio iudice, est *Nepeta Scordotis* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1378 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Creta. Bene delineavit Pr. Alpin. Exotic 283. Cf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 204. Ed. P.

Ipsius. Mithridatis manu descriptam. Hard.

Quernae similitudine. *Querna* potius, vel *quercus.* Hard.

lanuginosis: reperitur in Ponto, campis pinguibus humidisque, gustus amari. Est et alterius generis, latioribus foliis, mentastro similis; plurimosque utraque ad usus per se, et inter alia in antidotis.

XXVIII. Polemoniam, alii philetaeriam, a certamine regum inventionis appellant. Cappadoces autem chiliodynamam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi dependent, nigro semine: caetero rutae similis, nascitur in montuosis.

XXIX. Eupatoria quoque regiam auctoritatem habet, caulis lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis, et aliquando amplioris, foliis per intervalla quinque-

Est et alterius generis. Et hoc scordii genus visum a nobis in horto Regio. H. — Nobis est *Teucrium Scorodonia* (*Didynam. gymn.* gen. 1372 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in silvis et in arenosis editis. Conf. Lobel. Observatt. pag. 262; Hist. Rei herb. I, 201. Ed. P.

Et inter alia, etc. Vide Galen. de Antid. I, 12, pag. 883. H.

XXVIII. *Polemoniam.* Dioscor. IV, 8: Πολεμώνιον, οἱ δὲ Φιλεταίριον. Καππάδοκες δὲ χιλιοδύναμιν, etc. Iisdem fere verbis ab utroque describitur. Latine ure ac sooo Plinius, tum hoc loco, tum in Indice, chiliodynamam vocat. Quae venire hodie possit in possessionem eius nominis non constare sibi videtur Anguillara Part. XIV, pag. 249. H. — *Polemonium.* Nobis eodem nomine est *Polemonium caeruleum* (*Pentand. monogyn.* gen. 421 Pers. *Polemoniac.* Juss.). Habitat in Asia et Europa; variat floribus albis; colitur in hortis, imprudenter medicinis inutile visum. Ed. P.

A certamine. Quum certent inter se duo reges, Polemon et Philetaerus, ille Ponti Polemoniaci, iste Cappadociae, uter prior chiliodynamam herbam invenerit. In nummo argenteo maximae molis, capite laureato, ex parte altera legimus. ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ. Est hic numus in hoc urbe, apud D. de Boze, ex Academia gallica, et in Academia inscriptionum, humaniorumque litterarum secretarium publicum. Hard.

Rutae similis, etc. Foliis rutae scilicet, sed majoribus paulo, Dioscor. l. c. Hard.

XXIX. *Eupatoria.* Haec verbis totidem Dioscor. IV, 41. Officinarum Agrimonia est, ut recte Anguillara P. XIV, pag. 258; in Italia frequens, picta a Lobelio in Obss. pag. 394, qualem in horto Regio vidimus: *aigremoine.* Eadem plane forma, iisdemque viribus a Dioscor. describitur l. c. A Mithridate Eupatore nomen sortita. H. — *Agrimonia Eupatoria* (*Dodecand. digyn.* gen. 1187 Pers. *Ros.* Juss.). Habitat in pratis, secus vias. Folia styptica in usum apud nos veniunt. Cf. Geoffr. Mater. medic. tom. III, p. 47 sqq. Ed. P.

Aliquando. Gron. et al. ante Hard. *aliquanto.* Ed. P.

folii, aut cannabis, per ambitum incisis quinquepartito, nigris et ipsis, plumosisque: radice supervacua. Semen dysentericis in vino potum auxiliatur unice.

XXX. Centaurio curatus dicitur Chiron, quum Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pedem: quare aliqui Chironion vocant. Folia sunt lata et oblonga, serrato ambitu, densa ab radice, caules ternum cubitorum, geniculati. In his capita ceu papaverum. Radix vasta, rubescens, tenera fragilisque, ad bina cubita, madida succo, ama-

Quinquepartito. Vel amplius Dioscor. Diligentiores et doctiores harbarii in Dioscoridis Plinique historia non abs re haerent, quoniam pacto in agrimonia vulgari folium observari possit, ut monstrat historia, cannabi, vel pentaphyllo simile, et pariter ut in illa utraque planta, in quinque partes vel etiam pluras diffissum, quum agrimoniae folium unium sit, ac simpliciter porrectum, nisi forte existimamus in Graecia plantam hanc folia mittere illo modo divisa, ut multarum speciem figuramque videmus pro loci diversitate mutari. Dal. — *Quinquepartito.* Sic etiam Dioscor. l. c. φύλλα δὲ ἐξ διαστημάτων ἐσχισμένα, μάλιστά που εἰς ε' μοῖρας ἢ καὶ πλείους, τοῖς τῆς πενταφύλλου ἢ κανναβίδος μᾶλλον ἐοικότα, etc. *Foliis per intervalla quinquepartito ut plurimum, aut etiam amplius divisis, quinque foliis aut cannabis potius similibus, nigricantibus et ipsis, ac per ambitum serrae modo incisis.* Harp.

Semen dysentericis in vino, etc. Dioscor. l. c. Harp.

XXX. *Centaurio.* Centaurium hoc magnum Dodonaei est, p. 332. In Apulia frequens, ubi ab incolis *Ra Pontico* appellatur, ut testis est Anguillara Parl. XII, pag. 194. Est in horto Regio. Chironiam quoque Apuleius vocat, cap. xxxiv. Κενταύριον et κεντάυρειαν Graeci. Virgilius, Georg IV, 270, *graveolentia centaurea* dixit. H. — *Centaurio.* Gron. et al. apta Harduin. *centaureo.* Nobis iisdem nominibus *Centaurea Centaurium* (*Syngenes. frustran.* gen. 1929 Pers. *Corymbif.* Juss.). Habitat in Alpibus Italiae, etc. Nostris vulgo, *grande centauréo.* Ed. P.

Folia. Haec iisdem fere verbis Dioscor. III, 8. Harp.

Caules... geniculati. Postremam hanc vocem Dioscorides non habet, hoc tantum: Καυλὸν δὲ ἔχει ὡς λαπάθου δίπηχυν, ὃ καὶ τρίπηχυν, *caulem habet binum terminve cubitorum, ceu lapathii.* Harp. — *Geniculati.* Falsum id est, nec ab aliis auctoribus proditum. Dal.

In his capita, etc. Dioc. l. c. Παραφυάδας ἀπὸ ῥίζης ἔχοντα πολλὰς, ἐν ᾗσι κεφαλαὶ ὅμοιαι μήκωνι. H.

Ceu papaverum. Non quidem iis natura similia, sed magnitudine pari. Dalec.

Radix vasta, rubescens. Dioc. to iidem verbis l. c. Harp.

ra cum quadam dulcedine. Nascitur in collibus pingui solo. Laudatissima in Arcadia, Elide, Messenia, Pholoë, et Lycia: et in Alpibus vero plurimisque aliis locis. In Lycia quidem et ex ea lycium faciunt. Vis in vulneribus tanta, ut cohaerescere etiam carnes tradant, si coquantur simul. In usu radix tantum duabus drachmis bibenda, quibus dicetur: si febris sit, in aqua trita, caeteris in vino. Medetur et iisdem morbis decoctae succus.

XXXI. Est alterum centaurion cognomine lepton,

Nascitur in collibus pingui solo. Dioscor. l. c. Hard.

Laudatissima. Dioscor. l. c. iisdem verbis. Hard.

Et in Alpibus vero plurimisque aliis locis: quidam et ex ea lycium faciunt (sic prius). Scribo, *et in Alpibus plurimisque aliis locis. In Lycia quidem et ex ea lycium faciunt*, tum ex vetusto exemplari, tum ex Dioscoride, lib. III, de centaurio maiore: *Abundat*, inquit, *in Lycia, Peloponaeso, Elide, Arcadia et Messene.* Et mox: *In Lycia, succum ex ea exprimunt, et pro lycio utuntur.* Pint. — *Lycia.* Diosc. l. c. Οἱ δὲ ἐν Λυκίᾳ αὐτὴν χυλίζοντες, χρῶνται αὐτῇ ἀντὶ λυκίου. Hard.

Vis in vulneribus tanta, etc. Vulnera, inquit Dioscor. l. c. colligat et conglutinat; quin et tusam si quis simul cum carnibus coquat, carnes ipsae cohaerescunt. Συνάγει γὰρ καὶ κολλᾷ καὶ τὰ ἐψομένα δὲ κρέα συνάγει, ἐάν τις αὐτὴν κόψας συνεψήσῃ. Apul. c. 34, de centauria maiore, tit. 5: ad vulnera recentia: *Herba centauria maior tam efficax est ad plagas glutinandas, ut etiam carnes coeant, quae ex aqua eius coquuntur.* Hard.

In usu radix. Totidem verbis Dioscor. III, 8. Hard.

Medetur et ovium morbis decoctae succus. B. Hermolaus *omnium* legit, non *ovium.* Marcellus Dioscoridis interpres priorem lectionem contra Hermolaum defendit. Ego neutram probo: sed pro duobus illis verbis *et omnium*, reponendum puto, *eisdem omnibus.* Nam et codex scriptus *obvius* habet, non *omnium* aut *ovium.* Dictionem vero *morbis* adiectitiam puto. Dioscorides lib. III, cap. de centaurio maiore: *Ruptis utilis centaurii radix est, convulsis itidem, laterum doloribus, spiritus angustiis, antiquae tussi, cruenta exspuentibus. Si febris absit, cum vino; in febri vero cum aqua, daturque drachmarum duarum pondere*, etc. Et mox statim, *Potest eadem et succus.* Pint. — *Medetur.* In libris hactenus vulgatis, *Medetur et ovium morbis.* In MSS. *et obvium.* Nos interim dum certius occurrat aliquid, *et iisdem morbis*, rescripsimus, auctore Dioscorid. III, 48, qui enarratis centaureae viribus, e radice praesertim, mox subdit, ὅ τε χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ, *eadem succus etiamnum praestat.* Galenus quoque similiter de Fac. simpl. med. VII, p. 188: τὰ δ' αὐτὰ τῇ ῥίζῃ καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς ἐργάζεται. H.

XXXI. *Est alterum.* Diosc. III, 39: Κενταύριον τὸ μικρὸν καὶ λεπτὸν, etc.

minutis foliis, quod aliqui libadion vocant, quoniam secundum fontes nascitur, origano simile, angustioribus et longioribus foliis, anguloso caule paululum alto, fruticante, flore lychnidis, radice tenui et supervacua, succo efficax. Ipsa herba autumno legitur, succus e fronde. Quidam caules concisos madefaciunt diebus XVIII, atque ita exprimunt. Hoc centaurion nostri fel terrae vocant, propter amaritudinem summam. Galli exacon; quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per alvum.

XXXII. Tertia est centauris, cognomine triorchis.

Centaurium minus Dodonaei p. 334, pictum et in Eystettensi horto vidimus in Regio. Hard. — Nobis *Chironia Centaurium* Wild. (*Pentand. monogyn.* gen. 633 Pers. sub *Erithraea. Gentian.* Juss.). Habitat in silvis humidiusculis. Variat floribus albis. Ed. Par.

Libadion. Ita MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice. Dioscorid. l. c. ὅ τινες λιμναῖον καλοῦσι, quasi palustre, quoniam humecta loca et figna amat. Qua causa et *libadion* recte cognominatur, quoniam sunt λεβίδες, rivi, stagna, latices, scaturigines. H.

Origano. Diosc. πάνυ... ὀρίγανῳ παραπλήσιός ἐστι. Hard.

Anguloso caule. Κυλὸν ἔχουσα ὑπὲρ σπιθαμὴν, γονιωμένον. Diosc. l. c. ex quo forte legendum, *anguloso caule, palmum alto.* H.

Supervacua. Inutili. Ῥίζα μικρὰ, ἄχρηστος, etc. *nullius usus*; ut ait interpres Orib. XI, p. 261. H.

Succus e fronde. Succus fit ex herba frondosa, id est, virenti, et semine praegnante ante autumnum. Dal. — *Succus.* Diosc. l. c. H.

Quidam caules concisos, etc. Succi extrahendi modum alterum Dioscor. edocet l. c. Hard.

Nostri fel terrae vocant. Diosc. in Noth. pag. 434, ipsi quoque majori centaurio tribuit hanc nomenclationem, Οἱ δὲ Χειρωνιὰς Ῥωμαῖοι, φλεγματοραί. Hard.

Exacon. Ἀπὸ τοῦ ἀκεῖσθαι, a medendo. Plint. — *Galli.* Celticae vocis originationem e graeco fonte qui repetunt, ἀπὸ τοῦ ἀκεῖσθαι, a medendo hoc vocabulum ellictum volunt. Is qui venena sumpserint, centaurium minorem commendat in primis Apul. c. XXXI, tit. 5, ex aceto bibendum. H.

XXXII. *Tertia est centauris.* Hanc Plinius somniavit, et inepte *triorchen* vocavit, iis tribuens quae de centaurio magno scripsit Theophrast. Dal. — *Tertia.* Quis eam centauridem Plinio Theophrastoque commonstrarit, obscurum: quae forma ac facies illius sit, ne ipsi quidem indicant: divinare nec licet, nec libet. Hard. — *Centauris.* Haec videtur esse Lapathum folio acuto, rubente, Casp. Bauh. Pin. 115, *le sang de dragon.* Brot. — Lapathium nobis illud est *Rumex sanguineus* (*Hexand. trigyn.* gen. 876 Pers. *Polygon.* Juss.); conf. Linn. Mater. med. pag. 144, ed. Schreber. Alii ad *Centaureum Centaurium* referre malunt, de qua paulo supra egimus. Haec

Qui eam secat, rarum est, ut non vulneret sese. Haec succum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam, impugnarique colligentes tradit a triorche accipitrum genere, a quo et nomen accepit. Imperiti confundunt haec omnia, et primo generi assignant.

XXXIII. (VII) Clymenus a rege herba appellata est, ederae foliis, ramosa, caule inani, articulis praecincta, odore gravi, et semine ederae, silvestribus et montuosis nascens. Quibus morbis pota medeatur, dicemus. Sed hic indicandum est, dum medeatur,

autem sunt Theophrasti verba, qualis nunc exstant: *Centaurium quoque secantes accipitrem* tristestigerum, τριόρχην *nuncupatum, cavere debent, ut sine vulnere possint discedere, et alia huiusceotodi in quibusdam aliis notant*, etc. Scriptoribus autem graecis duo tantum centaurii genera, maius et minus; tertium hic Plinius addit quod *triorchen* vocat. Nec tamen Theophrast. X, 9, de centeuride, ut de tertia aliqua specie, scripsit, sed simpliciter *centauridem* nominavit pro centaurio. Noster autem, dum alios qui succum sanguineum, et caetera primo generi, seu maiori, assignarunt, notat ac reprehendit, ipse culpandus est, Dioscoridis testimonio lib. III, c. 8, quem non exacte satis transtulit. Cf. Bod. a Stapel. Nott. in Theophr. l. c. p. 1044. Ed. P.

Haec succum sanguineum mittit. Quidam centaurida esse volunt plantam quam officinae vocent *sanguinem draconis*, sanguineo succo turgentem. Alii centaurium magnum a Theophrasto significari putant, quoniam radix natura rubescens mansa et trita, rubrum succum, aut potius phoeniceum reddit. In hac opinione fuit Gesnerus libro de Avibus c. de Triorche. Dal.

Theophrastus. Histor. IX, 9. Hard. — *Tradit*. Gronov. et al. ante Hard. *tradidit*. Ed. P.

Imperiti. Et sunt hac aetate herbarii, qui se istis adiungant. H.

XXXIII. *Clymenus*. Fuit is Caenei filius, Arcadiae rex, teste quidem Hygino, f. 206, p. 47. Gemina porro clymenos e Plinio hoc capite describitur. Prior haec alio nomine a Dioscor. IV, 14, periclymenos appellatur, pingiturque iisdem plane notis. Eamdem esse sane vel ex remediorum similitudine saepius ostensuri sumus. Clymenos a Theophrasto eppellate. A Dioscorid. ipso in Nothis p. 462: περικλύμενον, οἱ δὲ κλύμενον, οἱ δὲ σπλήνιον, etc. quod et Orib. confirmat. Pingitur a Matthiolo pag. 972, Galli, *chevrefeuille*, et caprifolium officinis. Hard. — *Clymenus*. Gronov. et al. ante Hard. *Clymenos*. Περικλύμενον Dioscor. loc. cit nobis eodem nomine *Lonicera Periclymenum* (*Pentand. monogyn.* gen. 485 Pers. *Caprifoliae*, Juss.). Habitat in nemorosis. Ed. P.

Dum medeatur. Interim dum medetur. Theophrest. quoque Hist. IX, 9, sterilescere penitus hominem ait, si diebus XXX continuis clymeni semen e vino albo ad sextarii mensuram ebiberit. Ἄγονον idcirco dici

sterilitatem pota etiam viris fieri. Graeci plantagini similem esse dixerunt caule quadrato, folliculis cum semine inter se implexis, velut in polyporum cirris: et succus autem in usu vi summa in refrigerando.

XXXIV. Gentianam invenit Gentius rex Illyriorum; ubique nascentem, in Illyrico tamen praestantissimam, folio fraxini: sed magnitudine lactucae, caule tenero, pollicis crassitudine, cavo et inani, ex intervallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus Subalpinis plurima. Vsus in radice et succo. Radicis natura est excalfactoria, sed praegnantibus non bibenda.

Diosc. prodit in Nothis p. 462. Hard. — *Graeci plantagini similem.* Haec eadem, a Dioscoride quidem VI, 13, sic appellata, clymenos est, quam verbis ille totidem delineat: Κλύμενον καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον, ὅμοιον τῷ τοῦ κυάμου. Φύλλα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἀρνογλώσσου· θυλάκια δὲ ἔχει ἐπὶ τοῦ καυλοῦ εἰς ἄλληλα νεύοντα, ἐοικότα ἴριδι, καὶ πολύποδος πλεκτάναις. *Clymenon caulem profert quadrangulum, ceu fabae, folia plantagini similia: folliculos vero habet supra caulem ita dispositos, ut alter in alterum propendeat, velut in iride, et polyporum cirris.* Quae notae omnes satis apte in Matthioli Clymenum cadunt, quod ipse exhibet pag. 971, et Lobelius in Obss. pag. 517. Hard. — Κλύμενον Diosc. loc. laud. Sprengelio idem videtur cum *Lathyro Clymeno* (*Diadelph. decand.* gen. 1744 Pers. *Leguminos.* Juss.). Habitat in Africa et Oriente. *Scorpiurum* tamen *vermiculatam* Column. Ecphr. I, 49, p. 155, sed non certo satis habet. Conf. Hist. Rei herb. I, 183. Ed. P.

Inter. In sese mutuo conversis, εἰς ἄλληλα νεύοντα. Hard.

Et succus autem in usu. Diosc. haec paulo uberius, l. c. Hard.

XXXIV. *Gentianam invenit Gentius.* Iisdem verbis Dioscorid. lib. III, cap. 3, Γεντιανὴν, etc. Nomen apud omnes officinas retinet, *gentiane.* A Dodonaeo pingitur, p. 340. De Gentio rege multa Livius, lib. XL, p. 517. Cum Perseo Macedone bellum Romanis intulit, cum eo ductus in triumphum est. Vide Eutrop. lib. II, pag. 767 et 769. H. — *Gentianam.* Hodieque nobis *Gentiana lutea* (*Pentand. digyn.* gen. 635 Pers. *Gentian.* Juss.). Habitat in Alpibus et subalpinis pratis. Ed. P.

Caule tenero, pollicis, etc. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Sine odore. Falsum id est, nec ab alio proditum. Dioscorides acerrimum odorem sufflitu reddere scribit, qui ideo muscas interficiat, et serpentes fugat. Dal. — *Sine odore.* At non est omnino expers odoris in caelo nostro soleque. Hard.

Vsus in radice et succo. Dioscor. loc. cit. Hard.

XXXV. Invenit et Lysimachus herbam Lysimachiam, quae ab eo nomen retinet, celebrata Erasistrato. Folia habet salicis viridia; florem purpureum, fruticosa, ramulis erectis, odore acri gignitur in aquosis. Vis eius tanta est, ut iumentis discordantibus iugo imposita, asperitatem cohibeat.

XXXVI. Mulieres quoque hanc gloriam affectavere: in quibus Artemisia uxor Mausoli, adoptata herba quae antea parthenis vocabatur. Sunt qui ab

XXXV. *Invenit et Lysimachus herbam*, etc. Hesychius: Λυσιμαχία βοτάνη εὑρεθεῖσα ὑπὸ Λυσιμάχου, a Lysimacho scilicet Thraciae rege, Alexandri comite. Sic dictam alii putant, παρὰ τὸ λύειν μάχην, quod animantium pugnas dirimat. Retinet nomen apud herbarios. Pliniana haec, quae purpurea est, maior et communis, accurate delineatur a Clusio, Hist. Rar. pl. IV, p. 51; visa a nobis in Horto regio. Hard. — Nobis est *Lythrum Salicaria* (*Dodecand. monogyn.* gen. 1182 Pers. *Salicar.* Juss.): Habitat in aquosis; a *Lysimachia* nostrate et genere, et ordine omnino diversum. Ed. P.

Folia. Sic etiam a Dioscoride describitur, lib. IV, cap. 3: Λυσιμάχιον, οἱ δὲ λύτρον καλοῦσιν . . . φύλλον λεπτὸν, παραπλήσιον τοῖς τῆς ἰτέας. Hard.

Odore. Sapore et gustu acri esse folia Dioscorides prodidit loco citat. στύφοντα ἐν τῇ γεύσει. Hard.

Gignitur in aquosis. Dioscorid. loc. cit. Hard.

XXXVI. *Artemisia.* Artemisiam tamen herbam ab Hippocrate nuncupatam, ante hujus Artemisiae tempora, apud ipsum Hippocratem reperio. Artemisia enim Mausoli uxor Hippocrate multo posterior est. Geminam Artemisiam agnoscit Harpocration, pag. 48. Agnoscit et Tzetzes, Chil. XII, v. 966, Hist. 455: Μίαν Ἀρτεμισίαν μὲν ἔχεις, τὴν τοῦ Μαυσώλου; Ἄλλην Ἀρτεμισίαν δὲ τὴν Ἑκατόμνου ἔχεις, Ἄρχω δὲ στρατηγέτιδας, γυναῖκας ἀμφοτέρας. Sed ille utramque dicit Cariae reginam fuisse, et Mausoli quidem coniugem priorem altera. Hard.

Adoptata. Hanc Galli armoisam vocant et matrem herbarum, *armoise*. A Lobelio pingitur in Obss. pag. 441, qualis visa a nobis in Horto regio. Hard.

Parthenis. Parthenion Apuleio, c. x de Artemisia: quasi virginea, quod Diana inventrix nomen ei herbae fecerit, ut idem significat c. xlv. Hard.

Sunt qui ab Artemide. « Sunt qui ab Artemidea, » potiorem lectionem duco. Pint. — *Sunt qui ab Artemide Ilithya.* Solemne autem erat graecis feminis in partu Artemidem Ilithyiam invocare, quemadmodum romanae Iunonem Lucinam implorabant. Intelligendum igitur ab obstetrice Artemide, hoc est, Diana, denominatam herbam, non a venatrice. Gelen. — *Artemide.* Ovid. Metam. lib. IX, v. 284: *Praepositam tumidis parientibus Ilithyiam.* Hard.

Artemide Ilithyia cognominatam putant, quoniam privatim medeatur feminarum malis. Est autem absinthii modo fruticosa, maioribus foliis pinguibusque. Ipsius duo genera: altera latioribus foliis, altera tenera tenuioribus, et non nisi in maritimis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellent, simplici caule, minimis foliis, floris copiosi, erumpentis, quum uva maturescit, odore non iniucundo:

Est autem absinthii modo fruticosa, maioribus foliis pinguibusque, etc. Multa hoc in loco, ut concicio, vitia delitescebant. Primum non *pinguibus* legendum arbitror, sed *pinguioribus*. Deinde verbum *tenera* putamus redundare. Legendum item, *nonnumquam in maritimis nascens*. Postremo verborum ordinem mutandum censemus, ut in universum scribatur sic: *Est autem absinthii modo fruticosa, maioribus foliis pinguioribusque, et nonnumquam in maritimis nascens. Ipsius duo genera: altera latioribus foliis, altera tenuioribus.* Dioscor. lib. IV, cap. de Artemisia: *In maritimis verumque artemisia nascitur fruticosa herba absinthio similis: maiora tamen et pinguiora habet folia. Estque in artemisiae genere speciosior altera et pinguior, latioribus foliis et crassioribus ramulis. Altera tenuior, exiguo flore, tenui, candido et graveolenti. Floret haec aestate*, etc. Quae omnia videntur ad verbum ferme hic a Plinio desumpta. Pint. — *Est autem*, etc. Diosc. lib. III, cap. 127: Ἀρτεμισία φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις ὡς τὸ πολὺ, πάχη θαμνοειδὴς, παρόμοιος ἀψινθίῳ, μείζω δὲ καὶ λιπαρώτερα τὰ φύλλα ἔχουσα, etc. Auctor libri de Simpl. med. ad Patern. Opp. Galeni tom. XIII, pag. 986: *Artemisia herba est, subsimilis absinthio, sed per omnia maior, id est, folio latior et fortior, sed adspectu et colore humidis.* Hann.

Ipsius duo genera. Dioscorides, lib. III, cap. 127, aq. et Apuleius, cap. x et XII. II. — Tres Artemisiae nostratis species Dioscorides delineasse videtur loc. proximè laudat. Ἀρτεμισία πλατύτερα τὰ φύλλα ἔχουσα, nobis est *Artemisia chamaemelifolia* (*Syngen. superfl.* gen. 1837 Pers. *Corymbifer.* Juss.). Habitat in collibus apricis Galliae australis, Italiae, Orientis. Folia *Matricariae Chamomillae* similia. Η δὲ λεπτότερα ἔχουσα τὰ φύλλα, nobis *Artem. pontica*; crescit in collibus apricis siccis Germaniae, Helvetiae, Italiae, etc. Ἀρτεμισία μονόχλωνος, εὐωδεστέρα, etc. Quae eadem est cum *Art. camphorata*; habitat in rupibus Galliae, etc. Conf. L. Bauhin. Hist. III, 194; Sprengel. Histor. Rei Herb. tom. I, p. 187. Ed. P.

Tenuioribus. Broter. ex Regg. codd. et ed. pr. *teneriorbus.* Ed. P.

Sunt qui, etc. Haec totidem fere verbis Dioscorides lib. III, cap. 127; Ἔνιοι δὲ τὸ ἐν μεσογείοις λεπτόκαρφον βοτάνιον ἁπλοῦν τῷ χαυλῷ καλοῦσιν ἀρτεμισίαν, μονόχλωνον, etc. Diversa haec botrys ab ea, de qua dicetur XXVII, 31. Hann.

quam quidam botryn, alii ambrosiam vocant. Talis in Cappadocia nascitur.

XXXVII. Nymphaea nata traditur Nympha zelotypia erga Herculem mortua. Quare heracleon vocant aliqui, alii rhopalon, a radice clavae simili; ideoque eos qui biberint eam duodecim diebus, coitu genituraque privari. Laudatissima in Orchomeno et Marathone, Boeoti madon vocant, qui et semen edunt. Nascitur in aquosis, foliis magnis, in summa aqua,

Quam quidam botryn. Cum artemisia botryn Plinius confundit, quoniam apud Graecos, ut Dioscoridem, legerat botryn a Cappadocibus etiam vocari tum ambrosiam, tum artemisiam. Dal. — Dioscor. lib III, cap. 129, ambrosiam nominat, οἱ δὲ βότρυν, αἱ δὲ ἀμβροσίαν, quae nobis eodem nomine dicitur *Ambrosia maritima.* Περὶ βότρυος peculiariter item agit Anazarbacus, c. cxxx, ἣν ἀμβροσίαν Καππαδόκαι καλοῦσι, τινὲς δὲ ἀρτεμισίαν, quae nobis, auctore Sprengelio, est *Chenopodium Botrys;* sed de his aliis dicendum. Eo. P.

XXXVII. *Nymphaea.* Νυμφαία Dioscorid. lib. III, cap. 147. Ab aquis dictam putat, in quibus nascitur. *Nénuphar* ab officinis barbara Maurorum voce nuncupatur. A caeleris in Gallia quidem, *lys d'étang.* Haec Nymphaea alba Dodonaei est, pag. 575, observata a nobis in Horto regio. H. — *Nymphaea alba* (*Polyand. monogyn.* gen. 1258 Pers. *Hydrocharid.* Juss.); in Europae stagnis fluviisque, etc. Nymphaeam heracleam Noster appellat infra cap 83. Eo. P.

Quare heracleon vocant. Apul. cap. LXVII: *Graeci nympheam ... rhopalon, heracleon.* Dioscorid. Ρίζα ῥοπαλοειδής. In Indice huius libri, n. 83, *Nymphaea Heraclia* Ῥόπαλον Graeoia clavam sonat. Quare Marc. Empir. cap. XXXIII, pag. 231, hanc *clavam Herculis* vocat. Hard. — *Heracleon.* Gronov. et al. ante Harduin. *heraclion.* Eo. P.

Ideoque eos. Dioscorid. loc. citat. Ἀτονίαν τε ἐργάζεται αἰδοίου πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, εἴτις ἐνδέλεχῶς πίνοι. Τὸ αὐτὸ δὲ ποιεῖ καὶ τὸ σπέρμα πολύν. Galen. de Fac. simpl. med. lib. V, pag. 213, nymphaeam ait cohibere genituram, sive per somnum, sive alio pacto, immodice profluentem. Hard.

Duodecim diebus. Decem modo ai Marc. Emp. credimus, cap. XXXIII, pag. 231: *Herba est*, inquit, *quae graece nymphaea, latine clava Herculis, gallice baditis appellatur: eius radix contunditur, et ex aceto edenda datur puero per continuos decem dies: mirandum in modum fiet eunuchus.* H.

Laudatissima. Theophr. Hist. l. IX, cap. 13. Hard.

Boeoti madon vocant. Hesych Μαδὸν, πόα. Theophrast. loc. citat. Καλοῦσι δ' αὐτὴν οἱ βοιωτοὶ Μαδωνίαν, καὶ τὸν καρπὸν ἐσθίουσι. Vt ῥόδον et ῥοδωνία graece dicitur, sic μαδὸν et μαδωνία. Hard.

Nascitur in aquosis. Haec tutidem verbis Diosc. loc. cit. Hard.

et aliis ex radice prodeuntibus, flore lilio simili, et quum defloruit, capite papaveris, tenui caule: secatur autumno. Radix nigra in sole siccatur, adversaturque alvinis. Est et alia nymphaea in Thessalia, amne Peneo, radice alba, capite luteo, rosae magnitudine.

XXXVIII. Invenit et patrum nostrorum aetate rex Iuba, quam appellavit Euphorbiam, medici sui nomine. Frater is fuit Musae, a quo divum Augustum conservatum indicavimus. Iidem fratres instituere a balineis frigida multa corpora adstringere. Antea non

Capite papaveris. Dioscorides, loc. citat. ad verbum. H. — *Tenui caule.* Gronov. et al. ante Hard. *in caule secatur.* Ed. P.

Alvinis. Iis qui elvi profluvio laborant: κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς, inquit Dioscor. loc. cit. cum Theophrasto. Sic etiam Apul. cap. LXVII, tit. 1: *Ad dysentericos: Herbae Nymphaeae semen*, etc. Haro.

Est et alia nymphaea. De que totidem verbe facit Dioscorid. III, 149: Γίνεται καὶ ἄλλη νυμφαία, etc. Nymphaea lutea Dodonaei, pag. 575, visa a nobis in Horto regio. Eadem apud vulgus et officinas nomina, quae prior habet. Haro. — Nobis item *Nymphaea lutea.* Ed. P.

Capite luteo. Hoc est, flore: Ἄνθος μήλινον, στίλβον, ὅμοιον ῥόδῳ, inquit Diosc. loc. cit. Haro.

XXXVIII. *Invenit.* Dictum id superius, lib. V, cap. 1. Nihilominus Homeri aevo cognitam, et ab Euphorbo, qui Petroclum percussit, de quo Hom. Il. XVI, appellatam eit Galen. κατὰ τόπους, lib. IX, cap. 4, p. 609; itaque e Plinio dissidet. De Iuba rege diximus in auctorum Indice. Euphorbium hodieque nomen retinet in officinis. Hard.

Euphorbiam medici sui nomine et fratris Musae. (Sic olim). In antiquo exemplari; *medici sui nomine, fratris fuit Musae*; legendum, *frater is fuit Musae.* Pint. — *Euphorbiam.* Εὐφορβίου δένδρον appellat Dioscor. lib. III, cap. 96; sed male id ναρθηκοειδὲς habet. Nobis eodem nomine est *Euphorbia officinarum (Dodecand. trigyn.* gen. 1190 Pers. *Euphorbiac.* Juss.); ex hac gummiresina caustica, cathartica. Habitat in Aethiopia et Africa calidiore. Ed. P.

Frater. Antonii Musae, de quo diximus XIX, 38. Hard.

Iidem fratres instituere, etc. Frigida sic laveri e balneis docuit etiam Agathinus apud Orib. Coll. med. X, 7. Hard.

Frigida multa corpora adstringere. Aquae frigidae lotione, Marcellum adoptatum a Caesare, Musam, quum curare vellet, occidisse scribit Dion. lib. LVIII: non sine vulgi opinione, Liviam muliebriter ac impotenter infensam, quod eius filiis enteferretur, eo genere mortis necandum curasse. Dalec. — *Adstringere.* Gron. et al. ante Hard, *adstringi.* Ed. P.

erat mos, nisi calida tantum lavari, sicut apud Homerum etiam invenimus. Sed Iubae volumen quoque exstat de ea herba et clarum praeconium. Invenit eam in monte Atlante: specie thyrsi, foliis acan-

Apud Homerum. Iliad. XII, vers. 444: θερμὰ πέλοιτο λοετρά. Tamen aqua marina primum lavabantur, hoc est, frigida, qua sudorem sordesque detergerent: mox dulci, seu calida, recreandi animi gratia. Homeri versus ex Iliad. X sunt hi, v. 572: Αὐτοὶ δ' ὕδρῳ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ Ἑσβάντες, etc. H.

Sed Iubae volumen. Vide Auctorum Indicem. Hard.

Invenit, etc. Solin. c. XXIV, p. 46.

In monte Atlante: spectatur foliis, etc. (Sic prius). Lege: *specie thyrsi: foliis acanthinis*; θύρσος et νάρθηξ, idem. Reliqua sic lege: *Vis tanta est, ut e longinquo succus excipiatur incisae cornu, subtus excipulo ventriculo hoedino*: vel, *subdito excipulo, ventriculo hoedino.* Ventriculus hoedinus excipuli vice subditur. *Excipulum* ἐκδοχεῖον. Porro quae sequuntur ita legas: *Humor lactis videtur defluens: siccatus quum coit, thuris effigiem habet*; quum defluit, humor lactis videtur: ubi defluxit, et siccatus coit, thuri similis est. Salm. *Specie thyrsi.* Specie baculi longiorisque caulis. In plantis id quod in virgulae modum, vel teli rectitudinem consurgit, thyrsi nomen sibi vindicat. Prius legebatur, *spectatur foliis acanthinis.* At in Reg. 1, *spectetur si foliis*, etc. In Reg. 2 et Chiff. *specie tunsi.* Nihil est nostra emendatione certius. Sic XXIV, 113: *Herba impia... thyrsi modo vestita atque capitata dicitur.* Atque ex ea sane intelligitur, non esse euphorbium integra facie delineatum ab herbariis, a Dodonaeo quidem, pag. 374, et Lobelio in Obss. p. 642, quum nullus ibi caulis, ramusve, aut thyrsus appareat: sed fructus dumtaxat, qui e radice prodeunt. Integram repraesentat Scalig. in Card. Ex. 181, pag. 586: *Afri*, inquit, *qui hodie e regno Fez et Maroccho, cum Hispanis ineunt rationem commerciorum, aiunt esse spinosam plantam, silvestri citrae similem: ex eius radice fructus exire, cucumerum specie, sed oblongos adeo, ut binos interdum pedes expleant vicenos, aut vicenos quinos numero. Vbi maturuerint, ferro punctim aperiuntur; ex quibus exit lactis liquor lentus, queni in utrem lapum condunt. Etiam num* Alfarbiim *vocant.* Haec ille, quae dudum antea occuparat Ioh. Leo Africanus, Descr. Africae, lib. IX, p. 300: *Euphorbium est cuiusdam herbae liquor, quae in modum capituli silvestris cardui nascitur, inter cuius ramos fructus quidam prodeunt, crassitudine viridis cucumeris, ad cuius etiam similitudinem grana quaedam perparva emittunt; longitudine quidem alii ulnam excedunt, alii paulo etiam amplius. Atque hi quidem fructus non oriuntur ex plantae ramis, sed velut stipites ex humo procedunt, et uno cespite saepe viginti, nonnunquam etiam triginta nascuntur. Agrestes eius regionis homines, ubi maturuerint fructus; cultello pungunt, unde exit liquor lacti persimilis, qui sensim crassescit, et viscosus efficitur. Hinc cultello ita crassum liquorem tollunt, et in utres mittunt, atque sic exsiccatur. Planta est undique spinosa.* Hard.

Foliis. Acantho similibus de quo

thinis. Vis tanta est, ut e longinquo succus excipiatur: incisae conto, subditis excipulis ventriculo hoedino, humor lactis videtur effluere: siccatus quum coiit, thuris effigiem habet. Qui colligunt, clarius vident. Contra serpentes medetur, quacumque parte percussa: vertice inciso, et medicamento addito. Ibi Gaetuli, qui legunt, hoedino lacte adulterant, sed discernitur igni. Id enim, quod sincerum non est, fastidiendum odorem habet. Multum infra hunc succum est, qui in Gallia fit ex herba chamelaea, gra-

dictum est lib. XXIV, cap. 34. Quam immerito Plinium carpat hoc loco Salmasius in Praefatione, pag. 29, tu, lector ipse, si otium est, excute. H.

Incisae. Inciditur planta conto hastilive: subditur utriculus, qui succum manantem excipiat, ex hoedi ventriculo. Ita Dioscor. pariter lib. III, cap. 96. Excipulum pro utriculo qui excipit, dictum. De ea voce iam diximus lib. IX, cap. 38. Hard. — *Subditis excipulis.* Sic ex MSS. post Pintian. Hard. *subditur excipulus* Gr. et al. Ed. P.

Thuris. Coire vitri effigie dixit Dioscorid. loc. cit. Τὰ δὲ τε ἐν ταῖς κοιλίαις ὑελ[illegible] καὶ συνεστώς. H.

Qui colligunt, etc. Dioscor. loc. citat. hanc eius herbae dotem esse solus admunuit, ut eius succus oculorum suffusiones discuteret, et collyriis misceretur. Hard.

Contra serpentes medetur. Dioscor. loc. citat. Ἱστοροῦσι δέ τινες μηδὲν παρακολουθεῖν δυσχερές τοῖς ἑρπετοδήκτοις, ἐάν τις ἐκκόψας ἄχρις ὀστέου τὸ θέρμα τῆς κεφαλῆς, ἐγχέῃ τὸν ὀπὸν λεῖον, καὶ βάψῃ τὸ τραῦμα. *Tradunt nonnulli nihil incommodi sensuros, qui a serpentibus demorsi fuerint, siquidem, incisa osse tenus capitis cute, intritus liquor infundatur, vulnusque consuatur.* Plin. Val. lib. III, cap. 57: *Eius qui percussus est, vertex inciditur, eoque additur euphorbium et medetur quacumque corporis parte periculum est.* Hard.

Discernitur igni. Πυρώσει Dioscor. ignea et urente acrimonia, diuque durante, adeo ut quidquid in os sumitur, euphorbium resipiat. Eum locum inepissime, ut patet, vertit Plinius. Dal.

Odorem. Vel nidorem potius, dum igni aduritur. Sic galbanum odore vel nidore probant, ut dictum est l. XII, cap. 56: *Nam sincerum si uratur, fugat nidore serpentes.* Hoedinum lac, quae dicitur euphorbium adulterari, olet pessime. H.

Qui in Gallia. Nempe Circumpadana. *In partibus Italiae, quae Galliae adiacent*, inquit auctor libri de Simpl. med. ad Pat. Opp. Gal. tom. XIII, p. 987. Hard.

Ex herba chamelaea. Ex chamelaeae foliis recentibus tusis succus exprimi poteat, quemadmodum et ex aliis permultis, sicut Dioscorid. monstrat cap. de Centauriq parvo: aut ex iisdem maceratis in aqua et decoctis: verum, quod legerim, praeter Plinium alius nullus auctor id prodidit. Eum existimo voluisse id vertere

num cocci ferente. Fructus hammoniaco similis est, etiam levi gustu os acoensum diu detinens, et magis ex intervallo, donec fauces quoque siccet.

XXXIX. (VIII) Celebravit et Themison medicus vulgarem herbam plantaginem, tamquam inventor, volumine de ea edito. Duo eius genera: minor angustioribus foliis et nigrioribus, linguae pecorum simillimis, caule anguloso, in terram inclinato, in pratis nascens; altera maior, foliis laterum modo inclusa: quae quia septena sunt, quidam eam heptapleuron

quod Dioscorides scribit, Thymelaea farinam uvae acerbae succo excipi, et in pastillos digeri. Dalec. — *Herba.* Thymelaeam intelligit, quam et chamelaeam vocant: de qua nos egimus lib. XIII, cap. 35. Significat porro Plinius caute admodum et erudite chamelaea succum ab euphorbio longe discrepare: neque aden se favere hac in parte Sextio Nigro, qui teste Dioscorid. in praef. lib. I, p. 2, euphorbium esse chamelaea in Italia nascentis succum prodidit. H. — Chamelaea nobis est *Daphne Guidium*, de qua alias dictum. En. P.

Fructus. Iam redit ad verum euphorbii succum, de quo haec accipienda sunt, quae totidem verbis recitat pariter Dioscorid. cap. 96, et Galen. κατὰ γένη, lib. III, cap. 4, p. 725. Hic sunt in Plinium, ut fere esse solent, iniquiore animo, Dalec. in nott. et Salmas. in Solin. pag. 301 et 303, nullo scriptoris, ut apparet, accurati crimine. H.

XXXIX. *Celebravit et Themison medicus.* In eodem *Themiso*, non *Themison*; recte, ut *Plato*, *Cicero*, terminatione latina. Pint. — *Plantaginem.* Graecis est ἀρνόγλωσσον: Gallis *plantain*. Haab.

Duo eius genera. Vtrumque a Dodonaeo pingitur, pag. 107. H. — Ἀρνόγλωσσον habet Theophr. Hist. lib. VII, cap. 9 et 10, quod nobis *Plantago maior (Tetrand. monogyn.* gen. 286 Pers. *Plantag.* Juss.); ad vias non infrequens. Duplex plantaginis genus memorat, quem Noster sequitur, Dioscorides lib. II, cap. 153: τὸ μικρόν, quod idem nobis cum *Plantagine media*: *habitat* in pascuis sterilibus, apricis, argillosis: τὸ δὲ μεῖζον, quod ad *Plantaginem altissimam* Sprengel. retulit; crescit in Italia; folia illi sesquipedalia. Conf. Hist. rei herbar. tom. I, pagg. 82, 160. En. P.

Linguae pecorum simillimis. Vnde nomen ἀρνογλώσσου, agnina lingua, προβατείου et ἀρνείου. Haab.

Heptapleuron vocavere. Quasi serpentis costis instructum. Dioscor. in Noth. p. 415: Ἀρνόγλωσσον, οἱ δὲ ἀρνεῖον, οἱ δὲ προβάτειον, οἱ δὲ κυνόγλωσσον, οἱ δὲ ἑπτάπλευρον, οἱ δὲ πολύνευρον, Ῥωμαῖοι πλαντάγω μέσωρ. H. — *Quidam eam heptapleuron vocavere.* Plerisque plantaginis speciebus quo latiora sunt folia, eo pluribus nervis, sive costis (*costes, nervures*), distincta; unde Recentioribus trinervia, quinquenervia, etc. cognominantur. Sic *Plantagini altissimae* folia lanceolata, glabra, dentata, quinquenervia

vocavere. Huius et caulis cubitalis est, et napi similis. Nascitur in humidis multo efficacior. Vis mira in siccando densandoque corpore, cauterii vicem obtinens. Nulla res aeque sistit fluxiones, quas Graeci rheumatismos vocant.

XL. Iungitur huic buglossos: boum linguae similis, cui praecipuum, quod in vinum deiecta, animi voluptates auget: et vocatur euphrosynum.

etc. Cespitavit ad hunc locum, ut saepius solet, Poinsinet de Sivry, qui *septena* numero folia herbae esse credidit, non septenos folio nervos. Pro *inclusa*, ex Dioscoride *inclusis* repositum vellet Cl. Gerard. Nott. in Plin. ineditt. Ed. P.

Et napi similis. Apud Dioscor. est, καυλὸς δ' ἐπὶ τούτου γωνιώδης, etc. Suspicor auctoris scribas, quorum in his colligendis opera utebatur, legisse καυλὸς δὲ κάπυος τούτου γωνιώδης. Fortassis et apud herbarium graecum, ex quo haec sumpta sunt, legebatur καυλὸς δ' αἰπὺς τούτου, *caulis huius proceros*. Dalec. — *Napi similis.* Brot. *et angulosus*: et ita vetus exemplar a Cornario laudatum. Certe *Plantagini mediae* scapus est teres: *altissimae* vero angulosus. Ed. P.

Vis mira in siccando. In exsiccando adstringendoque: Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ξηραντικὴν, στυπτικήν. Dioscorid. loc. citat. Densare, pro *adstringere*, Plinio familiare est. H. — Plantagini vim adstringentem et sub herariam Linnaeus agnoscit, eamque ad hulcera diarrhoeamque commendat. Mat. med. p. 55, ed. Schreber. qui *Plantaginis maiorem*, *mediam* et *lanceolatam* sibi invicem absque discrimine substitui posse monet, ex Ph. Paris. 94. Ed. P.

Nulla res aeque sistit, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

XL. *Iungitur huic buglossos.* Quoniam affinis utriusque est appellationis causa: a lingua nempe animalium, ἀρνόγλωσσος et βούγλωσσος. De ea Diosc. lib. IV, cap. 128: Βούγλωσσον. φύλλον ἔχει ὅμοιον βοὸς γλώσσῃ· ὅπερ καθιέμενον εἰς τὸν οἶνον, εὐφρόσυνον δοκεῖ εἶναι. Borraginem nunc vulgus vocat *bourrache*. Pingitur a Dodonaeo, pag. 616. Hard. — Nobis item *Borrago*, seu *Borago officinalis* (*Pentand. monogyn.* gen. 360 Pers. *Borragin.* Juss.); in Syria sponte habitat, et Normannia? Vulgo in hortis colitur. Ed. P.

Cui praecipuum. Dioscorid. loc. c. et Galen. de Fac. simpl. med. lib. VI, p. 164. Apul. cap. XLI: *Buglosson Graeci.... Romani linguam bubulam dicunt.... Haec in vino mixta hilaritatem convivis facit.* Et Schola Salernitana: *Vinum potatum, quo sit maceratа buglossos, Moerorem cerebri dicunt auferre perti; Fertur convivas decoctio reddere laetos.* Buglosson esse nepenthes Homericum diximus lib. XXI, cap. 91. Est autem vis eadem et buglossu nostrae vulgari, quam eadem schola borraginem nuncupat, eodem versiculo: *Dicit borrago, Gaudia semper ago: Cardiacos aufert; borrago gaudia confert.* H. — De Nepenthe Homerico iam dictum satis abunde fuit Excurs. ad calc. lib. XXI huiusce edit. Φάρμακον tantopere ab

XLI. Iungitur et cynoglossos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratissima: aiuntque quae tres thyrsos seminis emittit, eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodesse: quae quatuor ad quartanas. Est alia similis ei, quae ferat lappas minutas; eius radix pota ex aqua, ranis et serpentibus adversatur.

XLII. Est et buphthalmos, similis boum oculis,

Antiquis celebratum nostrates peritissimi auctores nihil aliud pronuntiavere, quam *opium*, sive *Papaveris somniferi* succum; et quidem recte. Borraginem tamen non negamus eardiacis medicamentis adscribi: vim corroborandi, laetitiam afferendi, lipothymiam amovendi, vulgo illi tribui nemo non novit. Sed refragantur Medicae rei scriptores gravissimi, quibus aut effoetarum, aut nullarum omnino virium iste *euphrosyni* species habetur. Ed. P.

XLI. *Iungitur et cynoglossos.* De qua Diosc. lib. IV, cap. 129, κυνόγλωσσον, etc. Celso, lib. V, cap. 27, sub finem, *Lingua canina.* Plantagini similem Dioscor ait esse. Sed nondum satis nobis explorata, nec Anguillarae, ut ipse fatetur, Part. XIV, p. 287. Hardo. — *Cynoglossos.* Nobis eodem nomine est *Cynoglossum officinale* (*Pentand. monogyn.* gen. 364 Pers. *Borragin.* Juss.). Habitat in Europae ruderatis. Vim illi adstringentem, narcoticam, anodinamque tribuunt recentiores Pharmacop. auctores. Commendatur ad tusses, fluxiones, phthiriases, etc. Conf. Linn. Mater. med. p. 61 ed. Schreb. Geoffr. Mat. med. t. III, p. 395 sq. Ed. P.

Aiuntque, quae tres thyrsos, etc. Quae tergeminum caulem, seu ramulum, semine instructum habeat. Haec Dioscorides incaute ad ἀρνόγλωσσον, hoc est, ad plantaginem, transtulit, lib. II, cap. 153, quoniam et κυνόγλωσσον nomine aliquando ea designata est; ut diximus. Quin et Dioscoridis interpolator in Noth. p. 474, buglossi hanc propriam dotem esse credidit, ipseque Apuleius, cap. XLI, tit. 1, qui tamen et ipse, cap. XCVI, tit. 2, cynoglosso adiudicat: *Ad quartanas*, inquit, *herbaque cynoglossa, quae folia habet, pisata, et ex aqua potui data, prodest.* Hard. — *Tres thyrsos.* Haec omnia quae Dioscorides scripsit περὶ ἀρνογλώσσου, id est, de plantagine, Plinius transtulit ad cynoglossum. Dal.

Est alia similis, etc. Haec Dodonaei cynoglossos est, pag. 53, a Lobelio quoque delineata, in Obs. p. 313; visa a nobis in Horto regio. Fert semina fere quaterna, simul cohaerentia, aspera, et lapparum modo vestitui inhaerentia. A Dioscoridis cynoglosso diversa. Hard. — *Est alia.* Est Buglossum angustifolium, semine echinato, C. Bauh. Bot. — *Quae ferat.* Vet. et Ch. *quae fert.* Nobis *Myosotis Lappula* (*Pentand. monogyn.* gen. 349 Pers. *Borragin.* Juss.), seminibus, seu fructibus echinatis. Habitat in argillosis, ruderatis, muris. Conf. Spreng. Hist. Rei herb. I, 201. Ed. P.

XLII. *Est et buphthalmos.* Habet et Dioscor. lib. III, cap. 156: Βουφθαλ-

folio feniculi, circa oppida nascens, fruticosa caulibus, qui et manduntur decocti: quidam cachlam vocant. Haec cum cera scirrhomata discutit.

XLIII. Invenere herbas et universae gentes. Scythia primum eam, quae scythice vocatur, circa Boeo-

μον... φύλλα δὲ παραθροτιδῆ, ἄνθη μήλινα... ὀφθαλμοειδῆ, ὅθεν καὶ ὠνόμασται. *Folia feniculi, flores oculorum similitudine gerit: unde nomen.* Pingitur a Clusio, Hist. Rar. pl. lib. III, p. 332. Vidimus in Horto regio. Gallis, *oeil de boeuf.* Hard. — *Buphthalmos.* Broter. ex MSS. Reg. et edit. princ. *buphthalmus.* Nobis est *Anthemis valentina* Linn. (*Syngenes. superfl.* gen. 1885 Pers. sub *Anacyclo Corymb.* Juss.). Habitat in Europa australiore. Cf. Hist. rei herb. tom. I, p. 188. Ed. P.

Quidam cachlam vocant. Dioscor. l. c. Βούφθαλμον· οἱ δὲ κάχλαν καλοῦσι. Hard. — Hinc in Indice *Buphth.* sive *cachlam*, sed solocec, quum *cachlas* manifesto legendum sit. Ed. P.

Haec cum cera, etc. Dioscor. loc. cit. Ταύτης τὰ ἄνθη λεῖα σὺν κηρωτῇ οἰδήματα καὶ σκληρίας διαφορεῖ. *Huius flores triti cum cerato oedemata, duritiasque discutiunt.* Dioscoridem Galenus sequitur, de Fac. simpl. med. lib. VI, p. 165. Est autem σκίῤῥος, sive σκίῤῥωμα, *scirrhus*, ducities, tumor praeter naturam durus et doloris expers. Vide Gorraeum in Def. medic. Hard.

XLIII. *Scythia, primum eam, quae scythice vocatur circa Boeotiam nascens.* Scribo, *circa Maeotin*, non *circa Boeotiam*, ex Theophr. IX, 13: *Dulcis*, inquit, *et Scythica. Et quidem nonnulli dulcem eam appellant. Nascitur apud Maeotin.* Dioscor. quoque in Cappadocia et ponto propinquioribus locis Maeotidi plurimam nasci tradit lib. III, cap. de glycyrrhiza. Plin. — *Circa Boeotiam*, etc. Ita libri omnes, tum editi typis, tum exarati manu. Placet tamen emendatio Pintiani, *circa Maeotim* legentis, tum quia haec ipsa Theophrasti Scythice est, de qua ille Hist. lib. IX, cap. 13: Γλυκεῖα δὲ καὶ ἡ Σκυθική· καὶ ἔνιοί γε καλοῦσιν αὐτὴν εὐθυγλυκεῖαν αὐτήν. (leg. καλοῦσι γλυκόρριζαν αὐτήν). Γίνεται δὲ περὶ τὴν Μαιῶτιν tum quia de hac ipsa Plinius sermonem iterum instituens lib. XXXVII, cap. 1: *Scythicam herbam*, inquit, *a Maeotidis paludibus.* Sequitur in eo Plinii loco, quem nunc versamus: *praedulcem alias, utilissimamque ad ea quae spasmata vocant.* Sic enim ex MSS. Reg. Colbertinisque rescripsimus. Perperam in editis priis, *perdulcis. Aliam utilissimam ad ea*, etc. estrita videlicet vocula *quae*, caeterisque, quas restituimus, immutatis. Eamdem esse sane, quae scythice vocatur, et circa Maeotim nascitur, cum ea quae est ad spasmata utilis, docet aperte Theophrast. his verbis, quae superioribus statim adnectit: Χρηστὴ δὲ πρός τε τὰ ἄσθματα, καὶ πρὸς βῆχα ξηρόν, etc. *Vtilis ad anhelitus, et ad tussim siccam*, etc. Vnde et *asthmata* forte satius legi, quam *spasmata* cuipiam (cum Salmasio) videatur, quod iamprídem visum est Pintiano. Sed in MSS. *sparmata* legimus, cui voci affinior est ea, *spasmata.* Hard.

tiam nascens, praedulcem alias, utilissimamque ad ea quae spasmata vocant. Magna et ea commendatio, quod in ore eam habentes, famem sitimque non sentiunt.

XLIV. Idem praestat apud eosdem hippace dicta,

Praedulcem. Hoc est, praeter caeteras dotes, praedulcem. H. — Γλυκύρριζα Dioscor. lib. III, c. 7; nobis *Glycyrrhiza glabra* Linn. (*Diadelph. decand.* gen. 1727 Pers. sub *Liquiritia. Legumin.* Juss.). Habitat in Europa australiore. Male Schreberus addit, Mat. med. p. 205, antiquos *Glycyrrhiza echinata* usos fuisse, quae nostris temporibus in Rossico imperio ad liquiritiae succum praeparandum adhibetur. Dioscorides enim quem adducit testem, folia non echino, ἐχίνῳ, sed σχίνῳ, lentisco similia dicit. Cf. XXII, 14. Sprengel. ad Theophrast. *Glycyrrhizam asperrimam* habet, ex Pallasio, *Reise*, I app. n. 121; qui hanc speciem frequentissimam in deserto ad *Iaikum* invenit, a *Calmucis* devoratam avide, et *theae* loco infusam. Ed. P.

Magna et ea commendatio, etc. Theophrast. Histor. lib. IX, cap. 13: Δύναται δὲ καὶ τὴν δίψαν παύειν, ἐάν τις ἐν στόματι ἔχῃ· διὸ ταύτῃ τε καὶ τῇ ἱππάκῃ διέχειν φασὶ τοὺς Σκύθας ἡμέρας καὶ ἕνδεκα, καὶ δώδεκα. *Sitim extinguit, si teneatur in ore: quapropter Scythas contentos ea et hippace, undenos aut duodenos dies vitam tolerare aiunt.* Hard.

XLIV. *Idem praestat apud eosdem hippice.* Scribo *hippace*, non *hippice*, ex Theophrast. (vid. not. super.) *Est porro hippace*, auctore Dioscoride lib. II, cap. de caseo, *equinus caseus, pivoso odore, egregie tamen nutriens, bubulo proportione respondens. Sunt qui equinum coagulum hippacen hanc esse dixerint.* Haec Theophrasti et Dioscoridis verba impellunt me ut suspecta habeam illa quae sequuntur: *Dicta quod in equis quoque eumdem effectum habeant.* Pint. — *Idem* Hippacen (sic enim libri omnes habent, tum hoc loco, tum in Indice, non *hippicen*) herbae genus esse Plinius credidit. Pintianus aliique post eum, caseum equinum interpretantur. Hippocrates de Morb. lib. IV, num. 25: Ὥσπερ οἱ Σκύθαι, inquit, ποιέουσιν ἐκ τοῦ ἱππείου γάλακτος. Ἐγχέαντες γὰρ τὸ γάλα... Ἐπὴν δὲ παγῇ καὶ ξηρανθῇ, ἱππάκην μὲν καλέουσιν. *Quod e lacte concretum et siccatum fuerit, hippacen vocant.* Dioscor. lib. II, cap. 80: Ἡ δὲ καλουμένη ἱππάκη, τυρός ἐστιν ἵππειος... καὶ πολύτροφος, etc. *Quod hippacen vocant, caseus est equinus ... qui magnopere alit.* Hesychius denique: Ἱππάκη, Σκυθικὸν βρῶμα ἐξ ἵππου γάλακτος, etc. Verum singulare quiddam narrare velle de Scythis Plinius ac Theophrastus videntur: nullam vero admirationem habet dies duodecim aut paulo plures, ea radice, quae glycyrrhiza dicitur, et equino caseo, qui plurimum alat, aliquando transigi, quum Zoroastrem prodat ipse Plinius annos viginti totos caseo vixisse, XI, 97. Neque hippaces appellationem caseì aut coaguli equini propriam esse idem nescivit, qui id diserte prodit lib. XXVIII, cap. 34 et 58; sed et cum herba aliqua singulari, quae sit incomperta nobis, communem esse eam, graeco scriptori alicui credidit. Hard. — *Hippace.*

quod in equis quoque eumdem effectum habeat: traduntque his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame sitique.

XLV. Ischaemonem Thracia invenit, qua ferunt sanguinem sisti, non aperta modo vena, sed etiam praecisa. Serpit e terra milio similis, foliis asperis et lanuginosis, farcitur in nares. Quae in Italia nascitur, et sanguinem eadem adalligata sistit.

XLVI. Vettones in Hispania eam, quae vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem serratula, a Graecis cestros, aut psychotrophon, ante cunctas laudatissima. Exit anguloso caule, cubitorum duum, a radice

Scythis sciri adhuc potest quae sit illa herba. Forte est Canadensis magna longa radis, de qua iam disi. Bot. — Graeca sua exemplaris adeo negligenter legit Plinius, et interpretatus est, ut Scytharum hippacen, quae ex Hippocratis, Dioscoridis aliorumque testimoniis, caseus equinus fuit, plantam crederet, etc. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, pag. 199. Ed. P.

Traduntque his duabus herbis. Verba quae paulo supra ex Theophrasto et Dioscoride attuli, indicant dictionem illam *herbis* falso insertam esse. Neque enim hippace herba est, sed equinus caseus, aut coagulum equinum. Pint.

XLV. *Ischaemonem Thracia invenit.* Haec Theophrast. lib. IX, cap. 15. Περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην... τὴν ἰσχαίμον, ἣν δὴ λέγουσιν, οἱ μὲν κεντήσεσι τῆς φλεβός, οἱ δὲ καὶ σφοδρότερον διατμηθείσης ἴσχειν καὶ κωλύειν τὴν χύσιν. *Thracia... fert ischaemum, quam alii puncta vena; alii etiam altius secta, sistere ac prohibere omnino sanguinis profluvium aiunt.* Est Matthioli panicum silvestre in Dioscor. lib. II, p. 407. A sistendo sanguine ei nomen, παρὰ τὸ ἴσχειν τὸ αἷμα. H. — Nobis *Andropogon Ischaemum* (*Triand. digyn.* gen. 186 Pers. *Gramin.* Juss.). Habitat in aridis australioris Europae arvis et collibus. Ed. P.

XLVI. *Vettones... eam, quae Vettonica dicitur.* Nomen betonicae in officinis retinet: Gallis *betoine.* Pingitur a Dodonaeo p. 40. De hac singulare volumen edidit Antonius Musa, quod inscripsit, de herba Vettonica. Hard.

Cestros. Gron. et al. ante Hard. *cestron.* Ed. P.

Psychotrophon. Quoniam frigidis reperitur in locis, ut ait Musa loc. cit. pag. 1; Diosc. quoque lib. IV, cap. 1: Κέστρον τὸ καλούμενον ψυχατρόφον (vel ψυχροτρόφον), ἐπειδὴ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις εὑρίσκεται τόποις, ὃ Ῥωμαῖοι οὐεττονίκην καλοῦσιν. Hard. — Est *Betonica officinalis* (*Didyn. Gymnosp.* gen. 1391. Pers. *Labiat.* Juss.): habitat in silvis. Vim illi nervinam, tonicam, errhinam Recentiores tribuunt. Ed. P.

Exit, anguloso caule. Hoc est, quadrangulo. Diosc. l. c. Πόα ἐστὶ καυ-

spargens folia fere lapathi, serrata, semine purpureo. Folia siccantur in farinam plurimos ad usus. Fit vinum ex ea et acetum, stomacho et claritati oculorum: tantumque gloriae habet, ut domus, in qua sata sit, tuta existimetur a piaculis omnibus.

XLVII. In eadem Hispania inventa sic Cantabrica, per divi Augusti tempora a Cantabris reperta. Nascitur ubique caule iunceo pedali, in quo sunt flosculi oblongi, veluti calathi: in his semen perquam minutum. Nec alias defuere Hispaniae herbis exquirendis: ut in quibus etiamnum hodie in numeroso et laetiore convictu, potionem e centum herbis mulso additis, credidere saluberrimam suavissimamque: nec quisquam genera earum iam novit, aut multitudinem: numerus tamen constat in nomine.

λὸν ἔχουσα· πήχεως τὸ ὕψος, ἢ καὶ μείζονα, τετράγωνον. H.

Folia. Rectius ita multo Plinius quam Dioscorides, qui similia quarnis foliis prodidit. Hard.

Semine purpureo. Semine in summis caulibus thymbrae modo spicatis, flore purpureo. Apud Dioscoridem ἐσταχυωμένων καυλῶν, non ἐσταχυωμένων σπέρμα. Dal.

Folia siccantur, etc. Plinius in farinam siccari folia dixit, quum farina sit leguminum et cerealium tantum. Dioscorides simpliciter ait ξηραίνεσθαι. Dal. — *Folia.* Et mox teruntur in farinam Diosc. l. c. τὰ φύλλα ξηρὰ θεῖα, breviter et concise dixit. H.

Fit vinum. Diosc. lib. V, cap 54: Περὶ κεστρίτου οἴνου. Γίνεται καὶ ἐκ τοῦ κεστρίου τοῦ ψυχοτρόφου οἶνος. H. — *Ex aqua et aceto.* Sic Hard. 2 et Franzius; sed Gron. et al. ante Hard. *ex ea et aceto*; et sic Brolerius habet. Ed. P.

Tantumque gloriae habet. Ant. Musa, loc. cit. *Animas hominum et corpora custodit, et nocturnas ambulationes a maleficiis et periculis, et loca sancta ac busta etiam a visibus metuendis tuetur et defendit*, etc. Hard.

Tuta existimetur a piaculis omnibus. *Pura*, non *tuta*, in vetusto exemplari: rectius. Pint.

XLVII. *Sic* Gron. et al. est. Ed. P.

Cantabrica. Vulgo Cantabrorum, seu Navarorum, hodie *escorzonera*. Dal. — *Cantabrica.* Pingitur a Clusio Histor. Rarior. plant. lib. IV, p. 49. Videre nondum licuit. Hard. — Nobis etiamnum dicitur *Convolvulus Cantabrica* (*Pentand. monogyn.* gen. 446 Pers. *Convolvulac.* Juss.). Crescit in Europa meridionali, Africa, Tauria, etc. Ed. P.

Constat. Genera herbarum, quibus ea potio constaret, nemo scit: numerus constat ex potionis nomine: appellatur enim ea *potio centum herbarum*. Hard.

XLVIII. Nostra aetas meminit herbam in Marsis repertam. Nascitur et in Aequicolis circa vicum Nervesiae: vocatur consiligo. Prodest, ut demonstrabimus suo loco, deploratis in phthisi.

XLIX. Invenit nuper et Servilius Democrates e primis medentium, quam appellavit iberida, quanquam ficto nomine, inventioni eius assignato carmine. Nascitur maxime circa vetera monumenta parietinas-

XLVIII. *Nostra aetas meminit*, etc. Consiliginem multomedicis nunc pulmonariam dici testatur Vegetius. Vulgus gallicum Pomelaeam vocat, *pommelée*, quasi pulmoneam: herbarii quidem *Leonis pedem*, pastoribus bubulcis, equisonibus, totique ruri praeclare cognitam, qui ad eosdem, quos Veteres consiliginem, usurpant effectus. Haec uberius multa tractat Ruellius lib. II, pag. 448. Coepit pulmonaria dici, quod pulmonum vitiis praesens habeatur auxilium: invenitque in posteris nomen a viscere, roi praesertim nuncupatur. Consiliginem rustici veteres olim vocarunt, quod in campis inter siliginem triticumque saepius emicet. Pingitur a Lobelio in Obss. p. 317. Vide quae dicturi sumus ex Columella lib. XXVI, c. 21. Haad.

Circa vicum Nervesiae. Situs hodie incogniti. Haad.

Vocatur consiligo. Videtur esse Elleborus albus, flore subviridi, C. Bauh. *Pellébore blanc*. Certe veterinarii μάλιν, quod est pulmonum vitium, in veterinis sanant elléboro albo, quod Vegetius consiligine fieri scribit. Observandum autem non in Europa tantum, sed et in Asia ad pecudum morbos promiscuum usum esse ellebori nigri et albi. Aliis consiligo est elleborus niger, tenuifolius, buphthalmi flore, C. Bauh. Brot. — Consiliginis meminit Plinius veluti herbae nuperin Italia repertae; quum autem genus ellebori duplex iamdudum alii descripsissent, non vero simile est novam hanc herbam ab elleboro vel nigro, vel albo, Nostrum non distinxisse, de quibus ipse supra fusius egit. Sprengelio iudice, nihil aliud est consiligo quam *Pulmonaria* nostras *officinalis* (*Pentand. monogyn.* gen. 355 Pers. *Borragin.* Juss.). Habitat in nemoribus, ad radices montium. Ed. P.

Suo loco. Lib. nempe XXVI, cap. 21. Haad.

XLIX. *Quam appellavit iberida*. Graecis ἴβηρις et κηρδαμαντική. Galen. κατὰ τόπ. lib. X, c. 2, p. 635, aliisque apud ipsum pag. 636, etiam λεπιδίον. Vidimus in Horto regio. De eius inventore Servilio Democrate, sive Damocrate, diximus in Auctorum Indice. Haad. — *Iberida*. Gron. et al. ante Hard. *huberida* ἴβηρις Dioscorid. lib. 1, c. 188, nobis est *Lepidium Iberis* (*Tetradyn. Siliqual.* gen. 1553 Pers. *Cruciferae* Juss.). Cf. Dodon. 714; Anguill. 120. Ed. P.

Assignato carmine. Quod apud Galen. exstat l. c. p. 636, expressumque est a Plinio totidem fere verbis hoc reliquo capite. Haad.

que, et inculta itinerum. Floret semper folio nasturtii, caule cubitali, semine tam parvo, ut vix aspici possit. Radici odor nasturtii. Vsus aestate efficacior, et recenti tantum. Tunditur difficulter. Coxendicibus et articulis omnibus cum axungia modica utilissima, viris plurimum quaternis horis, feminis minus dimidio adalligata, ut deinde in balineis descendatur in calidam, et postea oleo ac vino corpus perungatur; diebusque vicenis interpositis idem fiat, si qua admonitio doloris supersit. Hoc modo rheumatismos omnes sanat occultos. Imponitur non in ipsa inflammatione, sed imminuta.

L. Animalia quoque invenere herbas, in primisque chelidoniam. Hac enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, ut quidam volunt, etiam

Floret semper folio nasturtii. Democrates, l. c. Αεὶ δὲ θάλλει, φύλλ' ἔχουσα καρδάμου, Καρος μὲν εὐθαλῆ τε καὶ μείζω, etc. Florere hoc loco virere est, non florem mittere: quem colore lacteo ferre aestate mox idem subdit: Φέρει δ' ἁ κανλὸς ἐν θέρει λεπτὸν πάνυ Πολύχροον ἄνθος, τῇ χρόᾳ γαλακτινόν. Hard.

Radici. Servilius, loc. cit. Η ῥίζα δὲ καὶ ὀσμὴν ἀριμυτάτην ἔχει Μάλιστα πάντων καρδάμου προσεμφερῆ Hard.

Vsus aestate felicior. Servilius, loc. cit. Ταύτης ὀρύξας καὶ λαβὼν πλῆθος πολὺ, Θέρους μάλιστα δ' ἐστὶ πρακτικωτάτη, Καὶ πρόσφατος· ξηρὰ γὰρ ἀδρανὴς τυγχάνει. Quae idcirco referuntur a me, ut intelligant ii, qui Plinium ex Dioscoridis verbis sensuque metiuntur, quam inique agant, quum Plinium de Iberide scribentem, hand semel errasse autument, qui ab illo discedat scriptore, quem a Democrate ipso, longe probatioris fidei, deficere intelligimus. H.

Coxendicibus. Haec totidem verbis Democrates. l. c. Hard.

Adalligata. De eiusmodi ligaturis, sive amuletis, multa pererudite vir Cl. Du Gangius in Gloss. verbo *ligaturae*. Hard.

L. *In primisque chelidoniam.* Pingitur a Dodonaeo chelidonium maius appellatum p. 48. Gallis. *éclaire*. In Horto regio visum a nobis. H.

Hac enim hirundines, etc. Aristoteles, de Ortu animal. lib. IV, cap. 6, causam reddit: nempe aos renasci si pungantur ac evellantur, quum adhuc fiunt, non autem ubi perfecti fuerint. Dalec.

Vt quidam volunt, etiam eruti oculis. Id vulgo credi refert etiam Dioscorides lib. II, cap. 211. Fabulosum Celsus existimat lib. VI, cap. 6, sub finem: *Harum avium*, inquit, *acies extrinsecus laesa interposito tempore in antiquum statum redit, celerrimeque hirundinis. Vnde etiam locus fabulae factus est, aut per parentes, aut id herba chelidonia restitui, quod*

erutis oculis. Genera eius duo: maior fruticosa caule, folio pastinacae erraticae ampliore; ipsa altitudine duum cubitorum. Colos albicans, flos luteus. Minori folia ederae rotundiora, minus candida. Succus croci mordax, semen papaveris. Florent adventu hirundinum, discessu marcescunt. Florentibus succus exprimitur, et in aereo vase cum melle Attico leniter cinere ferventi decoquitur, singulari remedio contra caligines oculorum. Vtuntur et per se succo in collyriis, quae chelidonia appellantur ab ea.

LI. Invenerunt et canes canariam, qua fastidium

per se sanescit. Vide in eam rem quae afferant auctores Miscellaneorum medico-physicorum, seu Ephemeridum Germanicarum, an. 8, obs. 18, p. 32. Hasn.

Genera eius duo. Quae de gemina chelidoniae specie hoc capite deinceps continentur, ea totidem fere verbis habet Dioscor. loc. cit. Minor delineatur a Dodonaeo p. 49, et a Dalecampio, pag. 1048. Gallis est *petite chélidoine.* Italis, disce ab Anguillara, P. XI, p. 181. Haro. — *Genera eius duo.* Χελιδόνιον μέγα Dioscorid. lib. II, cap. 214, nobis eodem nomine est *Chelidonium Glaucium* Linn. (*Glaucium luteum, polyand. monogyn.* gen. 1244 Pers. *Papaverac.* Juss.). Habitat in arenosis. Tum ex eo, tum e *Chelidonio Corniculato* Linn. sive *Glaucio phaeniceo*, succus *glaucium* dictus parabatur, de quo Anazarbaeus, lib. III, cap. 100. Chelidonium maius Officinarum est Chelidonium vulgare maius, C. Bauh. Pin. 144; item *Chelidon. maius* Linn. Χελιδόνιον μικρόν cuius meminit auctor graecus, lib. II, cap. 212. idem Sprengelio videtur esse cum *Ranunculo Ficaria* Linn. (*Polyand. Polygyn.* gen. 1362 Pers. sub *Ficaria. Ranuncul.* Juss.). Crescit in umbrosis, humidis, ad rivos et fossas. Cf. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 178 sq. Ed. P.

Albicans. Caesius, ὑπόλευκος. Diosc. Hard.

Minori. Haec est Chelidonia rotundifolia minor, C. Bauh. Pin. 309; Chelidonium minus etiamnunc Officin. nobis *Ficaria ranunculoides*, seu *F. verna.* Conf. supra not. 4. Ed. P.

Succus croci mordax. Hoc est, croceus, sive crocei coloris: non, *croci instar mordax*, ut quidam male interpretati sunt; nam succus croci minime acris. Croceum vero *Chelidonii maioris*, vel *Glaucei lutei* aucum nemo non novit. Ed. P.

Contra caligines oculorum. In oculorum affectionibus Chelidonium (*Ch. maius* Linn.) plurimum celebratur: succus eius oculis instillatur ad hulcera detergenda, removendasque nubeculas. Sed quia est admodum acris, vel diluitur aliquo liquore idoneo, vel aqua eius distillata usurpatur, quae longe mitior est. Conf. Geoff. Mat. medic. tom. III, pag. 313 sq. Ed. P.

LI. *Invenerunt et canes canariam.*

deducunt, eamque in nostro conspectu mandunt, sed ita ut numquam intelligatur quae sit; etenim depasta cernitur. Notata est haec animalis hujus malignitas in alia herba maior. Percussus enim a serpente mederi quadam sibi dicitur: sed illam homine inspectante non decerpit.

LII. Simplicius cervae monstravere elaphoboscon, de qua diximus. Item seseli, enixae a partu.

LIII. Dictamnum ostendere, ut indicavimus, vul-

Gramen esse leguminam Clusii videtur, Hist. Rar. plant. lib. VI, pag. 217. In Insula Chio dici nunc quoque ἀκόνωψ, simillimamque gramini esse ait Anguillar. part. XII, pag. 190. Harot — Nobis *Panicum Dactylon* Linn. (*Triand. digyn.* gen. 159 Pers. sub. *Cynodo. Gramin.* Juss.). Habitat in arenosis et maritimis. De eo iam Noster egit *Dactyli* nomine, lib. XXIV, cap. 119. Ed. P.

Qua fastidium deducunt. Cient et vulgari gramine vomitum, ut deducant pituitam canes: gramine eo, inquam, quod Graeci ἄγρωστιν vocant; de quo anteriore libro diximus, cap. 118. H.

Eamque in nostro conspectu mandunt. Fabulosum id nimis credulus Plinius referi. Licet enim quotidie videre gramen a canibus rosum, et vomitu cum pituita reiectum. Dal.

LII. *Monstravere elaphoboscon.* Nobis *Sium Sisarum* (*Pentand. digyn.* gen. 649. Pers. *Umbellifer.* Juss.). Conf. lib. XXII, cap. 37. Ed. P.

Seseli. Plures enumerat seseleos species Anazarbaeus: μασσαλιωτικόν, lib. III, cap. 60, seu massiliense, quod capris caeterisque pecudibus, πρὸς τοκίαν, ad partum adjuvandum potui datur: nobis *Seseli elatum* (*Pentand. digyn.* gen. 716 Pers. *Umbellifer.* Juss.). Cf. Gerard. Flor. Gallo provinc. 253. Habitat in Austria, Gallia, etc. Huc alii *Seseli tortuosum* trahunt; alii *Daucum Visnagam.* Αἰθιοπικόν Dioscor. lib. III, cap. 61, est *Bupleurum fruticosum* (gen. 678 Pers.). Habitat in Galliae australia et Orientis saxosis maritimis. Bene describit, ut prope Massiliam invenerit, Anguillara, p. 212. Πελοποννησιακόν, l. III, cap. 62, quod *Ligusticum peloponense* (gen. 697 Pers.); in Graeciae, Rhaetiae montibus nemorosis Τορδύλιον, lib. III, cap. 63, quod nonnulli seseli creticum vocant, servat nomen *Tordylium officinale*; de eo iam egimus. Seseli Romani veteres *sili* nuncupabant. Cf. lib. XX, cap. 18, ubi plures silis species et varios usus Noster enumerat. Ed. P.

Item seseli enixae a partu. Haec battologia est, *enixae a partu*, leg. *helximen a partu.* Falsum est seseli cervas ostendisse a partu aut enixas. Etenim ante partum, ut facilius ab defungerentur, id expetebant. Salm.

LIII. *Dictamnum.* Δικτόν etiam vocat Nicander, ut interpretatur Zenodotus Malfotes. Partum mire adiuvat, τοκίαν ποιεῖ. Quamobrem Eileithyae corona ex eo texebatur. Euphorion, στρεψαμένη θαλεροῖσι συνήντετο δικταμνοῖσι. Rhodigin. lib.

neratae, pastu statim decidentibus telis. Non est alibi, quam in Creta, ramis praetenue, pulegio simile, fervens et acre gustu: foliis tantum utuntur. Flos nullus ei, aut semen, aut caulis. Radix tenuis ac supervacua. Et in Creta autem non spatiose nascitur: mireque capris expetitur. Pro eo est et pseudodictamnum,

XXVIII, cap. 24. Orph. ψαφαρὸν vocat, id est, cano velut situ obductum. Dal. — *Dictamnum*. Conf. lib. VIII, cap. 41. Dictamnum hoc Franciscum seu Gallicum Angli vocant. A Lobelio pingitur in Obss. p. 267. H. — Est *Origanum Dictamnus*, de quo iam alias dictum. Alibi etiam quam in Creta provenit, sed apud Antiquos Creticum vel Idaeum, nempe ex Ida monte, laudatissimum habebatur. En. P.

Pastu. Gronov. et al. ante Hard. *pastae*. En. P.

Non est alibi, quam in Creta. Haec habet pariter Theophr. Hist. IX, 16. Hard.

Flos nullus ei, etc. Apud Dioscoridem legendum, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸς συμφέρει. *Nullis morbis flos prodest, nullis semen*. Dal. — *Flos nullus*. Nullius in medicina usus: nam prius dixit: *Foliis tantum utuntur*. Sed florem habere, caulemque, vel ipse Maro cecinit Aeneid. XII, 412: *Dictamnum genitrix Cretaea carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis et flore comantem Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, cum tergo volucres haesere sagittae*. Democrates quoque apud Galenum κατὰ γένη, V, 10, pag. 789, dictamni meminit; quae florem habet, ἄνθος ἔχουσης. Confirmant interpretationem nostram Theophrasti verba. Hist. IX, 16: Χρῶνται δὲ τοῖς φύλλοις, οὐ τοῖς κλωσίν, οὐδὲ τῷ καρπῷ. *Foliis utuntur, non ramulis, neque fructu*. Quare apud Dioscor. ubi legitur III, 37, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸς φέρει, aut errasse illum, quod verius puto, existimandum est: aut legi oportere, quod Matthiolus censuit, οὔτε καρπὸς συμφέρει ..., Verum haud ita scripsisse Dioscoridem, sed ut in editis habetur, et Oribasii interpres admonet, et Apuleius, qui ita reddidit, cap. LXII: *Et neque florem generat, neque fructum*. H. — *Flos nullus ei*. Postremam vocem Brot. delet ex Reg. cod. 2; tueturque Harduini interpretationem, quae sola certe admittenda est, si quis Nostrum, dum praeca sequeretur Dioscoridis exemplaria, a vero longe aberrasse nolit. En. P.

Radix tenuis ac supervacua. Partus accelerat Diosc. loc. cit. Dal.

Non spatiose nascitur. Theophrast. loc. cit. Σπάνιον δέ ἐστι καὶ γὰρ ὀλίγος ὁ τόπος ὁ φέρων· καὶ τούτου αἱ αἶγες ἐντέμνονται διὰ τὸ φιλήδεια. *Et rara*, inquit, *haec herba est: locus enim qui fert, exiguus est admodum: eamque caprae depascunt, quod sit eis pergrata*. Hasn.

Pro eo est et pseudodictamnum. Haec totidem verbis Theophrast. Histor. IX, 16. Pingitur a Lobelio, in Obss. pag. 267, pseudodictamnum. In paucorum hortis repertum ait Dodonaeus, pag. 281. Vidimus in horto

multis in terris nascens, folio simile, ramulis minoribus, a quibusdam chondris vocatum. Minoris effectus statim intelligitur. Dictamnum enim minima portione accendit os. Qui legere eam, in ferula vel arundine condunt, praeligantque, ne potentia evanescat. Sunt qui dicant, utramque nasci multifariam, sed deteriores in agris pinguibus: veram quidem dictamnum non nisi in asperis. Est et tertium genus dictamnum vocatum, sed neque facie, neque effectu simile, folio sisymbrii, ramis maioribus, praecedente persuasione illa, quidquid in Creta nascitur, infinito praestare caeteris eiusdem generis alibi genitis: pro-

Reglo. Chondris iterum appellatur, XXVI, 34, et in Indice sius locl. Hard. — Ψευδοδίκταμνος Dioscor. III, 38; nobis *Marrubium Pseudodictamnus* (*Didynam. gymnosp.* gen. 4394 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Creta. Totum hoc capitulum in auctore graeco suppositicium temere dicit Anguill. p. 201. Conf. Sprengel. Hist. Rei herb. I, 180. Ed. P.

Simile. Sic. et Chifflet. *simili* Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

Minoris effectus Theophrast. loc. citat. Εστι δὲ εὐθὺς ἐν τῷ στόματι φανερὰ ἡ τοῦ δικτάμνου δύναμις, θερμαίνει γὰρ ἀπὸ μικροῦ σφόδρα. H.

Ne potentia evanescat. Ne vis omnis exspiret. Theophr. loc. cit. Τιθέασι δὲ καὶ τὰς δεσμίδας ἐν νάρθηκι καὶ καλάμῳ, πρὸς τὸ μὴ ἀποπνεῖν· ἀσθενέστερον γὰρ ἀποπνεῦσαν. *Manipulos ferula aut canna intercludunt, ne exspiret: imbecillius enim, quum exspiraverit*. Hard.

Sunt. Totidem verbis Theophrast. loc. cit. Hard.

Est et tertium genus. Haec pariter Theophr. loc. cit. ad verbum: Εστι δὲ καὶ ἕτερον δίκταμνον, ὥσπερ ὁμώνυμον, οὔτε τὴν ὄψιν ἔχον, οὔτε τὴν δύναμιν αὐτήν, etc. Est hoc Dioscor. dictamnum alterum. Hard. — Nobis *Origanum Tournefortii*. Habitat in insula Amorgo, etc. Cf. Tournefort, *Voyag.* I, pag. 240, ic. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 94; qui Dioscoridesm speciem, ibidem pag. 180, ad *Origanum creticum* refert. Crescit in Europa australi, Creta, Palaestina, etc. Ed. P.

Praecedente. Theophrast. loco cit. Hard. — Gronov. et al. ante Hard. *procedente*. Ed. P.

Quidquid in Creta nascitur, infinito praestare. Posteriori saeculo magis ac magis invalnit illa persuasio. Galenus, Antid. I, 424, ipsius temporibus non docet ab imperatoribus romanis in Creta, plantarum utilium feracissima, botanicos ali, qui herbas radicesque sedulo collectas Romam inde transmitterent. Ipse tamen, ibid. 431, medicos laxat, qui omnia medicamina simplicia ex ea insula petant, ac respuant quae a cretensibus botanicis lecta non fuerint. Crescere enim per Italiam aliasque regiones, plurimas plantas, et iisdem virtutibus

xime quod in Parnasso. Alioqui herbiferum esse et Pelium montem in Thessalia, et Telethrium in Euboea, et totam Arcadiam ac Laconicam tradunt. Arcades quidem non medicaminibus uti, sed lacte circa ver, quoniam tunc maxime succis herbae turgeant, medicenturque ubera pascuis. Bibunt autem vaccinum, quoniam boves omnivorae fere sunt in herbis. Potentia earum per quadrupedes etiamnum duobus claris exemplis manifesta fit. Circa Abderam, et limitem, qui Diomedis vocatur, equi pasti inflammantur rabie: circa Potnias vero et asini.

LIV. Inter nobilissimas aristolochiae nomen dedisse gravidae videntur, quoniam esset ἀρίστη λεχούσαις.

pollentes, quibus in Creta natae: quod μάρου, ἀμαράκου, etc. exemplis probare conatur. Conf. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, p. 207. Ed. P.

Alioqui herbiferum esse et Pelium... tradunt. Theophr. Hist. IX, 15: Τῶν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπων, φαρμακωδέστατον τό τε Πήλιον τὸ ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ τὸ Τηλέθριον τὸ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ, καὶ ὁ Παρνασός· ἔτι δὲ ἡ Ἀρκαδία, καὶ ἡ Λακωνικὴ· καὶ γὰρ αὗται φαρμακώδεις ἀμφότεραι. Montes herbiferos Plinius appellat, qui herbis scatent, quarum usus in medicina frequens et probatus. Hard.

Arcades. Pro medicamine, inquit, quod alvum purget, lac sorbent vere, etc. Theophr. loc. cit. Ἀρκάδες εἰώθασιν ἀντὶ τοῦ φαρμακοποτεῖν, γαλακτοποτεῖν περὶ τὸ ἔαρ, etc. H.

Medicenturque. Vim medicatam accipiant. Hard.

Bibunt autem vaccinum. Theophr. Πίνουσι δὲ τὸ βόειον· δοκεῖ γὰρ πολυνομώτατον καὶ παμφαγώτατον πάντων ἡ βοῦς. Hard.

Potentia. Herbarum scilicet, non dictamni. Hard.

LIV. *Inter nobilissimas.* Lege: *Inter nobilissimas aristolochiae nomen dedisse gravidae videntur, quoniam est ἀρίστη λοχείαις, vel ἀρίστη λοχοῖς.* Salmas.

Nomen dedisse gravidae videntur. Victorius lib. VI, cap. 3, quaerit, nec ab re, quid sibi velit Cicero lib. I de Divinat. quum ait, aristolochiam ad morsus serpentium posse, quae ex inventore nomen suum reperit, inventor rem ipsam ex somnio. Canterus lib. I, cap. 14, tradit ex scholiaste Nicandri, Aristotelem scripsisse, herbam illam à muliere inventam. Idem et Brod. cap. et lib. II. Dal. — Ἀρίστη. Diosc. III, 4: Ἀριστολοχία ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἄριστα βοηθεῖν ταῖς λοχοῖς. *Ex eo nomen accepit, quod optime puerperis opitulari credatur.* Auctor est Tullius, de Div. I, a muliere inventrice nomen habere. Favet et Nicandri Schol. in Ther. Ταύτην δέ φησιν Ἀριστοτέλης γυναῖκα εὑρηκέναι. Hard. — Praecipua utriusque (aristoloch. rotundae et longae) vis est et eximia in ciendis mensibus, et

Nostri malum terrae vocant, et quatuor genera eius servant. Unum tuberibus radicis rotundis foliis inter malvam et ederam, nigrioribus mollioribusque. Alterum masculae, radice longa quatuor digitorum longitudine, baculi crassitudine. Tertium longissimae tenuitatis, radicum vitis, cuius sit praecipua vis, quae

expurgando post partum utero, quam ob rem ab Hippocrate, de Morb. mul. peculiariter commendantur. Cavendum tamen ne intempestive gravidis intus exhibeantur: abortum enim provocant. Conf. Geoffr. Mat. t. II, p. 16. Ed. P.

Nostri malum terrae. Apuleius, cap. XIX: *A Graecis dicitur aristolochia... Itali terrae malum, Daci absinthium rusticum.* Dioscor. in Noth. p. 451: Σικελοὶ δὲ χαμαίμηλον, Ἰταλοὶ τέῤῥα μάλα. Nunc retinet in officinis nomen, et in vulgo, *aristolochiae, aristoloche.* Hard.

Tuberibus radicis rotundis. Radice in orbem tuberis aut napi modo conglobata. Haec aristolochia prima, rotunda, eademque femina appellata, στρογγύλη, θήλεια καλουμένη, φύλλα ἔχει κισσοειδῆ, inquit Dioscor. III, 4. Foliis inter ederam et periclymenum, inquit Nicand. in Ther. pag. 36. A Clusio delineatur, Histor. Rar. plant. IV, p. 70. Hard. — Nobis item *Aristolochia rotunda* (*Gynand. hexand.* gen. 2011 Pers. *Aristoloch.* Juss.). Habitat in Gallia Narbonensi et Europa australiore. Ed. P.

Radicis. Gron. *radicum.* Ed. P.

Alterum. Quo de genere Dioscor. III, 5: Ἡ δὲ μακρὰ ἀριστολοχία, ἄῤῥην καλεῖται, καὶ δακτυλῖτις, etc. Cael. Aurel. Chron. III, 5. Clusio item dicitur aristolochia longa prima, pingitur l. c. Italam a graeca discrepare scribit Anguillara, Part. XII, p. 191. Verum in Graecia, Apulia, Syriaque nasci. Hard. — *Aristolochia longa.* Habitat in Gallia, Lusitania, Hispania, Italia, etc. Huius et prioris in medicinis non infrequens hodieque usus, caeterarum rarior. Ed. P.

Tertium. Diosc. III, 6: Ἔστι δέ τις καὶ τρίτη μακρὰ, ἥτις καὶ κληματῖτις καλεῖται, κλωνία ἔχουσα λεπτὰ, etc. *Est etiamnum tertia longa, quae et clematitis, quasi sarmentosa, sive sarmentitia vocatur, ramulos tenues habet*, etc. Galeno pariter de Fac. simpl. med. VI, p. 158: Κληματῖτις εὐωδεστέρα. Et haec a Clusio delineatur l. c. pag. 71. Hard. — *Tertium*, etc. Nobis iisdem nominibus *Aristolochia Clematitis.* Habitat in cultis, vineis, cullibus, circa Parisios, Monspelii. *Aristolochia baetica* Clus. Histor. II, 74, esse non potest, quippe quae purpureos flores, nostra flavicundos habeat, ἐοικότα πηγάνῳ. Loco ἀειζώου μικροῦ, sempervivi minoris, cuius foliis similia haec sint, Anguillara bene ἀσάρου, post Valer. Cordum reposuit pag 193. Conf. Sarac. nott. in Diosc p. 54. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 190, cui ἀριστολοχία Hippocr. passim; Theophr. IX, 13, 22; Nicand. Ther. 510, eadem est atque *Aristolochia cretica*; quam speciem fortasse Noster a clematitide non satis bene distinxit. Ed. P.

Radicum vitis. Gronov. et al. *vitis*

olematitis vocatur, ab aliis Cretica. Omnes colore buxeo, caulibus parvis, flore purpureo: ferunt bacculas parvas, ut capparis: valent radice tantum. Est et quae plistolochia vocatur, quarti generis, tenuior, quam proxime dicta, densis radicis capillamentis, iunci plenioris crassitudine. Hanc quidam polyrrhizon cognominant. Odor omnium medicatus, sed oblongae radici tenuiorique gratior. Carnosi enim est corticis, unguentis quoque nardinis conveniens. Nascuntur pinguibus locis et campestribus. Effodere eas messibus tempestivum: ita desquamato terreno servantur. Maxime tamen laudatur Pontica: et in quocumque genere ponderosissima quaeque, medicinis aptior. Rotunda contra serpentes. Oblonga tamen

novellae; statim mox *cui*, et paulo post *clematis*. Brot. quoque, *vitis novellae*. Ed. P.

Omnes colore buxeo. Dioscorid. III, 4, 5, duo priors generis sit esse colore buxeo: flore purpureo: fructu piro simili. Pirastro Nicander assimilat, in Ther. p. 36. H. — *Aristoloch. rotundae* flos ex purpureo nigricans; *longae*, candicans ex viridi, sed extima parte coloris herbacei: *Clematitidi* flores pallidi. Folia omnibus obscure virentia, aut ex viridi pallescentia. Fructus capsularis, in sex loculos divisus, mali vel piri exigui forma et magnitudine. Conf. Geoffr. Mat. med. tom. II, p. 12 sqq. Ed. P.

Est et quae plistolochia. Sic MSS. tum hoc loco, tum in Indice: quasi maxime puerperis opis. Sic Λοχεία Diana cognominatur, *parturientium opitulatrix*. Potest et πιστολοχία dici, *fidelis puerperis*. Et huius iconem Clusius exhibet l. c. pag. 72. Et istud et tria superiora genera vidimus in horto Regio. H. — *Plistolochia*. Gron. et al. ante Hard. *pistoloch*. Dioscoridi et veteribus Graecis haec species ignota videtur fuisse. Nobis *Aristolochio Pistolochio*. Habitat in Hispania, Gallia, Helvetia, etc. Ed. P.

Polyrrhizon cognominant. A densis radicibus. In Indice, *Lochio polyrrhizos*. H.

Unguentis. Aristolochiae fertiae, seu clematitis radices esse crasso corticis vestitas, quae aroma redolent, privatimque unguentariis utiles ad unguenta spissanda, auctor est Dioscorid. III, 6. H.

Desquamato terreno. Derasa, excussave terra, qua obvolutae ac aridae extrahuntur. H.

Rotunda contra serpentes. Hic Brot. monet in insula *Cayenne* dicta, alia quoque aristolochia contra serpentes Africanos uti: nempe Arist. folio ederaceo trifido, maximo flore, radice repente, Plum. Vulgo, *liane aux serpens*. Nobis *Aristolochia trilobata*, quae et in Iamaica crescit. Vim ale-

in summa gloria est, si modo a conceptu admota vulvis in carne bubula, mares figurat, ut traditur. Piscatores Campaniae radicem eam quae rotunda est, venenum terrae vocant, coramque nobis contusam immixta calce, in mare sparsere: advolant pisces cupiditate mira, statimque exanimati fluitant. Quae polyrrhizos cognominatur; convulsis, contusis, ex alto praecipitatis, radice pota ex aqua, utilissima esse traditur; semine pleuriticis et nervis: confirmare, excalfacere, eadem satyrion esse.

LV. Verum et effectus earum ususque dicendi sunt ordiendumque a malorum omnium pessimo, id est, serpentium ictu. Medentur ergo Britannica herba: panacisque generum omnium radix e vino, Chironii

xiteriam, sudoriferam Linn. agnoscit, et contra serpentium morsus commendat: easdem virtutes tribuit et eumdem usum *A. Serpentariae*, quae habitat in America septentrionali. Ed. P.

Oblonga. In eam sententiam Albertus Msg. de Anim. X, tr. 2, c. 3, pag. 328: *Dixerunt quidam de valde expertis, quod si sumatur aristolochiae aureus unus, et teratur, et confricatur cum melle, et supponatur in vulvam cum lana viridi a mane usque ad meridiem ieiunanti mulieri: tunc si dulcescit saliva eius, concepit masculum: si amaricatur, concepit feminam: sed ego miror, si hoc est verum.* H. — Eadem fere de Arsenogono tradit Noster lib. XXVI, c. 91. Ed. P.

Mares figurat. Mirum et praestigiosum. Dal.

Semine pleuriticos et nervos confirmare (sic olim). Quinque nostri: *pleuriticis nervis.* Distingue: *Quae polyrrhizos cognominatur, convulsis, contusis, ex alto praecipitatis, radice pota ex aqua, utilissima esse traditur; semine pleuriticis et nervis; confirmare, excalfacere, eadem satyrion esse.* Sic enim et Vossian. ut intelligas, *traditur.* Grox.

Et nervis. Theod. Prisc. I, 19: *Si telo, aut morsu canum, seu ex quolibet casu nervo vulnerato, quos νευροτρώτους appellamus... hoc adhibendum erit quod glutinare et curare valeat membra vulnerata... aristolochiae pulvis cum aqua mixtus, hoc idem fecit.* H.

Eadem satyrion esse. Subintellige, traditur. Et satyrii vim, inquit, inesse ei creditur, hoc est vim Veneris concitatricem. Prius legebatur: *Semine pleuriticos et nervos confirmare, excalfacere. Eadem satyrion est.* At MSS. *pleuriticis et nervis, et satyrion esse.* H.

LV. *Panacisque generum omnium radix.* Sic quoque Dioscorid. III, 55 sqq. H.

flos et semen potum, illitumve ex vino et oleo: privatimque, quae cunila bubula appellatur: Polemonia vel Philetaeria radicis drachmis quatuor ex mero: Teucria, sideritis, scordotis ex vino, privatim ad angues, potae et illitae, sive succo, sive folio, sive decocto: centaurii maioris radix drachma in vini albi cyathis tribus: gentiana praecipue adversus angues, duabus drachmis cum pipere et ruta, vini cyathis sex, sive viridis, sive sicca. Et lysimachiae odorem fugiunt. Datur ex vino percussis chelidonia. Morsibus imponitur Vettonica praecipue: cui vis tanta perhibetur, ut inclusae circulo eius serpentes, ipsae sese interimant flagellando. Datur ad ictus semen eius

Chironii flos et semen. Panacis chironii. Dioscorid. III, 57. H. — *Chironii flos.* Nempe *Laserpitii latifolii.* Conf. sup. cap. 30. Ed. P.

Privatimque, quae cunila bubula. Nobis *Satureio graeca*, de qua iam diximus; ἀγριοφίγανος Dioscor. III, 34, qui eam ab aliis panaces heraclion, ab aliis cunilam vocari ait. Cf. lib. XX, 61; XXV, 12. Ed. P.

Polemonia. Dioscorid. IV, 8, et Εὐπ. II, 414. H. — *Polemonium coeruleum.* Cf. sup. c. 28. Ed. P.

Teucria. Sive Teucrion. Tradit hoc Dioscorid. de altera Teucria, quae et chamaedrys dicta est, III, 111, et a Plinio, XXIV, 80. H. — *Teucrio.* Nobis est *Teucrium lucidum.* Conf. supra c. 20. Ed. P.

Sideritis Sideritis Heraclea. Hard. — *Stachys heraclea*, de qua cap. 15: *Nepeta Scordotis*, cap. 27. Ed. P.

Centaurii maioris. Et minoris quoque, teste Apuleio, cap. xxxv, t. 1: *Ad viperae morsum: Herbae centauriae minoris pulver in vino exhibitus; aut ipsa pisata in vino veteri, et potui data, validissime proficit.* Plin. Valer. III, 57: *Centauriae radix pondere denarii in tribus cyathis vini bibitur*, adversus serpentium morsus scilicet. H. — De *Centaurea Centaurio*, et *Chironia Centaurio*, pluries dictum. Ed. P.

Gentiana. De gentianae temperamento ad venenatarum bestiarum morsus, haec totidem verbis Diosc. III, 3. Haro. — Item nobis *Gentiana luteo.* Ed. P.

Et lysimachiae. Dioscorid. IV, 3. H. — Nempe *Lythri Salicariae.* Cf. sup. cap. 35. Ed. P.

Morsibus imponitur. Dioscorid. IV, 1; Plin. Val. l. c. H.

Cui vis tanta perhibetur. Scribo ex Vet. codice: *cuius tanta perhibetur vis.* Pint.

Vt inclusae circulo, etc. Nihil Diosc. Mirum tamen id et adnotandum. Dal. — *Vt.* Simile est quod de fraxino Noster retulit, lib. XVI, cap. 24. Hard.

Datur. Diosc. IV, 1. H.

denarii pondere cum tribus cyathis vini: vel farina drachmis tribus sextario aquae imponitur. Cantabrica, dictamnum, aristolochia: radicis drachma in vini hemina saepius bibenda. Prodest et illita ex aceto: similiter plistolochia. Quin et omnino suspensa supra focum fugat e domibus serpentes.

LVI. (IX.) Argemonia quoque, radice eius denarii pondere in vini cyathis tribus pota. Plura de ea convenit dici; caeterisque quae primum nominabuntur: in eo autem genere medendi primum nominari quamque, in quo maxime valebit. Folia habet, qualia anemone, divisa apii modo, caput in cauliculo papaveris silvestris, item radicem. Succum croci colore acrem et acutum. Nascitur et in arvis apud nos. Nostri tria genera eius faciunt, et id demum probant, cuius radix thus redoleat.

LVII. Agaricon ut fungus nascitur in arboribus

Aristolochia. Plin. Val. III, 57: *Aristolochiae radix pondere denarii in vini hemina saepius bibitur: et ipsa ex aceto contrita imponitur plagae.* Sic etiam Apuleius cap. IX de Aristolochia, l. 5, et Theophr. Hist. IX, 13. Hard.

LVI. *Argemonia.* Apul. c. XXXI, tit. 3: *Ad morsum serpentis, et scorpionis percussum: Herba argemonia drachmis duabus in vini cyathis duobus potui data, mire discutit venenum.* H. — *Argemania* Nobis item *Papaver Argemone* (*Polyand. monogyn.* gen. 1255 Pers. *Papaveraceae.* Juss.). Habitat in campis arenosis. Conf. de anemone, *quam multi argemonem putant*, lib. XXI, cap. 91. Ed. P.

Folia habet qualia anemone. Haec totidem verbis Dioscorid. II, 208, et Oribas. XI, 190: Αργεμώνη, ὅλον μέν ἐστιν ὅμοιον ἀγρίᾳ μήκωνι, τὸ δὲ φύλλον ἀνεμώνῃ, etc. H.

Tria genera eius faciunt. Dioscorides unicum tantum facit. Plinius supra anemonem dixit et argemonem vocari, quamvis falso, lib. XXI, c. 23. Secundum genus hoc est. Idem lib. XXIV, cap. 19, lappam cenariam, cuius radix iucundum odorem thuri similem spirat, argemonem quoque nuncupari tradit. Hoc est tertium genus. Idem lib. XXVI, cap. 9, inguinariam etiam argemonem appellari testatur. Quartum id genus statui potest. Dal.

LVII. *Agaricum ut fungus.* Diosc. ab Agaria Sarmatiae regione deduci id nomen putat. H. — Αγαρικὸν Dioscor. III, 1: Agaricum etiamnunc Offic. in. Agaricus sive Fungus Laricis, C. Bauh. Pin. 375: Boletus laricinus.

circa Bosphorum, colore candido. Datur obolis quatuor contritum cum binis cyathis aceti mulsi. Id quod in Gallia nascitur, infirmius habetur. Praeterea mas spissior, amariorque. Hic et capitis dolores facit. Femina solutior, initio gustu dulcis, mox in amaritudinem transit.

LVIII. Echios utriusque generis: pulegio similis foliis coronata: drachmis duabus ex vini cyathis

Gerard. Fl. Galloprov. 12; *Crypt.* Linn. *Fung.* Juss. Trunco laricum (*mélèzes*) adnascitur in Alpibus Galliae, Helvetiae, etc. Dioscoridi et Plinio duplex agarici genus, mas et femina; haec praefertur, ille reprobatur, etc. Hanc distinctionem officinae hodie non observant. Candidius et levius eligunt, et feminam quidem dicunt; mas vero vulgo appellatur aliud agarici genus ponderosum ac nigricans; minime in usu medico receptum, sed arti infectoriae inserviens, vel ad vicem igniarii praebendam; nostris *amadou*. Annosis inglandium, quercuum aliarumve arborum truncis adnascitur, a genuino officin. agarico prorsus diversum. Vim anhadstringentem, eccoproticam, anthelminticam neoterici agarico tribuunt, et potissimum ad pituitam evacuandam commendant, in morbis catharralibus, coryza, distillationibus, asthmate, tussi, etc. Externe raro usurpatur, licet contra morsus et ictus venenatorum animalium a Veteribus adhibitum fuerit. Cf. Linn. Mater. med. p. 278, ed. Schreber, Geoffr. Mater medic. tom. II, pag. 774 sqq. Eo. P.

Datur. Plin. Val. cap. 57, ad serpentium morsus: *Agarici oboli quatuor in duobus cyathis aceti mulsi propinantur.* Hard.

Id quod in Gallia nascitur. Plinius, XVI, 13: *Galliarum glandiferae maxime arbores agaricum* ferunt: maxime vero larices, ut ibi diximus. Hard.

Amariorque. Ita Reg. 2. In Reg. 1, *maiorque*, minus recte. H.

Initio gustu dulcis. Haec de utroque, mare et femina, Dioscor. loc. cit. Galen. item de Fac. simpl. med. VI, p. 150. Hard.

LVIII. *Echios.* Lib. XXIV, c. 15, clematis echites dicitur, quod utilis sit viperarum et serpentium morsibus. At quum ea duplex sit, altera daphnoides, et ea rursum duplex; haec floris purpurei; illa candidi, vel punicei; utraque folio coronis expetita; altera acerrimi gustus per sepes et arbores repens: de duplici daphnoide intelligenda sunt haec Plinii verba, non de altera, quam flammulam officinae vocant. Potest et non absurde intelligi echios utriusque generis, clematis daphnoides saliva, et silvestris. Vtraque enim passim reperitur. Dal. *Echios.* Serpentium morsibus, inquit, opitulatur echios utriusque generis: hoc est, ea quae pulegio similis... Item altera, etc. Priorem hanc ocimum illud esse silvestre censent herbarii eruditi, de quo egimus XX, 48. Plinius ibidem: *Silvestri ocimo vis efficacior.... contraque bestiarum morsus*

quatuor datur. Item altera, quae lanugine distinguitur spinosa, cui et capitula viperae similia sunt, haec ex vino et aceto. Quidam echion personatam vocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Huius radicem decoctam ex aceto dant potui. Hyoscyamum contusum cum foliis ex vino datur peculiariter contra aspidas.

LIX. Nulla tamen romanae nobilitatis plus habet,

e vino radice efficacissima. H. — Ωκιμοειδὴς Dioscor. IV, 28, sive ἕτερον ἔχιον, ut inscriptio huius est capitis in vet. cod. et in Noth. εἰ δὲ καὶ ταύτην ἔχιον καλοῦσι Conf. Saracen. ed. p. 255 et 464. Folia fert ocimi, etc. (*pulegii* Plinius ait, sed parum interest). Vim hanc habet semen in vino potum, ut viperarum, caeterarumque serpentium morsibus medeatur. Radix Plinio, loc. sup. laudat. efficacissima habetur, quae auctori graeco ἄχρηστος, inutilis, supervacua. Nobis *Saponaria Ocimoides* (*Decand. digyn.* gen. 416 Pers. *Caryophyll.* Juss.). Habitat in Europae petrosis, umbrosis, et in Atlante. Ed. P.

Item altera, etc. Echium vulgare Clusii, Histor. Bar. plant. V, p. 143. Buglossum nostri vocant, *buglose*. Borraginem, schola Salernitana, ut diximus, esp. 40. H. — *Altera quae lanugine*, etc. Nobis est *Echium rubrum* (*Pentand. monogyn.* gen. 363 Pers. *Borragin.* Juss.), a borragine, seu buglosso, de qua sup. prorsus diversum. Cf. Clus. Histor. Bar. II, 144 sq. Quibusdam *Echium vulgare*, minus bene. Vid. etiam lib. XXII, c. 24 et 25. Ed. P.

Cui et capitula. Semina, Nicand. in Ther. p. 44, cum Schol. p. 4. Diosc. IV, 27: Ἔχιον... τὰ μὲν φύλλα ἔχει προμήκη... πρὸς τὰ τῆς ἀγχούσης... τὰ δὲ ἄνθη παρὰ τὰ φύλλα πορφυροειδῆ, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ ὁ καρπὸς κεφαλῇ ἔχιος ὅμοιος. *Echion.... folia habet oblonga.... anchusae proxima... flores secundum folia purpureos, in quibus semen est viperae capitulo simile.* Addit demorsis a serpente capitulari e vino, et minime a serpentibus feriri eos, qui radicem praebiberint. Hard.

Quidam echion personatam vocant. Alia non est haec personata, quam lappa maior, de qua egimus XXI, 64. Ita restituimus, tum auctoritate codicum MSS. Regg. Colb., Chiff. tum Parmensis etiam editionis: quibus et Index suffragatur, in quo ea ex ordine describenda promittit, quae nunc persequitur: LVI. *Argemonia*, IV. LVII *Agarico*, XXXIII. LVIII *Echio, genera*, II. LIX *Hierabotane*, etc. Ipsa etiam argumenti ratio, in quo nunc Plinius habitat, apertissime ita legi postulat. Quum enim de echio proxime ante egerit, ex occasione ad personatam transit, quod echii nomine olim eo quoque venerit. Prius in editis legebatur, *quidam arcion*: transducta huc scilicet e cap. 66 ea voce, quae persolutae propria est, non personatae. H. — *Personatam.* Ἀρκτίον Dioscorid. IV, 107; nobis *Arctium Lappa* (*Syngenes aequal.* gen. 1798 Pers. *Cynarocephal.* Juss.), de qua iam Noster alias. Nostris vulgo, *bardane*. Ed. P.

quam hierabotane. Aliqui peristereona, nostri verbenacam vocant. Haec est, quam legatos ferre ad hostes indicavimus. Hac Iovis mensa verritur, domus purgantur lustranturque. Genera eius duo sunt: fo-

LIX. *Aliqui peristereona.* Dioscor IV, 61: ἱερὰ βοτάνη; οἱ δὲ περιστερεῶνα ἐκάλεσαν, etc. Gallis, *verveine.* A Clusio pingitur IV, p. 45. Apuleius. cap. III: *Peristereona, hoc est, columbinam.* Est enim Graecis columba, περιστερά. Vide quae dicturi sumus XXVII, 6. Hard. — *Peristereona.* Duplex περιστερεώνος Dioscoridi genus: unum, IV, 60, περιστερεὼν simpliciter dictum, quod nobis *Verbena* est *officinalis* (*Diand. monog.* Linn. *Didynam angiosperm.* gen. 1424 Pers. *Vitic.* Juss.). Habitat in rudaratis. Altarum genus, IV, 61, ἱερὰ βοτάνη, quae *Verbena supina.* Crescit in Hispania, etc. *Salviam* autem *Verbenacam* (*Diand. monogyn.* gen. 64 Pers. *Labiat.* Juss.) una cum *Verbena supina* tractare Plinium Sprengelius animadvertit. Haec autem salviae species per totius Europae australis et Orientis pascua nascitur, adeo frequens, ut esset mirum, si Noster eius non meminisset. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 200. Ed. P.

Indicavimus. Lib. XXII, cap. 3. H. — Dioscorides ad amuleta et purificationes, sive expiationes, adhiberi verbenacam solemne fuisse tradit: διὰ τὸ εὔχρηστον ἐν τοῖς καθαρμοῖς εἶναι, etc. Dalec.

Hac Iovis mensa verritur. Iovis Dapalis, τοῦ εἰλαπινάστου, cui cubanti in lectulo, cum Iunone et Minerva sedentibus in sellis, septemviri epulones sacram mensam exstruebant in Capitolio, et apparatum conviviis splendidum ac magnificum apponebant. Arnob. lib. II. Iovis Dapalis meminit etiam Cato lib. de Re rust. Dal. — *Hac Iovis.* Magnus in templis sacrique gentilium, usus mensarum fuit. Festus: *Mensae in aedibus sacris aramum vicem obtinebant.* Hinc Tullius or. de Arusp. resp. aras, mensas, focosque coniungit. In mensis sacris sacra fiebant, ac res divinae. Aureas argenteasque fuisse discimus ex Valer. Maxim. I, 12; Tullioque de Nat. Deorum III. Marmóreas, ex eodem, in Verrem. Proprio autem vocabulo, teste Festo, *Anclabris mensa ministeriis divinis apta* nominatur. Quibus verrendi eas munus obtigit, *everriatores* crediderim appellatos: qua voce a Festo signari alios intelligo, qui domum purgarent, ex qua mortuus ad sepulturam efferendus esset, certo scoparum genere adhibito, ab *extra verrendo.* Vt porro Iovis, sic et aliorum deorum peculiares mensae foere: in primis Iunonis: quae Curiales nominatae sunt, auctore Festo, *quod Iuno curis est appellata.* H.

Domus purgantur lustranturque. Lustrationes, cerimoniae fuere, quibus se a noxis purgare, mala avertere, numen placare nitebantur. Domus, si funus in illis fuisset: urbes, si prodigia nuntiata, si triste aliquod averruncandum omen: homines ipsi, tum aliis causis, tum vero in primis si caeda se polluissent, purgabantur, lustrabanturque. De domibus testis Plinius Festusque, verbo *everriator.* De urbibus quoque ipsis Plinius X, 17. Lucanus Phars. lib. I, apud quem Aruns vates: *Mox iubet et totam pavidis a civibus urbem Lustrari, et festo*

liosa, quam feminam putant: mas rarioribus foliis. Ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minora, quam quercus, angustioraque, divisuris maioribus, flos glaucus, radix longa, tenuis. Nascitur ubique in planis aquosis. Quidam non distinguunt, sed unum omnino genus faciunt, quoniam eosdem effectus habeat. Vtraque sortiuntur Galli, et praecinunt responsa. Sed magi utique circa

purgantes moenia lustro, Longa per extremos pomoeria cingere fines, etc. Homines a caede praesertim, Plin. XV, 40, ubi laurum docet esse suffimentum caedis et purgationem: similiterque Festus, verbo *Laureati*: *Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati a caede humana intrarent urbem. Itaque eamdem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat, vel quod medicamento siccissima sit: vel quod omni tempore viret, ut similiter respublica vireat.* Quin et exercitus lustrari mos fuit, quem Livius lib. XL fuse describit. Dii porro varii in lustrationibus culti: Iupiter τροπαῖος, Apollo ἀποτροπαῖος, hoc est depulsor malorum: Hercules ἀλεξίκακος, Iuno Sispita, Venus Cluacina, hoc est, purgatrix, ut dictum est XV, 36. A sacerdotibus lustratio saepe peracta: etiam et a mulierculis. Ovidius: *Et veniat quae lustret anus lectumque, locumque*, etc. Etiam se ipsi quandoque lustrabant. Sic Aeneas: *Donec me flumine vivo Abluero.* Lustrationum denique multiplices ritus. 1.° Circumactio, sive circumlatio. Quod enim rei lustrandae admovebant, id in orbem ducebant. Hinc illud Maronis, Aen. VI: *socios pura circumtulit unda.* Hoc est, *purgavit*, ut ait Servius: *Nam lustratio dicta est a circumlatione vel tedae, vel sulphuris.* Hanc religionem et villaribus inesse gallinis, ut se circumactos purificent, credidit Plinius X, 57; et Aristoteles, ut ibi monuimus, Histor Anim. VI, 3, p. 650, ubi de περικαρφισμῷ gallinarum. 2.° Aspersio, quae in lustrationibus praecipuas partes obtinuit. E lauro fiebant aspergilla. Testis Theophrast. in Char. tit. de superstitione: Ovid. Fast. V. 677: *Vda fit hinc laurus: lauro sparguntur ab uda Omnia quae dominos sunt habitura novos*, etc. Idcirco adhiberi solita in purificationibus a Plinio dicitur lib. XV, cap. 40. 3.° Fumus et suffitus, sive sulphure, tedisque accensis, sive herbis. De sulphure dicemus suo loco, XXXV, 50. Inter herbas principem tenuit locum verbena; de qua Virg. in Ecl. VIII, v. 65: *Verbenasque adole pingues.* Myrtus denique, quae et verbena idcirco myrtea appellata est, XV, 37; nam quaevis virgulta religioni, suffituique apta, verbenae dicebantur. Tum laurus, ut ex allatis Plinii, Festique testimoniis, atque adeo aliis, palam est. De sabina pariter herba, de rore marino, ac caeteris, quae in hos adhibentur usus, diximus suis locis. Hard.

Quidam non distinguunt. Vt Dioscorides. Hard. — Vide not. hui. cap. primam fin. Ed. P.

Vtraque sortiuntur Galli. Vel sor-

hanc insaniunt. Hac perunctos impetrare quae velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. Colligi circa Canis ortum debere, ita ut ne luna aut sol conspiciat, favis ante et melle terrae ad piamentum datis. Circumscriptam ferro effodi sinistra manu, et in sublime tolli. Siccari in umbra separatim folia, caulem, radicem: aiuntque, si aqua spargatur triclinium, qua maduerit, laetiores convictus fieri. Adversus serpentes conteritur ex vino.

LX. Est similis verbasco herba, quae saepe fallit pro ea capta, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Haec abiecta blattas in se contrahit, ideoque Romae blattaria vocatur.

LXI. Lemonium succum lacteum mittit, concre-

tes et oracula reddunt, vel iudicia instituunt. Virgilius: *Nec vero haec sine sorte datae, sine iudice sedes.* Dal. — *Vtraque.* Vtramque adhibent in sortibus, ut futura praenuntient. H.

Aiuntque. Diosc. l. c. H.

Laetiores convictus fieri. Id est, quod Plutarchus scribit initio Συμποσιακῶν, Οἱ μὲν οὖν ἐκ βούγλωσσα καταμιγνύντες εἰς τὸν οἶνον, καὶ ταῖς ἀποβρέγμασι περιστερῶνων καὶ ἀδιάντων ῥαίνοντες. Dalec.

Adversus serpentes conteritur. Diosc. iterum l. c. Hard.

LX. *Est similis verb. herba.* Sane verbasculum herbarii quidam etiamnum vocant. Blattaria est flore albo, quam Lobelius delineat in Obss. pag. 301. Vidimus in horto Regio. H. — *Verbasco similis herba.* Dioscor. IV, 101: Γίνεται καὶ φλόμος ἡ λεγομένη ἀγρία, ῥάβδους ὑψηλὰς φέρουσα καὶ δενδρώδεις· ἔχει δὲ ἄνθος μήλινον, χρυσοειδές. *Est et verbascum silvestre dictum, virgas gerens altas et arboris specie lignosas (vel surculosas): habet autem florem luteum, auro similem.* Nobis est *Phlomis Lychnitis* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1397 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Europa meridionali. Ed. P.

Blattaria vocatur. Gron. et al. ante Hard. *Blattariam vocant.* Ed. P.

LXI. *Lemonium.* Vide supra lib. XXII, c. 2, Plinius scolymum leimoniam vocari putavit, ac ideo de leimonio id scripsit. Vide quae notata sunt cap. 7 sequentis libri de silybo. Scolymum cuius radix lacteo succo manat, et in cibos cruda coctaque recipitur, describit Anguillara lib. VIII. Dal. — *Lemonium.* Λειμώνιον, quoniam in pratis provenit, ἐν λειμῶσι, humidisque locis. Dioscor. IV, 16. In quibusdam MSS. *molemonium* inepte legitur. Est beta silvestris, de qua XX, 28. Hard.

Lemonium succum lacteum mittit.

scentem gummi modo, humidis locis. Datur denarii pondus in vino.

LXII. Quinquefolium nulli ignotum est, quum etiam fraga gignendo commendetur: Graeci vocant

Plin. lib. XX, cap. 28: *Est et beta silvestris, quam limonium vocant, alii neuroides*, etc. Item Dioscor. IV, 16: Λειμώνιον, οἱ δὲ νευροειδής, etc. Hoc limonii genus plerique referunt ad Limonium maritimum maius, C. Bauh. Pin. 192, seu Behen rubrum Officin. quod nobis *Statice Limonium* (*Pentand. pentag.* gen. 748 Pers. *Plumbagin.* Juss.), a beta silvestri legitima omnino genere diversa. Hanc autem staticen designare hoc loco Plinius sane non voluit, quae succum nullum fundit; neque etiam ad silybum Dioscor. IV, 159 videtur respexisse (nobis est *Carduus marianus*, de quo conf. lib. XXII, 42), quanquam τῆς ῥίζης ὀπός, succus e radice stillans denarii pondere potui datur (conf. lib. XXVI, c. 25). Scolymon potius Noster intellexit, de quo fusius ipse lib. XXII, cap. 43: *Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, et alio nomine* limoniam *appellat*, etc. Est σκόλυμος, ἡ δὲ λειμωνία Theophrast. Histor. lib. VI, cap. 3: ῥίζαν εὐώδιμον ἔχον, ἡ σκληρυνομένη ἀφίησιν ὀπόν, *radicem edulem habens, quae durescens succum emittit*. Lib. VI, cap. 4. Nobis *Scolymus maculatus* (*Syngen. aequal.* gen. 1789 Pers. *Cichorac.* Juss.). Habitat in Gallia Narbonensi, Lusitania, Italia, Barbaria, etc. Cf. l. XXI, cap. 56. Ed. P.

LXII. *Quinquefolium*. Marc. Emp. cap. XII, pag. 93: *Quinquefolium in quo fraga nascuntur*, etc. Et quinquefolium quidem fragiferum a Clusio plogitur Hist. Rar. plant. V, p. 107, visum a nobis in horto Regio. Quare hic temere Plinium Dalecampius inconsideratiae arguit Hard. — *Quinquefolium*. Πεντάφυλλον μέλαν Hipp. πεντάφυλλον Theophr. Hist. IX, 14; Dioscorid. IV, 42; nobis *Tormentilla erecta* (*Icosand. polyg.* gen. 1242 Pers. *Rosae.* Juss.). Habitat in pascuis siccis, et silvis; et ipsa quidem medicaminibus simplicibus etiamnunc adscribitur. Cf. Linn. Mat. Med. pag. 157, cur. Schreber. Pentaphyllum vero Officinar. est *Potentilla reptans* (gen. 1241 Pers.). In Europae ruderatis, apricis, argillosis non infrequens. Quinquefolium autem fragiferum, C. Bauh. Pin. 326 et al. nobis est *Potentilla rupestris*; nascitur in rupibus umbrosis alpinis, a *Fragaria vesca* et fructu, et genere omnino diversa. Vid. not. seq. Ed. P.

Fraga gignendo commendetur. Incogitanter foliorum similitudine deceptus Plinius, cum pentaphyllo, quod edulem fructum nullum gignit, miscet herbam fraga ferentem, folio saoe diversam a pentaphyllo, quum huic triplex tantum sit, pentaphyllo vero quintuplex. Dal. — Erravit Plinius quum pentaphyllon atque herbam fraga ferentem pro eadem accepit, ac pentaphylli notas simul ac vires eidem herbae praeter πεντάφυλλον nomen censuit adscribendas. Existimarem tamen in re tam nota esse codicis potius quam Plinii errorem, ac pro *pentaphyllo trifolium* legi oportere, quoniam ea herba quae fraga gignendo commendatur, et quae nulli ignotum est, non quinis, sed trinis foliis constat: nisi postea Plinius caetera no-

pentapetes, sive pentaphyllon. Quum effoditur, rubram habet radicem. Haec inarescens, nigrescit, et angulosa fit. Nomen a numero foliorum habet. Et ipsa herba incipit et desinit cum vite. Adhibetur et purgandis domibus.

LXIII. Adversus serpentes bibitur et eius radix, quae sparganion vocatur, ex vino albo.

LXIV. Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodotus, quae persequi nihil attinet, quum sint differentiae duae: probatissimi in Creta, mox in Achaia,

mina graeca subiungeret, atque alia afferret indicia, quae non sunt alterius herbae quam pentaphylli propria. Cf. Leonic. Vincentin. de Plinii Errorib. Ed. P.

Pentapetes. Πενταπετές. Dioscor. in Noth. pag. 465, et Nicandro in Ther. pag. 60, πενταπέτηλον, utrumque a foliorum numero, in quas se pandit et extendit: ἀπὸ τοῦ πετάζειν, quod est extandere. Sic et πενταφύλλον. Χαμαίζηλον humi depressum ac repens sonat. Hard. — *Pentapetes, sive pentaph.* Gronov. et al. *pentapet. sive chamaezelon, sive pentaph.* Ed. P.

Quum effoditur. Sic Theophr. Hist. IX, 11: Ἡ δὲ τοῦ πενταφύλλου, ἢ πενταπέτου,... ὀρυττομένη ἐρυθρὰ· ξηραινομένη δὲ μέλαινα γίνεται, καὶ τετράγωνος. Hard.

Et ipsa herba incipit. Theophr. l. c. Hard.

Adhibetur et purgandis domibus. Diosc. IV, 42: Τέμνεται δὲ καὶ πρὸς καθαρμούς. *Inciditur ad expiationes, lustrationesque.* Hard.

LXIII. *Et eius radix.* Et eius herbae radix. Cave enim cum Indicis Pliniani concinnatoribus, qui hactenus fuere, ad quinquefolium ista spectare existimes, ut eius radix sparganion vocitetur. De sparganio, ceu peculiari herba, tum index operi huic praefixus, tum Dioscorides IV, 21: Σπαργάνιον... δίδοται ἡ ῥίζα καὶ ὁ καρπὸς σὺν οἴνῳ θηριοδήκτοις. Butomos haec Theophrasti est, cuius ille meminit Hist. lib. IV, c. 11. Pingitur a Lobelio, in Obss. pag. 41. Platanaria a Dodonaeo appellatur pag. 591. Vidimus in horto Regio. Hard. — *Sparganion.* Servat nomen *Sparganium ramosum (Monoec. triand.* gen. 2027 Pers. *Typhac.* Juss.). Habitat in aquosis. Βούτομος Theophr. IV, 11, alius est generis, et nobis eodem nomine dicitur *Butomus umbellatus (Enneand. Hexagyn.* gen. 1002 Pers. *Iune.* Juss.). Habitat cum priori. Conf. Spreng. Histor. Rei herb. tom. I, p. 90. Ed. P.

LXIV. *Genera quatuor.* Tria Dioscorid. Diocles vero libro de Salubribus quartum addidit, nempe staphylinum. Dalec. — *Quatuor.* Scholiast. Nicandri in Ther. pag. 10: Δαῦκόν ἐστι ῥίζιον, παρόμοιον σταφυλίνῳ... εἰσὶ δὲ δύο γένη τῆς δαύκου· ἡ μὲν Κρητικὴ, ἡ δὲ Ασιατική. Ο δὲ Πλούταρχος πλείονα μὲν φησιν αὐτῶν γένη εἶναι. *Daucus est radicula similis pastinacae... Sunt autem genera duo: Creticum et Asiaticum. Plutarchus etiam plura agnoscit.* H.

Probatissimae in Creta (sic olim).

et in siccis ubicumque nati, feniculi similitudine, candidioribus foliis et minoribus hirsutisque: caule pedali recto, radice suavissimi gustus et odoris. Hoc in saxosis meridianis. Reliqua genera ubique nascuntur terrenis collibus limitibusque, nec nisi pingui solo, foliis coriandri, caule cubitali, capitibus rotundis, saepe pluribus quam ternis, radice lignosa; et quum inaruit supervacuá. Semen huius cumino simile prioris, milio: album, acre, odoratum omnibus, et fervens. Secundum priore vehementius est ideoque parce sumi debet. Si iam maxime tertium

Scribo *probatissimi* ex vet. eod. et sequitur confestim, *et in siccis ubicumque nati.* Pint. — *Probatissimi.* Haec primi Dauci differentia, qui Creticus, Achaicusque cognominatur. Dioscor. III, 83, Creticus: Theophr. Hist. IX, 22, Patrensis ex Achaia: Δαῦκον τὴν Πατρικὴν τῆς Ἀχαΐας. Describitur iisdem notis a Diosc. loc. cit. Plogitur a Matthiolo in Diosc. I, p. 779. Vidimus in horto Regio. H. — Δαῦκος Κρητικός Diosc. loc. laud. nobis est *Athamanta cretensis* (*Pentand. digyn.* gen. 688 Pers. *Vmbell.* Juss.), sive Daucus creticus Offic. Habitat in Helvetia, Austria, Carniolia, et Creta, unde semen advehitur quod in usum medicum venit. Eo. P.

In saxosis. Gron. et al. *in saxosis nascitur mer.* et sic quoque Brot. ex MSS. Regg. et edit. princ. Eo. P.

Reliqua genera ubique. Quae coriandri, apiive folio constaot. Ex hoc est numero daocus selinoides secundus Lobelii in Obss. p. 414; Matthioli in lib. III, pag. 780. II. — *Reliqua genera.* Quamvis *reliqua* dicat, Noster ipse unum hic subesse genus significat, dum paulo post *tertium*, non *quartum* subiungit. Broterius item unum, ut videtur, credit, quod refert ad Daucum vulgarem Clus. seu Pastinacam tenuifoliam, silvestrem Dioscoridis, vel Daucum Officin. C. Bauh. Pin. 151; qui nobis est *Daucus carota* (*Pentand. digyn.* gen. 681 Pers. *Vmbellif.* Juss.), var. β, silvestris, Dioscorides tamen, quem Plinius hoc loco non satis exacte transtulit, post creticum, duplex etiam describit distingnitque dauci genus: ὁ δέ τις αὐτῶν σελίνῳ ἀγρίῳ παραπλήσιος, unum apio silvestri simile, quod Sprengelio idem eum *Laserpitio silaifolio* (*Pentand. digyn.* gen. 693 Pers. *Vmbellif.* Juss.). Habitat in saxosis asperis Austriae, Carniolae, etc. Alterum, ὁ χαρίῳ φύλλα ἔχει, foliis coriandro simile, quod nobis est *Pimpinella peregrina* (*Pentand. digyn.* gen. 722 Pers. *Vmbellif.* Juss.). Habitat in Italiae pascuis sterilibus. Cf. Column. Ecphras. I, p. 108, t. 109; Sprengel. Histor. Rei herb. I, 165 et 167 sq. Eo. P.

Prioris. Cretici. Hard.

Secundum. Quod selinoides appellavimus: quod apii, et quod coriandri folio est. Hard. — Conf. sup. not. 4 fin. Eo. P.

Tertium. Immo quartum. Vid. lib. XIX, cap. 5. Dal. — *Tertium genus.*

genus facere libeat, est simile staphylino, quod pastinacam erraticam appellant, semine oblongo, radice dulci. Omnia haec hieme et aestate sunt intacta quadrupedi, nisi post abortus. Ex aliis usus seminis: ex Cretico, radicis est: magis ad serpentes bibitur e vino drachma una. Datur et quadrupedibus percussis.

LXV. Therionarca alia quam Magica, et in nostro orbe nascitur fruticosa, foliis subviridibus, flore roseo: serpentes necat: cuicumque admota ferae, et haec torporem affert.

LXVI. Persolata, quam nemo ignorat, Graeci

A duobus proxime appellatis diversum: carotae nomine vulgo notum, de quo egimus XIX, 27. Hard. — *Tertium genus.* Item Broterio est Pastinaca tenuifolia, radice lutea, C. Bauh. quae nobis *Daucus Carota*, var. α, saliva: nostris vulgo, *carotte.* Σταφυλίνος ἄγριος Dioscor. III, 59, Sprengelio idem est cum *Dauco mauritanico.* Habitat in Hispania, Italia, Mauritania. In medio umbellae πορφυροειδές τι, purpureo colore quiddam esse ait graecus auctor, quo significantur flosculi centrales abortivi, dilute purpurei, vel carnosi. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 164. Ed. P.

Aestate sunt intacta. Quum caeli fervor ad pabula viridia quadrupeda incitat. Dal.

Post abortus. Ad partus mortuos expellendos, vel secundas eiiciendas. Diosc. III, 83. Hard.

Ex Cretico, radicis est, etc. Sic ex MSS. Hard. post Pintianum et Gronovium. Prius legebatur: *ex Creta radicis dulcis, et magis ad serpentes est. Bibitur*, etc. Ed. P.

LXV. *Therionarca.* Herbariis incognita. H. — *Therionarca.* Haec videtur esse Chamaenerion angustifolium, alpinum, flore purpureo. Tournef. De magica dictum supra lib. XXIV, cap. 102. Brot.

Cuicumque admota ferae et haec, etc. Sensus est, eam vim huic quoque therionarcae inesse, quam magicae illi supra memoratae, unde et nomen utrique commune, θηριονάρκη, ac si dicas, ferae torpor. Gelen.

LXVI. *Persolata.* Officinarum Petasites Matthiolo: tamen haec descriptio prorsus eadem est cum historia personatae apud Dioscoridem. Hoc ipso capite de hac iam Plinius tractaverat. Vid. lib. XXI, cap. 33. Dalec. — *Persolata.* Dioscor. lib. IV, cap. 107, de ἀρκείῳ, arcio, sive personata: Φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τῆς κολοκύνθης, μείζονα μέν τοι, καὶ σκληρότερα, καὶ μελάντερα, καὶ δασέα· ῥίζα μεγάλη καὶ λευκὴ ἔνδοθεν, etc. *Folia habet cucurbitae, maiora tamen, duriora nigrioraque et hirsuta; radix grandis est, et intus alba*, etc. Quae totidem verbis fere hoc ipso Noster repetit: sed quoad medicinas pertinet, ab auctore graeco discedit; nec tamen quae nunc commendat, ad tussilaginem cuius infra meminit

vero arcion vocant, folia habet maiora etiam cucurbitis et hirsutiora, nigrioraque et crassiora, radicem albam et grandem. Haec ex vino bibitur denariorum duum pondere.

LXVII. Item cyclamini radix contra serpentes omnes. Folia habet minora, quam edera, nigriora-

Dioscorid. lib. IV, cap. 108, commode referri possunt. An pro *periolata*, una mutata litterula, legere satius sit *personata*? Hoc libentius credidarim; sed scrupulum iniicit, quod ἀρκτίον Diosc. loc. citat. (nobis est *Arctium Lappa* Lion. nostris vulgo *bardane*) peculiariter Plinius paulo supra tractaverit, cap. 58. Eo. P.

Persolata, quam nemo ignorat. In magno haec est ambitu nominum. Apuleius anim cap. XXXVI: *Graece*, inquit, *prosopites aut prosopes vocata est ... Itali personaciam.* Diosc. lib. IV, cap. 187: *Ἀρκτιον, οἱ δὲ προσωπίδα, οἱ δὲ προσώπιον καλοῦσι.* Et in Nothis: *Ῥωμαῖοι περσονάκιαν, οἱ δὲ λάππαν.* Sed haec postrema verba merito inter notha seu spuria censentur, quum ad personatam illa spectent, de qua cap. 58; non ad persolatam: haec enim lappas nullas habet, personata plurimas: caulem haec habet, persolata non habet. Eodem in errora versatus Apuleius videtur loc. cit. Petasites haec officinarum est: pedicelus scilicet cubito maior, crassitudine pollicis, a quo praegrande folium galeri modo amplum, et fungus, dependat. Petasites a petaso pileum significante, nomen traxit apud Graecos, apud quos petasati Castor et Pollux dicuntur: hec aliud in Mercurio petasus est; quam galerus. Tantae amplitudinis folium est, ut et caput ab insolatu at pluviis vindicare possit: inde persolatae nomen. Pingitur a Dodonaeo pag. 487. Vidimus in Horto regio. Hard. — Πετασίτης nobis eodem nomine est *Tussilago Petasites* (*Syngenes. superfl.* gen. 1863 Pers. *Corymbifer.* Juss.). Habitat ad margines fossarum, rivorum, in Anglia, Gallia, Germania, etc. Eo. P.

Graeci vero arcion vocant. Etiam et ἀρκτίον apud Galen. de Fac. simpl. med. lib. VI, p. 459. Hard.

Folia. Totidem verbis Dioscor. lib. IV, cap. 107; Galenus, loco citato. Hard.

Haec ex vino bibitur. Apuleius, c. XXXVI, tit. 1, quanquam is ibi, ut diximus, personatam cum persolata miscet. Dioscorid. loc. cit. drachmae unius tantum pondere adhibetur. H.

LXVII. *Item cyclamini radix.* Est Cyclamen orbiculato folio, inferne purpurascente, C. Bauh. Pin. 308. Brot. — *Cyclamini*: Dioscor. lib. II, cap. 194: Κυκλάμινος φύλλα ἔχει κισσοῦ δίκην, etc. Nobis est *Cyclamen ederae folium* (*Pentand. monog.* gen. 884 Pers. *Lysimach.* Juss.). Habitat in Italia, etc. Eo. P.

Folia habet minora, quam edera. Dioscorid. loc. cit. etsi minus accurate quam Plinius. Nunc mutata, interpolatione ineruditorum, voce, partim *cyclamen*, partim *panem porcinum* nostra aetas appellat: sunt et qui S. Claudii nomine indigitent. Vidimus folio maculato cyclaminum in Horto regio, qualis a Clusio describitur, lib.

que et tenuiora sine angulis: in quibus albicant maculae. Caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, ut rapum videri possit, cortice nigro. Nascitur in umbrosis: a nostris tuber terrae vocatur: in omnibus serenda domibus, si verum est, ubi sata sit, nihil nocere mala medicamenta: amuletum vocant. Narrant et ebrietatem repraesentari addita in vinum. Radix siccata, scillae modo concisa, reponitur: decoquitur eadem ad crassitudinem mellis. Suum tamen venenum ei est; traduntque, si praegnans radicem transgrediatur, abortum fieri.

LXVIII. Est et altera cyclaminos cognomine cis-

II, pag. 264, tit. *Cyclamini odorati varietas*. H.

Amuletum vocant. Graecis περίαπτον, sive φυλακτήριον et ἀμυντήριον. Amuleta Varroni, de Lingua Latina, lib. VI, et Festo, *proebia*, vel ut Scaliger acute correxit, *proebra* dicuntur, quemadmodum inebras aves nominarunt, quod prohibeant ne quid noceat. Amuletum fascinus pueris fuit turpicula res, ut ait Varro, nempe imago pudendi virilis appensa collo: unde Plauto *praefiscine*, bono omine, ἀβασκάντως. Graeci, amuleta etiam βασκάνια nominarunt, et ἀλεξίφθονα. Pro amuleto Satyrica signa in hortis ponuntur supra, lib. XIX, cap. 4. Dat.

Ebrietatem. Statim induci. Μεθύσκει δὲ οἴνῳ μιχθείσα. Dioscor. loc. citat. cum Theophr. Hist. lib. IX, c. 10. Hasp.

Radix. Diosc. loc. citat. H. — *Radix siccata*. Radix *Cyclaminis* Officinarum (*Cyclaminis* Europaei Linn. Spec. pl. 202; Hort. Upsal. 47) recens valde acris est: ubi vero exsiccata est, nulla acredo percipitur (assata, fit esculenta Linn.). Inter purgantia vehementiora refertur: bilem at serum educit, sed parum tutus videtur internus usus: nam fauces urit, ventriculum, etc. Conf. Geoff. Mat. med. III, p. 392. Eo. P.

Traduntque, si praegnans, etc. Dioscorid. loc. cit. totidem verbis. Simile est quod Theophr. habet, Histor. lib. IX, cap. 10, ad accelerandum partum utile esse cyclamini radicem adalligari, τὶς ὠκυτόκιον. H. — Succus radicis abdomini illitus ventrem subducit, aquas hydropicorum per alvum, menses suppressos movet, foetum nonnumquam expellit. Geoff. loc. cit. Vim drasticam, emmenagogam cyclaminis radici Linnaeus item agnoscit, Mat. med. p. 63, ed. Schreber. Eo. P.

LXVIII. *Est et altera cyclaminos*. Totidem verbis Dioscorides, lib. II, cap. 195: Κυκλάμινος ἕτερα, ἣ ἔνιοι κισσάνθεμον, ἢ κισσόφυλλον καλοῦσι. Φύλλα ἔχει κισσῷ ὁμοιότατα, etc. Hanc Ruellius lib. II, p. 413, male confundit cum uva taminia, de qua nos egimus lib. XXI, cap. 50, 50, et lib. XXIII, cap. 14. Est Dodonaei Dulcamara, p. 398. A similitudine cum

santhemos, geniculatis caulibus, supervacuis, a priore distans, circa arbores se volvens, acinis ederae, sed mollibus, flore candido, specioso, radice supervacua. Acini tantum in usu, gustu acri, sed lenti. Siccantur in umbra, tusique dividuntur in pastillos.

LXIX. Mihi et tertia cyclaminos demonstrata est, cognomine chamaecissos, uno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necantur.

LXX. Sed inter primas celebratur peucedanum, laudatissimum in Arcadia, mox Samothrace. Caulis

folio et flore ederae graeca nomina ea accepit. Hard. — *Altera*. Cf. not. sequent. Ed. P.

Altera cyclaminos cognomine cissanthemos. Brot. est Bryonia laevis, sive nigra, racemosa, C. Bauh. nobis *Bryonia alba* (*Monoec. monad. gen.* 2162 Pers. *Cucurbitac.* Juss.), de qua iam Noster egit; habitat in sepibus. Sprengelio autem κισσάνθεμον ἢ κισσόφυλλον Dioscor. loc. laud. idem esse videtur atque *Lonicera Caprifolium*. (*Pentand. monogyn.* gen. 485 Pers. *Caprifoliac.* Juss.); crescit in nemorosis et dumetis Europae, praesertim australis. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 164. Ed. P.

Circa arbores. Viticularum et capreolorum more: ἑλικοειδῶς. Dioscor. loc. cit. Hard.

Radice supervacua. Ῥίζα ἄχρηστος, *nullius usus*. Hard.

Sed lenti. Dum manduntur viscosi ac lubrici. Καρπὸς δὲ γλισχρός. Dioscor. loc. cit. Hard.

LXIX. *Tertia cyclaminos*. Broterio est Parnassia palustris, vulgaris Tournefort. Gramen Parnassi albo simplici flore, C. Bauh. Pin. 309, quod nobis *Parnassia palustris*, de qua iam agimus XXIV, 118. Illa vero cyclaminos, cognomine chamaecissos, Sprengelio iudice, nihil aliud est quam *Convallaria bifolia* (*Hexand. monogyn.* gen. 817 Pers. *Asparagin.* Juss.). Habitat in Europae et borealis Americae silvis. Eamdem ceraliae nomine Noster iterum, ut saepius accidit, tractat lib. XXVI, cap. 34. Conf. Hist. Rei herbar. tom. I, pag. 202 sq. Ed. P.

LXX. *Sed inter primas celebratur peucedanum*. Officinae pleraeque feniculum porcinum appellant. Graecis πευκέδανος, quasi pinastellum, a πεύκη. Iconem vide apud Lobelium, in Obss. pag. 453; et apud Dodonaeum, pag. 314. Ipsum in Horto regio vidimus. Hard. — Πευκέδανος Dioscoridis, l. III, cap. 92, nobis eodem nomine est *Peucedanum officinale* (*Pentand. digyn.* gen. 689 Pers. *Umbellif.* Juss.). Habitat in Europae australioris pratis pinguibus. Ed. P.

In Arcadia. Dioscor. loc. sup. laud. quem Serapion, Oribasius, Apuleius c. XCIV, sequuti sunt: ἐν Σαρδονίᾳ, dixit, καὶ Σαμοθράκῃ. Hard.

Caulis est et tenuis. (Sic olim.) Voss. *Caulis et tenuis*. Alii omnes:

ei tenuis, longus, feniculo similis, inxta terram foliosus, radice nigra, crassa, gravi odore, succosa: gignitur in montibus opacis: foditur exitu autumni. Placent tenerrimae et altissimae radices; hae conciduntur in quaternos digitos osseis cultellis, funduntque succum in umbra, capite prius et naribus rosaceo perunctis, ne vertigo sentiatur. Et alius succus invenitur caulibus adhaerens, incisisque manat. Probatur crassitudine mellea, colore rufo, odore suaviter gravi, fervens gustu. Et hic in usu, et radix, et decoctum eius, plurimis medicamentis. Succo tamen efficacissimo, qui resolvitur amaris amygdalis aut ruta, bibiturque contra serpentes et ex oleo peruncto tuetur.

LXXI. (x.) Ebuli quoque, quem nemo ignorat, fumo fugantur serpentes.

LXXII. Privatim adversatur scorpionibus polemoniae radix, vel adalligata tantum; item phalangio, ac caeteris minoribus venenatis. Scorpionibus aristo-

Caulis est tenuis. Fuit ab auctore: *Caulis ei tenuis.* Gronov. — *Caulis ei tenuis*, etc. Totidem verbis Dioscorides, loc. cit. Hard.

Placent tenerrimae et altissimae. Diosc. loc. cit. Hard.

Hae conciduntur in, etc. Diosc. totidem verbis loc. cit. Hard.

Ne vertigo sentiatur. Inter colligendum capitis dolorem vertiginemque inducit, nisi quis prius nares rosaceo perunxerit, eodemque caput irrigaverit. Dioscorides, loc. cit. H.

Et alius succus. Dioscor. loc. citat. iisdem verbis. Hard.

Odore suaviter gravi. Hanc esse optimi indicaturam succi, etiam Dioscor. approbat loc. cit. Hard.

Plurimis. Gronov. et al. ante Hard. *pluribus.* Ed. P.

Qui resolvitur. Diluitur, commiscetur, ad potiones. Dioscor. Αὐτοῦ δὲ ὁ ὀπὸς εἰς τὰ ποτήματα ἀμυγδάλοις πικροῖς, ἢ πηγάνῳ, etc. item pane calido, et anetho. Hard.

Et ex oleo peruncto. Nicand. in Theriac. pag. 7. Vel solo suffitu fugari serpentes auctor est Dioscor. l. cit. Hard.

LXXI. *Ebuli.* Nobis *Sambucus Ebulus* (*Pentand. trigyn.* gen. 729 Pers. *Caprifoliac.* Juss.), nostris vulgo *hièble*; de qua iam Noster egit lib. XXIV, cap. 35. Ed. P.

LXXII. *Adv. scorpionibus.* Totidem verbis Dioscorides, lib. IV, cap. 35. Hard.

Scorpionibus. Dioscor. lib. IV, cap. 6, de aristolochia clematiti. H.

lochia : agaricum obolis quatuor in vini mixti cyathis totidem. Verbenaca et phalangio cum vino aut posca : item quinquefolium, daucum.

LXXIII. Verbascum Graeci phlomon vocant. Genera habet prima duo : album, in quo mas intelligitur : alterum nigrum, in quo femina. Tertium genus non nisi in silvis invenitur. Sunt folia brassicae latiora, pilosa, caulis erectus, cubitali amplior. Semen nigrum inutile. Radix una, crassitudine digiti. Nascun-

Agaricum obolis quatuor. Dioscor. lib. III, cap. 1, drachmae unius pondus propinat. Hard.

Verbenaca. Apuleius, cap. III, tit. 8 : *Ad morsum araneorum : Graeci phalangia vocant : Herbae verbenacae ramulos ex vino decoquito, et conterito : deinde quod acetaverit, plagae imponito et adaperiet : postea crudam contritam cum melle in hulcus audacter insertam mature ad sanitatem perducere, certus auctor affirmat.* H.

Daucum. Dioscorides, lib. III, cap. 83. Hard.

LXXIII. *Verbascum.* Dioscor. lib. IV, cap. 104 : Φλόμος τὴν μὲν ἀνωτάτω διαφορὰν ἔχει διττήν· ἡ μὲν γάρ ἐστιν αὐτῆς λευκὴ, ἡ δὲ μέλαινα· καὶ τῆς λευκῆς ἡ μὲν θήλεια, ἡ δὲ ἄῤῥην. *Verbascum genera habet summa duo : siquidem hoc album est, illud nigrum ; rursumque in albi genere alterum mas est, alterum femina.* Dioscoridem non satis exacte Noster transcripsit, qui tria tantum genera fecit, dum quatuor graecus auctor describeret. In albi genere femina, θήλεια, nobis est *Verbascum Thapsus* (*Pentand. monogyn.* gen. 490 Pers. *Solanac.* Juss.). Habitat in Europae glareosis sterilibus Ἄῤῥην, mas, idem ac *Verbascum sinuatum.* Habitat in Gallia meridionali et Europa australi. Nigrum autem, μέλαινα, item nobis est *Verbascum nigrum* ; in silvaticis non infrequens. Tertium autem genus qui *non nisi in silvis invenitur* iam Noster indicavit sup. cap. 60, dum *similem verbasco herbam* describeret, quae *abiecta blattas in se contrahit* ; *ideoque Romae blattaria vocatur* : Est *Phlomis Lychnitis*, de qua loc. cit. egimus. Ed. P.

Genera habet prima duo. Haec totidem verbis Apuleius, cap. 71. Paulo aliter Dioscorides, IV, 104, qui genera primum duo summa statuit, nigrum et candidum : posterioris deinde generis marem ac feminam. Dioscoridem, ut solet, sequitur Galenus, de Fac. simpl. med. lib. VIII, p. 239. A caeteris dissidet in forma verbasci gemina delineanda Cratevas apud Schol. Nicandri in Theriac. p. 39. Nos etiam genera plura in Horto regio vidimus. Marem et feminam pingit Lobelius in Obss. p. 303. H.

Tertium genus. Nempe silvestre, de quo mox. Hard.

Sunt folia. Verbasco nempe sativo, mari ac feminae, Diosc. et Apul. ll. cc. Hard.

Semen nigrum inutile. Dioscor. l. c. Hard.

Radix. Diosc. loc. cit. Hard.

tur et in campestribus. Silvestri folia elelisphaci, alta, ramis lignosis.

LXXIV. Sunt et phlomides duae hirsutae, rotundis foliis, humiles. Tertia lychnitis vocatur, ab aliis thryallis, foliis ternis, aut quum plurimum quaternis, crassis, pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis. Aiunt in foliis eius, quam feminam diximus, ficus omnino non putrescere. Distingui genera haec paene supervacuum est, quum sint omnia eiusdem effectus. Contra scorpiones bibitur radix cum ruta, ex aqua, magna amaritudine, sed effectu pari.

LXXV. Thelyphonon herba ab aliis scorpion vo-

Silvestri folia elelisphaci. Sive, quod idem est, salviae. Dioscor. et Apul. H. cc. Effigiem vide apud Dodon. p. 146, ubi silvestre alterum vocat. H. — Vid. not. 4 sup. Ed. P.

LXXIV. *Sunt et phlomides duae.* Dioscor. totidem verbis, loc. cit. Εἰσὶ δὲ καὶ φλομίδες δύο λεῖαι, δασεῖαι, etc. Est autem φλομὶς verbasculum Latinis veteribus: recentioribus herbariis, primula veris, cuius varias species delineat Clusius, Hist. Rar. plant lib. III, p. 301 sq. nos in Horto regio vidimus. *Primevère.* His vero ne plane assentiamur, prohibet laevitas foliorum, quae in primula veris deprehenditur: quum hirsuta esse verbasculi, Dioscorid. Pliniusque testentur. H. — *Phlomides.* Sunt phlomis fruticosa, salviae folio longiore et angustiore; et phlomis fruticosa, flore purpureo, foliis rotundioribus. Tournef. Bauh. — *Phlomides duae.* Nobis eodem nomine *Phlomis fruticosa* et *Phlomis italica* (*Didyn. gymnosp.* gen. 1397 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitant in Lusitania, Hispania, Italia, Sicilia. Cf. Dodon. 146. Ed. P.

Tertia lychnitis. Pingitur a Lobelio in Obs. p. 301. Etiam Graecis dicta φλῶμος, et θρυαλλὶς, et λυχνῖτις. Suidas: Φλῶμος, βοτάνη, ἣ καὶ ἀντὶ λυχνίου χρῶνται. Hesyc. θρυαλλὶς... τῶν φυομένων, ἐξ οὗ λύχνια γίνεται. Dioscor. loc. cit. Καὶ τρίτη φλομὶς ἡ καλουμένη λυχνῖτις, ὑπὸ δέ τινων θρυαλλὶς; etc. Totidem verbis, quot Plinius. Cave porro hanc cum thryallide apiosa confundas, de qua nos egimus lib. XXI, cap. 61. Haud. — *Tertia Lychnitis.* Nobis eodem nomine *Verbascum Lychnitis* (*Pentand. monogyn.* gen. 490 Pers. *Solanac.* Juss.). Habitat in pascuis et ad vias, solo calcareo. Ed. P.

Ad lucernarum lumina. Vicem ellychnii praebent arida folia. H.

Aiunt. Dioscor. loc. citat. Τὰ δὲ τῆς θηλείας φύλλα φασὶ μετὰ σύκων ξηρῶν συντιθέμενα, ἄσηπτα αὐτὰ διαφυλάττειν. *Feminae folia ferant caricis interposita eas incorruptas et a putredine immunes tueri.* Haud.

Contra scorpiones. Dioscorid. loc. cit. ex aceto folia a scorpione iclis opitulari ait. Haud.

LXXV. *Thelyphonon.* Eadem haec est cum aconito pardalianche, de quo

catur, propter similitudinem radicis, cuius tactu moriuntur scorpiones. Itaque contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum si quis elleboro candido linat, reviviscere aiunt. Thelyphonon omnem quadrupedem necat, imposita verendis radice: folio quidem intra eumdem diem, quod est simile cyclamino. Ipsa geniculata nascitur in opacis. Scorpionibus adversatur et vettonicae succus, ac plantaginis.

LXXVI. Sunt et ranis venena, rubetis maxime; vidimusque Psyllos in certamine patinis candefactas

lib. XXVII, cap. 2. Diosc. lib. IV, cap. 77: Ἀκόνιτον, οἱ δὲ παρδαλιαγχές, οἱ δὲ κάμυδρον, οἱ δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ μυοκτόνον, οἱ δὲ θηροφόνον. Eam vero θηλυφόνου nomenclationem accepit, quod tactis genitalibus feminei sexus animalium eodem die inferat mortem, inquit Nicandri Scholiastes. Hard. — *Thelyphonon.* Est Ranunculum cyclaminis folio, asphodeli radice, maior. Tournef. Aconitum Pardalianches primum, seu Thera maior. C. Bauh. Brotea. — *Thelyphonon.* Nobis est *Doronicum scorpioides* Wild. (*Syngenes. superfl.* gen. 1862 Ferr. *Corymbif.* Juss.), affine *Doron. Pardalianchi*, sive offic. Habitat in montosis silvaticis. Cf. Theophrast. Histor. lib. IX, cap. 19; Columm. Ecphr. lib. II, cap. 18, p. 36; Sprengel. Histor. Rei herbar. lib. I, cap. 102. Ed. P.

Propter similitudinem radicis. Plinius, lib. XXVII, cap. 2: *Radix incurvatur paulum, scorpionis modo: quare ei scorpion aliqui appellavere.* Dioscor. loc. cit. Ρίζα εἰοὶ σκορπίου οὐρᾷ, etc. Sic et Theophrast. lib. IX, cap. 14. Hard.

Cuius tactu moriuntur. Non eo tactu mori, sed resolutas torpescere ait serpentes, Dioscorid. loc. citat. elleboro contra tactu excitari: Τούτου τὴν ῥίζαν φασὶ προσαχθεῖσαν σκορπίῳ, παραλύειν αὐτόν. Διεγείρεσθαι δὲ πάλιν, ἐλλεβόρου προσταθέντος. H. — *Scorpionem mortuum si quis elleboro candido linat*, etc. Theophrast. loc. cit. Hard.

Thelyphonon. Dioscorid. rursus l. cit. Hard.

Omnem quadrupedem necat. Feminam; atque adeo mulieres. Idem de Aconite, lib. XXIV, cap. 16. Dalec. — De Doronici radice gravis exstitit inter botanicos quaestio, utrum sit venenum, an alexipharmacum; dum alii huic sententiae assentirentur, illi alii. Rationum momenta ad hanc rem efficiendam radicem plerique petunt ab experimentis, tum in canibus, tum in homine tentatis. Cortusus enim Matthiolum monuit, facto a se pluries periculo, exstingui facile canes, qui hasce radices devorarant; adeo nocivum ac praesens inest venenum: quod Matth. ipse deinde, et Gesn. experimentum in se ipso facere ausus, verum esse comprobaverunt. Cf. Geoff. Mat. medic. tom. II, p. 54, 55. Ed. P.

Et vettonicae succus. Dioscorid. l. IV, cap. 1. Hard.

admittentes, ocyore etiam quam aspidum pernicie. Auxiliatur eis phrynion in vino pota. Aliqui neurada appellant, alii poterion, floribus parvis, radicibus multis, nervosis, bene olentibus.

LXXVII. Item alisma, quam alii damasonion, alii lyron appellant. Folia erant plantaginis, nisi angustiora essent, et magis laciniosa; convexaque in terram, alias etiam venosa similiter, caule simplici et tenui, cubitali, capite thyrsi, radicibus densis, tenuibus, ut veratri nigri, acribus, odoratis pinguibus. Nascitur in aquosis. Alterum genus eiusdem in silvis, nigrius, maioribus foliis. Vsus in radice utriusque adversus ranas et lepores marinos, drachmae pondere in vini potu. Lepori marino adver-

LXXVI. *Admittentes*, etc. Obiicientes se earum morsibus. H.

Auxiliatur eis Phrynion. Φρύνιον a rubetis nomen habet, quas Φρύνους vocant, quod adversus eas auxilio sit. Herbariis incognita: neque existimatur a nobis eadem esse cum ea quae iisdem quidem nominibus, sed facie longe dispari describitur a Plinio, XXVII, 97. — Ποτήριον, ἰώνες δὲ νευράδα, Dioscorid. lib. III, cap. 17, nobis est *Astragalus Poterium* (*Diadelph. decand.* gen. 1745 Pers. *Leguminos.* Juss.). Habitat in Lusitaniae, Baeticae, et Orientis siccis locis. Cf. Lobel Hist. 492; Clus. Hist. lib. I, cap. 108. Plantam eamdem tractare Noster videtur, lib. XXVII, c. 97: *Poterion, aut phrynion, vel neurada*, etc. sed luculentiori descriptione, tota fere ea Dioscoride desumpta loc. cit. Ed. P.

Bene olentibus. Fructus quidem bene olet, non radix. Dat.

LXXVII. *Alisma, quam alii damasonion*, etc. Diosc. III, 169: Ἀλισμα, οἱ δὲ ἀλκίαν, οἱ δὲ δαμασώνιον, οἱ δὲ ἄκυρον, οἱ δὲ λύρον καλοῦσι. Plantago est aquatica humilis, angustifolia dicta a Lobelio, et ab eodem delineata in Obss. p. 160; visa a nobis in horto Regio. Hard. — *Alisma, quam alii damasonium.* Est plantago aquatica stellata, C. Bauh. Bart. — *Alisma.* Nobis eodem nomine *Alisma parnassifolia* (*Hexand. polygyn.* gen. 899 Pers., *Junb.* Juss.). Nascitur in paludibus. Ob folia angustiora et flores albos, Dioscorideam speciem huc potius quam ad *Alism. Plantaginem* aut aliam pertinere credit Sprengel. Nec aliud est δαμασώνιον Galen. Antid. I, 433, quamquam semipedem altum illud tantummodo praedicat. Cf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 171. Ed. P.

Folia erant plantaginis. Totidem verbis Dioscorid. loc. cit. et post Dioscor. Oribas. XI, p. 188. Hard.

Vsus in radice. Et haec totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Lepori. Dioscor. II, 194. Hard.

satur et cyclaminos. Veneni vim canis quoque rabidi morsus habent, contra quos erit cynorrhodum, de quo diximus. Plantago ad omnes bestiarum morsus pota atque illita prodest. Vettonica ex mero vetere.

LXXVIII. Peristereos vocatur, caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris, unde et nomen. Hanc habentes negant latrari a canibus.

LXXIX. Proxima ab his malis venena sunt, quae sibimetipsi homines excogitant. Contra haec omnia magicasque artes erit primum illud Homericum moly, dein Mithridation, et scordotis, et centaurium. Potu omnia mala medicamenta exigit per alvum Vettonicae semen in mulso aut passo, vel farinae drachma in vini veteris cyathis IV. Vomere cogendi, atque iterum bibere, Iis qui quotidie gustent eam, nulla

Cynorrhodum, de quo diximus. Nempe cap. 6. Hard.

Ad omnes bestiarum morsus. Haec Plin. Val. ad verbum; III, 60. Vide et Apul. cap. 1, de plantagine, tit. 7: *Ad morsum serpentis.* Titul. 8: *Ad scorpionis ictum.* Et tit. 23: *Ad morsum rabidi canis.* Hard.

Vettonica. Ant. Musa lib. de Vettonica, tit. 42: *Ad serpentium morsus: Vettonicae drachmas tres in vini heminis tribus diluito, et potui dato... Item illinito super vulnus.* Et tit. 43: *Ad rabidi canis morsum: Vettonica contusa morsui imponatur.* Hard.

Vetere. Sic et Chiffl. Gronov. et al. *veteri.* Ed. P.

LXXVIII. *Peristereos vocatur, caule alto*, etc. Latino ore ac sono dixit, quam Graeci περιστερεῶνα, a recto περιστερεὼν vocant. A Diosc. totidem fere verbis describitur IV, 60: Περιστερεὼν φύεται ἐν ἐνύδροις τόποις· Δοκεῖ δὲ ὠνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰς περιστερὰς ἡδέως διατρίβειν ἐν αὐτῇ. Verbenacae genus istud est quod supinum dicitur: quum alterum, quod Graecis ἱερὰ βοτάνη, rectum Aetius vocet, I, p. 41. Pingitur a Clusio Hist. Rar. plant. IV, p. 46. Visa a nobis in horto Regio. H. — Περιστερεὼν Diosc. loc. laud. nobis est *Verbena officinalis*, de qua iam supra egimus. Sic dicta quibusdam, quod circa eam herbam columbae libenter versari soleant, ut certe Dioscoridi et Galeno placuit; aliis, quod iisdem iucunda esca sit, ut Apuleio; vel quod iisdem familiaris, ut Nostro; Rondeletio autem, quod circa columbaria frequentissime reperiatur, etc. Ed. P.

LXXIX. *Proxima ab his.* Brot. ex Reg. cod. 2 et edit. princ. *proxima his.* Ed. P.

Moly. Nobis *Allium nigrum*, de qua vid. supra cap. 8. Ed. P.

Mithridation. Cf. cap. 26. Ed. P.

Iis qui. Diosc. IV, 1. H.

nocitura mala medicamenta tradunt. Poto veneno aristolochia subvenit eadem mensura, qua contra serpentes: quinquefolii succus: Agaricum, postquam vomuerint, denarii pondere ex aquae mulsae cyathis tribus.

LXXX. Antirrhinon vocatur, sive anarrhinon, sive lychnis agria, similis lino, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium. Et hoc perunctos venustiores fieri, nec ullo malo medicamento laedi posse, aut veneno, si quis in brachiali habeat, arbitrantur magi.

LXXXI. Similiter ea, quam eupleam vocant,

Poto. Diosc. III, 6. H.

Qua contra serpentes. Hoc est, radicis drachma in vini hemina saepius bibita, ut dictum c. 55. H.

Quinquefolii. Tenerae radicis succus: ὁ χυλὸς τῆς ῥίζης ἁπαλῆς, Dioscor. IV, 42. Hard.

Agaricum. Id esse venenis pro antidoto, denarii seu drachmae unius pondere cum diluta vini potione sumptum, scribit Diosc. III, 1. Hard.

LXXX. *Antirrhinon.* Dioscor. IV, 133: Αντίῤῥινον, οἱ δὲ ἀνάῤῥινον, ἔνιοι δὲ καὶ ταύτην λυχνίδα ἀγρίαν. Apul. cap. LXXXVI: *Graeci cynocephalion dicunt, alii antirrhinon, alii anarrhinon, prophetae* (hoc est, *magi*), *osircostaphen, Itali canis cerebrum*, etc. Pingitur a Lobelio in Obss. pag. 221. Vix assentior Anguillarae, anthirinon Dioscoridis a Theophrasto sive Pliniano distinguenti, Part. XIV, pag. 288 Hard. — Αντίῤῥινον Dioscorid. loc. laud. nobis eodem nomine est *Antirrhinum purpureum* (*Didynam. angiosp.* gen. 1463 Pers. *Scrophular.* Juss.). Habitat in Italia. Theophrastea autem species, Histor. Plant. IX, 21, Sprengelio iudice, est *Antirrhinum maius*; nostris vulgo, *mufle de veau.* Sed corruptus graeco auctori locus dum ἀπαρίνῃ simile dicitur; bene tamen, fructus μόσχου ῥίνας habere. Conf. Histor. Rei herb. tom. I, p. 96. Ed. P.

Similis lino. Vel ut Theophr. ἀπάρίνῃ, cuius folia quoque lini similia. Hard.

Radice nulla. Apud Theophr. Hist. Histor. lib. IX, cap. 21, legitur, ῥίζα δ' οὐχ ὕπεστιν. Alii ῥίζα δὲ μικρὰ ὕπεστιν, Gaza, *Radix nulla vel minima subest*, quasi legendum putasset, ῥίζα δ' ἡκίστη, quod probo. Dalec.

Semine vituli narium. Theophrast. loc. cit. Ὁ δὲ καρπὸς ὥσπερ μόσχου ῥίνας ἔχει. Sic etiam Diosc. et Galen. de Fac. simpl. med. VI. Hard.

Et hoc perunctos, etc. Haec totidem verbis Dioscor. loc. cit. post Theophr. Hist. IX, 21. Hard.

LXXXI. *Similiter ea*, etc. Εὔπλοιαν Plinius, si corruptus locus non est, pro εὐκλείαν legit. Est autem εὔπλοια felix et prospera navigatio. Homerus Iliad. IX: Εἰ δέ κεν εὐπλοίην δώῃ κλυτὸς Ἐννοσίγαιος, Ἤματί κεν τριτά-

traduntque ea perunctos commendatioris esse famae. Artemisiam quoque secum habentibus negant nocere mala medicamenta, bestiamve ullam, ne solem quidem. Bibitur et haec ex vino adversus opium. Alligata privatim potens traditur, potave, adversus ranas.

LXXXII. Pericarpum bulbi genus est. Duae eius species: cortice rubro alterum, alterum nigro papa-

τῷ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην, de quibus Homeri verbis Victorius, VI, c. 9, et Muret. Var. cap. LXIX. DALEC. *Similiter ea, quam eupleam.* In herbarum haec magicarum censu habenda est. Sic libri omnes, etiam manu exarati; Reg. 1, Colb. Chifflet. etc. tum hoc loco, tum vero in Indice. Reg. 2, *eupiliam.* In libris quibusdam *eucleiam* legi monet Dalecampius. Arripuit hoc avide Salmasius in praefat. in Plinium, ne calumniandi Plinio locum ullum praetermitteret. Is igitur *eucliam* scripsisse hunc asseveranter affirmat: adeoque stipitem ac fungum fuisse, ut ex his Theophrasti verbis eucliam herbam commentus sit, quae nihil aliud significant, quam opinione magorum, prodesse ad εὔκλειαν, hoc est, ad commendationem famae sibi conciliandam. Καὶ τὰ περὶ τῆς εὐκλείας, inquit, Hist. IX, 21, καὶ εὐδοξίας ὁμοίως καὶ μᾶλλον, εὔκλειαν γὰρ φασὶν ἀεὶ ποιεῖν τὸ ἀντίῤῥινον καλούμενον. Tantam vero supinitatem, quantam affingit Plinio, ne Salmasio quidem inesse, vel ipse putarem. Et benignioris animi, et ingenii cautioris esse videtur, de magica incognitaque nobis herba sermonem hoc loco institutum suspicari, quam redarguendi studio vetustum scriptorem alias, ut vidimus, perdiligentem, temere lacessere. H. — *Similiter ea, quam eupliam* (sic Brot.) *vocant.* Haec sunt omittenda. Aliter Plinius gravissimum in errorem incidit. Quum enim Theophrastus Hist. Plant. XI, 21, dixerit antirrhinon conferre ad famae commendationem, περὶ τῆς εὐκλείας καὶ εὐδοξίας: *eupliam*, vel potius *euclian*, pro planta accepit Plinius. Forte tamen scripserat: *et hoc perunctos venustiores fieri, nec ullo malo medicamento.... arbitrantur magi: tradunt quoque eo perunctos commendatioris*, etc. BROT.

Artemisiam quoque secum habentibus. Apul. c. X, tit. 1: *Ad iter faciendum: Herbam artemisiam monoclonon si quis iter faciens secum in manu portaverit, non sentiet itineris laborem. Fugat et daemonia in domo posita, et prohibet mala medicamenta, et avertit oculos malorum hominum*, hoc est, visus effascinationem. HARD.

LXXXII. *Pericarpum.* Pericarpum id dicitur, quod fructus undique caulem cingat et ambiat. DAL. — *Pericarpum.* Brot. est Hyacinthus comosus, maior, purpureus, C. Bauh. *Hyacinthum comosum* Linn. (*Hexand. monogyn.* gen. 828 Pers. *Asphodel.* Juss.) quibusdam eumdem videri cum τῷ βολβῷ ἐδωδίμῳ, bulbo esculento Dioscor. II, 200, testatur Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, p. 169. ED. P.

Cortice rubro alterum. Pancratium officinarum. DAL. — *Cortice rubro.* Est Hyacinthus ramosus, caeruleus, maior, C. Bauh. BROT.

veri simile. Sed vis maior quam priori: utrique autem excalfaciendi. Ideo contra cicutam dantur; contra quam et thus, et panaces, Chironium praecipue. Hoc et contra fungos.

LXXXIII. (XI.) Verum et generatim membratimque singulis corporum morbis remedia subtexemus, orsi a capite.

Alopecias emendat nymphaeae et cicutae radix, si una tritae illinantur. Polythrix distat a callitriche, quod iuncos albos habet, et folia plura, maioraque. Frutice quoque maior est: defluentem capillum confirmat et densat.

LXXXIV. Item lingulaca circa fontes nascens,

Nigro papaveri simile Meo iudicio, vomitorium, radicis nigro cortice. Diosc. Dalec. — Bulbus vomitorius Diosc. II, 201, nobis, Sprengelio auctore, est *Pancratium illyricum* (*Hexand. monog.* gen. 781 Pers. *Narciss.* Juss.), de quo iam alias dictum. Habitat in maritimis Galliae, etc. Possit etiam ad *Narcissum orientalem* (gen. 780 Pers.) commode referri. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 168. Ed. P.

Hoc et contra fungos. Valet et panaces chironium contra venenatos fungos. Hard.

LXXXIII. *Alopecias.* Ἀλωπεκίαι, vel ἀλωπέκιαι, defluvia capillorum. In MSS. Regg. et Chifflet. *nymphaea lacitae radix.* Diosc. III, 148, nymphaeam cum pica impositam alopeciis mederi scribit: hoc tantum: Ἀλωπεκίας τε σὺν πίσσῃ ἐπιθεῖσα ἰᾶται. Hic alibi lampadam trado. Hard. — *Nymphaea et cicutae.* Brot. *Nymphaea et heracliae.* In edit. princ. *Nymphaea laciae.* In Indice est *Nymphaea heraclia*, de qua conf. lib. XXVI, cap. 28. Ed. P.

Polytricha distat a callitricha (sic libb. ante Hard. editt.) Lege: *Polythrix distat a callitriche quod iuncos albos habet*, etc. Sic adiantum proprie πολύτριχον. Trichomanes autem καλλίτριχον. Salm. — *Polythrix.* Plinius ipse, XXII, 30: *Id quod maius est, polythricon... vocant.* Hard. — *Polythrix... a callitriche.* Nobis *Adiantum Capillus* et *Asplenium Trichomanes*: utrumque ex *Cryptog.* Linn. et *Filicum* ordine Juss. De his vid. quae diximus sup. lib. XXII, c. 30. Ed. P.

Quod iuncos albos habet. Recte id quidem. Sed et alibi haud minus commode ramulos vocat: Diosc. IV, 136, κλωνία appellantur, et ῥάβδια. Hard.

Defluentem capillum confirmat Dioscorid. Εὐπορ. I, 96: Τὰς δὲ ῥεούσας τρίχας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἵστησιν... πολύτριχον ἑψήσας ἐν οἴνῳ μέλανι, etc. Theod. Pr. I, 3: *de crementis capillorum.... Polytrichi herbae radicis pondo duo, florum eius pondo duo*, etc. Hard.

LXXXIV. *Item lingulaca.* De hac antea Plinius lib. XXIV, c. 11: *Lin-*

cuius radix admixta combusta teritur cum adipe suis nigrae. Id quoque excipitur, ut eius sit suis quae numquam peperit. Sol deinde plurimum confert illitae. Similis usus est cyclamini radicis. Porriginem veratri radix tollit in oleo decocta, vel in aqua. Capitis dolori medetur panacis omnium generum radix in oleo contrita: aristolochia, et iberis adalligata hora, vel diutius, si pati possit, comitante balinei usu. Medetur et daucum. Purgat autem cyclaminos cum melle in nares addita: et hulcera capitis sanat illita. Medetur et peristereos.

LXXXV. Cacalia sive leontice vocatur, semen mar-

gua herba nascitur circa fontes, etc. Pingitur a Dalecampio Hist. Plant. IX, p. 1037. Hard.

Sol..., plurimum confert. Si herbae illitae sol superveniat. Hard.

Similis usus est cyclamini. Dioscor. II, 194. At Marcell. Emp. cap. IV, pro suillo adipe, fel scrophae, paululumque sulphuris adsciscit. H.

Veratri radix. Verare, vera dicere. Ennius; .... *satin' vates verant aetate in agunda* Inde verator et veratrix. Apud Sueton. in Vitellio, *veraculus*, pro quo legitur perperam vernaculus: *Nullis tamen infestior, quam veraculis*, inquit, *et mathematicis*. Alii legunt, *vericolis*, qua forma Iuvenal. *caelicolas* Iudaeos appellat, quia *Nil praeter nubes et caeli lumen adorant*. Et quoniam veratores pro insanis habuerunt, veratrum inde dictum quod Insaniam et amentiam curet. Scal.

Capitis dolori medetur. Plin. Val. I, 1. Hard.

Comitante balinei usu. Sic etiam ad ischiadicorum sanationem cum iberide balinei usum adsciscit Dioscorid. I, 188, et Galenus ex Democrate κατὰ τόπ. X, 2, p. 636. Hard.

Purgat autem cyclaminos. Marc. Emp. cap. V, p. 41. Hard.

Medetur et peristereos. Nempe dolori capitis, ut panacis radix daucumque. Theodor. Prisc. II, p. 2, cap. 1: *De querelis capitis, si caulis veluti incertis caput doluerit.... Peristereon herba oleo infusa medetur.* H.

LXXXV. *Cacalia sive leontice.* Dioscor. IV, 123. Κακαλία, οἱ δὲ λεοντικὴν, φύλλα φέρει λευκὰ, εὐμεγέθη... ἐν ὄρεσι δὲ φύεται. Pingitur a Clusio Hist. Rar. plant. V, p. 115, qualem in horto Regio vidimus, gemina facie. In Illyrico et Graecia nasci tradit Anguillara, Part. XIV, p. 286. H. — *Cacalia*, etc. Diosc. loc. laud. φύλλα φέρει λευκὰ, εὐμεγέθη· καυλὸς δὲ ἐξ αὐτῶν μέσος ὀρθός, etc. *Folia profert candida, praegrandia: e quorum medio caulis emicat rectus*, etc. Nobis *Buplevrum longifolium* (*Pentand. digyn.* gen. 678 Pers. *Vmbellif.* Juss.). Habitat in Germania, in monte Iura Helvetiae, Thoringia, etc. Cf. Sprengel. Hist. Rei herb. I, 164. Ed. P.

Margaritis minutis simile. Aliter

garitis minutis simile, dependens inter folia grandia, in montibus fere. Huius grana quindecim in oleo macerantur, atque ita adverso capillo caput ungitur.

LXXXVI. Fit et ex callitriche sternutamentum. Folia sunt lenticulae: caules iunci tenuis similes; radice minima. Nascitur in opacis et humidis, gustatu fervens.

LXXXVII. Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, et prurigini in capite. Est autem optimum Cilicium e Tauro monte, dein Pamphylium, ac Smyr-

haec Plinius recital quam Dioscor. loc. laud. Dalec.

Huius grana quindecim. Ad extendendam cutem in facie, et a rugis vindicandam, haec grana Dioscorides adhibet loc. cit. Hard.

LXXXVI. *Fit et ex callitriche*, etc. Haec omnia de trichomane Dioscorides, praesertim saporis fervorem. Fortassis Plinius ut aliquando ὀρτὺ vertit acerbum, sic στρυφνὸν acre et fervens reddidit inconsiderate. Genus tenuissimum Nasturtii aquatici esse volunt, nascentis in humidis et umbrosis sepibus. Dalec. — *Callitriche.* Callithrix idem quod trichomanes, de quo XXVII, 111. H. — *Callitriche*, Nobis *Adiantum Trichomanes.* Conf. sup. c. 83, et l. XXII, c. 30. Ed. P.

Folia sunt lenticulae: caules iunci tenuis similes. Sic ex MSS. post Pintianum Hard. *lenticulae similia; caules iuncis tenuissimis.* Gron. et al. Ed. Par.

LXXXVII. *Hyssopum.* Plin. Valer. I, 4, ad verbum. Hodiernis herbariis incognitum. Nam quae hyssopi nomine in officinis venit, appellationem tantum cum hyssopo Veterum communem habet, formam non habet. Vide Dodonaeum, p. 286. Certe Dioscor. IV, 55, in chrysocome describendam, comam gerere hanc ait, specie corymborum, hyssopo simili, ἔχει κόμην κορυμβοειδῆ, ὁμοίαν ὑσσώπῳ. Quae nota abest ab hyssopo nostro vulgari, Plin. XXVI, 70, 76 baccas hyssopo tribuit: nullae sunt nostro. H. — *Hyssopum.* Hyssopum, quod id memorat Plin. et infra lib. XXVI, cap. 70 et 76, non est nostra hyssopus, l'hyssope; sed videtur esse Hyssopus Graecorum, Prosp. Alpin. seu Clinopodium Creticum, fruticosum, foliis lanceolatis, Tournefort. Brod. — *Hyssopum.* Ὕσσωπος Hippocrat. de Morb. III, 490; ὕσσωπος ὀρεινὴ, montanum genus, Diosc. III, 30, Sprengelio idem est ac *Teucrium Pseudo-Hyssopus* (*Didynam. gymn.* gen. 1372 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in montibus aridis, apricis Italiae, Cretae, etc. Conf. Column. Ecphr. I, 14, p. 67. Hyssopum vero hortense, κηπευτὴ Dioscor. ibid. nobis est *Hyssopus officinalis* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1376 Pers. *Labiat.* Juss.); in ruderatis nascitur et montosis; colitur in hortis. Conf. Histor. Rei herb. t. I, p. 179. Ed. P.

Est autem optimum cilicium. Dioscor. idem loc. cit. ἄριστον δὲ ἐστιν ἡ ἐν Κιλικίᾳ γινομένη. Hard.

naeum: stomacho contrarium. Purgat cum fico sumptum per inferna: cum melle, vomitionibus. Putant et serpentium ictibus adversari, tritum cum melle et sale, et cumino.

LXXXVIII. Lonchitis non, ut plerique existimaverunt, eadem est quae xiphion, aut phasganion, quanquam cuspidi similis semine. Habet enim folia porri, rubentia ad radicem, et plura, quam in caule, capitula, personis comicis similia, parvam exseren-

Purgat. Diosc. loc. cit. Hard.

Putant et serpentium, etc. Nicand. in Ther. p. 63. Plin. Valer. III, 57: *Serpentium morsibus... hyssopi semen bibitur.* Hard.

LXXXVIII. *Lonchitis.* Videtur esse iris tuberosa Dodon. p. 249. Lonchites Dioscoridis prior, Lobelio in Obss. p. 51. H. — *Lonchitis.* Quum Plinius lonchitin a xiphio et phasganio distinguat, lonchitis multis videtur esse Iris tuberosa, foliopo anguloso, C. Bauh. Radices tamen haec iris praelongas non habet. Bror. — Λογχῖτις Diosc. III, 161, ubi iisdem fere verbis, sed fusius describitur; nobis est *Serapias linguae* (*gynand. diand.* gen. 1990 Pers. *Orchid.* Juss.). Habitat in montium nemorosis. Hanc plantam omnes rei botanicae scriptores ignorant, praeter Caesalpinium, qui in montibus Etruriae eam invenit, et ad Dioscoridis lonchitida sagacissime retulit, X, 21. Conf. Column. Ecphr. I, 148, t. 322, ubi tamen folia nimis angusta pinguntur. Bauh. Hist. II, 766; Morison. III, xii, t. 14, f. 21. Irin tuberosam huc ipse trahit Sibthorpius, sed non respexit γλωσσάριον λευκὸν ἀπὸ τοῦ χάσματος, nempe ad parvam veluti linguam, ex hiatu corollae exsertam. Neque seminibus in hac iride sunt ὅμοια λόγχῃ, lanceae cuspidi similia; immo nec in nostra serapiade. Conf. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, p. 189. Ed. P.

Quanquam. cuspidi similis semine. Semen triangulare et lanceae cuspidi simile, τὸ σπέρμα δὲ ὅμοιον λόγχῃ, τρίγωνον ἐν προκαρπίοις. Dioscor. l. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 204. Hard.

Habet enim folia porri. Apud Dioscoridem legendum: Λογχῖτις φύλλα ἔχει πράσῳ κάρτα ὅμοια, πλατύτερα δὲ καὶ ὑπέρυθρα, πλεκτὰ, non πλεῖστα. Sunt enim, ut in arundine, polygonato, et porro, circa caulem in orbem advoluta, sed numero pauca: quod etiam monstrant haec quae sequuntur verba, ἔχει δὲ καὶ περὶ τὸν καυλὸν ὀλίγα. Dal. — *Habet.* Totidem verbis Dipsc. III, 161: Λογχῖτις φύλλα ἔχει πράσῳ κάρτα ὅμοια, πλατύτερα δὲ καὶ ὑπέρυθρα πλεῖστα, πρὸς τὴν ῥίζαν περικλώμενα ὡς ἐπὶ τὴν γῆν. Ἔχει δὲ καὶ περὶ τὸν καυλὸν ὀλίγα, ἐφ' οὗ ἄνθη ὅμοια πιλίσκοις, τῷ τύπῳ δὲ κωμικοῖς προσωπείοις κεχρωσμένοις, etc. Ex quo interpres Oribasii, XI, f. 204: *Lonchitis folia habet porri, sed latiora, subrubra, plurima, ad radicem circumfracta, et ad terram procumbentia; pauca etiam habet in caule, in quo flores sunt pileolis similes, more comicarum personarum*

tibus linguam, radicibus praelongis. Nascitur in sitientibus.

LXXXIX. E diverso xiphion, et phasganion in humidis: quum primum exit, gladii praebet speciem, caule duum cubitorum; radicis ad nucis avellanae figuram fimbriatae, quam effodi ante messes oportet, siccari in umbra. Superior pars eius cum thure trita, aequo pondere admixto vino, ossa fracta e capite extrahit; aut si quid in corpore suppurat, vel si calcata sunt ossa serpentis: eadem contra venena efficax. Caput in dolore veratro, vel oleo, vel rosaceo decocto tritoque ungi convenit: peucedano ex oleo, vel rosaceo, et aceto. Tepidum hoc prodest et doloribus, qui plerumque ex dimidia parte capitis sentiuntur, et vertigini. Perungunt et radice eius sudoris causa eliciendi, quoniam caustica vis ei est.

XC. Psyllion, alii cynoides, alii crystallion, alii

hiantes, etc. Brevius Apuleius c. LVI, quem consule. HARD.

Nascitur in sitientibus. Diosc. l. cit. Φύεται ἐν τραχέσι καὶ ἀνίκμοις τόποις. HARD.

LXXXIX. *E diverso xiphion.* Diosc. IV, 20: Ξίφιον, οἱ δὲ φάσγανον, οἱ δὲ μαχαιρώνιον καλοῦσι, διὰ τὸ τοῦ φύλλου σχῆμα,... φύεται δὲ μάλιστα ἐν ἀροῦραις. HARD. — *Xiphion*, etc. Nobis *Gladiolus communis*, de quo iam saepius actum. Conf. lib. XXI, cap. 67; Theophrast. Histor. Plant. VI, 7, et VII, 11. HARD.

Fimbriatae. Plures fibras, seu radiculas, seu capillamenta habentis, quae e radice orbiculata, ut in caepis, aliisque pendent. Theophr. VII, 11, H.

Ossa fracta e capite extrahit. Sic etiam spicula et aculeos e corpore extrahit, teste Diosc. loc. cit. Δύναται δὲ ἡ ἄνωθεν ῥίζα καταπλασσομένη μετ' οἴνου καὶ λιβανωτοῦ, ἀκίδας καὶ σκόλοπας ἐπισπᾶσθαι. *Superior radix cum vino et thure spicula et aculeos e corpore extrahit.* Diximus de hac radice lib. XXVI, 28. HARD.

Serpentis. Legend. *carpentis*, „ si agitati currus pondere obtrita sint ossa. „ DAL.

Caput in dolore. Plin. Valer. lib. I, cap. 1. HARD.

Peucedano, Plin. Val. loc. cit. Marc. Emp. cap. 11, pag. 39, et Diosc. III 92. HARD.

Tepidum hoc prodest et, etc. Marc. Emp. loc. cit. HARD.

XC. *Psyllion.* Diosc. in Noth. pag. 467: Ψύλλιον... οἱ δὲ κυνοκεφάλιον, οἱ δὲ κρυστάλλιον, οἱ δὲ κυνόμυια, οἱ δὲ Σικελιωτικόν... Ῥωμαῖοι δὲ... ἔρβα πουλικαρία. Plinius Σικελικὸν, quod idem est ac Siculum, ex alio scriptore repraesentat. Non videtur

sicelicon, alii cynomyiam appellant, radice tenui, supervacua, sarmentosum, fabae granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine autem pulici, unde et nomen: hoc in baccis, ipsa herba in vineis invenitur. Vis ei ad refrigerandum et discutiendum ingens. Semen in usu. Fronti imponitur in dolore et temporibus, ex aceto et rosaceo, aut posca. Ad caetera illinitur acetabuli mensura sextario aquae; densat se ac contrahit: tunc terere, et crassitudinem illinire oportet cuicumque dolori, et collectioni, inflammationique. Et vulneribus capitis medetur aristolochia, fracta extrahens ossa, et in alia quidem parte corporis, sed maxime capite:

illud esse quod a Lobelio pingitur in Obss. p. 239, vulgoque dicitur, *l'herbe aux puces*. Nam neque sarmenta huic ullae, nec fabae grana, nec folia canino capiti similia adsunt. Anguillara, Part. XIV, p. 269, existimat nihil psyllion discrepare a tithymalo πιτυούσῃ. Hard. — *Psyllion*. Πιτυοῦσα nobis *Euphorbia Pityusa*, de qua alias. Psyllion Plinianum Broterio est Psyllium maius, supinum, C. Bauhin. Nobis vero Psyllium maius, erectum, C. Bauh. Plin. 191, sive Psillium Officinarum: quod nunc dicitur *Plantago Psillium* (*Tetrand. monog.* gen. 286 Pers. *Plantagin.* Juss.). Habitat in australi Europa, inter segetes. Ed. Pap.

Sicelicon. Gron. et al. ante Hard. *sicelion*. Ed. P.

Canino capiti. Coronopo. Dioscor. Plinius fortassis legit, κύνωπι. Orpheus in Argonauticis ψύλλιον ἀειδὲς vocat, tanquam herbam turpem et deformem aspectu. Dal.

Vnde et nomen. Nam ψύλλα pulicem apud Graecos sonat. H.

Ipsa herba in vineis. Dioscor. ἐν ἀρούραις in arvis, IV, 70. Hard.

Vis ei ad refrigerandum. Dioscor. loc. cit. Hard.

Fronti imponitur, etc. Diosc. loc. cit. et Εὐπ. I, 1. Hard.

Ad caetera illinitur, etc. Diosc. l. c. Δεῖ δὲ ὀξυβάφου πλῆθος λειαίνοντας βρέχειν ἐν δυσὶν ὕδατος κοτύλαις· καὶ ὅταν παγῇ τὸ ὕδωρ, ἐπιπλάττειν. *Acetabuli mensuram tritam in duabus aquae heminis macerare oportet: ac ubi sese aquae densaverit, lentoremque contraxerit, illini*. Hard. — *Densat se ac contrahit*. Gron. et al. ante Hard. *densat ac contrahit*. Ed. P.

Crassitudinem. Aquam quae concrevit. Dioscor. vulgo mucilaginem. Dalec. — *Crassitudinem*. Id quod in fundo subsedit. Hard.

Fracta extrahens ossa. Et ossium squamas, et aculeos, ac spicula extrahere dicitur a Dioscor. III, 6. Vide et Theophr. Histor. IX, 13. Theod. Prisc. I, 23: *Aristolochiae pulvis patefacto vulneri imponendus est, et velocius exsiliet telum, aut aliud quod dia latuerit*.

similiter plistolochia. Thysselium est non dissimile apio. Hujus radix commanducata purgat capitis pituitas.

XCI. (XII.) Oculorum aciem centaurio maiore putant adiuvari, si addita aqua foveantur. Succo vero minoris cum melle, culices, nubeculas, obscuritatem discuti, cicatrices extenuari: albugines quidem etiam iumentorum sideriti. Iam chelidonia supra dictis omnibus mire medetur. Panacis radicem cum polenta

Thysselium est, etc. eam describit Dodonaeus lib. VI, cap. 46, nomine hydroselini. DAL. — *Thyrselium*. In MSS. *Thryselium*. Forte, *Thryselinum*, quasi a θρύον, quod herbam palustrem, et σέλινον, quod apium sonat. Est enim apium silvestre, in uliginosis humidisque locis nascens, delineatum a Dodonaeo, p. 687. H. — *Thysselium*. Est apium silvestre, lacteo succo turgens, C. Bauh. Brotèrio, qui ex MS. Reg. et edit. princ. *Rhyselium* reposuit. ED. P.

XCI. *Si addita aqua foveantur*. Alium modum adhibendae centaureae maioris contra caliginem oculorum, vide apud Marcell. Empir. cap. VIII, pag. 61, et Plin. Valer. lib. I, c. 18. H.

Succo vero minoris cum melle. Dioscorid. III, 9: Ὁ δὲ χυλὸς πρός τε τὰ ὀφθαλμικὰ εὔχρηστος. Sic Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 188; Apul. cap. XXXV, t. 2. HARD.

Culices, nubeculas, etc. Ita libri sane omnes: sed culex in oculo quid porro sit, alibi me legere non memini. *Caligines* scribi haud dubie sincerius fuerit, aut certe intelligi; nam et Dioscor. III, 9, de centaurio minore: Ὁ δὲ χυλὸς, inquit, πρός τε τὰ ὀφθαλμικὰ εὔχρηστος, ἀποκρθαίρων τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις σὺν μέλιτι. *Succus oculorum medicamentis perquam utilis: quippe qui, quae pupillis caliginem offundunt, una cum melle discutiat*. Et Apul. cap. XXXV, t. 2: *Ad oculorum vitia: Herbae centaureae minoris succo oculos inunges: acies oculorum extenuatam sanat; adiecto etiam melle mirifice proficit: caligantibus quoque oculis et claritas restituitur*. Et Marc. Emp. cap. VIII, p. 61: *Centaureae minoris succo oculi ex melle inuncti caligine cito deposita, tenuissimam aciem resumunt*. H. — *Culices*. Visa suffusionis incipientis, quum aegri putant oculis muscas et culices obvolitare. DAL. — Brot. item *culices* videntur esse signa quaedam apparentia, quae ut muscae, araneae, aliave id genus oculis obversantur, et praevia fere sunt indicia mali nascentis, cui guttae serenae nomen Recentiores fecerunt, *goutte sereine*. ED. P.

Chelidonia. Apul. c. LXXIII, tit. 1: *Ad caliginem oculorum, et scabrediuem, et qui vulnera habet in oculis, et albuginem oculorum*. Marcell. Empir. cap. VIII, p. 57: *Chelidonia herba*, inquit, *in hirundinum stercore nascitur, quae oculis plurimum suffragatur: maxime autem caliginem deterget*, etc. HARD.

Panacis radicem cum polenta. Succo, seu opopanace, oculorum aciem excitari, si inungantur, scribit Dioscor

epiphoris imponunt. Hyoscyami semen bibunt obolo tantumdem meconii adiicientes, vinumque ad epiphoras inhibendas. Adiungunt et gentianae succum, quem collyriis quoque acrioribus pro meconio miscent. Facit claritatem et euphorbium inunctis. Instillatur plantaginis succus lippitudini. Caligines aristolochia discutit. Iberis adalligata capiti cum quinquefolio, epiphoras, et si qua in oculis vitia sunt, emendat. Verbascum epiphoris imponitur. Peristereos ex rosaceo, vel aceto. Ad hypochysin et caliginem, cyclaminon in pastillos diluunt. Peucedani succum, ut diximus, ad claritatem et caligines, cum meconio et rosaceo. Psyllion illitum fronti epiphoras suspendit.

III, 55. Hard. — *Radicem.... imponunt.* Sic et Chifflet. *radix.... imponitur* Gron. et libb. ante Hard. vulgg. Ed. P.

Hyoscyami semen bibunt obolo. Dioscor. IV, 69: Τὸ δὲ σπέρμα.... πρὸς ῥεῦμα ὀφθαλμῶν καὶ περιωδυνίας.... ὅσον ὀβολὸν σὺν μήκωνος σπέρματι καὶ μελικράτῳ ποθέν. Meconium Plinio succus est papaveris, ut diximus XX, 76. Semen ipsum papaveris Dioscorides adhibet. Hard.

Adiungunt et gentianae succum. Dioscorid. III, 3, succum gentianae laudat, ad oculorum inflammationes: misceri quoque collyriis acrioribus pro meconio iubet: Τὸ χύλισμα ὀφθαλμῶν ἐπίχρισμα φλεγμαινόντων. Μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ δριμέα τῶν κολλυρίων τὸ χύλισμα ἀντὶ μηκωνίου. H.

Pro meconio miscent. Lege, *cum meconio.* Apud Dioscoridem quoque legendum, μετὰ μηκωνίου, non ἀντὶ μηκωνίου. Dalec.

Facit claritatem. Plin. Val. I, 18, et Diosc. III, 96. Hard.

Instillatur. Marcell. Emp. c. VIII, et Diosc. II, 153. Hard.

Verbascum epiphoris imponitur. Dioscor. IV, 104. Hard.

Peristereos. Simili temperamento ad erysipelata Diosc. adhibet IV, 60. H.

Ad hypochysin. Dioscorid. II, 194: Καὶ πρὸς τοὺς ὑποκεχυμένους καὶ ἀμβλυωποῦντας ὀφθαλμοὺς ἐγχριόμενος ὁ χυλὸς σὺν μέλιτι ἁρμόζει. *Suffusis hebetioribusque oculis, oblitus cum melle succus prodest* Ὑπόχυσις, sive ὑπόχυμα, suffusio oculorum est: hoc est, crassi humoris in cornea membrana iuxta pupillam concretio. H. — *Hypochysin.* Hypochysis, suffusio, cataractave, est pupillae obstructio, ab opaco aliquo interposito inducta, quae visum semper minuit, nonnunquam exstinguit. Brot.

In pastillos. Subintellige, digestum in pastillos. Hard.

Ut diximus. Cap. 70, ubi dilui resolvique peucedani succum admonuit amaris amygdalis, aut ruta. H.

Psyllion illitum fronti. Et vim in-

XCII. (XIII.) Anagallida aliqui corchoron vocant. Duo genera eius: mas flore phoeniceo, femina caeruleo, non altiores palmo: frutice tenero, foliis pusillis, rotundis, in terra iacentibus: nascuntur in hortis et aquosis. Prior floret cerulea. Vtriusque succus oculorum caliginem discutit cum melle, et ex ictu cruorem, et argema rubens, magis cum Attico melle inunctis. Pupillas dilatat; et ideo hoc inunguntur ante, quibus paracentesis fit. Iumentorum quoque oculis medentur. Succus caput purgat per nares infusus, ita ut deinde vino colluatur. Bibitur et contra angues succi drachma in vino. Mirum, quod pecora feminam vitant. At si decepta similitu-

esse ei contra eryaipelata efficacem scribit Dioscor. IV, 70. Hard. — *Illitum fronti*. Gronov. et al. ante Hard. *illinitum fronti*; et sic etiam Broterius habet. Eo. P.

XCII. *Anagallida aliqui*, etc. Dioscor. in Noth. p. 449: Ἀναγαλλὶς ἡ κοινή, οἱ δὲ κόρχορον. Hard. — *Corchoron vocant*. Aliud est corchorus, Alexandrinum olus, descriptum lib. XXI, cap. 32. Dal.

Duo genera eius. Haec totidem verbis Diosc. II, 209, et Orib. XI, p. 189, 6; et lib. II de Virtut. simpl. p. 53 ex MS. nostro: Ἀναγαλλὶς ἐκατέρα ἡ τε τὸ κυανοῦν ἄνθος ἔχουσα, καὶ τὸ φοινικοῦν. Gallis, *mouron*. Genus utrumque pingitur a Dodonaeo, p. 32. Genera undecim in horto Regio vidimus. Hard. — *Duo genera*. Anagallis est, altera mas, phoeniceo flore, C. Bauh. Pin. 252; altera femina, caeruleo vel albo flore, C. Bauh. ibid. Br. — Nobis *Anagallis arvensis* Linn. (*Pentand. monogyn.* gen. 391 Pers. *Lysimach.* Juss.), quae habitat in Europae arvis: et *Anagallis caerulea* Schreber. Cum priore crescit, sed minus frequens. Vtraque plantas inter cephalicas recensetur; sudorifera habetur et vulneraria: sed anagallis, flore phoeniceo, seu mas Officin. potissimum in usu est ad hypocondriacos affectus, et infantium tormina. Conf. Geoffr. Mat. med. tom. III, p. 90 sq. Eo. P.

Vtriusque succus. Totidem fere verbis Diosc. loc. cit. De mare, qui flore purpureo est, eadem Marcell. Empir. prodidit cap. VIII, p. 61. Hard.

Paracentesis. Ita vocatur a medicis curationis genus, quod punctione fit acu traiecto, ut in suffusione oculorum: fit autem ad latus pupillae: ideo non κέντησις simpliciter, sed παρακέντησις vocatur. Adpunctio esset ad verbum, si quis praeivisset. Hard. — Paracentesis fit, quum cataracta acu curatur, *opération de la cataracte*. Br.

Succus caput purgat, etc. Dioscor. loc. cit. et Galen. de Facult. simpl. med. VI, 39, p. 456. Hard.

Bibitur et contra angues. Diosc. loc. citat. Hard. — *Bibitur et contra an-*

dine (flore enim tantum distant) degustavere, statim eam, quae asyla appellatur, in remedio quaerunt: ea a nostris ferus oculus vocatur. Praecipiunt aliqui effossuris, ante solis ortum, priusquam quidquam aliud loquantur, ter salutare eam tum sublatam exprimere: ita praecipuas esse vires. De euphorbii succo satis dictum est. Lippitudini, si tumor erit, absinthium, cum melle tritum, itemque vettonicae farina conveniet.

XCIII. Aegilopas sanat herba eodem nomine quae in hordeo nascitur, tritici folio, semine contrito cum farina permixta impositaque, vel succo. Expri-

gues. Anagallidis succus, aut decoctum ex aqua, vel vino, hulcera mundificat et sanat; medeturque serpentium et viperarum ictibus et canis rabidi morsui, si bibatur, aut si eodem vulnera colluantur et herba contusa imponatur, etc. Conf. Geoffr. loc. sup. laud. Item Linnaeus, contra hydrophobiam commendat, Mater. medic. p. 64, ed. Schreber. sed anagallidi, ut tot aliis, et vehementioris quidem effectus, plantis, vim tanto malo imparem credibile est. Ed. P.

Quae asyla. Quae sit ea, nondum herbarii norunt H. — Nec nosse possunt descriptionis defectu. Ed. P.

De euphorbio satis dictum est. Cuius succus, etc. (sic prius). Aliter ex vet. cod. legend. *De euphorbii succo satis dictum est. Lippitudini si tumor erit absinthium cum melle tritum. Item cum vettonicae farina conveniet.* Pint.

Satis dictum est. Cap. 38: *Qui colligunt, clarius vident.* Hard. — *De euphorbii succo satis*, etc. Sic Vet. apud Dalec. Chiffl. et totidem fere apicibus Pintian. apograph. Omnia haec aliter Gron. et libb. ante Hard. editi. *De euphorbio satis dictum est, cuius succus lippitudini, si tumor erit, item absinthium*, etc. Ed. P.

Absinthium. Πρὸς ἀμβλυωπίας, ad hebetiorem oculorum aciem ex melle iubet illini Dioscor. lib. III, cap. 26. Hard.

XCIII. *Aegilopas.* Dioscorid. IV, 139: Θιραπεύει δὲ ἡ πόα μετὰ ἀλεύρου καταπλασθεῖσα αἰγιλώπια... ἀποτίθεται δὲ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτὰ μιγεὶς ἀλεύρῳ, καὶ ξηρανθείς. *Herba cum farina imposita sanat aegilopas... ad eadem succus cum farina permixtus siccatusque reconditur.* Galen. idem de Faculi. simpl. VI, post Diosc. IV, 139. De vitio oculorum, quod aegilopa et aegilopia vocitant, diximus XX, 56. De herba aegilope, XVIII, 44. Hard. — *Aegilops.* Est tumor, seu parvum hulcus, carunculae maioris ad internum oculi canthum. Brot.

Herba eodem nomine. Αἰγίλωψ Dioscorid. loc. sup. laud. nobis *Avena sterilis* (*Triand. digyn.* gen. 179 Pers. *Gramin.* Juss.). Habitat. in agris, inter segetes. Vsus apud nos huius speciei in medicina fere exolevit. Ed. P.

mitur hic e caule foliisque praegnantibus, dempta spica, et in trimestri farina digeritur in pastillos.

XCIV. Aliqui et mandragora utebantur: postea abdicatus in hac curatione est. Epiphoris (quod certum est) medetur, et oculorum dolori, radix tusa cum rosaceo et vino. Nam succus multis oculorum medicamentis miscetur. Mandragoram, alii Circaeum vocant. Duo eius genera: candidus, qui et mas: niger, qui femina existimatur, angustioribus foliis,

In trimestri. In farina e trimestri semina, de quo XVIII, 12. Hard. — *In trimestri.* Nempe farina tritici trimestris, quod nobis *Tritici sativi* varietas. Ed. P.

XCIV. *Epiphoris.* Plin. Valer. I, 14: *Mandragorae radicem tusae cum rosaceo, et ex vino tritae, epiphoras sanant: ac circumligatae dolorem illico sedant.* H.

Nam succus oculorum, etc. Ita Diosc. IV, 76. H.

Mandragoram. Dioscorid. loc. cit. Μανδραγόρας, οἱ δὲ ἀνθρωπόμορφον, οἱ δὲ Διρκαῖαν, οἱ δὲ Κιρκαίαν καλοῦσι, etc. In Nothis, οἱ δὲ Κίρκαιον. Addit Circaeam vocari, quod radix credatur in amatoriis efficax esse. Nota satis suot Circes pocula. Pingitur a Dodonaeo, p. 454. Vidimus in horto Regio. H.

Circaeum. Gronov. et al. ante Hard. *Circeium.* Ed. P.

Duo eius genera. Nobis quidem est Mandragora mas et femina, *la mandragore mâle et femelle*; neutra tamen est Plinii ac Theophrasti mandragora, quum nostra sit sine caule. Mandragoram Veterum fuisse *le ginseng* opinatur P. Lafitau, *Memoire sur le ginseng*; pag. 75. Bacr. — *Ginseng*, vel potius *jinchen*, ut nostras D. Remusat docuit, radix est *Panacis quinquefoliae* (*Pentand. digyn.* gen. 666 Pers. *Polygam. diaec.* Linn. *Araliae.* Juss.). Habitat in silvis umbrosis Tatariae, Chinae, item Americae septemtrionalis. Immensi apud Orientales populos pretii, qui radicem hanc summae panaceae loco habent, et ad eam in omnibus morbis quasi ad sacram anchoram confugiunt. Cf. Geoff. Mat. med. tom. II, p. 117, et Dr. Vaidy Dict. Scient. medic. tom. XVIII, p. 389 sqq. Minime autem vero simile est *Panacem quinquefoliam* veteribus Graecis cognitam fuisse, quum apud Arabas rei herbar. scriptores, et seriores quidem aevi, nulla huius plantae mentio occurrat. Μανδραγόρας Theophrast. Hist. Plant. VI, 2; Diosc. IV, 76, idem Sprengelio videtur esse cum *Atropa* nostrate *Mandragora* (*Pentand monogyn.* gen. 582 Pers. *Solanac.* Juss.), quae Mandragoras mas Officio. florem albidum habet; variat foliis minoribus, angustioribus, flore subcaeruleo, purpurascente: haec est Mand. femina. Vtraque in calidioribus regionibus, Hispania, Italia, Creta, in apricis aut umbrosis, in silvis aut ad fluviorum ripas habitat. Ed. P.

Qui. Gron. et al. *quae.* Ed. P.

quam lactucae, hirsutis et caulibus, radicibus binis ternisve rufulis, intus albis, carnosis tenerisque, paene cubitalibus. Ferunt mala avellanarum nucum magnitudine, et in iis semen ceu pirorum. Album hoc alii arsena; alii morion, alii hippophlomon vocant. Huius folia alba, quam alterius latiora, ut lapathi sativae. Cavent effossuri contrarium ventum, et tribus circulis ante gladio circumscribunt: postea fodiunt ad occasum spectantes. Succus fit et e malis,

Hirsutis et caulibus. Dioscoridis mandragorae expers cauli est. καυλὸν δὲ οὐ φέρει. At Theophrast. habet Hist. VI, 2, et quidem ferulaceum: Τὰ μὲν ὁμοιότερον νάρθηκι τὸν καυλὸν ἔχει, καθάπερ ὁ μανδραγόρας. Itaque sunt diversi: nec Theophrasteus alius est a lethali solano, quod *bella donna* Paduae, alibi apud Italos *Solatro maggiore* nominatur, ut recte vidit Anguillara, Part. V, pag. 90, et post illum Dodonaeus, a quo mandragorae genus id delinestur, p. 453, ut et a Clusio, Hist. Rar. plant. V, p. 86. Vidimus in horto Regio. Hard. — *Hirsutis et caulibus.* Neuter mandragoras a Dioscoride delineatus caulem habet: Theophrasti ferulaceum habet: ferulae autem caulis non est hirsutus, sed glaber. Nihil de hirsutis Theophrastus, nihil Dioscurides. Quod de caule scribit Noster, id ex Theophrasto transcripsit; quod de hirsutis, ex Dioscoridis verbis male intellectis. Liberius legit βρομώδη καὶ βαρία κατὰ τὴν ὀσμήν, Plinius pro βαρία, intellexit δασία, et ad caulem, quem non habet, incogitans retulit. Cf. Bod. a Stapel. nott. in Theophrast. p. 581. Et ille Theophrasteam speciem, probabili satis argumento, ad *belladonnam* refert, quae nobis eodem nomine est *Atropa Belladonna*, caule herbaceo, brachiato, etc. bacca nigra, venenata. Habitat in Angliae, Germaniae, Austriae, Italiae montibus silvosis. Conf. de Mandragora Excurs. II ad calc. huius libri. Ed. P.

Ferunt mala avellanarum, etc. Dioscor. loc. cit. Hard. — Dioscor. aliter, μῆλα οὖσις ἐμφερῆ, *mala fert sorbis similia*; nisi hoc Noster scripserit, quod avellanae et sorba non multum sibi invicem magnitudine cedant. Ed. P.

Album. Dioscor. l. c. Τοῦ δὲ ἄρρενος καὶ λευκοῦ, ὃν ἔνιοι μώριον ἐκάλεσαν, etc. Ἄρσην, sive ἄρρην, quia mas; μώριος, quia fatuitatem inducit et somnum, nominatur. Unde mandragoram bibisse dicuntur ii qui sunt nimium desides, ac veluti sensu destituti. Iulianus Caesar, in Epist. ad Callixenum: Οὐ φαυεῖται πολὺν πάνυ μανδραγόραν ἐκπεπωκώς. Denique ἱππόφλομος, quasi mains verbascum ob foliorum similitudinem appellatur. In Indice neutro genere *morion et hippophlomon* MSS. omnes prae se ferunt. Hard.

Vt lapathi sativae. Cum foliis betae confert Diosc. loc. cit. Hard.

Cav. effossuri contrarium ventum. Theophr. Hist. IX, 9, totidem verbis. Hard.

Succus. Diosc. loc. cit. H.

et caule, deciso cacumine, et radice punctis aperta, aut decocta: utilis haec vel surculo. Concisa quoque in orbiculos servatur in vino. Succus non ubique invenitur, sed ubi potest, circa vindemias quaeritur. Odor gravis ei: sed radicis, et mali gravior. Ex albo mala matura in umbra siccantur: succus ex iis sole densatur: item radicis tusae, vel in vino nigro ad tertias decoctae. Folia servantur in muria efficacius, alias recentium succus pestis est: sic quoque noxiae vires. Gravedinem etiam afferunt olfactu: quanquam mala in aliquibus terris manduntur, nimio tamen

Aut decocta. Sunt enim qui radices in vino ad tertias decoquant, excolatumque ius asservant in usus varios. Diosc. loc. cit. Hard.

Utilis haec vel surculo. Vel per se solus radicis surculus arefactus prodest. Diosc. loc. cit. Καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τῆς ῥίζης περιαιρεθεὶς καὶ διαβληθεὶς λίνῳ, χρεμᾶται εἰς ἀπόθεσιν. *Quin et detractus radici cortex, filoque traiectus, ad usum suspenditur.*

Concisa quoque in orbiculos, etc. Plinius apud Dioscoridem, sive Cratevam, legit, καὶ δευθεὶς οἴνῳ, non, ut in exemplaribus Dioscorid, διαβληθεὶς λίνῳ. Dal. — *Concisa.* Theophr. IX, 10: Τέμνουσι δὲ τροχίσκους· ἐκειλήσαντες δὲ ἐν γλεύκει ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ. *Concidunt orbiculos, et involutos musto in fumo suspendunt.* H.

Ei. Gron. et al. *eius.* Ed. P.

Radicis et mali gravior. De radicis odore nihil Dioscorid. At utriusque mala εὐώδη esse is scribit, odoratu suavia cum quadam gravitate. Dal. — *Gravior.* Et gravis idem, et suavis: τὰ δὲ μῆλα εὐώδη μετὰ βάρους τινός. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Succus ex iis sole densatur. Dioscor. loc. cit. Hard.

Item radicis tusae, etc. Dioscor. l. cit. Hard.

Folia servantur in muria. Dioscorid. loc. citat. Hard.

Sic quoque noxiae vires. Etiam conditae muria. Hard.

Gravedinem. Caput olfactu gravant. Vide quae de hac voce diximus XXI, 76. Diosc. loc. cit. folia ait esse βρωμώδη καὶ βαρέα μετὰ τὴν ὀσμήν, *virosa et graveolentia.* Hard.

Manduntur. Gronov. et al. ante Hard. *mandantur.* Casp. Hoffmannus, lib. de Medic. Offic. an quisquam pomum ipsum mandragorae cum cortice impune possit esitare, se valde ignorare scribit. At fructus, certe immerito, suspectus est. Pulpam enim cum semine innoxie mandi posse docuit I. Faber Lynceus, Romae Simplicium professor. Is, teste I. Terrentio, Not. in Hernand. de plant. Mexic. lib. VIII, cap. 28, coram suis auditoribus magnum mandragorae pomum una cum seminibus absumpsit ieiunus, sine ullo vel somni, vel mali cuiusquam signo, et ut experimentum esset certius, ieiunus usque ad prandium permansit, et a vino, ne vis pharmaci debilita-

odore obmutescunt ignari. Potu quidem largiore etiam moriuntur. Vis somnifica pro viribus bibentium. Media potio cyathi unius. Bibitur et contra serpentes, et ante sectiones punctionesque, ne sentiantur. Ob haec satis est aliquibus somnum odore quaesisse. Bibitur et pro elleboro duobus obolis in

retur, abstinuit. Idem experimentum saepius se fecisse testatur I. Terrenlius. Conf. Geoffr. loc. sup. laud. Experimenta faciant alii in *Atropa Mandragora*, cuius impune fructus esitari posse non negamus; sed congeneri plantae, *A. Belladonnae*, vim lethalem inesse, miserrima, puerorum praesertim, specie fructus deceptorum, exempla demonstrant. Ed. P.

Nimio tamen odore obmutescunt ignari. Postrema dictio otiosa est, nullumque usum praestat. Pint. — — *Nimio.* Dioscor. loc. cit. Τὰ δὲ μῆλα ἐσφραινόμενα καὶ ἐσθιόμενα, καρωτικά. *Mala nu nimio odore, seu etiam largiore cibo, vocem adimunt, soporem afferunt.* Hard. — *Ignari.* Incauti, qui quae vis sit eius pomi, nesciunt. Hand.

Potu quidem largiore moriuntur. Dioscor. loc. cit. Πλείων δὲ ποθεὶς ἐξάγει τοῦ ζῆν. Hard.

Vis somnifica. Inde proverbium Luciano ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδειν, Demosthenes Philippica quarta, ἀλλ' αὐτὸ ἀνεγερθῆναι δυνάμεθα, ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσι, ἤτοι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον ἐοίκαμεν ἀνθρώποις. Rhodig. lib. VIII, cap. 24. Dal. — *Vis.* Huc pertinet, quod narrat Frontinus, Strateg. II: Hannibalem scilicet missum a Carthaginiensibus adversus rebellantes Afros, quum scirel gentem esse avidam vini, magnum eius modum mandragora miscuisse, cuius inter venenum et soporem media vis est. Tunc praelio levi commisso, ex industria cessisse: nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdam sarcinis et omni vino infecto, fugam simulasse. Quumque barbari occupatis castris in gaudium effusi medicatum marum avide hausissent, aliqua in defunctorum modum strati iacerent, reversum cepisse eos ac trucidasse. Hand. — *Vis somnifica pro viribus bibentium.* Mandragora inter narcotica et soporifera medicamenta recenseri solet, quod colligitur ex odore vitioso, ingrato, et caput ferente. Quod an de radice verum sit, I. Rajus tamen dubitat. Schroderus, P. Hermannus vim illi narcoticam, stupefacientem, opii non dissimilem tribuunt. Ilam Linn. Mat. medic. pag 73, ed. Schreber. Geoffr. Mater. medic. tom. III, p. 812. Ed. P.

Media potio. Moderata ac iusta. Sic Dioscorid. loc. cit. apud quem et sequentes medicinae exstant. H.

Bibitur et contra serpentes et ante sectiones punctionesque ne sentiantur. Scribendum puto *ustiones*, non *punctiones*, ex Dioscoride l. c. *Dantur*, inquit, *ex eo terni cyathi his qui secari, aut uri debent.* Astruit idem Serapio. Pint.

Odore somnum quaesisse. Etiam pulvino subiecta mandragorae mala somnum malari, nonnulli censent, teste Celso, III, 18. Hard.

Bibitur et pro elleboro. Succus duobus obolis ex mulso potus, ut vo-

mulso. Efficacius elleborum ad vomitiones, et ad bilem nigram extrahendam.

XCV. Cicuta quoque venenum est, publica Atheniensium poena invisa, ad multa tamen usus non omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem et viridis estur a plerisque et in patinis. Laevis hic et geniculatus, ut calami, nigricans, altior saepe binis

ratrum, vomitione atram bilem pituitamque educit: largiore potu interficit. Diosc. Vide Theophrast. Hist. lib. IX, cap. 10.

Efficacius elleborum ad vomitiones, et ad, etc. Diosc. IV, 150: Καθαίρει δὲ διὰ ἐμέτων ἄγων ποικίλα. Elleborum porro candidum intellige. H.

XCV. *Cicuta*. Publica dicitur, quod cicuta publice Athenis custoduretur ad sontium poenas: teste Iob. Tzetze Histor. Chil. VIII, Histor. 181, v. 238, ubi κώνειον δημόσιον appellat. Seneca epist. 13, p. 186: *Cicuta magnum Socratem fecit*, quem, hausto cicutae veneno, obiisse Laërtius refert, H. Nec Atheniensium modo, sed et Massiliensium publica poena haec fuit, teste Val. Max. II, 6. Gallis, *oigue*, Graecis, κώνειον. Genera in horto Regio octo vidimus. H. — Κώνειον Dioscorid. IV, 79; nobis eodem nomine *Conium maculatum* (*Pentand. digyn.* gen. 985 Pers. *Umbellif.* Juss.). Habitat in agris ruderatis. En. P.

Poena invisa. Apud Massiliensesel Ceos, venenum cicuta temperatum publice custoditur, idque datur iis qui iustas causas exhibent, propter quas mors sit expetenda. Sunt autem fere nimis adversae fortunae aerumnae, vel prosperae blanditiae: idque ne vel illa perseveret, vel haec desituat. Valer. sup. loc. citat. Menander apud Strabonem lib. IX: Καλὸν Κέων τὸ νόμιμόν ἐστι, Φανία· ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς. Brod. lib. II, cap. 27. Dal.

Estur a plerisque et in patinis. Esu cicutae, quae apii hortensis specie incautum fefellerat, ago quemdam novi ad extremum usque vitae dementem factum. Dal. — *Caulis autem et viridis estur*, etc. Gravia ac miranda sane symptomata legere est apud Kircherum, Tract. de Peste in duobus religiosis viris, qui, foliorum similitudine decepti, *Conii maculati* radices, pro *Apii petroselini* (*persil*) radicibus esitaverant. Vix enim in ventriculo descendarat cibus, statim virulentam ac mortiferam suam virtutem explicat: caput utriusque tam horrendis fuliginum exhalationibus opplevit, ut, uterque protinus mente captus, alter in vicinum lacum se praecipitaverit, in anatem se transmutatum existimans; alter, omnibus spoliatis disruptisque vestibus, in publicum prorumpens, nihil nisi flumen ad intestini incendii violentiam exstinguendam appetens, sine aquis vivere non posse clamaret. Paulo post totum corpus livore perfusum apparuit: tandem, diversis admotis remediis, mortem quidem effugerunt; sed paralytico membrorum tremore afflicti, non nisi languidam et miseram vitam per triennium adhuc pro-

cubitis, in cacuminibus ramosus: folia coriandri tenerióra, gravi odoratu: semen aneso crassius: radix concava, nullius usus. Semini et foliis refrigeratoria vis: quos enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est, priusquam perveniat ad vitalia, vini natura excalfactoria: sed in vino pota, irremediabilis existimatur. Succus exprimitur foliis floribusque, tunc enim maxime tempestivus est. Semine trito expressus, et sole densatus in pastillos, necat sanguine spissando. Haec altera vis: et ideo sic necatorum maculae in corporibus apparent. Ad resolvenda medicamenta utuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerandum stomachum malagma. Praecipuus tamen ad cohibendas epiphoras aestivas, ocu-

traxerunt: denique ambo summis doloribus cruciati, exstincti sunt. Vnde coniicere dicet Cicutam Offic. seu *Conium maculatum*, non naturae esse adeo frigidae, sicut nonnulli putaverunt. Conf. Geoff. Mat. med. t. III, pag. 325. Non autem confundendum *Conium maculatum*, seu Cicuta maior officinarum, cum *Cicuta virosa*, quae et Officin. Cicuta minor, sed viribus priori longe debilior est, quamquam *Con. maculato* s. Cicutae maiori saepe substituitur. Ed. P.

Refrigeratoria vis. Dioscorid. lib. IV, cap. 79. Hard.

Quae si enecat (sic prius). In veteri codice *sic et necat*. Quid si legas, *quos enecat*. Pint. — *Quos enecat, incipiunt algere ab extrem.* Dioscor. in Alex. c. 11. Scrib. Larg. Compos. CLXXIX: *Cicutam ergo potam caligo, mentisque alienatio, et artuum gelatio insequitur: ultimoque praefocantur, qui eam sumpserunt, nihilque sentiunt.* H.

Remedio. Diosc. IV, 79, et in Alex. cap. 11. Vide quae diximus XXIII, 23. Hard.

Perveniat. Gron. et al. ante Hard. *perveniatur*. Ed. P.

Succus exprimitur foliis. Diosc. IV, 79. Hard.

Tunc enim maxime tempestivus est. Priusquam semina siccescant, inquit Diosc. l. c. πρὸ τοῦ ξηραινθῆναι τὰ σπέρμα. H. — Ch. *melior est*. Ed. P.

Sanguine. Vel *sanguineum*. Plinium magis forma loquendi prior sapit. Rem quoque tradit Aelianus Hist. Anim. IV, 23. Hard.

Haec altera vis. Eadem prorsus vis est, quam supra dixit, refrigeratoriam. Dal.

Ad resolvenda medicamenta. Id est, ad exsolvendam medicamentorum acrium vim, usus est illius aqua dissoluti, ut opii. Dal. — *Ad resolvenda.* Ad diluenda. Sic ipse de peucedani succo, cap. 70: *Resolvitur*, inquit, *amygdalis aut ruta. Dilui* dixit c. 91. Hard.

Ad cohib. epiphoras aestivas. Haec

lorumque dolores sedandos circumlitus. Miscetur collyriis, et alios omnes rheumatismos cohibet. Folia quoque tumorem omnem, doloremque, et epiphoras sedant. Anaxilaus auctor est, mammas a virginitate illitas, semper staturas. Quod certum est, lac puerperarum mammis imposita extinguit. Veneremque testibus circa pubertatem illita. Remedia liberationi, quibus bibenda censetur, non equidem praeceperimus. Maxima vis natae Susis Parthorum; mox Laconicae, Creticae, Asiaticae. In Graecia vero Megaricae, deinde Atticae.

Plinius Valer. ad verbum, lib. XIV, extrita modo voce *aestivas*. H.

Miscetur collyriis. Dioscor. IV, 79, τοῖς ἀνωδύνοις κολλυρίοις, *collyriis quae dolorem minuunt, admiscetur.* H.

Mammas. Dioscor. loc. citat. Καὶ γάλα σβέννυσι, μαστούς τε ἐν παρθενίᾳ κωλύει αὔξεσθαι, καὶ διδύμους ἀτρόφους ποιεῖ ἐπὶ παιδίων. *Lac extinguit, et mammas virginum crescere non patitur: ac puerorum testes nutrimento defectos ita reddit, ut intabescant.* Hard. — *Semper staturas.* Cicutae succus, vel herba ipsa trita, aut cum decocto imposita, mammarum incrementum coërcet, duras et parvas reddit, auctore Etmullero: verum hanc applicationem temerariam et periculo plenam plures, nec immerito, ut opinamur, existimant. Sunt tamen qui non inepte ad primum lactis proventum, aut lactis congulationem, puerperarum mammis plantam variis modis temperatam applicent. Sed caute semper tali remedio utendum censemus. Cf. Geoff. loc. cit. Eo. P.

Veneremque. Dioscor. IV, 79: Παρίησι δὲ καὶ αἰδοῖα κατεπλασθέντα. *Genitalia illitu effeta, languidioraque reddit.* Atheniensium ἱερονίκας sacerdotes cicutae sorbitione solitos castrari, ac viros esse desinere, usque ad sua tempora scribit Hieronymus contra Iovin. I. Marcell. Empir. cap. XXXIII, pag. 231: *Vt Eunuchum sine ferro facias, radices cicutae ex aceto teres, et inde testiculos spississime illines... hoc quantum tenerioribus infantibus feceris, eventu efficaciore proveniet.* Hard.

Maxima vis natae, etc. Cornarius legendum putat, *Maxima vis natae finibus Parthorum*; quoniam Susa fuerit urbs non Parthiae, sed media inter Persiam et Babyloniam. Dal. — *Maxima.* Ad venenum accommodatissimam censet esse cicutam e Susis, Thrasias Mantinensis, apud Theophr. Hist. 17, ἐκ Σουσῶν, quae urbs fuit imperii Parthici. Hard.

Mox Laconicae, Creticae. Dioscor. loc. cit. Hard.

In Graecia vero, etc. In Peloponneso Laconicus ager censetur, non in Graecia proprie dicta: nam, ut Plinius ait, IV, 11: *Ab isthmi angustiis Hellas incipit, nostris Graecia appellata. In ea prima Attica.... Attingit isthmum parte suis, quae Mega-*

XCVI. Crethmos agrios gramias tollit oculorum impositus, tumorem quoque polenta addita.

XCVII. Nascitur vulgo molybdaena, id est, plumbago, etiam in arvo, folia lapathi, crassa radice, hispida. Hac commanducata si oculus subinde elingatur, plumbum (quod est genus vitii) ex oculo tollitur.

XCVIII. Capnos prima, quam pedes gallinaceos

ris appellatur, etc. Non vidit hoc vir alioqui eruditus, qui traiectione verborum locum hunc laborare censuit, quem contra omnium exemplarium fidem, atque adeo contra Plinii sententiam sic immutat: *Maxima vis vatae Suis Parthorum, mox Asiaticae. In Graecia vero Laconicae, Creticae, Megaricae, deinde Atticae.*

XCVI. *Crethmos agrios.* Galeno de Fac. simpl. med. VII, p. 196, Κρῆθμον vocatur. Κρίθμον Dioscoridi, II, 157, foliis portulacae, in petrosis maritimisque nascens. Non est igitur feniculum marinum, quod vulgus in Gallia vocat, *crête marine*, vel *fenouil marin*, quod herbariis fere hactenus plaruisse video: sed portulaca marina potius, halimi vulgaris nomine picta a Matthiolo in Dioscor. I, p. 160; a Lobelio in Obss. pag. 213. Hard. — Κρίθμον Dioscor. loc. cit. nobis est eodem nomine *Crithmum maritimum* (*Pentand. digyn.* gen. 690 Pers. *Umbellif.* Juss.). Habitat ad maris littora. Eo. P.

Gramias. Hoc est oculorum pituitas, quae palpebras veluti conglutinant. Festus: *Gramiae oculorum sunt vitia, quas alii glamas vocant.* Nonius: *Gramia, pituitae oculorum.* Caecilius: *Gramiosis oculis ipsa, atratis dentibus.* Graecis est λήμη seu γλήμη. Nostris, *chassie.* Hard.

XCVII. *Nascitur vulgo mol.* Μολύβδαινα, quae vox plumbagineam sonat. Haec lepidium quoque, cum dentelariae cognomine, seu dentariae appellatur. Pingitur a Clusio Hist. Rar. plant. V, 124; a Lobelio in Advv. p. 136. Crescit in Romano et Monspeliensi agro iuxta sepes et sata. Vidimus in horto Regio. Romae *erba di S. Antonio*, appellatur: in Marsia, *coligillo*, in Illyrico, *cucurida*, ut testatur Anguillara, Part. XII, p. 211. Hard. — *Molybdaena, id est plumbago.* Eodem nomine nobis dicitur *Plumbago europaea* (*Pentand. monogyn.* gen. 406 Pers. *Plumbagin.* Juss.). Habitat in Gallia meridionali, Italia, Illyria, Sicilia, Peruvia: planta tinctoria videtur. Eamdem *Tripoli* nomine tractabit Nostler lib. seq. cap. 32. Eo. P.

Folia lapathi. Brot. ex codd. Regg. et ed. pr. *folio lopothi.* Eo. P.

Plumbum. Quod Plinio *plumbum*, hoc Festo *ampullas* esse *plumbeas* arbitror, quas et calces vocat: hoc est, lividas in palpebris maculas. Hard.

XCVIII *Capnos primo:* Aristolochia rotunda Fuchsii. Dalec. — *Capnos.* Delineatur haec a Dodonaeo, pag. 60, ubi fumariam alteram vocat. H.

Prima, quom pedes gallinaceos. Nobis est *Corydalis bulbosa* (*Fumario* Linn. *Diadelph. hexand.* gen. 1658 Pers. *Papaverac.* Juss.). Aristolochia fabacea Officin. Linn. Mat. med. pag.

vocant, nascens in parietinis et sepibus, ramis tenuissimis sparsisque, flore purpureo, viridis, succo caliginem discutit: itaque in medicamenta oculorum additur.

XCIX. Similis et nomine, et effectu, sed alia est capnos fruticosa, praetenera, foliis coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. Nascitur in hortis et segetibus hordeaceis. Claritatem facit inunctis oculis, delacrymationemque, ceu fumus: unde nomen. Eadem evulsas palpebras renasci prohibet.

C. Acoron iridis folia habet, angustiora tantum, et longiore pediculo, radices nigras, minusque venosas: caetero et has similes iridis, gustu acres, odore non ingratas, ructu faciles. Optimae Ponticae, dein

199, ed. Schreber. nisi haec sit potius *Corydalis fabacea* Wild. Bulbosa in nemoribus umbrosis Galliae et Europae meridionalis. Ed. P.

XCIX. *Similis et nomine, et effectu.* Dioscor. IV, 110, haec fere totidem verbis. Καπνός, βοτάνιον ἐστι θαμνοειδές, etc. Galen. quoque de Fac. simpl. med. VII, pag. 184: Κάπνιος, οἱ δὲ καπνόν. Hanc officinae fumariam vocant: vulgus, *fumeterre* Pingitur a Dodonaeo. p. 59 Vidimus in horto Regio. H. — *Capnos fruticosa*, etc. Nobis item *Fumaria officinalis* (*Diadelph. Hexand.* gen. 1659 Pers. *Papaver.* Juss.). Habitat in Europae agris; cultis. Externe fumariae succus, oculis inditus, caliginem discutere vulgo creditur. Idem succus, in quo gummi solutum fuit, oculis illitus, praecavet duplicaturam ciliorum. Geoffraeus Mat. med. tom. III, pag. 502. Ed. P.

Unde nomen. Καπνὸς enim fumum graece sonat. Hard.

Palpebras renasci prohibet. Diosc. loc. cit. et Marc. Emp. cap. VIII, p. 70. Hard.

Acoron iridis folia habet. Sic MSS. omnes, non *acoros* (ut Gron. et al.). Tamen auctori libri de Simpl. med. ad Patern. tom. XIII Opp. Galeni, p. 986, *acorus* nuncupatur. At Dioscor. I, 2: Ἄκορον τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἐμφερῆ ἔριδι, στενώτερα δὲ καὶ τὰς ῥίζας οὐκ ἀνομοίοις, etc. Quum iridem audis, herbam intellige, de qua diximus XXI, 19. Acorum legitimum in Syria Aleppi nasci, quale a Plinio describitur, ait Anguillara, Part. I, p. 19. Pingitur a Clusio Histor. Rar. plant. II, p. 231. Vidimus in horto Regio. Calamus est aromaticus officinarum. H. — Nobis eodem nomine *Acorus calamus* (*Hexand. monogyn.* gen. 839 Pers. *Aroid.* Juss.), variet. 6. Habitat in India orientali, Brasilia. Conf. lib. XII, c. 48. Ed. P.

Ructu faciles. Ructum facilem cient. Hard.

Galaticae, mox Creticae. Sed primae in Colchide iuxta Phasin amnem, et ubicumque in aquosis. Recentibus virus maius, quam vetustis. Creticae candidiores Ponticis. Siccantur utribus in umbra digitalibus frustis. Necnon inveniuntur, qui oxymyrsinae radicem acoron vocant, ideoque quidam hanc acoron agrium vocare malunt. Vis ei ad calfaciendum, extenuandumque efficax: contra suffusiones et caligines oculorum succo eiusdem poto, contraque serpentes.

Cl. Cotyledon parvula herba, cauliculo tenero pusillo, pingui folio et concavo, ut coxendices: nascitur in maritimis petrosisque, viridis, radice oli-

Sed primae in Colchide. Prima his palma, praecipuaque commendatio. Hard.

Recentibus virus maius. Odor multo gravior. Ita MSS. Regg. etc. editique libri. Hard.

Digitalibus frustis. Concisa radice in orbiculos digiti crassitudine. H.

Necnon inveniuntur, etc. Vide quae diximus XV, 7. Causa cur haec appellatio oxymyrsinae quoque tribuatur, haec est, quod radices acori modo geniculatas habet. H. — Oxymyrsine nobis est *Ruscus aculeatus*, de quo alias diximus. Ed. P.

Acaron (sic prius). Legendum videtur *acoron*, non *acaron*. Eadem menda post paullo corrigenda. Scriptus tamen codex non *acaron agrion* aut *acaron* habet, sed *acarion*, ut sit sensus: quosdam ad differentiam inter harbam et radicem, malle radicem *acorion* appellare forma diminutiva. Pint.

Vis ei ad calfaciendum. Haec totidem verbis Diosc. I, 2. H.

Cl. *Cotyledon.* Diosc. totidem verbis, IV, 92: Κοτυλῆδων, etc. Vmbilicum Veneris nunc herbarii appellitant. Pingitur a Dodonaeo p. 131. Vidimus in horto Regio. H. — *Cotyledon.* Nobis eodem nomine est *Cotyledon Vmbilicus* (*Decand. Pentag.* gen. 1138 Pers. *Crassulac.* Juss.). Habitat in Gallia, Hispania. Cf. Bellon. Obss. I, 53. Κοτυλῆδων Hippocr. eadem Sprengelio videtur cum *Saxifraga Cotyledone* (*Saxifr. pyramidali? Decand. digyn.* gen. 1111 Pers. *Saxifrag.* Juss.). Habitat in Alpibus, etc. Cf. Hist. Rei herb. I, 42. Ed. P.

Vt coxendices. Diosc. loc. cit. φύλλον ἔχει ὥσπερ ὀξυβάφου, *instar acetabuli.* Acetabulum, ut diximus IX, 46, vasculum est forma rotunda, nulla marginis latitudine, paulatim se undique contrahens, et sic descendens ad imum. Eadem forma cotyla quoque fuisse deprehenditur: unde κοτυληδόνας Graeci ea denominarunt, quae cavam illam decrescentis subinde rotunditatis speciem aemulabantur. Quin et in coxendice, qua inferius femoris os superiori inseritur, ob eandem cavi orbis figuram, cotyledonis vox auditur: rursusque in herba ista, cuius circumducta in orbem folia, sensim calycis effigie quadam descen-

vae modo rotunda: oculis medetur succo. Est aliud genus eiusdem, sordidis foliis, latioribus densioribusque circa radicem velut oculum cingentibus, asperrimi gustus, longiore caule, sed pergracili. Vsus eius ad eadem, quae iris.

CII. Aizoi duo genera. Maius in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui buphthalmum vocant, alii zoophthalmon, alii stergethron; quod amatoriis conve-

dentia in cavum desinunt. Ex qus similitudine Romani eam umbilicum Veneris appellarunt. Hard.

Oculis medetur succo. Φύμοις, non ὀφθαλμοῖς. Dioscor. Dal.

Est aliud genus. Describitur illud totidem fere verbis a Dioscor. IV, 93. H. — *Aliud.* Brot. est Sedum maius, montanum, dentatis foliis, C. Bauh. Nobis vero *Cotyledon serrata.* Habitat in Creta, Sibiria, etc. Cotyledonis utriusque apud neotericos usus in medicina exolevit. Ed. P.

Sordidis foliis. Ob pinguitudinem: quare alii, ut Dioscorides, λιπαρὰ φύλλα; alii, quos Plinius sequitur, ῥυπαρὰ dixere. Hard.

Vsus eius ad eadem, etc. Ita libri vulgati. At MS. Reg. 1, *ad eademque inrivi. Aizio*, etc. Reg. 2, *ad eadem quae iridi.* Vetus eod. Dal. *iridis.* In Colb. III, *quae lyridi.* Malim, si faveant aliqui alii codices, *quae prioris.* Vel certe, traiectis voculis, *Vsus eius ad eadem quae aizoi. Huius duo genera.* Dioscor. enim IV, 92, ubi de Cotyledone, disserit: Ποιεῖ δέ, inquit, πρός ἃ καὶ τὸ ἀείζωον. *Vsus eius ad eadem, quae semperviui.* Nam quod Salmasius in Salin. p. 705, legit, *ad eadem quae maioris aizoi. Duo genera:* et longius id recedit a vestigiis antiquorum exemplarium, et abruptam facit orationem, quae quo ista pertineant verba, *Duo genera: maius in*, etc. ponit in ambigud. H.

CII. *Aizoi.* Vox ea ἀείζωον sempervivum sonat. H. — *Aizoi.* Gronov. *aeizoi*, et sic ubique. Ed. P.

Maius. Orib. XI, p. 187. Harp. — *Maius.* Nobis est *Sempervivum tectorum* (*Dodecand. dodecag.* gen. 1197 Pers. *Crassulac.* Juss.); nostris, *joubàibe.* Habitat in tectis, et collibus ad rupes. *Semp. arboreum*, quod in Cephalonia insula *anastasiae* nomine veniat, intelligit Anguillar. 277. Vim refrigerantem, adstringentem, sempervivo nostrates etiam tribuunt. Ed. P.

Quidam aliqui, etc. Dioscor. in Noth. p. 468: Ἀείζωον τὸ μέγα, οἱ δὲ ἀειθαλές, οἱ δὲ ἀμβρόσιον, οἱ δὲ χρυσόσπερμον, οἱ δὲ ζωόφθαλμον, οἱ δὲ βούφθαλμον, οἱ δὲ στέργηθρον, οἱ δὲ αἰώνιον.... Ῥωμαῖοι, ἰδίως καλοῦσι. Sedum maius vulgare est, pictum a Clusio Hist. Rar. plant. IV, p. 63. Vidimus in horto Regio. Βούφθαλμον, oculum bovis sonat; ζωόφθαλμον, oculum vivum; στέργηθρον, philtrum amatorium, a στέργω, *amo*: ὑπόγειον, in subgrundiis nascens: sunt enim γεῖσα subgrundia, hoc est, partes tecti prominentes, quibus stillicidia a parietibus arcentur. Vide Apul. cap. CXXIII. Hard.

Amatoriis. Amatoria pocula, veneficiaque, quibus ad amorem induci

niat: alii hypogeson, quoniam in subgrundiis fere nascitur. Sunt qui ambrosiam potius vocant, et qui amerimnon: Itali sedum magnum, aut oculum, aut digitellum. Alterum minusculum, quod erithales vocant, alii trithales, quia ter floreat: alii chrysothales, aliqui isoëtes: sed aizoum utrumque, quoniam viret semper, aliqui sempervivum. Maius cubiti altitudinem excedit, crassitudine plusquam pollicari. Folia cacumine linguae similia, carnosa, pinguia, larga succo, latitudine pollicari, alia in terram convexa, alia stantia, ita ut ambitu effigiem imitentur oculi. Quod minus est, in muris parietinisque nascitur, et tegulis: fruticosum a radice, et foliosum usque ad cacumen:

homines arbitrantur, Graeci fere φίλτρα, et φιλτρόποτα nuncupant, teste Coel. Aur. I, 5. Horatius *desiderii pocula* vocat. Hard.

Sunt qui ambrosiam potius vocant, etc. Ἀμβροσίαν quasi divinam et immortalem: unde et Θεοβρότιον minus sedum appellatur in Noth. Diosc. pag. 486. Ἀμέριμνον quasi curas sedantem. Hard.

Sedum magnum. Sedum, inquit Festus, alii sadum appellant, herbam, quam Opilius Aurelius sesuvium vocari ait, eamque in tegulis seri, nec quamobrem id fiat, indicat. Dal.

Alterum. Pingitur a Lobelio in Obss. p. 202. Vidimus in horto Regio. H. — *Alterum minusculum*. Nobis, auctore Sprengelio, est *Sedum altissimum* (*Decand. pentagyn.* gen. 1139 Pers. *Crassulae*. Juss.); seu *Sempervivum sediforme* Jacquin, Hort. Vindobon. I, tit. 81. Habitat in Europa meridionali. Nonnulli *Sedum acre* habent, ut Guettard. Brot. etc. minus bene. Cf. Spreng. Histor. Rei herbar. tom. I, pag. 176. Ed. P.

Quod erithales. Ἐριθαλές, vere florens. Χρυσοθαλές, aureo flore comans; ἰσοετές, per totum annum sui simile, hoc est, semper virens. H.

Maius cubiti altitud. Diosc. totidem verbis IV, 89. Hard.

Folia. Diosc. plane ad verbum loc. cit. Φύλλα λεπτά, μέγεθος δακτύλου μεγάλου, γλωσσοειδῆ κατὰ τὸ ἄκρον, *extremo cacumine linguae similia*, etc. Hard.

Alia in terra convexa. Nempe infima: quae vero sunt in capite, ita sunt conferta, adductaque invicem, ut orbiculato ambitu effigiem oculi repraesentent: Καὶ τὰ μὲν κατωτέρω τῶν φύλλων ὑπτιούμενα, τὰ δὲ κατὰ τὴν κεφαλὴν προσεπταλμένα ἐπ' ἄλληλα, κύκλον ὀφθαλμοειδῆ περιγράφοντα. Diosc. loc. c. Hard.

Quod minus est, in muris, etc. Dioscor. IV, 90. Hard.

Foliosum usque. Sic Diosc. et Chis-

foliis angustis, mucronatis, succosis, palmo alto caule: radix inutilis.

CIII. Huic similis est, quam Graeci andrachnen agriam vocant, Itali illecebram, pusillis latioribus foliis, breviori cacumine. Nascitur in petris, et colligitur cibi causa. Omnium harum vis eadem, refrigerare et adstringere. Medentur epiphoris folia imposita, vel succus inunctis. Purgat enim hulcera oculorum, expletque, et ad cicatricem perducit: palpebras deglutinat. Eaedem capitis doloribus medentur, succo vel folio temporibus illitis. Adversantur phalangiorum ictibus: aconito vero maius aizoum praecipue. A scorpionibus quoque habentem id feriri ne-

flet. *sursum usque*. Gronov. et al. ante Hard. Ed. P.

CIII. *Huic similis est*, etc. Haec crassula minor officinarum, eademque vermicularis, a similitudine foliorum cum vermiculis; et illecebra maior appellata a Lobelio; a quo delineatur accurate in Obs. pag. 205, et Advv. pag. 162. Diosc. IV, 91: Δοκεῖ δὲ εἶναι καὶ τρίτον εἶδος ἀειζώου, ὃ ἔνιοι ἀνδράχνην ἀγρίαν ἢ τηλίφιον ἐκάλεσαν, Ῥωμαῖοι δὲ ἰλλεκέβραν. Ἔχει δὲ αὕτη παχύτερα τὰ φυλλάρια πρὸς τὰ τῆς ἀνδράχνης καὶ δασέα. Φύεται ἐν πέτραις. *Pusillis foliis, crassiusculis, ad portulacae similitudinem, ac densis.* Ἀνδράχνη ἀγρία portulacam agrestem sonat: alii ἀνδράχλην scribunt, ut in Indice, *andrachle agria*. Hard. — Broterio est Sedum minus, terefolium, album, C. Bauh. nobis vero *Sedum stellatum*. Habitat in Gallia, Helvetia, Italia, etc. Quod Noster adiecit, *colligitur cibi causa*, non ad hanc speciem certe pertinet, cui vis caustica inest et subcorrosiva. Ed. P.

Omnium harum vis eadem. Priorum quidem duarum, sed non tertiae, quae calfacit, acris est, exulcerat. Dal. — *Omnium*. De aizoo maiore ac minore scribit Dioscorides IV, 89 seq. De illecebra abit in partes contrarias. Verum Apuleius 3 Plinio facit, cap. 103: *A Graeci*, inquit, *dicitur andrachne... Latine portulacam... alii illecebram... Frigidae virtutis, atque pedarguentis*, hoc est, *adstringentis*. Hard.

Refrigerare. Gron. et al. ante Hard. *perfrigerare*. Ed. P.

Medentur epiphoris. Diosc. IV, 89, etiam et lippitudinibus a sanguine obortis utiliter inungi scribit. H.

Purgat, etc. Gronov. et al. ante Hard. *purgant*, *explent*, etc. multitudinis numero. Ed. P.

Eaedem capitis doloribus. Dioscor. loc. cit. Hard.

Adversantur. Diosc. l. c. H.

Aconito vero maius. Diosc. Εὑρ. II, 127: Ἰδίως δὲ πρὸς ἀκόνιτον ἁρμόζει, ἀειζώου τοῦ μείζονος ἄνθεα μετ' οἴνου. *Privatim vero adversus haustum aconitum conferunt, sedi maioris flores cum vino.*

A scorpionibus. Demorsis a scor-

gant. Medentur et aurium dolori. Item succus inunctus hyoscyami modice: item achilleae, et minoris centaurii, et plantaginis: peucedani cum rosaceo et meconio: acori succus cum rosa. Omnis autem strigili calefactus infunditur. Cotyledon etiam purulentis, et cum medulla cervina calefacta. Ebuli radicis tritae succus linteo colatus, mox in sole densatus, et quum opus sit, rosaceo dilutus et calefactus, parotidas sanat. Verbenaca quoque: item plantago: item sideritis, cum axungia vetere.

CIV. Narium ozaenas emendat aristolochia cum cypero.

CV. Dentibus remedio sunt panacis radix commanducata, praecipue chironiae, item succus collutis:

pione opitulari sempervivum scribit Diosc. Εὐπ. II, 121. H.

Succus inunctus hyoscyami. Et hunc et commendat Dioscor. IV, 70, πρὸς ὠταλγίαν. Hard.

Et minoris centaurii. Centaurii decoctum ex aceto, peucedanique succum, instillatum auri, illapsa educere animalcula scribit Diosc. Εὐπ. I, 67. Fractis auribus opitulari plantaginis succum, idem monet, 58. H.

Omnis. Omnis succus prius calefactus strigili infunditur. Strigilis proprie instrumentum ferreum fuit, ad corporis sordes, sudoremque detergendum: fiebat autem ex argento, auro, ferro. De eo plura dicemus XXIX, 19. H. — *Strigili.* Τῷ ὀτεγχύτῃ. Dal.

Linteo. Gronov. *linteolo*, et mox *opus est*, non *opus sit*. Ed. P.

Verbenaca. Marcell. Emp. cap. xv, p. 107: *Herba verbena cum plantagine in ore contrita, adiecto modico salis, pro emplastro apposita, parotidas mire discutit.* Sic et Apul. cap. III, tit. 2: *Ad hulcera et parotidas.* H.

Item plantago. Dioscor. Εὐπ. I, 31, pag. 148. Plin. Val. I, 13, de parotidum curatione: *Plantago cum vetere axungia perunat.* Apul. similiter cap. I, t. 20: *Ad parotidas: Plantago cum axungia vetere pisata et imposita sanat.* Hard.

CIV. *Narium ozaenas emendat:* Marc. Emp. cap. x, p. 86: *Succum edurae*, inquit, *et aristolochiam, et cyperum, et dracunculae semen, et melilotum, aequis mensuris contere, ac naribus infunde: quo facto non solum foetorem, sed etiam carcinoma narium curabis.*

CV. *Panacis rad. commanducata.* Marc. Emp. cap. XII, p. 94, radicem, semen, succum, ad dentium dolores sedandos commendat. De radice privatim Apul. cap. IV, de symphoniaca, t. 3. H. — *Hyoscyami.* Non radicem comedi, sed nidorem a semine excipi ore nonnulli ex recentioribus praece-

radix hyoscyami ex aceto manducata, item polemoniae. Commanducantur et plantaginis radices, aut colluuntur in aceto decoctae succo. Et folia sunt utilia, vel si sanguine gingivae putrescant. Semen eiusdem apostemata, et collectiones gingivarum sanat. Et aristolochia gingivas dentesque confirmat. Verbenaca cum radice commanducata, et decocta ex vino aut aceto succus collutus. Item quinquefolii radices, decoctae ad tertias vino aut aceto. Prius vero quam decoquantur, aqua marina aut salsa lavantur: decoctum diu tenendum in ore. Quidam cinere quinquefolii fricare malunt. Et verbasci radix decoquitur in vino ad colluendos dentes. Et hyssopo colluuntur, et peucedani succo, cum meconio: vel radicum anagalli-

perunt contra dentium dolorem. Confer Geofir. Mat. med. t. III, p. 604. Ed. P.

Item polemoniae. Dioscor. IV, 8: Παῦει δὲ καὶ ὀδοντάλγιας διαμασσόμενον. *Dentium quoque dolores commanducata mitigat.* Ed. P.

Commanducantur. Plin. Val. I, 36; Marc. Emp. cap. XII, p. 95, et Diosc. II, 153. Hard.

Et folia sunt utilia. Diosc. II, 143: Καὶ πρὸς οὖλα αἱμασσόμενα, καὶ πρὸς αἷμα ἀνάγοντας πινόμενος. *Prodest foliorum succus et sanguinantibus gingivis, et sanguinem superne reiicientibus.* Hard.

Putrescant. Addunt Gronov. et al. nisi Hard. *vel sanguinis sit rejectio.* Ed. P.

Et aristolochia. Dioscor. III, 6: Σμήχει δὲ καὶ οὖλα καὶ ὀδόντας. *Gingivas et dentes extergit.* Plin. Valer. I, 37: *Aristolochiam tuam in pulverem dentibus laxatis iniices, confirmat.* Hard.

Item quinquefolii. Eius nempe in quo fraga nascuntur, de quo cap. 62. Marcell. Emp. cap. XII, p. 93: *Quinquefolium in quo fraga nascuntur, colluetur ex aqua marina, deinde ad tertias decoquitur, ex vino aut aceto; idque in ore diutius continetur: etiam exustae eius herbae cinis prodest, si eo dentes infricentur.* Habet hoc quoque Plin. Val. I, 36. E Graecis Dioscor. IV, 42. Cum his Cels. VI, 9: *De dentium dolore; Huius rei causa quinquefolii radix in vino mixto recte coquitur*, etc. H. — *Quinquefolii.* Immo eius quod *Tormentillam erectam* vocari sup. diximus, cap. 62: nam ad Quinquefolium fragiferum, seu *Potentillam superiorem*, nequaquam respicere opus est. Ed. P.

Et verbasci radix. Diosc. IV, 104. Hard.

Hyssopo. Plin. Val. I, 38, et Diosc. III, 30. Hard.

Et peucedani. Peucedani succus ad dentium dolorem mitigandum, dentium cavis utiliter inditur, inquit Dio-

dis magis feminae succo, ab altera nare, quam doleat, infuso.

CVI. Erigeron a nostris vocatur senecio. Hanc si ferro circumscriptam effodiat aliquis, tangatque ea dentem, et alternis ter despuat, ac reponat in eumdem locum, ita ut vivat herba, aiunt dentem eum postea non doliturum. Herba est trixaginis specie et mollitia, cauliculis subrubicundis. Nascitur et in tegulis, et in muris. Nomen hoc Graeci dederunt, quia vere canescit. Caput eius numerosa dividitur lanugine, qualis est spinae, inter divisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum. Nec deinde Graecis de ea constat. Alii erucae foliis esse dixerunt, alii roboris, sed minoribus multo.

scorid. III, 92. Vide et Scrib. Larg. Comp. LVI. Hard.

Vel radicum anagallidis. Naribus infusus is succus dolorem dentium leuit, si in narem dolenti denti oppositam immissus fuerit, Dioscorid. II, 209. Hard.

CVI. *Erigeron a nostris vocatur senecio.* Ἠριγέρων Diosc. lib. IV, cap. 97. Nostris, *senecon.* Genera quatuor pingit Dodonaeus pag. 630, quorum priora tria in Horto regio vidimus. H. Ἠριγέρων Dioscor. loc. laud. Nobis est *Senecio Iacobaea* (*Syngenes. superfl.* gen. 1853 Pers. *Corimbif.* Juss.). Habitat in pascuis humentibus; etiamnunc in usum medicum nonnumquam venit. Cf. Geoff. Mat. med. lib. III, cap. 647. Ἠριγέρων Theophr. Histor. lib. VII, cap. 8, nihil aliud quam *Senecio vulgaris*, in cultis non infrequens. Conf. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, pag. 402, 488. Ed. P.

Herba. Ita fere senecionem describit Diosc. l. c. Hard.

Cauliculis subrubicundis. Gron. et al. una voce addita, *caul. subrubic. nascitur.* Ed. P.

Quia vere canescit. Quasi ἦρ, vel ἦρ γέρων, vere senex aut senescens. Vide Apul. c. LXXV. H.

Caput eius numerosa. Flos luteus celeriter divisus in pappos abit, Dioscor. Locum eum Plinius infeliciter expressit. Dal. *Caput.* Id quod extuberat, in quo semen est et lanugo, ut in carduis, fere, aliisque cernimus. Harv.

Qualis est spinae. Acanthi vocabulo polysemo deceptus est Plinius. Dal. — *Qualis.* Spina praesertim solstitialis, quae a Dodonaeo pingitur pag. 722, vel carduus, aut aliquid simile. Hard.

Alii erucae foliis esse dixerunt. Ex horum numero est Diosc. lib. IV, c. 97. Hard.

Alii roboris. Ex illorum iudicio supra cum trixagine sive chamaedry comparavit. Dal. — *Alii.* Qui nempe herbam esse voluerunt trixaginis similem, sive chamaedryos, quae cum

Radice alii supervacua; alii nervis utili, alii potu strangulante. E diverso quidam regio morbo cum vino dederunt, et contra omnia vesicae vitia: item cordis et iocineris. Renibus extrahere arenam dixere. Ischiadicis drachmam cum oxymelite ab ambulatione propinavere; terminibus quoque in passo utilissimam: praecordiis etiam cibo ex aceto eam praedicantes, serentesque in hortis. Nec defuere qui et alterum genus facerent, nec quale esset, demonstrarent, contra serpentes in aqua bibendam edendamque comitialibus dantes. Nos eam romanis experimentis per usus digeremus. Lanugo eius cum croco et exiguo aquae frigidae trita illinitur epiphoris: tosta cum mica salis, strumis.

CVII. Ephemeron folia habet lilii, sed minora, cau-

quereu habet similitudinem aliquam. Hard.

Radice alii supervacua. Diosc. loc. cit. Ρίζα ἄχρηστος. H.

Alii potu strangulante. Diosc. loc. cit. non radicem, sed pappos, lanuginemve exigerontis potu strangulare ait. Hard.

Ischiadicis. Apul. cap. LXXV, tit. 5: *Ad lumborum et coxarum dolores: Herba senecio per se trita, et ieiuno in poti data, validissime prodesse fertur.* Hard.

Alterum genus facerent. Maius id est toto habitu, latioribus foliis, nigrioribus, contactu pinguibus, perinde ac si melle oblita forent; frequens nascitur in Allobrogum planitie subiecta castro dominorum de Brixieu. Dalec.

Demonstrarent. Sic et Chiffl. Gron. et libb. ante Hard. vulgg. *demonstrarunt.* Ed. P.

CVII. *Ephemeron folia habet lilii,* etc. ita fere Diosc. lib. IV, cap. 85: Ἐφήμερον, φύλλα καὶ κυνλὸν ὅμοια ἔχει κρίνῳ, λεπτότερα δέ, ἄνθη λευκὰ... ῥίζα δὲ ὑπόστι δακτύλου πάχος μία, etc. Pingitur a Matthiolo in Dioscorid. lib. IV, pag. 1111. Vidimus in Horto regio. H. — *Ephemeron.* Broterio est Ephemerum, quod aliqui silvestrem irin appellant, Casp. Bauh. vel Polygonatum angustifolium, non ramosum, Eiusd. C. Bauhino ipsi Lysimachiae species, Matthiolo *Lilium Martagon*, Fuchsio *Convallaria maialis*, Columnae *Digitalis*, Caesalpino *Convallaria verticillata*, etc. Ἐφήμερον Diosc., loc. laud. Sprengelio auctore, nobis est *Ornithogalum stachyoides* Rudbek. Camp. Elys. II, p. 134, f. 3. Habitat in Europa australi, praesertim in Galliae Narbonensis nemoribus. Ἐφήμερον Theophr. lib. IX, cap. 16; Nicand. Theriac. 849, diversi generis est; idem nempe ac *Colchicum autumnale Hexand. trigyn.*

lem parem, florem caeruleum, semen supervacuum, radicem unam digitali crassitudine, dentibus praecipuam, concisam in aceto, decoctamque, ut tepido colluantur. Et ipsa etiam radix mobiles sistit: cavis et exesis imprimitur. Chelidoniae radix ex aceto trita continetur ore. Erosis veratrum nigrum imponitur: mobiles utralibet decocta in aceto firmantur.

CVIII. Labrum Venereum vocant in flumine nascentem. Est ei vermiculus, qui circa dentes necatur, aut cavis dentium cera includitur. Cavendum, ne avulsa herba terram tangat.

CIX. Ranunculum vocamus, quem Graeci batrachion. Genera eius quatuor: unum pinguioribus,

gen. 886 Pers. *Colchicae* Juss.). Habitat in pratis humidioribus. Ed. P.

Caulem parem. Lilisco cauli altitudine pari. Haad.

Dent. praecipuam, concisam, etc. Dioscor. loc. cit. et Gal. de Fac. simpl. med. lib. VI, pag. 175. H

Cavis. Brot. ex MSS. Reg. et ed. princ. *In cavis.* Ed. P.

Chelidoniae radix ex aceto. Dioscor. lib. II, cap. 214. Hard.

Erosis. Dentium dolorem coctum cum aceto veratrum nigrum colluitione mitigare scribit Diosc. lib. IV, cap. 151. Hard.

Mobiles. Herba utralibet: chelidonia, veratrove. Haad.

CVIII. *Labrum Venereum.* Δίψακος est Diosc. lib. III, cap. 13, cuius genera tria pingit Dodonaeus pag. 723, quae nos in Horto regio vidimus. Gallis, *chardon à carder, ou de foulon.* Graecis perinde ac Latinis; Ἀφροδίτης λουτρόν. H. — Δίψακος Dioscor. loc. cit. eodem nomine nobis est *Dipsacus fullonum* (*Tetrand. monogyn.* gen. 225 Pers. *Dipsac.* Juss.). Habitat in Europa meridionali; et apud nos in agris seritur; capitula nempe echinata ad pannos rudes depectendos utilia. Radicem et folia in usum medicum venire testatur Geoffr. Mater. med. tom. III, p. 406. Ed. P.

In flumine nascentem. Falsum hoc et a nemine proditum. Herba quidem alarum cavo sinu aquam pluviam continet, sed in fluviis minime gignitur. Dalàc. — *In flumine.* Iuxta fluenta, in aquosis et humidis. H.

Est ei vermiculus. Hoc iterum repetit lib. XXVII, c. 62, et lib. XXX, c. 8. Hard.

CIX. *Ranunculum.* Diosc. lib. II, c. 206, βατράχιον. H.

Vnum pinguioribus, etc. Iisdem verbis Diosc. loc. cit. Florem luteum idem addit esse purpureum. Ranunculus est primus silvestris Dodonaei, p. 433. *Caule albo. Alto* scribi haud dubie multo est satius. Nam MSS. Reg. Colb. aliique, *alto*, non *albo*, prae se ferunt, et quod validius arbitror, Dioscoridea, qui videtur ex Pliniano fonte hausisse lib II, c. 206: Καυλὸν δὲ οὐ παχὺν scripsit, ὕψος δὲ ὅσον πήχεως. Et alias sane de caulis

quam coriandrii foliis, et ad latitudinem malvae accedentibus, colore livido, caule albo, gracili, et radice alba: nascitur in limitibus humidis et opacis. Alterum foliosius, pluribus foliorum incisuris, altis caulibus. Tertium minimum est, gravi odore, flore aureo. Quartum simile huic, flore luteo. Omnibus vis

colore dicere nihil attinet. H. — Dioscorid. loc. cit. ἔχει δὲ τὸ μὲν αὐτῶν φύλλα ὅμοια κορίῳ, πλατύτερα δὲ, etc. Hoc primum genus Sprengelio idem esse videtur ac *Ranunculus Seguieri* (*Polyand. polygyn.* gen. 1363 Pers. *Ranunculae.* Juss.). Conf. Hist. Rei herb. lib. I, cap. 178. Ed. P.

Alterum foliosius, etc. Ranunculus silvestris secundus Dodonaei, loc. cit. Hoc apiastrum illud, sive ut Dioscorides ait, loc. cit. agraste apium, σέλινον ἄγριον, quod antea indicavimus, lib. XX, c. 45. Eademque herba Sardonia appellata, et Scelerata. H. — *Foliosius*, etc. Diosc. loc. cit. Εστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος . . . ἐντομὰς ἔχον πλείους τῶν φύλλων, etc. Nobis *Ranunculus hirsutus*, seu *Ran. Philonotis*, Ehrh. Habitat in humidis, et ad margines agrorum. Ed. P.

Tertium minimum est, etc. Diosc. loc. cit. καὶ τρίτον σφόδρα μικρὸν, καὶ δύσοσμον (Dodonaeus restituit εὔοσμον), τὸ ἄνθος χρυσῷ ὅμοιον. Est *Ranunculus repens*. Habitat in cultis, pratis, et pascuis humidis. Haec species, aut *Ranunc. scelerata*, certe est βατράχιον ἢ χρυσάνθεμον, Pseudo-Democrit. In Geopon. XII, 6. Conf. Sprengel. loc. supra laudat. Ed. P.

Quartum simile huic, etc. Ita sane libri omnes, tum impressi typis, tum etiam manu exarati: a quibus proinde desciscere, in tanta consensione, religio fuit. Haud dubio tamen in mendo locus hic cubat. Nam si Dioscoridem audimus, qui eadem ad verbum de quadrigemino batrachii genere recitat lib. II, c. 206, *flore lacteo*, legi praestabilius est: Καὶ τρίτον inquit, σφόδρα μικρὸν καὶ δύσοσμον, τὸ ἄνθος χρυσῷ ὅμοιον. Καὶ τέταρτον ἰσοκὸς τούτῳ, ἄνθος γαλακτίζον. Neque vero quid flos luteus ab aureo discrepet, satis oculi nostri diiudicant. Adde Apuleium, qui Philonii verba transcripsisse omnino videtur, cap. VIII de Scelerata: *Sunt eius species quatuor: quarum altera cum foliis pinguibus, atque crassis et latis. Nascitur autem in stagnosis et umbrosis locis. Secunda est longioris thyrsi, et foliis hirtis cum incisuris, gustu acerrimis. Nascitur saepe in Sardinia. Tertia et brevissima, tetri odoris, cum floribus aureis. Quarta est cum floribus lacteis.* Et Orihasii interpres lib. XI, f. 192, b, *flore lacteo* scripsit. H. — *Quartum.* Nobis *Ranunculus aconitifolius*; habitat in montibus ad rivos. Nostris vulgo, *bouton d'argent*. Referri item commode possit ad *R. platanifolius*; at hic in subalpinis crescit, minus frequens. Ed. P.

Flore luteo. Brot. ex Diosc. loc. cit. *flore lacteo*. Ed. P.

Omnibus vis caustica. Diostor. loc. cit. Galen. de Fac. simpl. med. lib. VI, pag. 163. Apul. cap. VIII, tit. 4: *Herbam scelerata tusam cum axungia sine sale impones vulneri: excomedet putredinem, et si qua fuerit sordes, expurgat: sed non diutius patiaris,*

caustica, si cruda folia imponantur: pusulasque, ut ignis, faciunt. Ideo ad lepras et psoras eis utuntur, et ad tollenda stigmata; causticisque omnibus miscent. Alopeciis imponunt, celeriter removentes. Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes. Eadem sicca concisa, sternumentum est. Nostri herbarii strumeam vocant, quoniam medetur strumis, et panis, parte in fumo suspensa: creduntque ea rursus sata, rebellare quae curaverint vitia: quo scelere et plantagine utuntur. Oris hulcera intus succus plantaginis emendat; et folia radicesque comman-

quam necesse est, ne et corpus sanum exedat. Si argumentum rei experiri volueris, tunde eam, et super manum sanam impone, et alligato: statim rodit corpus. Hard.

Pusulasque. Gron. et al. ut semper alias, *pustulasque.* Ed. P.

Ad lepras, etc. Ὄνυχας λεπρούς, Diosc. scabros ungues. Dal. — *Lepras.* Gal. l. c. Ταῦτ' ἄρα συμμέτρως χρωμένῳ, καὶ ψῶρας, καὶ λέπρας ἀποδέρει, καὶ ὄνυχας ἀφίστησι τοὺς λεπρούς, καὶ στίγματα διαφορεῖ, καὶ ἀκροχορδόνας, καὶ μυρμηκίας ἀφαιρεῖ. Dalecampius, idcirco quia λέπρας Dioscorides praetermisit, hallucinatum hic Plinium putat, quasi ὄνυχας λεπρούς quod unum ille memorat, de lepris praepostere iste intellexerit. H.

Omnibus miscent. Hoc falsum; nihil Diosc. Quidam legunt, *medicaminibus.* Dalec.

Alopeciis imponunt, etc. Diosc. et Galen. ll. cc. Hard.

Radix. Dioscor. et Galen. ll. cc. H. — *Commanducata diutius.* Apud Dioscoridem προσαπτομένη, appensa. Ex hoc loco restituenda littera Dioscoridis, et legendum προσμασσωμένη, quod est longe aptius. Dal.

Eadem sicca concisa. Auctores mox laudati. Sternumentum autem esse ea dicitur, hoc est, sternutamentum concitare, trita videlicet, et admota naribus. H. — Gr. Brot. et al. *sternutamentum.* Ed. P.

Nostri herbarii strumeam. In Reg. 2, et Chiffl. *strumum eam.* Et in Indice, *strumos.* Hard.

Quoniam medetur strumis, etc. Apuleius c. viii, de herba Scelerata, tit. 2: *Ad strumas et furunculos: Herba scelerata tusa et subacta cum fimo porcino, imposita strumis vel furunculis, intra paucas horas discutit, et pus eiiciet.*

Creduntque ea rursus, etc. Idem proditur de siderite et artemisia lib. XXVI, cap. 5. Dal. — *Creduntque.* Vide quae diximus lib. XXI, c. 83. Hard.

Et plantagine utuntur. Hoc est, et in plantagine serenda iterum, ut iterum morbi recrudescant. H.

Oris hulcera intus. Plin. Val. lib. I, cap. 30. Hard.

ducata, vel si rheumatismo laboret os. Hulcera foetoremque, quinquefolium: hulcera psyllium.

CX. Composita quoque ad foetorem, vel maxime pudendum vitium, trademus. Ergo folia myrti et lentisci pari pondere, gallae Syriacae dimidium pondus, simul terere, et vino vetusto sparsa mandere matutino, ex usu est. Vel ederae baccas cum casia et myrrha, pari pondere ex vino. Naribus utilissimum est dracontii semen contritum ex melle, etiamsi carcinomata in his sint. Suggillata hyssopo emendantur. Stigmata in facie mandragoras illitus delet.

Vel si rheumatismo. Fluxione noxii humoris. HARD.

Hulcera foetoremque. Plin. Val. lib. I, cap. 33: *Ad foetorem oris: Radices quinquefolii ex aqua decoques, et subinde os collues, ita ut in ore aqua diu teneatur.* HARD.

CX. *Erga folia myrti et lentisci*, etc. Ad verbum Marcell. Empiric. c. XI, p. 88, et Plin. Val. lib. I, c. 30. HARD.

Ex usu est. Sic et Chiffl. *aptimum est* Gron. et al. ED. P.

Vel ederae baccas. Plin. Valer. lib. I, cap. 30: *Ederae item baccae, cum casia et myrrha pari pondere, ex vino commandacatae, hulcera oris cammendant.* Quod remedium Plinius noster ad foetorem oris cammendat, hoc Plinius alter ad oris hulcera perperam detorsit. Rectius Theod. Priscian. I, 11, ad narium foetorem: *Foetori verò narium*, inquit, *succum ederae frequenter infundas, et dracontiae succum cum melle similiter.* H.

Naribus utilissimum est, etc. Polypo, vel ozaena, vexatis, et obsessis. DAL. — *Naribus*, Marc. Emp. totidem verbis cap. x, p. 86, et Theod. Prisc. loc. cit. HARD.

Suggillata hyssopo emendantur. Dioscorid. III, 30. HARD.

Stigmata in facie mandragora illita delet. (Sic prius). *Mandragoras illitus* genere masculino, in scripto codic. Sic supra hoc ipso capite: *Aliqui et mandragora utebantur. Pastea abdicatus in hac curatione est*; et paulo post: *Mandragoram alii Circaeum vocant. Duo eius genera, candidus qui et mas: niger qui femina existimatur.* PINT. — *Stigmata.* Diosc. loc. cit. de mandragorae foliis: Διατριβόμενα δὲ ἡσυχῇ ἐπὶ ἡμέρας ε' ἢ στ' στίγματα ἄνευ τοῦ ἕλκους ἀφανίζει. *Si quinis, senisve diebus leniter affricentur, stigmata citra exhulcerationem delent.* HARD.

EXCVRSVS I

DE ELLEBORO.

Ad ea Plinii verba, lib. XXV, cap. 21:

Prima duo (genera) sunt, candidum et nigrum, etc.

Ἐλλέβορος, vel ἐλλέβορον, vel ἐλλέβορας, Graecorum; alleborus, aut helleborus, et veratrum Latinorum, radices fuere apud Graecos Latinosque usitatissimae; quarum duo genera distinguebantur, album scilicet, et nigrum. Verum licet vulgatissima fuerint haec remedia, ob insignam purgandi virtutem, eorum tamen mentio adeo manca est et obscura apud Antiquos, ut quaenam sint plantae ex quibus illa medicamenta extraherentur, vix diiudicari possit.

Ellebori apud Theophrastum historia manca est et truncata, ac proinde ex experparum lucis ad hasce plantas detegendas exspectandum est. Apud Dioscoridem ellebori sibi descriptio veratro albo nostro satis apte convenit: sed eius de nigro narratio, nigro Recentiorum elleboro minus congruens videtur. Nigri enim ellebori folia, inquit Dioscorides, viridia sunt, platani similia, sed minora, foliis spondylii proxima, pluribus divisuris scissa, nigriora et subaspera: caulis asper, flores candidi, aut purpurascentes, racematim cohaerentes, semen intus cuiei quod et Anticyraei sesamoides vocant, et in purgationes adhibent. Radices subsunt tenues, nigrae, velut e capitulo quodam cepae simili dependentes, quarum etiam usus est.

Ex hac descriptione, nostrae ellebori nigri species minime dignosci possunt. Folia enim non sunt platani minora, nec sphondylio similia, nec florem ferunt racemosum, nec caulem asperum. Vnde concludendum est, nos nigro Dioscoridis elleboro carere, aut fortasse corruptum esse et depravatum hujus auctoris textum.

In officinis vero duo ellebori genera hodie reperiuntur, quae colore, ut olim, distinguuntur, album et nigrum.

Elleborum album, seu veratrum album, Off. radix est oblonga, tuberosa, aliquando pollice crassior, foris fusca, intus alba, numerosis albicantibus fibris stipata, sapore acri, paululum amaricante, subadstringente, ingrato et nauseoso.

Planta, quae veratrum flore subviridi, Inst. R. H. Ellaborus albus flore subviridi, C. B. P. ex radicibus fibrosis, albis, numerosis, e capite veluti bulboso et subluteo pendentibus, caulem profert cubitum superantem, teretem, rectum, firmum, ex quo alternatim nascuntur folia, plantaginis sed gentianae forma, spithamas duas longa, haud multo angustiora, liris densissimis striata, ac veluti plicata, subhirsuta, dilute virentia, rigidiuscula, basi fistulosa, caulem ambientia. A medio ferme caule ad cacumen flores ex eorum

alis racematim prodeunt rosacei, ex petalis senis in orbem positis conflati, herbaceo colore albicantibus: horum medium tenent stamina sex pistillum cingentia, quod deinde mutatur in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur tres vaginae compressae, membranaceae, semiunciam longae, semina continentes oblonga, candicantia, granis tritici similia, marginata, et quasi ala foliacea cincta.

Alia est veratri albi species, quae veratrum, flore atrorubente, Instit. R. H. Elleborus albus, flore atrorubente, C. B. P. Elleborum album, flore nigro, I. B. Elleborum album, floribus atrorubentibus, praecox, Lobel. Icon. nuncupatur. Foliis longioribus, tenuioribus, magisque caducis; caule proceriore, pauciioribus foliis cincto, floribus atrorubentibus, a priore differt. Luxuriat in omnibus Galliae montibus, Alpibus praesertim, et Pyrenaeis.

Elleborum nigrum, et veratrum nigrum, Officin. quod et melampodion Graecia dicitur a Melampo. quodam (sive medicus, sive pastor fuerit), qui primus purgationem instituit: unde καθάρτης, id est, purgator nominatus fuit, et hocce medicamento Proeti filias in furorem actas persanavit. Radix est tuberosa, nodosa, ex qua velut ex capite numerosae pendent fibrae, densae, foris nigrae, intus albae, sapore acri cum amaroré conjuncto, et nauseam quasi provocante, odore vero, dum recens est, vehementi.

Planta dicitur Elleborus niger, angustioribus foliis, Iost. R. H. Elleborus niger, flore roseo, C. B. P. Ex radice nascuntur folia, pedículo spithameo, crasso, succulento, tereti, punctis purpureis ut dracunculi maioris notato, appensa, ad pedículum usque in novem, ut plurimum, partes digitatim divisa, quasi totidem foliola, rigida, laevia, obscure virentia, et serrata, praesertim a media parte ad apicem usque. Singulae autem partes foliorum ellebori non male foliis laurini comparari possunt, si seorsim spectentur. Caule prorsus carent sed flores singulares, vel bini, pedículo 4, 5 vel 6 uncias longo innituntur, rosacei, ex 5 petalis, ut plurimum conflati, subrotundis, primum albidis, deinde purpurascentibus, postremo virescentibus, nullo calyce suffulti. Horum medium occupat numerosa staminum congeries, inter quam et petala adest corona quaedam duodecim corniculorum subluteorum, quae sesquilineam longa sunt, cum ore oblique inciso. In centro vero staminum adest pistillum quinque vel sex conflatum siliculis, quae deinde abeunt in siliquas membranaceas, corniculatas, in capitulum congestas, tumidas, rufescentes, dorso elato et quasi foliaceo, in hamum veluti tenuato: fibris autem semicircularibus et transversis muniuntur, quarum contractione in duas valvas introspectantes aperiuntur. Quaelibet enim siliqua revera musculus est biventer et concavus, tendine fixo extrorsum seu in dorso posito, mobili vero introrsum. Semina gemina serie disponuntur in cavitate siliquae, ovata, duas lineas longa, splendentia et nigricantia. Nascitur in Alpibus et Pyrenaeis, et frequenter colitur in hortis, non tantum ob florum venustatem, sed etiam ad usum.

Alia est ellebori nigri species, quam C. Tournefort legitimum elleborum nigrum Hippocratis et Antiquorum esse arbitratur; quum frequenter occurrat non solum in Anticyris insulis, quae sunt e regione montis Oetae, in sinu Maleaeo qui nunc vocatur, *le golfe de Zeitoun*, non longe ab insula Euboea, *Négreponi*; sed etiam frequentius nascatur in oris Ponti Euxini, et vulgatissimus sit ad radices montis Olympi in Asia, circa celeberrimam civitatem

quae Prusa vocatur. Ab eo vocatur Elleborus niger orientalis, amplissimo folio, caule praealto, flore purpurascente, Cor. Inst. R. H. elleborus niger oriental, Bellonii. Huius radices similes sunt radicibus ellebori nigri supra recensiti, sed crassiores, longiores, acredinis et odoris plane expertes, au insigni amarore donatae: folia eiusdem formae, sed longe ampliora, pedalia ferme. Caulis pedem superat ramosus; flores prorsus similes profert, quibus semina et capsulae pares succedunt.

Pro radicibus ellebori nigri legitimi nonnunquam utuntur (1) radicibus ellebori nigri tenuifolii, buphthalmi flore, C. B. P. sed perperam. Nam radices huius plantae, quae ad ranunculi genus a C. Tournefortio reducitur sub nomine ranunculi foeniculaceis foliis, ellebori nigri radice, H. R. Monspel. Inst. R. H. nequaquam purgant, ut a Dodonaeo et ab ipso C. Tournefortio observatum fuit. Unde ellebero nigro legitimo potius substitui debent radices ellebori nigri hortensis, flore viridi, C. B. P. et ellebori nigri foetidi, C. B. P. quales Parisios ex Arverniae montibus asportari solent.

Haec planta, quae elleborus niger hortensis, flore subviridi, C. B. P. elleborus niger vulgaris, flore viridi vel herbaceo, radice diuturna, I. B. veratrum nigrum, secundum Dodon. cuius folia foliis ellebori nigri angustioribus foliis, Inst. aemula sunt, sed angustiora, nigriora, ambitusque toto serrata: caulem habet pedem plus minus altum, in ramulos cacumine divisa; a quibus flosculi deorsum nutantes dependent, minores, coloris e pallido herbacei: radices fibrosae aliquanto tenuiores, minus nigricant.

Hactenus noster Geoffracus, Mater. medic. tom. II, pag. 158 sq. et sane, pro tempore quo scribebat, docte et luculenter; in describendis enim certioresque definiendis ellebori, tum albi, tum nigri speciebus, quibus Veteres utebantur, parum aut nihil fere adlumenti apud Recentiores occurrit. Operae tamen pretium credidimus ex medic. Scientiar. Diction. excerpere, quae de planta, apud Antiquos celebratissima, Dr. Pelletan, acri certe iudicio scripsit.

Ellébore, nom d'une plante dont la racine employée de temps immémorial en médecine, a été préconisée par les Anciens comme un remède puissant dans un grand nombre de maladies, et particulièrement pour le traitement de la folie, d'où vient, suivant Joubert, le nom de *veratrum* (*quod mentem vertit.*)

Accoutumés à environner de fictions les découvertes importantes, les Grecs ont dit que les filles de Proetus devenues folles par la colère de Bacchus, avaient été guéries par le berger Mélampe, en leur faisant boire du lait de ses chèvres qui avaient mangé de l'ellébore: Leclerc (*Hist. de la Méd.*) trouve dans cette fable le premier exemple d'une purgation, et pense expliquer par là le surnom de καθάρτης, quelquefois appliqué à Mélampe, comme on a donné celui de *Melampodium* à l'ellébore.

Les Anciens connaissaient deux espèces d'ellébores, le blanc et le noir,

(1) Elleboro nigro saepe substituuntur *Elleborus viridis*, cuius radix amarior, acrior, magisque nauseosa; *Adonis vernalis* (Elleborus Hippocratis falso dicta,) *Actaea spicata*, *Trollius Europaeus*, *Astantia maior*; *Aconitum Napellus*, quae planta est venenatissima. Conf. nov. Act. Academ. nat. Curios. tom. VI, pag. 141. sq. Schreber ad Mat. med. Linn. Ed. P.

distinction tirée de la couleur de la racine: la blanc ne se trouvait, suivant Théophraste, que dans une partie du mont Œta, qu'il nomme Pyra: nous manquons absolument de renseignements sur l'espèce et les caractères de cette plante, les descriptions que nous en ont laissées les Anciens sont trop vagues pour nous instruire. Les Latins donnaient aux deux espèces le nom de *veratrum*, ou d'*elleborus* indifféremment; de nos jours on connaît le *Veratrum album* L. et le *Veratrum nigrum* L.; mais aucun des deux ne présente les caractères des ellébores.

Il reste à savoir si les Anciens confondaient notre ellébore et notre *veratrum* sous le nom commun d'ellébore, question parfaitement indécise, puisque les botanistes disent qu'ils ne connaissent pas l'ellébore blanc des Anciens (Desfontaines, *Choix de plantes*, etc.) tandis que le professeur Pinel ne fait pas de difficulté de regarder le *Veratrum album* L. (1) comme l'ellébore blanc des Anciens (*Encycl. Méth.*). Quant à notre *Veratrum nigrum*, (2) il n'a jamais été confondu avec aucune espèce d'ellébore.

Quoi qu'il en soit, l'ellébore blanc était fort employé par les médecins grecs comme vomitif, purgatif, et propre à guérir les maladies longues, et surtout les affections mentales. Celse recommande de ne pas le donner en été ni en hiver, ni surtout dans les maladies accompagnées de fièvres; mais il est bon de remarquer que ces précautions s'appliquent à tous les purgatifs énergiques, et ne sont pas particulières à l'ellébore, comme on pourrait le conclure de la manière dont on a cité cet auteur: il établit en effet, liv. XI, chap. 12, que dans les maladies où il y a fièvre, on doit préférer, aux purgatifs proprement dits, les moyens qui nourrissent et qui lâchent le ventre.

Il faut remarquer que l'ellébore blanc était plus particulièrement employé comme émétique; au reste, il règne dans les relations de l'antiquité une grande incertitude à cet égard, puisque d'une part, Mésué dit que les hommes ne peuvent pas supporter l'ellébore blanc, tandis que Pline le trouve moins violent. (3)

Quant au *Veratrum album* L. qu'il soit ou non l'ellébore blanc des Anciens, on en fait peu d'usage en médecine, on ne l'emploie guère que dans l'art vétérinaire, et on la regarde comme analogue dans ses effets à l'ellébore noir.

La racine du *Veratrum album* est blanche, fusiforme, et garnie de rameaux nombreux; elle est grise en dedans; sa saveur est âcre et nauséabonde;

(1) *Veratrum album* (*Hexand. trigyn.* gen. 882 Pers. *Colchicae*. Iuss.). Habitat in Austria, Helvetia, Italia, Graecia, etc. Russia quoque, Sibiria, et America boreali; in montosis ad rivulos. Planta Linnaeo acris, nauseosa; cui vis drastica, emetica, sternutatoria; sed cavendus usus. Conf. Mat. med. pag. 263, edit. Schreber. Ed. P.

(2) *Veratrum nigrum*. Habitat in Sibiriae, Hungariae, etc. apricis siccis. Ed.

(3) Immo vero Plinius, lib. XXV, cap. 23: « Album optimum, inquit, quod celerrime movet sternumenta; sed multum terribilius nigro, praecipue si quis apparatum potiorum apud Antiquos legat; contra horrores, strangulatus, intempestivas somni vires, singultus infinitos aut sternumenta, stomachi dissolutiones, tardiores vomitus aut longiores; exiguos aut nimios, etc. » Ed. P.

elle excite de l'ardeur dans la gorge ; elle est en général indiquée comme vénéneuse, émétique, drastique et sternutatoire.

L'infusion de cette racine est rouge et amère ; elle produit, quand on l'administre sans précaution, le cardialgie, les tranchées, etc. comme l'ont éprouvé Bergius et Conrad Gesner : ce dernier a pourtant vanté à l'égard des Anciens les vertus de ce médicament ; il dit en avoir obtenu constamment les plus heureux effets, comme alexitère, désobstruant, etc. Il l'administrait ; on le prenait fréquemment lui-même, en infusion dans du vin de Candie, ou dans l'oximel. L'illustre médecin de Zurich, aussi laborieux qu'érudit, n'avait pas craint d'imiter les Anciens dans l'usage des moyens les plus énergiques ; aussi eut-il de grands succès dans le traitement des maladies qui échappent à une médecine plus facile et plus timide.

L'ellébore blanc était employé avec les mêmes préparations et aux mêmes dosée que l'ellébore noir dont nous allons parler. Malgré l'exemple de Gesner, l'usage du *Veratrum album*, qui remplace l'ellébore blanc parmi nous, est entièrement tombé en désuétude, sans motifs bien raisonnables ; il est encore de quelque usage contre la gale des chevaux et des bœufs.

L'ellébore noir, particulièrement employé par les Arabes, quoique mal décrit par Dioscoride, se reconnaît mieux que le blanc. Pline s'accorde avec cet auteur pour comparer ses feuilles à celles du platane, en ajoutant qu'elles sont plus petites, plus foncées, et plus divisées. Théophraste dit qu'on le trouvait partout. Tout confirme qu'il était commun aux îles d'Anticyre, sur le mont Olympe, sur les rives de la Mer Noire, dans l'Eubée, dans la Béotie, etc. Celui d'Anticyre était préféré, et l'on se rendait dans une ville de ce nom, pour se faire traiter de la folie, tellement qu'elle était devenue en quelque sorte les Petites Maisons de la Grèce.

La racine de cet ellébore était noire en dehors et blanche en dedans ; les branches ou chevelus qui en partaient, suivant Dioscoride, comme d'une petite tête ; étaient préférés au tronc lui-même ; on le choisissait sans tache et bien sain, on évitait de l'employer trop récent ou trop ancien ; dans le premier cas il produisait la strangulation, dans le second il avait perdu une partie de ses vertus.

On l'administrait en substance, après l'avoir fait macérer dans l'eau et sécher à l'ombre ; la dose était de huit oboles (quatre-vingt-seize grammes,) à deux ou trois drachmes ; on pensait qu'en moindre quantité il causait plus d'accidents, sans doute parce qu'il ne faisait pas vomir, ce qui est d'accord avec la méthode de donner la décoction à ceux chez lesquels cette évacuation n'arrivait pas assez vite. On le faisait prendre dans de l'oximel, dans des gâteaux, dans des aliments. On y ajoutait des substances propres à diminuer son action irritante, ou à augmenter son action purgative ; on y joignait aussi des aromates pour en déguiser la saveur.

L'ellébore en substance était particulièrement appliqué au traitement des névroses des fonctions cérébrales ; on le donnait encore en extrait préparé avec le miel, en infusion dans le vin, dans le moût, etc. mais dans ce cas on en augmentait la dose proportionnelle.

Nous connaissons maintenant six espèces d'ellébore, qui forment un genre dans la famille des renoncules, 1. Ces plantes croissent naturellement dans

les pays arides et montagneux, on les cultive dans les jardins pour la beauté de leur port et de leurs fleurs. Ces six espèces (1) sont :

L'ellébore d'hiver, qui n'est point employé en médecine.

L'ellébore noir, qu'on a pris pour celui des Anciens, et qu'on emploie dans les préparations modernes.

L'ellébore vert, dont les caractères se rapprochent assez de celui des Anciens, mais qui en diffère par ses feuilles radicales moins dures, moins grandes et moins épaisses, et surtout par ses fleurs beaucoup plus petites, et qui ne sont pas nuancées de rose.

L'ellébore fétide, ou pied de griffon, qu'il importe de ne pas confondre avec les autres : le docteur Bisset qui l'a recommandé comme un excellent vermifuge, en donnait les feuilles desséchées en nature à la dose de quinze grains, ou l'infusion des mêmes feuilles à celle d'un gros.

L'ellébore livide, sans usage ; et enfin, l'ellébore oriental, qui paraît être le véritable ellébore noir des Anciens. Les botanistes ne purent réussir à faire cadrer, avec les descriptions des Anciens, aucune des espèces connues, jusqu'à l'époque où le célèbre Tournefort, pendant son voyage du Levant, crut avoir reconnu l'ellébore des Grecs, il se fonde : 1° sur ses caractères ; 2° sur ce qu'il l'a rencontré seul et très-abondant dans tous les lieux d'où on le tirait autrefois ; 3° sur l'analogie de ses effets, qu'il a essayés, en le donnant à plusieurs Arméniens. Voici la description qu'il fait de sa racine :

« La racine de cette espèce d'ellébore, que les Turcs appellent *sapième*, est un tronçon gros comme le pouce, couché en travers, long de trois ou quatre pouces, dur, ligneux, divisé en quelques racines plus menues et tortues. Toutes ces parties poussent des jets de deux ou trois pouces de long, terminés par des oeilletons ou bourgeons rougeâtres ; mais le tronçon et ses subdivisions sont noirâtres en dehors, et blanchâtres en dedans ; les fibres qui les accompagnent sont touffues, longues de huit ou dix pouces, grosses depuis une ligne jusqu'à deux, peu ou point du tout chevelues.

« Les plus vieilles sont noirâtres en dedans, d'autres sont brunes, les nouvelles sont blanches, les unes et les autres ont la chair cassante, sans âcreté ni odeur. »

Tournefort ne s'est pas contenté d'examiner cette plante en botaniste ; il dit que son extrait est brun, résineux et très-amer ; et il conclut, de quelques effets nuisibles qu'il a produits, que l'on doit rabattre de la haute opinion que les Anciens nous ont donnés de ce remède.

On fait usage de nos jours des racines de l'ellébore noir et du *Veratrum album* L. et de quelques autres espèces, qui sont confondues dans le commerce ; on les tire plus particulièrement de la Suisse ; on ne les administre

(1) *Helleborus*, seu *Elleborus hiemalis*, flore flavo. Habitat in Helvetia, Italia, Austria. *Helleborus niger*, flore albido. Habitat in Galliae, Austriae, Etruriae, Apennini asperis. *Helleborus viridis*, flore nutante viridi. Habitat in montibus Vignensibus, Euganeis. *Helleborus foetidus*. Habitat in silvis. *Helleborus lividus*. Habitat in Corsica. *Helleborus Orientalis*, flore purpurascente. Habitat in Oriente. Omnes ex *Polyand. polygyn.* gen. 1366 Pers. *Ranunculear.* ordine Juss. Sunt et *Helleb. ranunculinus*, *purpurascens*, etc. de quibus hic nihil, praeter nomen, dicendum. Ed. P.

jamais en nature, mais leur extrait entre dans la composition de quelques remèdes, dont les auteurs ont eu pour but de préparer et d'associer l'ellébore, de manière à corriger ses propriétés délétères; la petite dose de ce médicament qui entre dans ces préparations, l'incertitude de sa qualité, et les opérations préliminaires qu'on lui fait subir, ont presque réduit à le nullité un moyen héroïque chez les Anciens.

L'ellébore noir, tel que nous l'avons, entre dans la composition des pilules balsamiques de Stahl, du sirop de pomme elléborisé, de l'extrait panchimagogue de Crollius, des pilules de Starkey, des pilules tartarisées de Wedelius, toutes préparations reléguées dans les anciens formulaires, et dont on ne fait plus aucun usage.

Il n'en est pas de même des pilules toniques de Bacher: elles sont composées d'extraits d'ellébore préparé suivant une méthode particulière, et incorporé avec le myrrhe et le chardon béni. Leur efficacité a été bien reconnue dans certaines hydropisies.

Les propriétés chimiques de notre ellébore noir ont été examinées par Neumann, par Cartheuser et par Boulduc.

La décoction de cette racine est très-rouge et fort amère, le sulfate de fer en fonce le couleur.

Son eau distillée a une odeur âcre et piquante, elle est fortement irritante. Son extrait brun et amer est fort abondant, et toute la partie extractive peut être obtenue indifféremment par l'eau ou par l'alcool: Boulduc a observé qu'après l'action de l'alcool, l'eau n'enlève plus rien, il remarque que l'extrait résineux purge peu, mais avec beaucoup d'irritation, tandis que l'extrait préparé à l'eau purge bien et utilement.

Ces recherches sont très-imparfaites, d'abord parce qu'on a examiné un ellébore qui n'est pas celui des Anciens; ensuite, parce que les essais de Boulduc, qui datent de 1704, ont été faits dans l'enfance de la chimie; on peut cependant en tirer ces conclusions importantes:

1° Que l'ellébore contient un principe volatil, abondant lorsque les racines sont fraîches, et qui diminue par le dessiccation; que ce principe passe avec l'eau distillée; que par conséquent on en diminue la proportion par des ébullitions répétées;

2° Que c'est ce principe qui agit sur le système nerveux, puisque l'eau distillée contracte cette propriété;

3° Que ces vertus gissent particulièrement dans la portion résineuse, puisque l'extrait alcoolique purge peu et avec irritation;

4° Que l'ellébore contient un autre principe qu'on obtient par l'eau, que l'on sépare du premier par de longues ébullitions, et qui est simplement purgatif.

Ces considérations expliquent les différentes méthodes de préparer l'ellébore et de l'administrer; elles montrent comment les Anciens pouvoient l'appliquer avec succès au traitement de maladies qui semblent absolument différentes, comme la manie et l'hydropisie, et elles ne nous permettent pas de le confondre dans la classe nombreuse des drastiques.

On entend par *elléborisme* l'ensemble des procédés mis en usage par les Anciens pour l'administration de l'ellébore. L'action énergique de ce végétal paraissant d'une telle importance, que l'elléborisme forme une des parties les

plus essentielles de la thérapeutique des Anciens; il nous offre un modèle de leurs principes dans l'art d'appliquer les médicaments, d'autant plus intéressant à étudier, que la médecine actuelle, malgré sa tendance au retour vers la méthode hippocratique, s'éloigne davantage, en ce point, de la médecine grecque.

Les Anciens ne regardaient pas seulement l'ellébore comme un émétique ou un purgatif; ils lui attribuaient des vertus particulières qui s'exerçaient par son mélange avec le sang, comme on le voit dans Actuarius, qui dit que sa principale action est d'enlever au sang, lorsqu'il lui est mêlé, tout ce qu'il peut contenir de vicié, et qui ajoute même, en indiquant la méthode de l'administrer, que si l'on veut obtenir une bonne purgation, il faut y joindre la scammonée.

C'était donc à une action générale sur l'ensemble de l'organisme que les Anciens attribuaient les effets de l'ellébore: les secousses violentes et les effets variés qui accompagnaient ou suivaient cette action, autorisaient cette idée; son influence particulière sur le cerveau et les nerfs produisait les vertiges, le stranguletion, l'évanouissement; sa présence dans l'estomac donnait lieu à une énorme sécrétion de pituite, et les évacuations subséquentes n'étaient qu'une circonstance accessoire de son action, circonstance qui souvent n'était déterminée que par des moyens étrangers.

La série des procédés mis en usage dans l'elléborisme nous prouvera que les Anciens étaient dirigés par ces principes, dans l'administration d'un remède dont on aurait une idée très-fausse en le considérant seulement comme émétique ou purgatif.

Les Anciens employaient particulièrement l'ellébore au traitement des maladies qui sont maintenant connues sous le nom de névroses des fonctions cérébrales, comme la manie, l'épilepsie, l'hypocondrie, l'apoplexie, l'hydrophobie, etc. Ils l'employaient aussi dans quelques affections chroniques, comme la sciatique, la goutte, les douleurs de tête; dans quelques maladies de la peau, comme la lèpre, etc. et même au traitement de quelques affections cancéreuses, puisque Oribase, qui met en doute son utilité pour les ulcères, convient qu'il a vu une femme guérie d'un cancer par la bonne administration de l'ellébore.

Hippocrate conseille l'ellébore dans les premiers jours d'une grande fracture ou luxation; et si, dans ce cas, on le considère seulement comme purgatif, on trouve le père de la médecine d'accord avec les chirurgiens de nos jours, qui conseillent une évacuation dans les grandes blessures, pour éviter l'embarras gastrique qui en est si souvent la suite.

L'époque de la maladie où les Anciens plaçaient l'usage de l'ellébore, dépendait de la marche et de la nature de l'affection. Ils s'empressaient de l'administrer dans l'épilepsie, parce que le retour des attaques pouvait produire la manie, l'idiotisme, ou l'incurabilité; ils en retardaient l'usage dans les affections irrégulières et mal déterminées, enfin, dans les maladies régulières et périodiques; on choisissait le temps où un accès venait de finir; dans tous les cas on avait égard à l'état actuel de force ou de débilité du malade, aux saisons et aux heures de la journée; on se laissait même influencer par des idées superstitieuses sur le cours des astres. C'est ainsi qu'on préférait, pour administrer un purgatif, le temps du décroissement de la lune.

Les Anciens proscrivaient l'usage de l'ellébore dans certaines circonstances qui se rapportent toutes à un état d'excitation violente ou de faiblesse du malade; c'est ainsi qu'Hippocrate nous a laissé, dans ses préceptes, dont la sagesse porte particulièrement sur les choses dont il faut s'abstenir, d'utiles avertissements de ne point administrer l'ellébore à ceux qui sont débiles et lymphatiques, à ceux qui ont la vue faible, à ceux dont les oreilles tintent, etc. affections qui, le plus souvent, viennent de la faiblesse ou le produisent; tandis que d'autre part il dit: « Ne donnez pas l'ellébore à ceux qui ont une forte santé; car il leur donne des convulsions. »

On peut en conclure que l'ellébore, substance très-active, exigeait, dans l'individu soumis à son usage, une réaction proportionnée à l'énergie du médicament, et qu'une pareille lutte pourrait devenir dangereuse chez un individu fortement constitué.

L'usage de l'ellébore, dans le traitement de la folie, a donné lieu au proverbe *Navigare Anticyras*, parce qu'on tirait le meilleur ellébore des îles d'Anticyre; et notre poète fabuliste, nourri de la lecture des Anciens, auxquels il emprunte sans cesse des tournures ou des images, a fait dire par le lièvre, à la tortue, qui veut lutter avec lui de vitesse:

> Ma commère, il vous faut purger
> Avec quatre grains d'ellébore.

Hérophile disait, au rapport de Galien, que les médicaments n'étaient rien quand ils étaient mal administrés, mais qu'ils étaient les *mains des dieux*, quand leur application était sagement dirigée.

Sur ce principe, les Anciens apportaient la plus scrupuleuse attention et les soins les plus détaillés à préparer le malade à l'administration de l'ellébore; ils disaient que, pour en éprouver les bons effets, l'homme devait être fort et courageux, que ses humeurs devaient être fluides et son estomac disposé à vomir facilement.

Sans rien décider sur l'importance et la sagesse des préparations qui précédaient l'administration de ce remède, je vais exposer la méthode des Anciens; ils étaient trop bons observateurs, et nos théories sont trop incertaines, pour qu'il soit permis de condamner sans examen, dans leur conduite, les choses même qui nous semblent inutiles ou ridicules.

Lorsqu'un malade devait prendre l'ellébore, on commençait par l'évacuer doucement; on le nourrissait bien pendant quelques jours, puis on le faisait vomir, en choisissant le temps du déclin de la lune; on réitérait le vomitif cinq jours après, puis on rétablissait les forces par une bonne nourriture pendant un mois; on recommençait alors la même série d'évacuations de trois en trois jours; après le dernier vomissement, on donnait un jour de repos, pendant lequel on faisait prendre au malade un lavement, un bain, et quelque nourriture; le lendemain on administrait l'ellébore après une friction huileuse sur tout le corps.

Les vomissements dont nous venons de parler avaient toujours lieu après le repas du soir; car les Anciens pensaient que la condition la plus favorable à cette évacuation était la plénitude de l'estomac; on les déterminait par un moyen mécanique, ou par l'action d'un vomitif; dans le premier cas on

nourrissait le malade d'aliments doux et miellés, accompagnés de boissons de même nature, en évitant avec soin tout ce qui pouvait être astringent; on faisait suivre le souper d'une promenade, et au retour on déterminait le vomissement par l'introduction des doigts ou d'une plume dans l'arrière-bouche; l'évacuation était en général facile et abondante.

D'autres fois, après une nourriture et des boissons du même genre, on faisait manger au malade une livre et plus de raifort; on faisait succéder la promenade, un peu de repos, et des mouvements circulaires qui provoquaient des nausées: alors une plume ou les doigts complétaient l'effet, et des mucosités abondantes étaient rejetées avec le raifort; on éloignait la saveur désagréable de ces substances par un gargarisme, et on sollicitait un sommeil réparateur, par le repos et par des attouchements sur les jambes et sur les pieds.

Si nous comparons cette manière de faire vomir avec celle qui est mise en usage de nos jours, nous les trouvons très-différentes. Les médecins modernes attendent le moment de la vacuité de l'estomac, et donnent le vomitif le matin à jeun, au lieu de l'administrer après un repas: l'état du ventricule, dans ces deux cas, diffère sous deux rapports.

1° Le développement de sa cavité, dans le cas de plénitude, facilite les effets de sa contraction et de celle des parois abdominales; mais cette différence est devenue moins essentielle depuis que nous savons que, pendant les nausées, l'estomac se gonfle d'air. La seconde différence, plus importante, consiste dans le degré de sensibilité et de vie de l'organe vide ou plein; l'estomac, rempli d'aliments, est excité par leur présence; il s'anime de forces propres à réagir sur ces substances; ses sécrétions augmentent à proportion, la peau se refroidit; en un mot, une grande partie de la vie générale semble se concentrer sur l'organe qui va exécuter l'œuvre importante de la digestion. Je laisse aux médecins habiles à décider s'il est indifférent d'agir par un vomitif sur un organe déjà stimulé à ce point, ou d'appliquer le même agent à l'estomac vide et au repos.

Le choix et le mode de préparation de l'ellébore n'exigeaient pas de la part du médecin moins d'attention que le traitement préliminaire dont nous venons de parler.

On distinguait les ellébores par le lieu d'où on les tirait; celui d'Anticyre et du mont Œta était préféré; venait ensuite celui de Sicile. Quant à la véritable indication de l'espèce, les descriptions des Anciens sont trop confuses pour nous éclairer; Dioscoride confond probablement l'ellébore noir avec le blanc. Quoi qu'il en soit, il paraît que les médecins grecs employaient le blanc, et que les Arabes préféraient le noir; en sorte que, suivant l'observation du savant professeur Pinel, on doit, lorsque les Arabes l'indiquent sans épithète, entendre le noir, tandis que c'est le blanc dont veulent parler les médecins grecs dans le même cas; pour Hippocrate, qui se fait toujours distinguer par son exactitude et sa précision, il a fait usage de l'un et de l'autre, mais il a eu presque toujours le soin de les spécifier par une épithète.

Quelle que fût l'espèce d'ellébore dont on faisait usage, on le choisissait bien sain, sans aucune tache, et cueilli depuis quelque temps; car on pensait qu'il suffoquait lorsqu'il était frais. On préférait au tronc lui-même les petits

rameaux qui partent de la racine, et on les divisait d'abord suivant leur longueur, ensuite en fragments plus ou moins gros.

Les Anciens nous ont transmis plusieurs méthodes de préparer l'ellébore, qui toutes avaient pour but de lui enlever une partie de ses principes irritants, et de l'associer à d'autres substances pour modérer ses effets et couvrir sa saveur. En voici quelques-unes.

Actuarius dit qu'il faut faire macérer l'ellébore dans un peu d'eau, le faire sécher à l'ombre, après avoir séparé l'écorce de la petite moelle, et l'administrer ensuite à la dose de deux ou trois gros, *plus ou moins*; avec de l'oxymel et quelques graines aromatiques; mais que si l'on veut obtenir une bonne purgation, il faut y joindre la scammonée.

Hérodote rapporte la formule suivante : on fait bouillir une livre d'ellébore dans neuf livres d'eau ; on réduit au tiers, on ajoute trois livres de miel, on réduit encore, et on donne six drachmes de cet extrait, qui purge sans danger.

Antillus conseille son infusion faite à froid pendant trois jours, comme tonique.

On la donnait aussi en décoction dans le vin ou dans le moût.

On en faisait des suppositoires, des pessaires, qui provoquaient le vomissement, des emplâtres qui agissaient par absorption, comme les lotions sur les membres goutteux.

Lorsqu'on le donnait en substance, on avait égard au volume des fragments; ils étaient gros pour agir avec douceur, menus quand on voulait purger vivement.

On doit admirer le zèle et la patience des Anciens dans le concours des moyens accessoires qu'ils mettaient en usage pour modifier et diriger l'action de l'ellébore pendant son effet ; pour en avoir une idée claire, il faut se représenter que son action curative devait s'exercer pendant son séjour dans l'estomac, que le vomissement était le dernier effet de cette action, et que par conséquent il importait de le retarder assez pour donner au médicament tout le temps d'agir sur le système en général ; et que d'une autre part cette vive influence de l'ellébore sur l'économie animal, se prononçant par des symptômes dont quelques-uns pouvaient devenir dangereux, il était essentiel de se procurer tous les moyens possibles d'arrêter à temps des effets trop violents.

Ainsi, les ressources accessoires au médicament lui-même consistaient dans une réunion de moyens qui pussent au besoin ralentir ou accélérer le vomissement; un lit horizontal, un incliné, un autre suspendu, des plumes d'oie, des huiles de cyprès, de roses, d'iris, des ventouses, des éponges imprégnées de mélicrat, des sternutatoires, des suppositoires, des clystères purgatifs et anodins, des emplâtres, de l'eau chaude, une infusion d'ellébore, du vin d'absinthe, et des gantelets de cuir dont les doigts alongés pouvaient s'introduire dans l'arrière-gorge, étaient préparés à l'avance, et servaient, suivant le besoin, à produire un de ces deux effets; on y joignait les frictions manuelles, la traction des membres et les coups sur l'estomac;

enfin des moyens moraux, capables de calmer ou d'exciter, tels que des contes agréables; ou des injures et des provocations.

On appliquera facilement ces divers moyens en suivant la marche ordinaire des symptômes pendant l'action du médicament. D'abord, chaleur à l'estomac et à le gorge, salivation abondante, prolongée pendant une heure, vomissement de matières pituiteuses, éjection des aliments et de l'ellébore, vomissement renouvelé de pituite et de bile, puis de bile pure.

Pendant ce temps, face rouge, veines gonflées, pouls lent et déprimé, hoquets plus ou moins violents: après ces effets, le pouls se relevait, la face revenait à son état naturel, et souvent il survenait encore des vomissements moins pénibles que les premiers.

Telle était la marche convenable et désirée de la médication; mais, si le malade paraissait disposé à vomir trop promptement, on le tenait en repos; on lui faisait des frictions sur les jambes; on lui faisait boire, de temps en temps, un peu d'eau et d'absinthe, on lui appliquait même des ventouses le long de l'épine et sur l'estomac; on calmait l'esprit par des contes flatteurs.

Dans le cas contraire, le vomissement n'arrivant pas au bout d'un assez long séjour du médicament dans l'estomac, son action, trop prolongée, pouvait produire un sentiment de strangulation, un resserrement de la gorge; la perte absolue de connaissance; pour prévenir ces inconvénients ou en diminuer les effets, on introduisait dans la gorge de longues plumes d'oie, ou les gantelets trempés dans l'huile de cyprès, on alongeait les membres, on frappait l'estomac, on faisait boire le mélicrat en abondance avec la rue, on frottait les doigts avec l'huile de cyprès ou la scammonée, on plaçait le malade sur le lit suspendu, et on l'agitait transversalement, en imitant le roulis d'un vaisseau.

On faisait boire la décoction d'ellébore, on appliquait des suppositoires irritants, et l'on donnait des clystères purgatifs.

Si le malade perdait le sentiment, on ouvrait les dents avec de petits coins de bois pour introduire la plume; ou l'on déterminait de violents éternuements avec la poudre d'ellébore ou de l'euphorbe; ces moyens étaient ordinairement suivis d'une abondante éjection qui calmait tous les symptômes; mais, dans le cas contraire, on avait recours à la dernière ressource, qui consistait à faire sauter le malade dans une couverture tendue par des hommes vigoureux, et à le faire ainsi rouler sur lui-même, moyen qui manquait rarement son effet, mais après lequel on regardait comme sans ressource ceux qu'il n'avait pas rappelés à la vie.

Ce terrible appareil d'accidents et de remèdes, vivement tracé par les Anciens, semble fait pour effrayer le médecin et l'éloigner de l'emploi d'un pareil moyen; mais nous devons penser que les symptômes graves étaient très-rares, ou que les Anciens attachaient une grande importance aux propriétés curatives de l'ellébore, puisqu'ils ne laissaient pas d'en faire un fréquent usage.

Un médicament qui agissait avec tant de force sur le système nerveux, pouvait laisser des traces fâcheuses, aussi survenait-il quelquefois un hoquet persistant et accompagné d'un spasme général; on administrait alors le rue

avec le mélicrat, on faisait des frictions sur les membres, et on y appliquait des ligatures, on posait des ventouses le long de l'épine, on cherchait à changer la disposition nerveuse par des sternutatoires, des frayeurs subites, des injures violentes, etc.

Une autre suite de l'ellébrisme était le spasme des muscles, il avait ordinairement son siége dans ceux des membres et de la mâchoire; alors on faisait usage des bains, des applications émollientes, des frictions et applications de la main avec une compression graduée, et même des antispasmodiques, comme le castoréum, qu'on employait à l'intérieur et à l'extérieur.

L'ellébrisme des Anciens dont je viens de tracer une légère esquisse, conduit à des réflexions sur la thérapeutique en général et sur l'usage de l'ellébore en particulier.

J'ai déja fait remarquer combien la méthode des Anciens différait de la nôtre dans l'emploi des vomitifs; et cette partie de la thérapeutique est si importante, il arrive un si grand nombre de cas où l'action d'un émétique est du plus haut intérêt, qu'il serait bien à désirer que l'on examinât cette question avec tout le soin qu'elle mérite; mais indépendamment de la vacuité ou de la plénitude de l'estomac, quelle négligence et quelle inertie dans notre manière d'administrer ces remèdes, comparée à ces soins multipliés et éclairés qui, chez les Anciens, précédaient et accompagnaient la médication! nature des aliments et des boissons pour disposer l'estomac au vomissement, promenade en tel ou tel lieu, situation pendant l'effet du remède, moyens accessoires soigneusement préparés et sagement appliqués, pour retarder, hâter, ou compléter les effets dont on attendait un résultat utile, tout est parfaitement disposé, rien n'est oublié pour accomplir ce beau précepte d'Hippocrate: *Oportet autem non modo seipsum exhibere quae oportet facientem, sed etiam aegrum, et praesentes, et externa.*

Si de pareils soins accompagnaient l'administration d'un simple vomitif, quelles précautions ne devaient pas prendre les Anciens lorsqu'ils employaient l'ellébore. On les a toutes mises sur le compte des dangers de ce médicament; on n'a pas assez remarqué qu'un grand nombre de ces moyens étaient préparatoires, d'autres destinés à compléter l'effet du remède, et que ceux qui avaient pour but de parer aux accidents graves étaient dictés par une sage prévoyance. En effet, l'usage de l'ellébore était général, on ne mettait point en doute son efficacité, les maîtres de l'art devaient donc s'attacher particulièrement à signaler les dangers; de nos jours tout médecin instruit administre sans aucun inconvénient les préparations mercurielles les plus dangereuses, et nos livres sont pleins de sages conseils sur les dangers qui peuvent en résulter.

Nos plus célèbres médecins ont rejeté l'usage de l'ellébore, ils en ont donné pour raison que nous possédons beaucoup d'émétiques plus doux et moins dangereux: est-ce donc seulement comme émétique que nous devons le considérer?

Il suffit d'examiner un moment les symptômes produits par l'ellébore pour se convaincre que le vomissement n'était que la moindre partie de ses effets

les fonctions cérébrales et tout le système nerveux en ressentaient la plus grande influence; on pouvait le réduire au simple rôle de purgatif par des préparations qui sans doute lui font perdre la partie la plus précieuse de ses propriétés, puisque dans tous les cas importants les Anciens le donnaient en substance.

L'action de l'ellébore peut causer des accidents très-graves; mais où chercherons-nous des remèdes contre les névroses des fonctions cérébrales qui résistent si souvent à nos moyens, si nous répudions les substances qui agissent puissamment sur le système nerveux, et sur les fonctions cérébrales en particulier.

Il est certain que les Anciens, à l'aide d'un petit nombre de ressources, étaient parvenus à prévenir les inconvénients de l'ellébore; son emploi était devenu tellement habituel qu'il avait donné naissance à des proverbes, et qu'au rapport d'Aulugelle et de Valère Maxime, les orateurs, jaloux de véritable gloire, prenaient, à l'exemple de Carnéade, une dose d'ellébore avant la dispute, pour se fortifier le cerveau. Enfin, si nous voulions révoquer ses succès en doute, il faudrait ôter toute créance aux hommes les plus illustres de le médecine grecque, et aux observateurs les plus parfaits que nous puissions choisir pour modèles.

Si tel était le succès des Anciens dans l'administration de l'ellébore, que ne pourrions-nous pas en attendre, aidés des moyens multipliés et de puissants antispasmodiques inconnus dans les temps reculés!

On a tenté de nos jours l'emploi de substances éminemment vénéneuses, et qui n'avaient en leur faveur que quelques assertions de succès douteux: pourquoi n'essayerait-on pas l'usage de l'ellébore dans les maladies affligeantes qui attaquent dans l'homme sa belle prérogative? Serait-il plus dangereux que les douches d'eau fraîche sur la tête, les douches ascendantes par l'anus, une chute inopinée dans la mer, etc. moyens qu'on a souvent employés, quelquefois avec des succès qui sans doute n'ont été dus qu'à la secousse violente qu'en ont éprouvée les appareils nerveux et surtout le cerveau?

En résumant les relations partielles des Anciens, et suivant jusqu'à nos jours l'emploi de l'ellébore, on s'aperçoit aisément qu'il est susceptible de produire deux genres d'actions bien distincts: en substance et à une dose convenable, il agit avec force sur le système nerveux, et c'est de cette manière qu'il devient un moyen curatif pour quelques maladies qui dépendent de ce système; ces propriétés paraissent tenir à des principes volatils qu'on peut en séparer, ou dont on peut diminuer la proportion.

Réduit en extrait convenablement préparé et donné à plus petites doses, il paraît devenir excitant, tonique et propre à guérir ces maladies qui semblent dépendre d'un défaut de vie dans quelque système; il devient un fondant pour les engorgements, et les Anciens en obtenaient la guérison des maladies de la peau les plus difficiles à traiter.

Les pilules de Bacher où l'ellébore se trouve dans ce dernier état, ont eu, au rapport de Richard et de plusieurs autres médecins, des succès prononcés dans l'hydropisie; elles sont conservées parmi les moyens dont nous faisons usage. Or, si nous avons acquis par notre expérience la certitude que la plus obscure des deux actions de l'ellébore est telle que le pensaient les Anciens,

n'avons-nous pas un motif de plus de croire qu'ils ne se trompaient pas en lui attribuant d'autres vertus plus saillantes, plus remarquables, et par conséquent bien plus faciles à constater?

La dernière objection contre l'usage de l'ellébore en médecine, peut se tirer des expériences tentées dans les temps modernes: on a fait prendre à quelques chiens de l'eau distillée d'ellébore, et ils ont été violemment purgés; un coq est mort par la présence d'un fil trempé dans le suc d'ellébore et laissé dans sa arête. On ne peut rien conclure de ces faits:

1° Parce que telle substance est un violent poison pour quelques animaux, tandis que l'homme en supporte l'usage, et réciproquement;

2° Parce que les substances vénéneuses agissent en raison inverse de la masse de l'individu;

3° Surtout, parce que nous savons que l'administration de l'ellébore exige des préparations et des soins.

Mais Tournefort, pendant son voyage du Levant, ayant retrouvé le véritable ellébore des Anciens, en a administré l'extrait à des Arméniens qui en ont éprouvé de mauvais effets. Il dit qu'il fut obligé d'y renoncer et qu'il revint alors de la haute opinion qu'il avait de ce remède, et il ajoute qu'un médecin lui a dit qu'il avait été obligé d'abandonner ce moyen, à cause de ses inconvénients; il dit pourtant aussi que les Turcs lui attribuent de grandes vertus.

Que peut-on conclure de pareilles expériences, sinon que l'ellébore oriental, ayant produit de nos jours, quand on l'a mal administré, les mêmes accidents si bien retracés par les Anciens, aurait sans doute produit tous les bons effets qu'ils ont préconisés, s'il eût été donné dans les circonstances convenables, si on l'eût accompagné de cet ensemble de moyens accessoires auxquels ces maîtres de l'art attachaient le succès, qu'ils nous ont transmis avec tant de soins, et que nous pouvons encore perfectionner par cette foule de ressources précieuses, dont les découvertes postérieures ont enrichi la thérapeutique moderne.

EXCVRSVS II

DE MANDRAGORA.

Ad ea Plinii verba, lib. XXV, cap. 94:

Mandragoram, alii Circaeum vocant. Duo eius genera: candidus, qui et mas; niger, qui femina existimatur, etc.

Mandragorae duae traduntur differentiae: (1) una dicitur mas seu candida, altera vero femina seu nigra.

Mandragora mas seu candida, Officin. mandragora fructu rotundo, C. B. P. 169. Vulgo, *Mandragore mâle.*

Radicem profert crassam, longam, interdum simplicem et indivisam, saepe bifidam, incoxantem hominem, ut sibi persuadet vulgus, referentem, interdum etiam trifidam aut quadrifidam, externe candicantem aut ex cinereo ferrugineam interne pallidam. Ex eius capite absque caule folia exeunt circiter cubitalia, sesquipalmum fere lata, utrinque acuminata, atro-virentia, foetida. Inter haec a radice quoque pediculi assurgunt crebri, sesquiunciales aut palmares etiam, florem singuli sustinentes monopetalum, campaniformem, quinquepartitum, modice irsutum, sordide candicantem ac nonnihil purpurascentem, foetentem, cum calyce villoso viridi in quinque lacinias diviso; ex quo surgit pistillum quod infimam floris partem perfodit et abit deinde in fructum parvi pomi effigie et magnitudine, primum viridem, deinde subluteum, carnosum, mollem, odoris gravis virosi, et in cuius pulpa semina continentur alba, subrotunda, compressa et quasi reniformia.

Mandragora femina seu nigra, Officin. mandragora flore subcaeruleo purpurascente, C. B. P. 169. Vulgo, *mandragore femelle.*

Eius folia mari similia sunt, sed angustiora, minora, nigrioraque. Flores coloris ex caeruleo purpurascentis; fructus pallidiores minores, turbinati; sorbi aut piri effigie, sed non minus odorati. Semina minora et nigriora. Radix quoque prolixa, foris amplius nigricans, interius albida. Vtraque in calidiori-

(1) *Atropa Mandragora* (*Pentand. monogyn.* gen. 502 Pers. *Solanae.* Juss.). Habitat in Hispaniae, Helvetiae, Italiae, Cretae, Cycladum, etc. apricia. Variat foliis minoribus, angustioribus et magis undulatis. Conf. Lamarck Encycloped. tom. I, pag. 391. Ed. Paris.

bus regionibus, Italia, Hispania, sponte crescit, in silvis et umbrosis necnon prope ripas fluviorum. Hic non nisi in hortis sata oritur. Utriusque folia et radices vel potius radicum cortex usitata sunt.

Luculentam officinalis mandragorae descriptionem e Cl. nostrate Geoffraeo mutuati sumus, Mat. med. tom. III, pag. 808 sq. Quod ad vires et usus pertinet, partim transcribenda censuimus, quae digna scitu, lectuque iucunda visa sunt, ex medic. Scient. Diction. tom. XXX, p. 424 sqq. Sic inter optimos botanicae rei auctores DD. Loiseleue et Marquis:

La mandragore est une des ces plantes dont l'odeur et la saveur désagréables semblent annoncer les funestes effets. C'est une de celles sur lesquelles on s'est plu à débiter le plus de choses merveilleuses et bizarres, et dont le charlatanisme a tiré le plus de parti pour duper l'ignorance, qui ne croit rien avec tant de facilité que ce qui est le moins croyable.

La grosse racine napiforme et comme velue de cette plante, souvent divisée jusqu'à la moitié en deux parties, a paru offrir quelque ressemblance avec le tronc et les extrémités inférieures d'une figure humaine. C'est dans cette grossière apparence, et dans les propriétés vénéneuses et démentantes très-anciennement connues de la mandragore, qu'il faut chercher l'origine de toutes les fables dont elle a été l'objet.

C'est cette forme de ses racines qui lui fit donner par Pythagore, sur la sagesse duquel trop d'amour pour le merveilleux jette quelque nuage, le nom d'ἀνθρωπόμορφον, et par Columelle, celui de *semihomo*:

> Quamvis semihominis vesano gramine foeta,
> Mandragoras pariat flores moestamque cicutam.

Le mot *vesano*, dans le premier de ces vers, désigne évidemment la propriété qu'a la mandragore de causer le délire.

Quiconque connaît un peu l'histoire de l'esprit humain, ne sera point surpris qu'une plante qui offre dans sa racine l'image plus ou moins exacte d'un homme, ait été bientôt regardée comme devant influer sur la génération, et soit devenue célèbre dans les philtres. L'emploi qu'en faisait, dit-on, dans ses préparations la magicienne Circé, lui fit aussi donner quelquefois le nom de *circaea*.

Les Modernes ont encore renchéri sur les contes des Anciens relatifs à la mandragore. On était si persuadé de la parfaite ressemblance de ces racines avec la forme humaine, que de vieux herboristes pour figurer cette plante, distinguée, par les Anciens même, en mâle et femelle, n'ont rien imaginé de plus simple que de dessiner, sans en oublier aucun attribut, une figure d'homme et une figure de femme, de la tête des quelles ils font naître les feuilles et les fleurs. C'est ainsi qu'on voit les mandragores représentées dans l'ouvrage imprimé en caractères gothiques, intitulé *le grand Herbier*; en français.

Pour les botanistes, ces noms de mâle et de femelle ne désignent relativement à la mandragore que deux variétés, dont la première a des fruits arrondis, et la seconde, des fruits piriformes.

Les charlatans ne manquaient pas, comme on peut le croire, d'ajouter, en

retaillant adroitement cette racine, à la ressemblance qui en faisait le prix. Ils savaient non seulement cacher habilement cet artifice, mais même faire avec quelques autres racines, telles que celle de bryone, de fausses mandragores qu'ils vendaient fort cher à cette classe d'hommes qui semblent avoir besoin d'être trompés. Elles étaient bien plus précieuses, bien plus puissantes encore, quand elles avaient été recueillies sous des gibets. On était persuadé que, conservées dans un morceau de linceul, ces mandragores portaient bonheur.

Les cérémonies superstitieuses avec lesquelles la mandragore devait être arrachée ajoutaient à la haute opinion qu'on avait de sa puissance. Un cercle magique devait trois fois être tracé autour d'elle avec la pointe d'une épée; un des assistants devait danser en prononçant des paroles obscènes. Théophraste et Pline n'ont pas craint de décrire sérieusement ces pratiques ridicules, sans lesquelles celui qui entreprenait de déraciner la mandragore courait les plus grands dangers. D'autres pour éviter ce péril, ont prescrit de la faire tirer de terre par un chien, qu'on y attachait; ce qui est évidemment emprunté de ce que l' historien Josephe (*De Bello Jud.* l. VII, cap. 25) raconte de la plante *baaras*, qui avait la vertu de chasser les esprits malfaisants, et dont il débite une foule de choses incroyables.

La forme humaine qu'on voulait absolument trouver dans la racine de mandragore, ne pouvait sûrement conduire à rien de plus extraordinaire qu'à lui supposer de la sensibilité; mais l'esprit humain ne s'arrête guère en fait d'extravagances. On en vint jusqu'à prétendre que la mandragore faisait entendre des cris plaintifs quand on l'arrachait, et on recommanda à ceux qui tentaient cette périlleuse opération de se boucher exactement les oreilles pour n'être pas attendris.

Avec ces racines les anciens Germains faisaient des idoles, des espèces de dieux lares, appelés *alrunes*, auxquels ils rendaient un culte journalier, qu'ils consultaient, et dont ils croyaient recevoir des réponses.

Les Anciens ont débité que la racine de la mandragore, bouillie avec de l'ivoire, le ramollissait assez pour qu'on pût, comme à la cire, lui faire prendre telle forme qu'on voulait.

La comédie de Machiavel, intitulée *la Mandragora*, l'une des plus anciennes et des meilleures qui aient été faites depuis les Anciens, est la preuve de la réputation dont jouissait la mandragore en Italie, au quinzième siècle, pour assurer la fécondité des femmes.

Une des propriétés les plus singulières attribuées par les charlatans aux racines figurées qu'ils vendaient sous le nom de mandragore et quelquefois de main de gloire, était celle de doubler chaque jour l'argent avec lequel on les enfermait après quelques cérémonies mystérieuses. Cette vertu n'était sans doute pas la moins propre à décider les amateurs à payer au poids de l'or une racine qui pouvait aussi facilement et si amplement les dédommager de leurs avances. D'autres rapportent ceci à certains esprits familiers, désignés aussi sous le nom de mandragores, qui faisaient découvrir des trésors et rendaient heureux au jeu.

Nous n'avons qu'à peine ébauché l'histoire superstitieuse de la mandragore, et nous craignons pourtant déjà d'en avoir trop dit sur ce sujet. Ceux qui pourraient désirer plus de détails les trouveront dans un Mémoire de

Gleditch, inséré parmi les nouveaux Mémoires de l'Académie des sciences de Berlin, p. 36 et suiv. 1778.

La mandragore n'a pas été, chez les Arabes, en Perse, et dans les autres contrées orientales, l'objet de moins de fables que dans notre Occident. (*Voyez* d'Herbelot, *Bibl. orient.* pag. 17, et Bongars, *Gesta dei per Francos*, I. 1099).

Ces mandragores (dudaïm), si chères à Rachel (Voyez *Genèse*, cap. xxx, v. 14), qu'elle achète de sa soeur Lia au prix des caresses de son époux, ne peuvent être ni les fruits, ni les racines de la plante dont nous parlons, quoique la plupart des interprètes les lui rapportent. Il est question dans l'Ecriture d'un aliment agréable, la mandragore est, au contraire, un végétal éminemment vénéneux.

D'autres ont cru voir le dudaïm dans la banane, dans la truffe, dans le citron, dans la figue, dans le fruit du *Ziziphus lotus*. Linné pensa que c'était une espèce de concombre commun dans l'Orient, qu'il appela en conséquence *Cucumis dudaim*. Ses fruits exhalent une odeur agréable, et, en effet, dans un autre passage de l'Ecriture (*Cantic. cantic.* c. vii, v. 13), le dudaïm est cité pour son parfum.

Suivant M. Virey (*Des Médic. aphrod.* Bull. Pharm. mai 1813), c'est dans les tubercules de quelques espèces d'orchis, probablement de celle dont on retire aujourd'hui le salep, en Orient, qu'on doit reconnaître les mandragores de Rachel. Il se fonde surtout sur l'étymologie du mot hébreu dudaim, qui semble indiquer la forme des tubercules des orchis, et sur la propriété aphrodisiaque qu'on leur attribue, et qui motive l'opinion de ceux qui pensent que ce fut aux mandragores qu'elle avait mangées, que Rachel dut la conception de Joseph, après une longue stérilité. Rien cependant, dans le passage de la Genèse, ne lie la naissance de ce patriarche à l'avidité de sa mère pour les dudaïm : elle en paraît même tout-à-fait indépendante. Il importe peu, au reste, d'adopter sur ces mandragores de l'Ecriture l'opinion de Linné ou celle de M. Virey, qui n'est pas moins probable. Ce qu'il y a de certain, c'est que ces plantes ne sont point l'*Atropa Mandragora* Linn.

Par ses propriétés réelles, vénéneuses et médicales, la mandragore paraît fort analogue à la belladone, qui appartient au même genre; mais les qualités de cette dernière sont plus positivement connues. Nous croyons seulement devoir ajouter ici le résultat des expériences de M. Orfila pour constater l'action de cette plante sur l'économie animale, postérieures à la publication du volume où se trouve l'article que nous venons de citer. M. Orfila ne s'est point occupé spécialement de la mandragore; mais la grande analogie qui existe entre cette plante et la belladone permet de lui appliquer les conclusions que l'auteur de la Toxicologie générale tire de ses essais sur celle-ci. ces conclusions sont :

1. Que la belladone et son extrait jouissent de propriétés vénéneuses très-énergiques;

2. Qu'ils exercent une action locale peu intense; mais qu'ils sont absorbés, portés dans le torrent de la circulation, et qu'ils agissent sur le système nerveux, et particulièrement sur le cerveau;

3. Qu'ils déterminent des symptômes communs à quelques autres poisons,

qui sont insuffisants pour caractériser cet empoisonnement, malgré ce qui a été avancé par plusieurs auteurs;

4. Que les extraits du commerce varient singulièrement par rapport à leur énergie, suivant la manière dont ils ont été préparés, et que les plus actifs sont ceux qui ont été obtenus en faisant évaporer, à une très-douce chaleur, le suc de la plante fraîche;

5. Que leur action est beaucoup plus intense lorsqu'ils ont été injectés dans les veines, que lorsqu'ils ont été appliqués sur le tissu cellulaire, et, à plus forte raison, que dans les cas où ils ont été introduits dans l'estomac;

6. Que ces préparations paraissent agir sur l'homme comme sur les chiens (*Toxicol. gén.* vol. II, part. 1, p. 239).

Annibal, au rapport de Frontin, dans ses Stratagèmes militaires, envoyé par les Carthaginois contre les Africains révoltés, se servit adroitement de la mandragore pour les vaincre. Feignant de se retirer après un léger combat, il laissa derrière lui quelques tonneaux de vin où il avait fait infuser des racines de mandragore. Les barbares, qui la burent avec avidité, ne tardèrent pas à en éprouver les funestes effets, et Annibal, revenu sur ses pas, tailla facilement en pièces des ennemis plongés dans une profonde stupeur. Nous doutons qu'un général français regardât une pareille ruse comme de bonne guerre. Quoi qu'il en soit, Buchanan, dans son Historia d'Écosse, raconte un trait tout semblable. Swénon, roi de Danemarck, ayant fait une invasion en Écosse, les habitants de ce pays, pendant une trêve, fournirent à ses soldats une boisson empoisonnée, qui les jeta dans une ivresse qui ne leur permit pas de se défendre. A peine Swénon lui-même put-il échapper au carnage horrible que les Écossais firent de ses sujets. C'est à la belladone et non à la mandragore, qui ne croît pas dans ces contrées, qu'on rapporte cette défaite. Ces deux stratagèmes sont, au reste, si semblables, qu'il nous paraît peu douteux que c'est le premier qui aura suggéré l'idée du second au chef écossais, si le fait est vrai; à l'historien, s'il est supposé.

Les propriétés narcotique, anodine, hypnotique de la mandragore étaient célèbres dès le temps d'Hippocrate. On savait également dès-lors qu'à forte dose elle excite le délire et la fureur. Les Anciens l'employaient souvent et particulièrement pour remédier à l'insomnie, et pour apaiser les douleurs violentes: l'odeur seule des fruits passait pour provoquer le sommeil. On avait soin de faire prendre la mandragore aux malades qui devaient subir quelque opération chirurgicale douloureuse, telle que les amputations, ou l'application du feu, pour diminuer en eux la sensibilité. L'action stupéfiante de cette plante était si connue du vulgaire même, qu'on disait proverbialement d'un homme apathique et insouciant pour ses propres affaires, qu'il avait pris de la mandragore.

On l'employait aussi dans les affections mélancoliques et contre les convulsions, la goutte; on l'appliquait extérieurement comme résolutif sur les engorgements, les tumeurs scrofuleuses, les squirres. Le suc de la racine, et surtout de la partie corticale, passait pour un éméto-cathartique puissant, mais qui, employé sans prudence, pouvait causer de graves accidents et même la mort. On regardait la mandragore comme propre à rappeler le flux menstruel et à

faciliter l'accouchement. Elle n'avait pas moins de réputation contre les morsures venimeuses.

La mandragore joue, dans la médecine moderne, un rôle bien moins important que dans la médecine antique. C'est dans l'Allemagne et dans les pays du Nord qu'elle a été le plus employée. Elle l'est fort peu en général, et, chez nous, elle est tout-à-fait inusitée. Boërhaave et Hoffberg ont confirmé ce qu'avaient dit les Anciens de son utilité pour résoudre les engorgements glanduleux. Swédiaur recommande, contre les bubons siphilitiques et le squirre du testicule, des cataplasmes faits avec la racine de mandragore. Donnée en poudre, quelques praticiens l'ont vue calmer les douleurs et éloigner les accès de goutte; elle a paru, dans ces cas, augmenter la transpiration. On l'a quelquefois employée avec succès pour calmer diverses affections spasmodiques.

La mandragore doit être comptée au nombre des plantes douées d'une action puissante sur notre économie; mais son usage médical est trop peu déterminé, pour que le sage médecin puisse y avoir recours avec confiance.

C'est surtout en poudre, et depuis un demi-grain jusqu'à quatre grains, qu'on peut prescrire la racine de mandragore à l'intérieur; mais le mieux est sans doute de s'abstenir de l'employer de cette manière. Les feuilles, ainsi que les racines, cuites dans le lait ou dans l'eau, servent quelquefois en cataplasmes. On peut également en faire usage sous forme de vapeurs, de bains, de fomentations.

L'huile de mandragore, qu'on préparait autrefois dans les pharmacies, est tombée aujourd'hui en désuétude. Le Codex de l'ancienne Faculté place ses feuilles au nombre des substances qui doivent entrer dans la composition de l'onguent *populeum* et du baume tranquille.

Digitized by Google

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXVI.

I.

(1) Sensit et facies hominum novos, omnique aevo priore incognitos, non Italiae modo, verum etiam universae prope Europae, morbos: tunc quoque non tota Italia, nec per Illyricum, Galliasve, aut Hispanias magnopere vagatos, aut alibi, quam Romae, circaque: sine dolore quidem illos; ac sine pernicie vitae: sed tanta foeditate, ut quaecumque mors praeferenda esset.

II. Gravissimum ex his lichenas appellavere graeco nomine: latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum lascivia (ut est procax natura multorum in alienis miseriis), mox et usurpato vocabulo, mentagram: occupantem in multis totos utique vul-

I. *Non tota Italia.* Sic ex Chifflet. Hard. *nec* Gron. Ed. P.

II. *Gravissimum ex his lichenas.* Plin. Val. haec totidem verbis, II, 56. Quod genus hoc morbi sit diximus lib. XX, cap. 2. Tib. Claudii Caesaris nomine, sub quo hoc malum in Italiam irrepsisse mox Plinius dicit, ipsum (ut alibi) Tiberium Augusti successorem intelligit. Vide cap. 6. H.

Mentagram. Ad lichenas rodentesque herpetas, *dartres vives*, referenda est haec mentagrae lues. Brot.

tus, oculis tantum immunibus, descendentem vero et in colla pectusque ac manus, foedo cutis furfure.

III. Non fuerat haec lues apud maiores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Caesaris principatu medio irrepsit in Italiam, quodam Perusino equite romano Quaestorio scriba, quum in Asia apparuisset, inde contagionem eius importante. Nec sensere id malum feminae, aut servitia, plebesque humilis, aut media: sed proceres veloci transitu osculi maxime: foediore multorum qui perpeti medicinam toleraverant, cicatrice, quam morbo. Causticis namque curabatur; ni usque in ossa corpus exustum esset, rebellante taedio: adveneruntque ex Aegypto genitrice talium vitiorum medici, hanc solam operam afferentes, magna sua praeda. Siquidem certum est, Manilium Cornutum e praetoriis legatum Aquitanicae provinciae, HS $\overline{CC}$ elocasse in eo morbo curandum sese: acciditque saepius, ut nova contra genera morborum gregatim sentirentur. Quo mirabilius quid potest reperiri? aliqua gigni repente vitia terrarum in parte certa, membrisque hominum certis, vel aetatibus, aut etiam fortunis, tamquam malo eligente, haec in pueris grassari, illa in adultis: haec proceres sentire, illa pauperes.

III. *Rebellante taedio*. Recrudescente morbo. Hard.

Siquidem certum est, Manilium, etc. Haec totidem verbis Plin. Valer. loc. cit. Manlium Cornutum idem pro Manilio perperam vocat. H.

E praetoriis. Ex eorum numero qui praeturam gesserant. H.

HS. $\overline{CC}$. Hoc est, sestertium ducenties centena millia. Monetae nostrae librae sunt 2,000,000, sive, ut aiunt, milliones librarum duo. Quod si cui hoc valetudinis pretium incredibile videatur, haud gravate assentiar, ut extrita lineola legat, HS. cc, hoc est, ducenta sestertia: siquidem prius antiquum scribendi morem id ita ferre docuerit: eritque ea summa tantum librarum 20,000. H. — Brot. extrita ex codd. lineola, *HS CC*. Ed. P.

Gregatim. A grege tantum et humili plebe sentirentur. H.

IV. *L.* Paullo, Q. Marcio censoribus, primum in *Italiam* carbunculum venisse, Annalibus conscriptum *est*, peculiare Narbonensis provinciae malum: quo duo consulares obiere condentibus haec nobis eodem anno, Iulius Rufus, et Q. Lecanius Bassus, ille medicorum inscientia sectus: hic vero pollice laevae manus evulso acu ab semetipso, tam parvo vulnere, ut vix cerni posset. Nascitur in occultissimis corporum partibus, et plerumque sub lingua, durítia rubens vari modo, sed nigricans capite: alias livida,

IV. *L. Paullo.* L. Aemil. Paullus, Q. Marcius Philippus censuram gessere, ac lustrum fecere LIII, an. Vrbis 590. HARD.

Conscriptum est. In R. cod. 1, *constitutum.* In Reg. 2, et Chiffl. *notatum.* HARD.

Narbonensis provinciae malum. Atque id morbi genus hodieque ibi sentitur, nomenque habet, *le charbon provençal*, ab ea regione. Vide Honor. Bouche, Hist. Prov. lib. I, cap. 8, p. 47. HARD.

Iul. Rufus. Consul hic fuit Neronis principatu, cum C. Fonteio Capitone, anno Vrbis 819. Caius ei praenomen fuit. HARD.

Q. Lecanius Bassus. Huius mentionem facit Diosc. in Praefatione: Η τοῦ κρατίστου Λεκανίου Βάσσου πρὸς σὲ διάθεσις, ἣν ἔγνωμεν συνδιάγοντες ὑμῖν, δεῖγμα οὐ σμικρὸν τῆς ἐν σοὶ καλοκἀγαθίας. Hinc colligunt quidam non potuisse Plinium a Dioscoride suas de plantis historias describere; quum eodem saeculo uterque floruerit, et ingenii sui monumenta reliquerit. Haec Iohannes Baptista Persii interpres. DAL. — *Q. Lecanius.* Gesserat consulatum C. Lecanius Bassus cum M. Licinio Crasso frugi, triennio ante Rufum, de quo dictum est proxime, anno Vrbis 816, ut auctor est Tacitus, Annal. lib. XV, p. 250. Sibi fuisse perfamiliarem Dioscorides in praefatione testatur. H.

Inscientia. Gron. et al. ante Hard. *insciitia.* ED. P.

Sectus. Vel exsecta parte corporis aliqua, cui malum successit; meo iudicio, gangraena: vel malo iam orto, ab ignaro medico discissa parte aegra, cum tanta profusione sanguinis, vel ob dolorem cum humoris affluxu tanto, ut pars emortua sit. DALEC.

Tam parvo vulnere, ut vix cerni posset. Verior lectio nostri exemplaris: *Hic vero pollice laevae manus evulso acu a semetipso, tam parvo ut vix cerni posset.* Nam verbum illud *vulnere* redundat ex eodem. PINT. — *Pollice.* Brot. ex codd. Regg. et ed. pr. *pollici.* ED. P.

Nascitur in occultissimis, etc. Carcrum haec potius ostendunt, quam carbunculum. DAL.

Varicis modo (sic prius). Scribo *vari modo*, et statim *tendens* ex vet. cod. non *intendens.* PINT.

corpus intendens, neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio, quo gravatos in triduo aufert, aliquando et horrorem afferens, circaque pusulas parvas, rarius febrem: stomachum faucesque quum invasit, ocyssime examinans.

V. Diximus elephantiasin ante Pompeii Magni aetatem non accidisse in Italia, et ipsam a facie saepius incipientem, in nare primum veluti lenticula: mox

Sine dolore. Hoc parum credibile, nisi venenata materie extincto statim nativo calore, sensum quoque eius exstinguerit, et gangraenam afferret: gangraenam enim σφακελώδη haec signe declarant, non ἄνθραξ. Dal.

Aliquando et horrorem afferens, circaque pustulas parvas, rarius febrem. Verba illa, *circaque pustulas parvas*, et depravete et falso hic inserta videntur: pertinent enim, ut sentio, ad ea quae paulo ante praecedunt. Vt legendum putem hoc modo: *Duritia rubens vari modo, sed nigricans capite, alias livida, circaque pustulis parvis corpus tendens neque intumescens. Sine dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio: quo gravatos in triduo aufert. Aliquando et horrorem afferens, rarius febrem.* Pint. — *Circaque pustulas parvas.* Hoc unum de carbunculo potest intelligi, repugnantibus aliis omnibus commemoratis signis, excepto horrore, qui nonnumquam sentitur in carbunculo. Dal. — *Circaque.* Circa carbunculum. H.

V. *Diximus elephantiasin*, etc. Lib. XX, cap. 52. Plutarch. hoc ipsum ex Athenodoro philosopho refert, Symp. Quaestion. VIII, 9, p. 734. H.

Et ipsam a facie saepius incipientem. Totidem fere verbis haec morbi facies a Marc. Emp. describitur, cap. XIX, pag. 130. Genus est leprae, qua cutis aspera, et elephanti corio similis efficitur. Celsus III, 25: *Ignotus paene in Italia, frequentissimus in quibusdam regionibus is morbus est, quem ἐλεφαντίασιν Graeci vocant: isque longis adnumeratur. Totum corpus afficitur, ita ut ossa quoque vitiari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet. Rubor harum paulatim in atrum colorem convertitur. Summa cutis*, etc. Hunc morbum ἀκτυριάσεως nomine Philosophus intellexit de gen. Anim. lib. IV, cap. 3. In Germaniae quibusdam oris non infrequens morbus: in Hispania Africaque, quam in reliquo orbe frequentior: in Gallia Narbonensi Aquitaniaque, quam in reliqua Gallia. Elephantia haec Graecorum, sive lepra dicitur: e qua differt elephantia Arabum, quae insignis est unius vel alterius pedis tumor. Hard.

Mox invalescente (sic prius leg.) Vossiani ambo: *Mox inarescente per totum corpus.* Et, ni fallor, probe: pertinet enim ad τὸ *cute.* Lib. III, c. 5: *Horum extremitates tantum inarescunt.* Sic quoque Pintianus. Gron. — *Inarescente.* Cute videlicet, quae vox post paulo sequitur. Ita porro MSS. non *invalescente*, ut prius. H.

inarescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus, et inaequali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura alibi, ceu scabie aspera: ad postremum vero nigrescente, et ad ossa carnes apprimente, intumescentibus digitis in pedibus manibusque. Aegypti peculiare hoc malum: et quum in reges incidisset, populis funebre. Quippe in balineis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia restinctus est: sicut et ille, quem gemursam appellavere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

VI. Id ipsum mirabile, alios desinere in nobis, alios durare, sicuti colum. Tiberii Caesaris principatu irrepsit id malum. Nec quisquam id prior imperatore ipso sensit, magna civitatis ambage, quum edicto eius excusantis valetudinem, legeretur nomen incognitum. Quid hoc esse dicamus, aut quas Deo-

Alibi tenui, dura seu sc. aspera (sic libri omnes ante Hard. editi). Scribe, *alibi tenui, dura alibi, ceu scabie aspera*, ex Vet. Parr. — *Dura.* Celsus, lib. III, cap. 25: *Summa cutis inaequabiliter crassa, tenuis, dura, molliqne, quasi squamis quibusdam exasperatur.*

Nigrescente. Marcellus Medicus c. XII, legisse videtur *inarescente*: at Celsus lib. III, c. 25, *nigrescere* scribit, ut et Plinius. Dal. — *Nigrescente.* Sunt qui *inarescente* malint, quoniam ita Marcell. Empir. scripsit, p. 130. Sed error is librariorum est, tum ex Plinii nostri optimis codicibus, tum vero ex Cornelio Celso, ita morbum eum describente III, 25: *Summa pars corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet: Rubor harum paulatim in atrem colorem convertitur*; etc. Hard.

Aegypti peculiare hoc malum. Marc. Emp. loc. cit. Hard.

Solia. Solium vas erat, in quo sedentes lavabantur. H. *Solia.* Gronov. operarum errore, *folia* Ed. P.

Gemursam appellavere prisci. Ex phlegmone fuit carbunculosa. Malum id inter manus digitos nascens, vocant Lugdunenses, *fourchon.* Dal. — *Gemursam.* Festus: *Gemursa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui gerat.* H.

VI. *Sicuti colum.* Κολικὸν πάθος, morbus maioris intestini. Sunt qui κολικὸν scribi malint. Vide Voss. in Etym. verbo: *colicus dolor.* H.

Legeret nomen incognitum (sic prius). Lege: *Quum edicto eius excusantis valetudinem, legeretur nomen incognitum.* Edicta enim non viva voce publicabantur, sed suspensa pleruinque tabulis legebantur. *Nomen* autem

rum iras? Parum enim erant homini certa morborum genera, quum supra ccc essent, nisi etiam nova timerentur? Neque ipsi autem homines pauciora sibi opera sua negotia important. Haec apud priscos erant, quae memoramus, remedia, medicinam ipsa quodammodo rerum natura faciente, et diu fuere (II.) Hippocratis certe, qui primus medendi praecepta clarissime condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina: nec minus Dioclis Carystii, qui secundus aetate famaque exstitit: item Praxagorae, et Chrysippi; ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem,

incognitum dicit, quod esset *mentagra*. Dorleans in Tac. pag. 589. — Immo vero non *mentagra*, sed *colum*; ut res ipsa indicat, et patet ex superioribus. Ed. P.

Hippocratis, etc. Tradit haec ipsa Corn. Celsus in praef. operis: *Democriti autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignus... Post quem Diocles Carystius, deinde Praxagoras et Chrysippus: tum Herophilus, et Erasistratus, sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas curandi vias processerint... Donec Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutavit. Ex eius successoribus Themison nuper ipse quoque quaedam in senectute deflexit.* De Herophilo et Erasistrato rursum lib. XXIX, 3, 5. De Praxagora, Crinagorae exstat epigramma, in Anthologia, IV, tit. 13: Κριναγόρου εἰς εἰκόνα Πραξαγόρου ἰατροῦ... Αὐτός σοι Φοίβοιο πάϊς λαθικηδέα τέχνης Ἰδμοσύνην, πανάκη χεῖρα λιπηνάμενος, Πρηξαγόρη, στέρνοις ἐνεμάξατο· τοὶ γὰρ ἀνέκι Ὀρνυνται δολιχῶν ὀππόσαι ἐκ πυρετῶν, Καὶ ὁπόσα τμηθέντος ἐπὶ χροὸς ἄρκια θεῖναι Φάρμακα, πρηείης οἶσθα παρ' Ἠπιόνης. Θνητοῖσιν δ' εἰ τοῖοι ἐπήρκεον ἰητῆρες, Οὐκ ἂν ἐπορθμεύθη νεκροβαρὴς ἄκατος. *Ipse manus pauaces succo tibi maximus unxit Phoebigena, atque artes tradidit ipse suas, Praxagora, fixitque animo: quos namque dolores Corporibus febris gignere longa solet, Et bene quae sectis ponantur in artubus herbae, Quis liquor, a miti doctus es Epione. Si medici tales multi mortalibus essent; Non, ut nunc, umbris iret onusta ratis.* Aesculapii coniux, Epione, vel filia, fertur. Meminit et Tzetzes Praxagorae: Υἱοὶ τοῦ Ἱπποκράτους δὲ ὁ Θεσσαλὸς καὶ ὁ Δράκων. Οὓς καὶ τὸν Πραξαγόραν δὲ τὸν Κῶον καὶ ἑτέρους Ἰατρικὴν ἐδίδαξεν. Hard.

Dioclis Carystii. Vossiani tres et Gud. *Diocli.* Nimirum, ut *Pericli*, *Candauli*, *Achilli*, *Vlyssi*, *Oronti*, *Aristotali*, *Socrati*, et similia patrio casu. Gron.

Ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem, etc. Vetus exemplar, *ac deinde Erasistratico*, *Herophili quidem*, etc. Scribendum reor, *ac deinde Erasistrati Ceii Herophilique quanquam subtilioris sectae conditoris.* Nam Erasistratus ex Iuliade fuit oppido in insula Ceo, auctore Suida, etiamsi Ca-

quanquam subtilioris sectae conditori, ante omnes celebratam rationem eam; paulatim usu efficacissimo rerum omnium magistro, peculiariter utique medicinae, ad verba garrulitatemque defendente. Sedere namque his in scholis auditioni operatos gratius erat, quam ire per solitudines, et quaerere herbas alias aliis diebus anni.

VII. (III) Durabat tamen antiquitas firma, magnasque confessae rei vindicabat reliquias, donec Asclepiades aetate Magni Pompeii orandi magister; nec satis in arte ea quaestuosus, ut ad alia quam forum, sagacis ingenii huc se repente convertit: atque, ut necesse erat, homini, qui nec id egisset, nec remedia nosset, oculis usuque percipienda; torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicavit: to-

leno in Isagoge *Chius* sit, non *Ceius*. Sed depravatum esse Galeni codicem, ac pro *Ceius*, *Chius* falso scriptum, patet ex Strabone, lib. X, et Stephano Byzantio in dictione *Iulis*; et ex aliis auctoribus (ne citando nominatim tundam) qui Erasistratum medicum Ceium faciunt, non Chium. Pint.

Ante omnes celebratam rationem eam. Legendum arbitror, *ante omnes celebrata rationali ei.* Nam quum tres sint medicinae artis sectae, rationalis empirica, methodica: rationalis inventor secundum Plinium Herophilus fuit, etsi Galenus Hippocrati et aliis eam inventionem assignent. Pint.

Defendente. Ita restituimus ope codicis Reg. 1; quum prius, implicata admodum sententia, spretisque artis ipsius praeceptis, non sine insigni orationis vitio, *descendente* legeretur (quam lectionem praeferunt Gron. et al.). Hard.

Auditioni operatos. Id est, operam dantes. Sic apud Nasonem: *Studiis operata Minervae.* Gel. — *Operatos.* Hoc est, operam dantes. Sic *operari liberalibus studiis*, Tacitus: Virgilius, *novis arvis operata iuventus*, latine dixere. Hard.

VII. *Vindicabat reliquias.* Diu servata ea est ratio, quae remedia petebat ex herbis, quum essent confessae omnibus et exploratae suae utilitates. Hard.

Orandi magister. Hoc est, artis oratoriae, ex qua instituebat ille sibi quaestum, nec tamen maximum in ea fecit. de Asclepiade egimus in Auctorum Indice. H. — *Vt ad alia quam forum.* Posteriora duo verba ignorant Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

Repente convertit. Ad medicinae tractationem. Hard.

Ad causam. Ita Reg. 1; in Reg. 2, *causas.* Ad suas, inquit, singulaque quaeque causas revocando, morbos scilicet, ac remedia, novam medicinam

tamque medicinam ad causam revocando coniecturae fecit: quinque res maxime communium auxiliorum professus: abstinentiam cibi, alias vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes: quae quum unusquisque semetipsum sibi praestare posse intelligeret, faventibus cunctis, ut essent vera quae facillima erant, universum prope humanum genus circumegit in se, non alio modo, quam si caelo emissus advenisset.

VIII. Trahebat praeterea mentes artificio mirabili, vinum promittendo aegris, dandoque tempestive, tum frigidam aquam. Et quoniam causas morborum scrutari prior Herophilus instituerat, vini rationem illustraverat Cleophantus apud priscos, ipse cognominari se frigida danda praeferens, ut auctor est M. Varro, alia quoque blandimenta excogitabat, iam suspendendo lectulos, quorum iactatu aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret: iam balineas avidissima hominum cupidine instituendo, et alia multa dictu grata atque iucunda: magna auctoritate; neo minore fama, quum occurrisset ignoto funeri relato homine ab

ex coniectura instituit. Hard.

Coniecturae. Gron. et al. ante Hard. *coniecturam.* Ed. P.

Communium auxiliorum. Hunc libro suo titulum Asclepiades praefixerat. Celsus, II, 14, de frictione: *De frictione vero*, inquit, *et gestatione, adeo multa Asclepiades, tanquam inventor eius posuit, quod in eo volumine, quod Communium Auxiliorum scripsit, quam trium tantum faceret mentionem, vini scilicet, aquae et gestationis, tamen maximam partem in hoc consumpserit*, etc. Hard.

Alias vini. Ita MSS. omnes; hoc est, aliquando etiam vini. Hard.

VIII. *Cognominari se frigida danda praeferens*, etc. Forte δοοίψυχρον: De eo egimus in Auctorum Indice. Hard.

Quum occurrisset ignoto funeri relato. Id iam delibatum ante VII, 37. Fabulam speciose narrat Apul. Florid. IV, pag. 30: *Asclepiades ille*, inquit, *inter praecipuos medicorum, si unum Hippocratem excipias, caeteris princeps, primus etiam vino reperit aegris opitulari: sed dandi scilicet in tempore: cuius rei observationem probe callebat, ut qui diligentissime animadverteret venarum pulsus inconditos, vel praeclaros. Is igitur*

rogo, atque servato: ne quis levibus momentis tantam conversionem factam existimet. Id solum possumus indignari, unum hominem e levissima gente, sine opibus ullis orsum, vectigalis sui causa, repente leges salutis humano generi dedisse, quas tamen postea abrogavere multi. Asclepiadem adiuvere multa; in antiquorum cura nimis anxia et rudia, ut obruendi aegros veste, sudoresque omni modo ciendi: nunc corpora ad ignes torrendi, solesve assiduo quaerendi, in urbe nimbosa, immo vero tota Italia imperatrice: tum primum pensili balinearum usu ad infinitum

quem forte in civitatem sese reciperet.... aspexit in pomoeriis civitatis funus ingens locatum.... Iam miseri illius membra omnia aromatis perspersa.... Etiam atque etiam pertractavit corpus hominis, et invenit in illo vitam latentem. Confestim exclamavit, vivere hominem, etc. Harn.

Ne quis levibus momentis tantam conversionem factam existimet. Conversionem videlicet animorum a vetere instituto ad novam medicinam. Harn.

E levissima gente. Asiatica scilicet. Nam Prusiensis fuit. Harn.

Vectigalis sui causa. Quaestus sui causa. Harn.

Multa quorum cura nimis anxia et rudis (sic prius). Vossianus: *Asclepiadem adiuvere multa in antiquorum cura nimis anxia et rudia.* Confirmat Pintiani codex: sed ille praeterea, *Asclepiades invenit*, exemplo tamen, ut opinor, non bonn. Gaon.

Ut obruendi aegros, etc. De hac curandi ratione Cels. III, 9: *Apud antiquos quoque*, ait, *ante Herophilum et Erasistratum, maximeque post Hippocratem, fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis vestimentis operiebat, ut simul calorem ingentem sitimque excitaret: deinde ubi paulatim remitti coeperat febris, aquam frigidam potui dabat*, etc. Harn.

Ad ignes torrendi, etc. Ὀπτᾶσιν Veteres, ut et solis apricatum ἡλιαστὸν vocaverunt. Dal.

In urbe umbrosa. In veteri codice, *In urbe nimbosa; immo vero tanta Italia imperatrice*, ut forte commodius legi possit, *immo vero tanta, et alias imperatrice.* Pint. — Prius *in urbe umbrosa* legebatur, perperam refragantibus codicibus vetustis Regg. 1, 2, Colb. etc. quos sequuti sumus. Neque vero umbrosa esse tota Italia potest: nimbis obnoxia esse tota potest. Plinius ipse, II, 51, aestatem nimbosam esse in Italia prodidit: idcirco ibi semper quodammodo aërem vernare, vel autumnare. H.

Pensili balinearum, etc. Pensiles balneas vocat, exstructas ac aedificatas aquis corrivatis ac deductis, in quibus arte parabatur caldarium, tepidarium, frigidarium, laconicum. Harum assiduus usus corpus effeminat, ut naturalium corroborat, in

blandientem. Praeterea in quibusdam morbis medendi cruciatus detraxit, ut in anginis, quas curabant in fauces organo demisso. Damnavit merito et vomitiones, tunc supra modum frequentes. Arguit et medicamentorum potus stomacho inimicos, quod est magna ex parte vetitum. Itaque nos in primis quae sunt stomacho utilia signamus.

IX. (IV.) Super omnia adiuvere eum magicae vanitates, in tantum vectae, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. Aethiopide herba amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Achaemenide coniecta in aciem hostium trepidare agmina, ac terga vertere. Latacen dari solitam a Persarum rege legatis, ut quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent: ac multa similia. Vbinam istae fuere, quum Cimbri Teutonique terribili Marte ulularent, aut quum Lucullus tot reges Magorum paucis legionibus sterneret? Curve romani

quibus sponte aquae medicatae scaturiunt. Dal. — *Pensili.* Pensiles balneas invenisse primum Sergium Oratam vidimus, IX, 79. Hard.

Quas curabant in fauces organo demisso. Medici priores specillo in fauces demisso, aliove simili instrumento, anginas curabant non sine cruciatu. Hard.

Damnavit merito et vomitiones. Plutarch. lib. de Sanitate tuenda. Suet. Vitell. cap. 13, et ibi Casaubon. Dal. — *Damnavit.* Cels. I, 3: *Reiectum esse ab Asclepiade vomitum in eo volumine, quod de tuenda Sanitate composuit, video: neque reprehendo, si offensus est eorum consuetudine, qui quotidie eiiciendo vorandi facultatem moliuntur*, etc. Hard.

Arguit et medicamentorum potus, etc. Cels. in praef. lib. V: *Medicamentorum usum ex magna parte Asclepiades non sine causa sustulit; et quum omnia fere medicamenta stomachum laedant, malique succi sint, ad ipsius victus rationem potius omnem curam suam transtulit.* Hard.

Magna ex parte. Quod et magna pars medicorum vetat. H.

IX. *Aethiopide herba amnes ac stagna siccari*, etc. De Aethiopide et Achaemenide inter herbas magicas dictum est superius, XXIV, 102. H. — *Salvia argentea*, de qua egimus loc. sup. laud. Ed. P.

Tot reges. Magorum. Multos in Parthia regulos magorum hoc nomine Plinius designat: non Mithridatem unum, vel Tigranem. Vide lib. XXX, cap. 1. Hard.

retaillant adroitement cette racine, à la ressemblance qui en faisait le prix. Ils savaient non seulement cacher habilement cet artifice, mais même faire avec quelques autres racines, telles que celle de bryone, de fausses mandragores qu'ils vendaient fort cher à cette classe d'hommes qui semblent avoir besoin d'être trompés. Elles étaient bien plus précieuses, bien plus puissantes encore, quand elles avaient été recueillies sous des gibets. On était persuadé que, conservées dans un morceau de linceul, ces mandragores portaient bonheur.

Les cérémonies superstitieuses avec lesquelles la mandragore devait être arrachée ajoutaient à la haute opinion qu'on avait de sa puissance. Un cercle magique devait trois fois être tracé autour d'elle avec la pointe d'une épée; un des assistants devait danser en prononçant des paroles obscènes. Théophraste et Pline n'ont pas craint de décrire sérieusement ces pratiques ridicules, sans lesquelles celui qui entreprenait de déraciner la mandragore courait les plus grands dangers. D'autres pour éviter ce péril, ont prescrit de la faire tirer de terre par un chien, qu'on y attachait; ce qui est évidemment emprunté de ce que l' historien Josephe (*De Bello Jud.* l. VII, cap. 25) raconte de la plante *baaras*, qui avait la vertu de chasser les esprits malfaisants, et dont il débite une foule de choses incroyables.

La forme humaine qu'on voulait absolument trouver dans la racine de mandragore, ne pouvait sûrement conduire à rien de plus extraordinaire qu'à lui supposer de la sensibilité; mais l'esprit humain ne s'arrête guère en fait d'extravagances. On en vint jusqu'à prétendre que la mandragore faisait entendre des cris plaintifs quand on l'arrachait, et on recommanda à ceux qui tentaient cette périlleuse opération de se boucher exactement les oreilles pour n'être pas attendris.

Avec ces racines les anciens Germains faisaient des idoles, des espèces de dieux lares, appelés *alrunes*, auxquels ils rendaient un culte journalier, qu'ils consultaient, et dont ils croyaient recevoir des réponses.

Les Anciens ont débité que la racine de la mandragore, bouillie avec de l'ivoire, le ramollissait assez pour qu'on pût, comme à la cire, lui faire prendre telle forme qu'on voulait.

La comédie de Machiavel, intitulée *la Mandragora*, l'une des plus anciennes et des meilleures qui aient été faites depuis les Anciens, est la preuve de la réputation dont jouissait la mandragore en Italie, au quinzième siècle, pour assurer la fécondité des femmes.

Une des propriétés les plus singulières attribuées par les charlatans aux racines figurées qu'ils vendaient sous le nom de mandragore et quelquefois de main de gloire, était celle de doubler chaque jour l'argent avec lequel on les enfermait après quelques cérémonies mystérieuses. Cette vertu n'était sans doute pas la moins propre à décider les amateurs à payer au poids de l'or une racine qui pouvait aussi facilement et si amplement les dédommager de leurs avances. D'autres rapportent ceci à certains esprits familiers, désignés aussi sous le nom de mandragores, qui faisaient découvrir des trésors et rendaient heureux au jeu.

Nous n'avons qu'à peine ébauché l'histoire superstitieuse de la mandragore, et nous craignons pourtant déjà d'en avoir trop dit sur ce sujet. Ceux qui pourraient désirer plus de détails les trouveront dans un Mémoire de

Gleditch, inséré parmi les nouveaux Mémoires de l'Académie des sciences de Berlin, p. 36 et suiv. 1778.

La mandragore n'a pas été, chez les Arabes, en Perse, et dans les autres contrées orientales, l'objet de moins de fables que dans notre Occident. (*Voyez* d'Herbelot, *Bibl. orient.* pag. 17, et Bongars, *Gesta dei per Francos*, l. 1099).

Ces mandragores (dudaïm), si chères à Rachel (Voyez *Genèse*, cap. xxx, v. 14), qu'elle achète de sa soeur Lia au prix des caresses de son époux, ne peuvent être ni les fruits, ni les racines de la plante dont nous parlons, quoique la plupart des interprètes les lui rapportent. Il est question dans l'Ecriture d'un aliment agréable, la mandragore est, au contraire, un végétal éminemment vénéneux.

D'autres ont cru voir le dudaïm dans la banane, dans la truffe, dans le citron, dans la figue, dans le fruit du *Ziziphus lotus*. Linné pensa que c'était une espèce de concombre commun dans l'Orient, qu'il appela en conséquence *Cucumis dudaim*. Ses fruits exhalent une odeur agréable, et, en effet, dans un autre passage de l'Écriture (*Cantic. cantic.* c. vii, v. 13), le dudaïm est cité pour son parfum.

Suivant M. Virey (*Des Médic. aphrod.* Bull. Pharm. mai 1813), c'est dans les tubercules de quelques espèces d'orchis, probablement de celle dont on retire aujourd'hui le salep, en Orient, qu'on doit reconnaître les mandragores de Rachel. Il se fonde surtout sur l'étymologie du mot hébreu dudaim, qui semble indiquer la forme des tubercules des orchis, et sur la propriété aphrodisiaque qu'on leur attribue, et qui motive l'opinion de ceux qui pensent que ce fut aux mandragores qu'elle avait mangées, que Rachel dut la conception de Joseph, après une longue stérilité. Rien cependant, dans le passage de la Genèse, ne lie la naissance de ce patriarche à l'avidité de sa mère pour les dudaïm : elle en paraît même tout-à-fait indépendante. Il importe peu, au reste, d'adopter sur ces mandragores de l'Ecriture l'opinion de Linné ou celle de M. Virey, qui n'est pas moins probable. Ce qu'il y a de certain, c'est que ces plantes ne sont point l'*Atropa Mandragora* Linn.

Par ses propriétés réelles, vénéneuses et médicales, la mandragore paraît fort analogue à la belladone, qui appartient au même genre; mais les qualités de cette dernière sont plus positivement connues. Nous croyons seulement devoir ajouter ici le résultat des expériences de M. Orfila pour constater l'action de cette plante sur l'économie animale, postérieures à la publication du volume où se trouve l'article que nous venons de citer. M. Orfila ne s'est point occupé spécialement de la mandragore; mais la grande analogie qui existe entre cette plante et la belladone permet de lui appliquer les conclusions que l'auteur de la Toxicologie générale tire de ses essais sur celle-ci. ces conclusions sont :

1. Que la belladone et son extrait jouissent de propriétés vénéneuses très-énergiques;

2. Qu'ils exercent une action locale peu intense; mais qu'ils sont absorbés, portés dans le torrent de la circulation, et qu'ils agissent sur le système nerveux, et particulièrement sur le cerveau;

3. Qu'ils déterminent des symptômes communs à quelques autres poisons,

qui sont insuffisants pour caractériser cet empoisonnement, malgré ce qui a été avancé par plusieurs auteurs;

4. Que les extraits du commerce varient singulièrement par rapport à leur énergie, suivant la manière dont ils ont été préparés, et que les plus actifs sont ceux qui ont été obtenus en faisant évaporer, à une très-douce chaleur, le suc de la plante fraîche;

5. Que leur action est beaucoup plus intense lorsqu'ils ont été injectés dans les veines, que lorsqu'ils ont été appliqués sur le tissu cellulaire, et, à plus forte raison, que dans les cas où ils ont été introduits dans l'estomac;

6. Que ces préparations paraissent agir sur l'homme comme sur les chiens (*Toxicol. gén.* vol. II, part. 2, p. 239).

Annibal, au rapport de Frontin, dans ses Stratagèmes militaires, envoyé par les Carthaginois contre les Africains révoltés, se servit adroitement de la mandragore pour les vaincre. Feignant de se retirer après un léger combat, il laissa derrière lui quelques tonneaux de vin où il avait fait infuser des racines de mandragore. Les barbares, qui le burent avec avidité, ne tardèrent pas à en éprouver les funestes effets, et Annibal, revenu sur ses pas, tailla facilement en pièces des ennemis plongés dans une profonde stupeur. Nous doutons qu'un général français regardât une pareille ruse comme de bonne guerre. Quoi qu'il en soit, Buchanan, dans son Historie d'Écosse, raconte un trait tout semblable. Swénon, roi de Danemarck, ayant fait une invasion en Écosse, les habitants de ce pays, pendant une trêve, fournirent à ses soldats une boisson empoisonnée, qui les jeta dans une ivresse qui ne leur permit pas de se défendre. A peine Swénon lui-même put-il échapper au carnage horrible que les Écossais firent de ses sujets. C'est à la belladone et non à la mandragore, qui ne croît pas dans ces contrées, qu'on rapporte cette défaite. Ces deux stratagèmes sont, au reste, si semblables, qu'il nous paraît peu douteux que c'est le premier qui aura suggéré l'idée du second au chef écossais, si le fait est vrai; à l'historien, s'il est supposé.

Les propriétés narcotique, anodine, hypnotique de la mandragore étaient célèbres dès le temps d'Hippocrate. On savait également dès-lors qu'à forte dose elle excite le délire et la fureur. Les Anciens l'employaient souvent et particulièrement pour remédier à l'insomnie, et pour apaiser les douleurs violentes: l'odeur seule des fruits passait pour provoquer le sommeil. On avait soin de faire prendre la mandragore aux malades qui devaient subir quelque opération chirurgicale douloureuse, telle que les amputations, ou l'application du feu, pour diminuer en eux la sensibilité. L'action stupéfiante de cette plante était si connue du vulgaire même, qu'on disait proverbialement d'un homme apathique et insouciant pour ses propres affaires, qu'il avait pris de la mandragore.

On l'employait aussi dans les affections mélancoliques et contre les convulsions, la goutte; on l'appliquait extérieurement comme résolutif sur les engorgements, les tumeurs scrofuleuses, les squirres. Le suc de la racine, et surtout de la partie corticale, passait pour un éméto-cathartique puissant, mais qui, employé sans prudence, pouvait causer de graves accidents et même la mort. On regardait la mandragore comme propre à rappeler le flux menstruel et à

faciliter l'accouchement. Elle n'avait pas moins de réputation contre les morsures venimeuses.

La mandragore joue, dans la médecine moderne, un rôle bien moins important que dans la médecine antique. C'est dans l'Allemagne et dans les pays du Nord qu'elle a été la plus employée. Elle l'est fort peu en général, et, chez nous, elle est tout-à-fait inusitée. Boërhaave et Hoffberg ont confirmé ce qu'avaient dit les Anciens de son utilité pour résoudre les engorgements glanduleux. Swédiaur recommande, contre les bubons syphilitiques et le squirre du testicule, des cataplasmes faits avec la racine de mandragore. Donnée en poudre, quelques praticiens l'ont vus calmer les douleurs et éloigner les accès de goutte; elle a paru, dans ces cas, augmenter la transpiration. On l'a quelquefois employée avec succès pour calmer diverses affections spasmodiques.

La mandragore doit être comptée au nombre des plantes douées d'une action puissante sur notre économie; mais son usage médical est trop peu déterminé, pour que le sage médecin puisse y avoir recours avec confiance.

C'est surtout en poudre, et depuis un demi-grain jusqu'à quatre grains, qu'on peut prescrire la racine de mandragore à l'intérieur; mais le mieux est sans doute de s'abstenir de l'employer de cette manière. Les feuilles, ainsi que les racines, cuites dans le lait ou dans l'eau, servent quelquefois en cataplasmes. On peut également en faire usage sous forme de vapeurs, de bains, de fomentations.

L'huile de mandragore, qu'on préparait autrefois dans les pharmacies, est tombée aujourd'hui en désuétude. Le Codex de l'ancienne Faculté place ses feuilles au nombre des substances qui doivent entrer dans la composition de l'onguent *populeum* et du baume tranquille.

Digitized by Google

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXVI.

I.

(1) Sensit et facies hominum novos, omnique aevo priore incognitos, non Italiae modo, verum etiam universae prope Europae, morbos: tunc quoque non tota Italia, nec per Illyricum, Galliasve, aut Hispanias magnopere vagatos, aut alibi, quam Romae, circaque: sine dolore quidem illos; ac sine pernicie vitae: sed tanta foeditate, ut quaecumque mors praeferenda esset.

II. Gravissimum ex his lichenas appellavere graeco nomine: latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum lascivia (ut est procax natura multorum in alienis miseriis), mox et usurpato vocabulo, mentagram: occupantem in multis totos utique vul-

I. *Non tota Italia.* Sic ex Chifflet. Hard. *nec* Gron. Ed. P.

II. *Gravissimum ex his lichenas.* Plin. Val. haec totidem verbis, II, 56. Quod genus hoc morbi sit diximus lib. XX, cap. 2. Tib. Claudii Caesaris nomine, sub quo hoc malum in Italiam irrepsisse mox Plinius dicit, ipsum (ut alibi) Tiberium Augusti successorem intelligit. Vide cap. 6. H.

Mentagram. Ad lichenas rodentesque herpetas, *dartres vives*, referenda est haec mentagrae lues. Brot.

tus, oculis tantum immunibus, descendentem vero et in colla pectusque ac manus, foedo cutis furfure.

III. Non fuerat haec lues apud maiores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Caesaris principatu medio irrepsit in Italiam, quodam Perusino equite romano Quaestorio scriba, quum in Asia apparuisset, inde contagionem eius importante. Nec sensere id malum feminae, aut servitia, plebesque humilis, aut media: sed proceres veloci transitu osculi maxime: foediore multorum qui perpeti medicinam toleraverant, cicatrice, quam morbo. Causticis namque curabatur; ni usque in ossa corpus exustum esset, rebellante taedio: adveneruntque ex Aegypto genitrice talium vitiorum medici, hanc solam operam afferentes, magna sua praeda. Siquidem certum est, Manilium Cornutum e praetoriis legatum Aquitanicae provinciae, HS $\overline{CC}$ elocasse in eo morbo curandum sese: acciditque saepius, ut nova contra genera morborum gregatim sentirentur. Quo mirabilius quid potest reperiri? aliqua gigni repente vitia terrarum in parte certa, membrisque hominum certis, vel aetatibus; aut etiam fortunis, tamquam malo eligente, haec in pueris grassari, illa in adultis: haec proceres sentire, illa pauperes.

III. *Rebellante taedio*. Recrudescente morbo. Hard.

Siquidem certum est, Manilium, etc. Haec totidem verbis Plin. Valer. loc. cit. Manlium Cornutum idem pro Manilio perperam vocat. H.

E praetoriis. Ex eorum numero qui praeturam gesserant. H.

HS. $\overline{CC}$. Hoc est, sestertium ducenties centena millia. Monetae nostrae librae sunt 2,000,000, sive, ut aiunt, milliones librarum duo. Quod si cui hoc valetudinis pretium incredibile videatur; haud gravate assentiar, ut extrita lineola legat., HS. cc, hoc est, ducenta sestertia: siquidem prius antiquum scribendi morem id ita ferre docuerit: eritque ea summa tantum librarum 20,000 H. — Brot. extrita ex codd. lineola, *HS CC*. Ed. P.

Gregatim. A grege tantum et humili plebe sentirentur. H.

IV. L. Paullo, Q. Marcio censoribus, primum in Italiam carbunculum venisse, Annalibus conscriptum est, peculiare Narbonensis provinciae malum: quo duo consulares obiere condentibus haec nobis eodem anno, Iulius Rufus, et Q. Lecanius Bassus, ille medicorum inscientia sectus: hic vero pollice laevae manus evulso acu ab semetipso, tam parvo vulnere, ut vix cerni posset. Nascitur in occultissimis corporum partibus, et plerumque sub lingua, duritia rubens vari modo, sed nigricans capite: alias livida,

IV. *L. Paullo.* L. Aemil. Paullus, Q. Marcius Philippus censuram gessere, ac lustrum fecere LIII, an. Vrbis 590. Haro.

Conscriptum est. In B. cod. 1, *constitutum.* In Reg. 2, et Chifl. *notatum.* Haro.

Narbonensis provinciae malum. Atque id morbi genus hodieque ibi sentitur, nomenque habet, *le charbon provençal*, ab ea regione. Vide Honor. Bouche, Hist. Prov. lib. I, cap. 8, p. 47. Hard.

Iul. Rufus. Consul hic fuit Neronis principatu, cum C. Fonteio Capitone, anno Vrbis 819. Caius ei praenomen fuit. Hard.

Q. Lecanius Bassus. Huius mentionem facit Diosc. in Praefatione: Η τοῦ κρατίστου Λεκανίου Βάσσου πρὸς σὲ διάθεσις, ἣν ἔγνωμεν συνδιάγοντες ὑμῖν, δεῖγμα οὐ σμικρὸν τῆς ἐν σοὶ καλοκἀγαθίας. Hinc colligunt quidam non potuisse Plinium e Dioscoride suas de plantis historias describere; quum eodem saeculo uterque floruerit, et ingenii sui monumenta reliquerit. Haec Iohannes Baptista Persii interpres. Dal. — *Q. Lecanius.* Gesserat consulatum C. Lecanius Bassus cum M. Licinio Crasso frugi, triennio ante Rufum, de quo dictum est proxime, anno Vrbis 816, ut auctor est Tacitus, Annal. lib. XV, p. 250. Sibi fuisse perfamiliarem Dioscorides in praefatione testatur. H.

Inscientia. Gron. et al. ante Hard. *inscitia.* Ed. P.

Sectus. Vel exsecta parte corporis aliqua, cui malum successit; meo iudicio, gangraena: vel malo iam orto, ab ignaro medico discissa parte aegra, cum tanta profusione sanguinis, vel ob dolorem cum humoris affluxu tanto, ut pars emortua sit. Dalec.

Tam parvo vulnere, ut vix cerni posset. Verior lectio nostri exemplaris: *Hic verò pollice laevae manus evulso acu a semetipso, tam parvo ut vix cerni posset.* Nam verbum illud *vulnere* redundat ex eodem. Pint. — *Pollice.* Brot. ex codd. Ragg. et ed. pr. *pollici.* Ed. P.

Nascitur in occultissimis, etc. Carcinum haec potius ostendunt, quam carbunculum. Dal.

Varicis modo (sic prius.) Scribo *vari modo*, et statim *tendens* ex vel. cod. non *intendens.* Pint.

corpus intendens, neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio, quo gravatos in triduo aufert, aliquando et horrorem afferens, circaque pusulas parvas, rarius febrem: stomachum faucesque quum invasit, ocyssime exanimans.

V. Diximus elephantiasin ante Pompeii Magni aetatem non accidisse in Italia, et ipsam a facie saepius incipientem, in nare primum veluti lenticula: mox

Sine dolore. Hoc parum credibile, nisi venenata materia extincto statim nativo calore, sensum quoque eius exstingueret, et gangraenam afferret: gangraenam enim σφακελώδη haec signa declarant, non ἄνθρακα. Dal.

Aliquando et horrorem afferens, circaque pustulas parvas, rarius febrem. Verba illa, *circaque pustulas parvas*, et depravata et falso hic inserta videntur: pertinent enim, ut sentio, ad ea quae paulo ante praecedunt. Vt legendum putem hoc modo: *Duritia rubens vari modo, sed nigricans capite, alias livida, circaque pustulis parvis corpus tendens neque intumescens. Sine dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio: quo gravatos in triduo aufert. Aliquando et horrorem afferens, rarius febrem.* Pint. — *Circaque pustulas parvas.* Hoc unum de carbunculo potest intelligi, repugnantibus aliis omnibus commemoratis signis, excepto horrore, qui nonnumquam sentitur in carbunculo. Dal. — *Circaque.* Circa carbunculum. H.

V. *Diximus elephantiasin*, etc. Lib. XX, cap. 52. Plutarch. hoc ipsum ex Athanodoro philosopho refert, Symp. Quaestion. VIII, 9, p. 731. H.

Et ipsam a facie saepius incipientem. Totidem fere verbis haec morbi facies a Marc. Emp. describitur, cap. XIX, pag. 130. Genus est leprae, qua cutis aspera, et elephanti corio similis efficitur. Celsus III, 25: *Ignotus paene in Italia, frequentissimus in quibusdam regionibus is morbus est, quem ἐλεφαντίαν Graeci vocant: isque longis adnumeratur. Totum corpus afficitur, ita ut ossa quoque vitiari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet. Rubor harum paulatim in atrum colorem convertitur. Summa cutis*, etc. Hunc morbum σατυριάσεως nomine Philosophus intellexit de gen. Anim. lib. IV, cap. 3. In Germaniae quibusdam oris non infrequens morbus: in Hispania Africaque, quam in reliquo orbe frequentior: in Gallia Narbonensi Aquitaniaque, quam in reliqua Gallia. Elephantia haec Graecorum, sive lepra dicitur: a qua differt elephantia Arabum, quae insignis est unius vel alterius pedis tumor. Hard.

Mox invalescente (sic prius leg.) Vossiani ambo: *Mox inarescente per totum corpus.* Et, ni fallor, probe: pertinet enim ad τὸ *cute*. Lib. III, c. 5: *Horum extremitates tantum inarescunt.* Sic quoque Pintianus. Gron. — *Inarescente.* Cute videlicet, quae vox post paulo sequitur. Ita porro MSS. non *invalescente*, ut prius. H.

inarescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus, et inaequali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura alibi, ceu scabie aspera: ad postremum vero nigrescente, et ad ossa carnes apprimente, intumescentibus digitis in pedibus manibusque. Aegypti peculiare hoc malum: et quum in reges incidisset, populis funebre: Quippe in balineis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia restinctus est: sicut et ille, quem gemursam appellavere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

VI. Id ipsum mirabile, alios desinere in nobis, alios durare, sicuti colum. Tiberii Caesaris principatu irrepsit id malum. Nec quisquam id prior imperatore ipso sensit, magna civitatis ambage, quum edicto eius excusantis valetudinem, legeretur nomen incognitum. Quid hoc esse dicamus, aut quas Deo-

Alibi tenui, dura ceu sc. aspera (sic libri omnes ante Hard. editi). Scribe, *alibi tenui, dura alibi, ceu scabie aspera*, ex Vet. Pint. — *Dura.* Celsus, lib. III, cap. 25: *Summa cutis inaequabiliter crassa, tenuis, dura, molliqne, quasi squamis quibusdam exasperatur.*

Nigrescente. Marcellus Medicus c. XIX, legisse videtur *increscente*: at Celsus lib. III, c. 25, *nigrescere* scribit, ut et Plinius. Dal. — *Nigrescente.* Sunt qui *increscente* malint, quoniam ita Marcell. Empir. scripsit, p. 130. Sed error is librariorum est, tum ex Plinii nostri optimis codicibus, tum vero ex Cornelio Celso, ita morbum eum describente III, 25: *Summa pari corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet: Rubor harum paulatim in atrem colorem convertitur*, etc. Hard.

Aegypti peculiare hoc malum. Marc. Emp. loc. cit. Hard.

Solia. Solium vas erat, in quo sedentes lavabantur. H. *Sedia.* Gronov. operarum errore, *folia* Ed. P.

Gemursam appellavere prisci. Ea phlegmone fuit carbunculosa. Malum id inter manus digitos nascens, vocant Lugdunenses, *fourchon.* Dal. — *Gemursam.* Festus: *Gemursa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere facit eum, qui gerat.* H.

VI. *Sicuti colum.* Κολικὸν πάθος, morbus maioris intestini. Sunt qui κωλικὸν scribi malint. Vide Voss. in Etym. verbo: *colicus dolor.* H.

Legeret nomen incognitum (sic prius). Lege: *Quum edicto eius excusantis valetudinem, legeretur nomen incognitum.* Edicta enim non viva voce publicabantur, sed suspensa plerumque tabulis legebantur. *Nomen* autem

rum iras? Parum enim erant homini certa morborum genera, quum supra ccc essent, nisi etiam nova timerentur? Neque ipsi autem homines pauciora sibi opera sua negotia important. Haec apud priscos erant, quae memoramus, remedia, medicinam ipsa quodammodo rerum natura faciente, et diu fuere (II.) Hippocratis certe, qui primus medendi praecepta clarissime condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina: nec minus Dioclis Carystii, qui secundus aetate famaque exstitit: item Praxagorae, et Chrysippi; ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem,

incognitum dicit, quod esset *mentagra*. Dorléans in Tac. pag. 589. — Immo vero non *mentagra*, sed *colum*; ut res ipsa indicat, et patet ex superioribus. Ed. P.

Hippocratis, etc. Tradit haec ipsa Corn. Celsus in praef. operis: *Democriti autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignus... Post quem Diocles Carystius, deinde Praxagoras et Chrysippus: tum Herophilus, et Erasistratus, sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas curandi vias processerint... Donec Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutavit. Ex eius successoribus Themison nuper ipse quoque quaedam in senectute deflexit.* De Herophilo et Erasistrato rursum lib. XXIX, 3, 5. De Praxagora, Crinagorae exstat epigramma, in Anthologia, IV, tit. 13: Κριναγόρου εἰς εἰκόνα Πραξαγόρου ἰατροῦ... Αὐτός σοι Φοίβοιο πάϊς λαθικηδέα τέχνης Ἰδμοσύνην, πανάκη χεῖρα λιπηνάμενος, Πρηξαγόρη, στέρνοις ἐνεμάξατο· τοὶ γὰρ ἀνέαι Ὀρνυνται δολιχῶν ὀπόσαι ἐκ πυρετῶν, Καὶ ὁπόσα τμηθέντος ἐπὶ χροὸς ἄρκια θεῖναι Φάρμακα, πρηείης οἶσθα παρ' Ἠπιόνης. Θνητοῖσιν δ' εἰ τοῖοι ἐπήρκεον ἰητῆρες, Οὐκ ἂν ἐπορθμεύθη νεκροβαρὴς ἄκατος. *Ipse manus pauaces succo tibi maximus unxit Phaebigena, atque artes tradidit ipse suas, Praxagora, fixitque animo: quos namque dolores Corporibus febris gignere longa solet, Et bene quae sectis ponantur in artubus herbae, Quis liquor, a miti doctus es Epione. Si medici tales multi mortalibus essent; Non, ut nunc, umbris iret onusta ratis.* Aesculapii coniux, Epione, vel filia, fertur. Meminit et Tzetzes Praxagorae: Υἱοὶ τοῦ Ἱπποκράτους δὲ ὁ Θεσσαλὸς καὶ ὁ Δράκων. Οὓς καὶ τὸν Πραξαγόραν δὲ τὸν Κῶον καὶ ἑτέρους Ἰατρικὴν ἐδίδαξεν. Hard.

Dioclis Carystii. Vossiani tres et Gud. *Diocli.* Nimirum, ut *Pericli*, *Candauli*, *Achilli*, *Vlyssi*, *Oronti*, *Aristoteli*, *Socrati*, et similia patrio casu. Gron.

Ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem, etc. Vetus exemplar, *ac deinde Erasistratico*, *Herophili quidem*, etc. Scribendum reor, *ac deinde Erasistrati Ceii Herophilique quamquam subtilioris sectae conditoris.* Nam Erasistratus ex Iuliade fuit oppido in insula Ceo, auctore Suida; etiamsi Ga-

quanquam subtilioris sectae conditori, ante omnes celebratam rationem eam; paulatim usu efficacissimo rerum omnium magistro, peculiariter utique medicinae, ad verba garrulitatemque defendente. Sedere namque his in scholis auditioni operatos gratius erat, quam ire per solitudines, et quaerere herbas alias aliis diebus anni.

VII. (III) Durabat tamen antiquitas firma, magnasque confessae rei vindicabat reliquias, donec Asclepiades aetate Magni Pompeii orandi magister; nec satis in arte ea quaestuosus, ut ad alia quam forum, sagacis ingenii huc se repente convertit: atque, ut necesse erat, homini, qui nec id egisset, nec remedia nosset, oculis usuque percipienda; torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicavit: to-

leno in Isagoge *Chius* sit, non *Ceius*. Sed depravatum esse Galeni codicem, ac pro *Ceius*, *Chius* falso scriptum, patet ex Strabone, lib. X, et Stephano Byzantio in dictione *Iulis*, et ex aliis auctoribus (ne citando nominatim tundam) qui Erasistratum medicum Ceium faciunt, non Chium. Pint.

Ante omnes celebratam rationem eam. Legendum arbitror, *ante omnes celebrata rationali ei.* Nam quum tres sint medicinae artis sectae, rationalis empirica, methodica: rationalis inventor secundum Plinium Herophilus fuit, etsi Galenus Hippocrati et aliis eam inventionem assignent. Pint.

Defendente. Ita restituimus ope codicis Reg. 1; quum prius implicata admodum sententia, spretisque artis ipsius praeceptis, non sine insigni orationis vitio, *descendente* legeretur (quam lectionem praeferunt Gron. et al.). Hard.

Auditioni operatos. Id est, operam dantes. Sic apud Nasonem: *Studiis operata Minervae.* Gel. — *Operatos.* Hoc est, operam dantes. Sic *operari liberalibus studiis*, Tacitus. Virgilius, *novis arvis operata iuventus*, latine dixere. Hard.

VII. *Vindicabat reliquias.* Din servata ea est ratio, quae remedia petebat ex herbis, quum essent confessae omnibus et exploratae eius utilitates. Hard.

Orandi magister. Hoc est, artis oratoriae, ex qua instituebat ille sibi quaestum, nec tamen maximum in ea fecit. de Asclepiade egimus in Auctorum Indice. H. — *Vt ad alia quam forum.* Posteriora duo verba ignorant Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

Repente convertit. Ad medicinae tractationem. Hard.

Ad causam. Ita Reg. 1; in Reg. 2, *causas.* Ad suas, inquit, singula quaeque causas revocando, morbos scilicet, et remedia, novam medicinam

tamque medicinam ad causam revocando coniecturae fecit: quinque res maxime communium auxiliorum professus: abstinentiam cibi, alias vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes: quae quum unusquisque semetipsum sibi praestare posse intelligeret, faventibus cunctis, ut essent vera quae facillima erant, universum prope humanum genus circumegit in se, non alio modo, quam si caelo emissus advenisset.

VIII. Trahebat praeterea mentes artificio mirabili, vinum promittendo aegris, dandoque tempestive, tum frigidam aquam. Et quoniam causas morborum scrutari prior Herophilus instituerat, vini rationem illustraverat Cleophantus apud priscos, ipse cognominari se frigida danda praeferens, ut auctor est M. Varro, alia quoque blandimenta excogitabat, iam suspendendo lectulos, quorum iactatu aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret: iam balineas avidissima hominum cupidine instituendo, et alia multa dictu grata atque iucunda: magna auctoritate; neo minore fama, quum occurrisset ignoto funeri relato homine ab

ex coniectura instituit: Hard.

Coniecturae. Gron. et al. ante Hard. *coniecturam.* Ed. P.

Communium auxiliorum. Hunc libro suo titulum Asclepiades praefixerat. Celsus, II, 14, de frictione: *De frictione vero*, inquit, *et gestatione, adeo multa Asclepiades, tanquam inventor eius posuit, quod in eo volumine, quod Communium Auxiliorum scripsit, quam trium tantum faceret mentionem, vini scilicet, aquae et gestationis, tamen maximam partem in hoc consumpserit*, etc. Hard.

Alias vini. Ita MSS. omnes; hoc est, aliquando etiam vini Hard.

VIII. *Cognominari se frigida danda praeferens*, etc. Forte Δοσίψυχρον: De eo egimus in Auctorum Indice. Hard.

Quum occurrisset ignoto funeri relato. Id iam delibatum ante VII, 37. Fabulam speciose narrat Apul. Florid. IV, pag. 30: *Asclepiades ille*, inquit, *inter praecipuos medicorum, si unum Hippocratem excipias, caeteris princeps, primus etiam vino reperit aegris opitulari: sed dandi scilicet in tempore: cuius rei observationem probe callebat, ut qui diligentissime animadverteret venarum pulsus inconditos, vel praeclaros. Is igitur*

rogo, atque servato: ne quis levibus momentis tantam conversionem factam existimet. Id solum possumus indignari, unum hominem e levissima gente, sine opibus ullis orsum, vectigalis sui causa, repente leges salutis humano generi dedisse, quas tamen postea abrogavere multi. Asclepiadem adiuvere multa, in antiquorum cura nimis anxia et rudia, ut obruendi aegros veste, sudoresque omni modo ciendi: nunc corpora ad ignes torrendi, solesve assiduo quaerendi, in urbe nimbosa, immo vero tota Italia imperatrice: tum primum pensili balinearum usu ad infinitum

quum forte in civitatem sese reciperet.... aspexit in pomoeriis civitatis funus ingens locatum.... Iam miseri illius membra omnia aromatis perspersa.... Etiam atque etiam pertractavit corpus hominis, et invenit in illo vitam latentem. Confestim exclamavit, vivere hominem, etc. Hard.

Ne quis levibus momentis tantam conversionem factam existimet. Conversionem videlicet animorum a vetere instituto ad novam medicinam. Hard.

E levissima gente. Asiatica scilicet. Nam Prusiensis fuit. Hard.

Vectigalis sui causa. Quaestus sui causa. Hard.

Multa quorum cura nimis anxia et rudis (sic prius). Vossianus: *Asclepiadem adiuvere multa in antiquorum cura nimis anxia et rudia.* Confirmat Pintiani codex: sed ille praeterea, *Asclepiades invenit*, exemplo tamen, ut opinor, non bono. Gron.

Vt obruendi aegros, etc. De hac curandi ratione Cels. III, 9: *Apud antiquos quoque*, ait, *ante Herophilum et Erasistratum, maximeque post Hippocratem, fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis vestimentis operiebat; ut simul calorem ingentem sitimque excitaret: deinde ubi paulatim remitti coeperat febris, aquam frigidam potui dabat*, etc. Hard.

Ad ignes torrendi, etc. Οπτησιν Veteres, ut et solis spricatum ἡλιασμὸν vocaverunt. Dal.

In urbe umbrosa. In veteri codice, *In urbe nimbosa, immo vero tanta Italia imperatrice*, ut forte commodius legi possit, *immo vero tanta, et alias imperatrice.* Pint. — Prius *in urbe umbrosa* legebatur, perperam refragantibus codicibus vetustis Regg. 1, 2, Colb. etc., quos sequuti sumus. Neque vero umbrosa esse tota Italia potest: nimbis obnoxia esse tota potest. Plinius ipse, II, 51, aestatem nimbosam esse in Italia prodidit: idcirco ibi semper quodammodo aërem vernare, vel autumnare. H.

Pensili balinearum, etc. Pensiles balneas vocat, exstructas ac aedificatas aquis corrivatis ac deductis, in quibus arte parabatur caldarium, tepidarium, frigidarium, laconicum. Harum assiduus usus corpus effeminat, ut naturalium corroborat, in

blandientem. Praeterea in quibusdam morbis medendi cruciatus detraxit, ut in anginis, quas curabant in fauces organo demisso. Damnavit merito et vomitiones, tunc supra modum frequentes. Arguit et medicamentorum potus stomacho inimicos, quod est magna ex parte vetitum. Itaque nos in primis quae sunt stomacho utilia signamus.

IX. (IV.) Super omnia adiuvere eum magicae vanitates, in tantum vectae, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. Aethiopide herba amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Achaemenide coniecta in aciem hostium trepidare agmina, ac terga vertere. Latacen dari solitam a Persarum rege legatis, ut quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent; ac multa similia. Vbinam istae fuere, quum Cimbri Teutonique terribili Marte ulularent, aut quum Lucullus tot reges Magorum paucis legionibus sterneret? Curve romani

quibus sponte aquae medicatae scaturiunt. DAL. — *Pensili.* Pensiles balneas invehisse primum Sergium Oratam vidimus, IX, 79. HARD.

Quas curabant in fauces organo demisso. Medici priores specillo in fauces demisso, aliove simili instrumento, anginas curabant non sine cruciatu. HARD.

Damnavit merito et vomitiones. Plutarch. lib. de Sanitate tuenda. Suet. Vitell. cap. 13, et ibi Casaubon. DAL. — *Damnavit.* Cels. 1, 3: *Reiectum esse ab Asclepiade vomitum in eo volumine, quod de tuenda Sanitate composuit, video: neque reprehendo, si offensus est eorum consuetudine, qui quotidie eiiciendo vorandi facultatem moliuntur*, etc. HARD.

Arguit et medicamentorum potus, etc. Cels. in praef. lib. V: *Medicamentorum usum ex magna parte Asclepiades non sine causa sustulit; et quum omnia fere medicamenta stomachum laedant, malique succi sint, ad ipsius victus rationem potius omnem curam suam transtulit.* HARD.

Magna ex parte. Quod et magna pars medicorum vetat. H.

IX. *Aethiopide herba amnes ac stagna siccari*, etc. De Aethiopide et Achaemenide inter herbas magicas dictum est superius, XXIV, 102. H. — *Salvia argentea*, de qua egimus loc. sup. laud. ED. P.

Tot reges Magorum. Multos in Parthia regulos magorum hoc nomine Plinius designat: non Mithridatem unum, vel Tigranem. Vide lib. XXX, cap. 1. HARD.

duces primam semper in bellis commerciorum habuere curam? Cur hercule Caesaris miles ad Pharsaliam famem sensit, si abundantia omnis contingere unius herbae felicitate poterat? Non satius fuit Aemilianum Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quam machinis claustra per tot annos quatere? Siccentur hodie Meroide Pontinae paludes, tantumque agri suburbanae reddatur Italiae. Nam quae apud eumdem Democritum invenitur compositio medicamenti, quo pulchri bonique et fortunati gignantur liberi, cui umquam Persarum regi tales dedit? Mirum esset profecto, hucusque provectam

Commerciorum habuere curam. Ne militi commestus deesset, frustra laborabant: quid enim latacen sibi comebant a Persis? Hard.

Cur hercule Caesaris miles, etc. Frumenti penuria laborasse Caesaris exercitum, scribit etiam Dio, l. XLI, p. 198. Vide et Tranquillum, in Iulio, cap. LXVIII. H. — *Hercule.* Vocem hanc Brot. ignorat, quae commode abesse possit; sed eam Gr. et al. ante Hard. exhibent. Ed. P.

Siccentur hodie Aethiopide (sic prius). Omnes quinque, *Meroide*; ut opinor etiam in Chifflet. esse, etsi exhibuerint, *merodie*. Genn. — *Meroide.* Hoc est herba Aethiopide, quam et meroidem appellari admonuimus, XXIV, 102. Hard.

Pontinae paludes. Circeis vicinae in agro Latino, quae viginti trium urbium fuisse Mutianus prodidit supra lib. III, cap. 5. A Cornelio Cethego illae antea siccatae fuerant agerque factus. Theodoricus postea rex fossas, per incuriam et neglectum obstructas, et terra limoque adobruta, rursum purgavit. Dal. — *Pontinae.* Sive Pomptinae: qua de palude diximus III, 9. Destinabat hanc siccare Iulius Caesar, sub tempus caedis, ut auctor est Suet. in eius vita, XLIV. Siccata quondam a Cornel. Cethego consule, anno Vrbis 594, ut auctor est Livius in Epit. XLVI. Hodie *Paludi Pontine.* Siccari necdum penitus potuere, tum propter amplitudinem, tum propter interfluentes amnes. Hard.

Suburbanae reddatur Italiae. Ei parti Italiae, quae Vrbi est proxima. Latium novum ac vetus intelligit. Eodem sensu Florus, III, 19, Siciliam appellat *provinciam quodammodo suburbanam*, quod erat ea Vrbi vicina. Hard.

Cur umquam Persarum regi tales dedit? (sic prius). Pintiano verior scripta lectio: *cui umquam Persarum regi talis dedita.* Neque aliter fere Chiffl. et Vuss. sed scribendum detracta littera: *cui umquam Persarum regi tales dedit?* nam *talis* sotiqua scriptura pro *tales*, id est, pulchros bonosque ac fortunatos liberos. Si quis ea compositione frui et gaudere debuit, is erat rex Persarum, tum ob immensas opes, tum ob eiram

credulitatem antiquorum, saluberrimis ortam initiis; si in ulla re modum humana ingenia novissent, atque non hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam, suo loco probaturi essemus evectam ultra magos etiam. Sed haec est omni in re animorum conditio, ut a necessariis orsa primo, cuncta pervenerint ad nimium. Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus reddemus: adiiciemus, ut quasque ratio dictaverit.

X. Sed in lichenis remediis, atque tam foedo malo, plura undique acervabimus, quanquam non paucis iam demonstratis. Medetur ergo plantago trita quinquefolium, radix albuci ex aceto, ficulni caules aceto decocti, hibisci radix cum glutino et aceto acri de-

gentisin forma regum, tum ob copiam magorum. At nemo eorum fuit, qui non liberorum alios deformes, alios sceleratos, alios infelices habuerit. Nulla igitur tam efficacem iis compositionem dare potuit magia. Gr.

Suo loco probaturi essemus, etc. Lib. nempe XXIX, c. 5, ubi de auctoritate ac potentia medicorum, qui magos etiam superarunt. Hard.

X. *Medetur ergo plant.* Ex hoc remedium ad ipsam quoque elephantiasin pertrasit Celsus, l. III, c. 35: *Corpus*, inquit, *contrita plantago et illita tueri optime videtur.* H.

Radix albuci. Sive asphodeli. H. — Scilicet *Asphodeli ramosi*, de quo conf. quae dicta sunt lib. XXI, cap. 69. Ed. P.

Ficulni caules. Marc. Empir. cap. XIX, p. 129: *Ficulni caules teneri in aceto excocti, triti et illiti, mentagrae* (hoc est, licheni), *medentur.* Idem praestat hibisci radix cum lupino et aceto, ad tertias cocta et apposita. Hard. — *Ficulni.* Gronov. et al. ante Hard. *ficulnei.* Ed. P.

Hibisci radix cum glutino, etc. Ita libri omnes, etiam MSS. Sed scrupulum movet Marcell. Empiricus, qui quum operi suo Plinii sententias plurimis in locis adsperserit, pro glutino lupinum adsciscit cap. 19, p. 129: *Mentagrae medetur*, inquit, *hibisci radix cum lupino et aceto, ad tertias cocta et apposita.* Plin. Valer. adhuc importunior, II, 56: *Licheni arcendo: Ficulnei caules*, inquit, *in aceto cocti et triti illinuntur: hibisci radix cum glutino lupino in aceto decocta ad quartas similiter adhibetur.* An glutinum his lupinum intelligit, quod ex lupi genitalibus fiat, ut ex vitulorum genitalibus. Noster vitulinum commendat, et ad lichenas quidem XXVIII, 50. An potius glutinum e lupini farina, quae lepras emendare, aliaque cutis vitia dicitur, XXII, 74. H. — *Hibisci radix.* Ἀλθαία Dioscor. III, 163. ἔνιοι δὲ ἰβίσκον καλοῦσι, eadem videtur esse ac *Lavatera olbia*, vel *Malope malacoides*, de quibus alias egi-

cocta ad quartas. Defricantur etiam pumice, ut rumicis radix trita ex aceto illinatur, et flos visci cum calce subactus. Laudatur et tithymali cum resina decoctum. Lichen vero herba omnibus his praefertur, inde nomine invento. Nascitur in saxosis, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus. Haec delet et stigmata. Teritur cum melle. Est aliud genus lichenis, petris totum inhaerens, ut muscus, qui et ipse illinitur. Hic et sanguinem sistit vulneribus instillatus, et collectiones illi-

mus. Neutra tamen bene cum Dioscoridea specie congruit. Cf. Spreng. Hist. Rei herb. tom. I, p. 182. Ed. P.

Decocta ad quartas. Marcell. Emp. loc. cit. *ad tertias.* Plin. Val. II, 56, *ad quartas.* Hard.

Defricantur etiam pumice. Marcell. Emp. cap. XIX, p. 130: *Lapathi agrestis radicis sarculo erue, easque sine ferro contunde: adiectoque acri aceto, subige, et parum salis misce: atque ex eo omnem corporis asperitatem in balneo cum sudore confrica, cito sanat.* Est autem lapathum silvestre, rumex Latinis. Hard.

Et flos visci cum calce. Pars ea visci levior, quae inter coquendum supernatat. Marcell. Empir. cap. XIX, p. 129, et Plin. Val. II, 56, totidem hoc apicibus transcripsere. Hard.

Laudatur et tithymali. Plin. Val. l. c. Tithymali succo hanc vim lichenas sanandi Dioscor. adiudicat, IV, 165. Hard.

Lichen vero herba. Lichen petraeus, cauliculo pileolum sustinente, visus a nobis in horto Regio: delineatum a nemine herbariorum adhuc vidi, quos quidem legerim. Pictum tamen a nescio quo audio. Hard.

Folio uno ad radicem lato. Pugnant haec unum folium latum esse, et longa dependere. Lego, *foliis imis ad radicem latis, caule uno*, etc. Quaenam haec sit, nondum compertum. Britannicum tameo de herbis volumen, cotyledona minorem montanam vocat, et depingit. Dal.

Caule uno parvo, longis foliis dependentibus. Immo e contrario in nostro exemplari: *Caule uno longo, parvis foliis dependentibus.* Pint.

Est aliud genus lichenis. Dioscorid. IV, 53: Λειχὴν ὁ ἐπὶ τῶν πετρῶν, οἱ δὲ βρύον καλοῦσι, βρύον ἐστὶ προσεχόμενον ταῖς ὑδρόσοις πέτραις. Ea est quae omnibus tum officinis, tum herbariis hodie dicitur hepatica, quod iocinerum fibris similis conspicitur. Pingitur a Dodonaeo p. 470. Sic etiam Anguillara Part. XIV, 264. H. — *Aliud genus.* Λειχὴν Diosc. loc. laud. forte est *Marchantia conica*, ex *Cryptogam.* Linn. et *Hepaticarum* ordine Juss. conf. Column. Ecphras. I, p. 331. Potest tamen et ad *Peltideam caninam* referri, quae ad *Lichenum* familiam pertinet. Ed. P.

Qui et ipse illinitur. Ad sanandos lichenas. Diosc. loc. cit. et Galen. de Facult. simpl. med. VII, p. 201. Hard.

Hic et sanguinem sistit. Diosc. loc. cit. Τοῦτο κατεπλασθὲν αἱμορροΐας

tus. Morbum quoque regium cum melle sanat ore illito, et lingua. Qui ita curantur, salsa lavari iubentur, ungi oleo amygdalino, hortensiis abstinere. Ad lichenas et thapsiae radice utuntur trita cum melle.

XI. Anginae argemonia medetur sumpta ex vino: hyssopum cum vino decoctum et gargarizatum: peucedanum cum coagulo vituli marini aequis partibus. Proserpinaca cum muria ex maenis et oleo trita vel sub lingua habita. Item succus de quinquefolio, potus cyathis tribus. Hic et omnibus faucium vitiis medetur gargarizatus: verbascum privatim tonsillis in aqua potum.

ἴτησι, καὶ φλεγμονὰς παραιτεῖται, καὶ λειχῆνας θεραπεύει. Hard.

Morbum quoque regium. Dioscorid. IV, 53, de lichene herba, seu musco: Ωφελεῖ δὲ καὶ ἰκτερικοὺς μετὰ μέλιτος διαχριόμενον, στόματος δὲ καὶ τῆς γλώσσης ῥευματισμοὺς παραιτεῖται. *Iuvat et arquatos cum melle illitus: caeterum defluxionibus oris ac linguae succurrit.* Ita etiam, ut ne quid dissimulem, scripsisse mihi graecus auctor videtur, unde Plinianae haec manarunt. Legisse tamen aliter Plinium haud obscure intelligas: ita nimirum: μετὰ μέλιτος διαχριομένου στόματός τε καὶ τῆς γλώττης: Ῥευματισμοὺς παραιτεῖται. Hard.

Hortensiis abstinere. Hoc est, omni olere. Hard.

Thapsiae radice. Plin. Valer. II, 56. Hard. — *Thapsiae.* Θαψία Theophrast. Hist. IX, 10; Diosc. IV, 157; nobis eadem nomine est *Thapsia Asclepium* (*Pentand. digyn.* gen. 717 Pers. *Umbellifer.* Juss.). Habitat in Apulia, et Oriente. Cf Column. Ecphras. I, p. 87, tab. 85; Matthiol. 545. Ed. P.

XI. *Anginae argemonia.* Faucium vitiis generatim et universe prodesse argemoniam scribit Marcell. Empir. cap. xv, pag. 110. Hard.

Hyssopum cum vino. Emendant ex Chifll. codice, *cum fico.* Sic etiam Reg. 2. At Reg. 1, Colb. et vulgati omnes, *cum vino.* Favet alter Plin. Valer. I, 52, cui titulum fecit: *Anginae medendo: Hyssopum quoque*, inquit, *cum vino decoctum gargarizatur.* Diosc. tamen priorem lectionem adiuvat Chifll. cod. et Reg. 2. Is enim, III, 30: Συνάγχοις δὲ ἀπαγαργάρισμα μετὰ σύκων ἀφεψήματος ἄριστον. *In anginis cum decocto ficuum efficacissime gargarizatur.* Hard.

Peucedanum. Plin. Val. I, 52. H. — Nobis *Peucedanum officinale*, de quo lib. sup. egimus. Ed. P.

Proserpinaca cum muria. De ea dicemus, XXVII, 104. Marc. Empir. cap. xv, pag. 106: *Herbae proserpinalis, quae dracontion dicitur, contritae succo; admisceto salsam aquam, et olei parum: atque inde linguam, et quae sunt circa linguam, et fauces perfricato, donec vomat, cui medebere: cito sanabitur.* Hard.

Item succus de quinquefolio. Plin.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXVI.

I.

(1) Sensit et facies hominum novos, omnique aevo priore incognitos, non Italiae modo, verum etiam universae prope Europae, morbos: tunc quoque non tota Italia, nec per Illyricum, Galliasve, aut Hispanias magnopere vagatos, aut alibi, quam Romae, circaque: sine dolore quidem illos, ac sine pernicie vitae: sed tanta foeditate, ut quaecumque mors praeferenda esset.

II. Gravissimum ex his lichenas appellavere graeco nomine: latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum lascivia (ut est procax natura multorum in alienis miseriis), mox et usurpato vocabulo, mentagram: occupantem in multis totos utique vul-

I. *Non tota Italia.* Sic ex Chifflet. Hard. *nec* Gron. Ed. P.

II. *Gravissimum ex his lichenas.* Plin. Val. haec totidem verbis, II, 56. Quod genus hoc morbi sit diximus lib. XX, cap. 2. Tib. Claudii Caesaris nomine, sub quo hoc malum in Italiam irrepsisse mox Plinius dicit, ipsum (ut alibi) Tiberium Augusti successorem intelligit. Vide cap. 6. H.

Mentagram. Ad lichenas rodentesque herpetas, *dartres vives*, referenda est haec mentagrae lues. Brot.

tus, oculis tantum immunibus, descendentem vero et in colla pectusque ac manus, foedo cutis furfure.

III. Non fuerat haec lues apud maiores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Caesaris principatu medio irrepsit in Italiam, quodam Perusino equite romano Quaestorio scriba, quum in Asia apparuisset, inde contagionem eius importante. Nec sensere id malum feminae, aut servitia, plebesque humilis, aut media: sed proceres veloci transitu osculi maxime: foediore multorum qui perpeti medicinam toleraverant, cicatrice, quam morbo. Causticis namque curabatur; ni usque in ossa corpus exustum esset, rebellante taedio: adveneruntque ex Aegypto genitrice talium vitiorum medici, hanc solam operam afferentes, magna sua praeda. Siquidem certum est, Manilium Cornutum e praetoriis legatum Aquitanicae provinciae, HS CC elocasse in eo morbo curandum sese: acciditque saepius, ut nova contra genera morborum gregatim sentirentur. Quo mirabilius quid potest reperiri? aliqua gigni repente vitia terrarum in parte certa, membrisque hominum certis, vel aetatibus, aut etiam fortunis, tamquam malo eligente, haec in pueris grassari, illa in adultis: haec proceres sentire, illa pauperes.

III. *Rebellante taedio*. Recrudescente morbo. Hard.

Siquidem certum est, Manilium, etc. Haec totidem verbis Plin. Valer. loc. cit. Manlium Cornutum idem pro Manlio perperam vocat. H.

E praetoriis. Ex eorum numero qui praeturam gesserant. H.

HS. CC. Hoc est, sestertium ducenties centena millia. Monetae nostrae librae sunt 2,000,000, sive, ut aiunt, milliones librarum duo. Quod si cui hoc valetudinis pretium incredibile videatur, haud gravate assentiar, ut exhibita linuola legat, HS. cc, hoc est, ducenta sestertia: siquidem prius antiquium scribendi morem id ita ferre docuerit: eritque ea summa tantum librarum 20,000 H. — Brot. exhibita ex eodd. linuola, *HS CC*. Eo P.

Gregatim. A grege tantum et humili plebe sentirentur. H.

IV. L. Paullo, Q. Marcio censoribus, primum in Italiam carbunculum venisse, Annalibus conscriptum est, peculiare Narbonensis provinciae malum: quo duo consulares obiere condentibus haec nobis eodem anno, Iulius Rufus, et Q. Lecanius Bassus, ille medicorum inscientia sectus: hic vero pollice laevae manus evulso acu ab semetipso, tam parvo vulnere, ut vix cerni posset. Nascitur in occultissimis corporum partibus, et plerumque sub lingua, duritia rubens vari modo, sed nigricans capite: alias livida,

IV. *L. Paullo.* L. Aemil. Paullus, Q. Marcius Philippus censuram gessere, ac lustrum fecere LIII, an. Vrbis 590. Hahn.

Conscriptum est. In R. cod. 1, *constitutum.* In Reg. 2, et Chiff. *notatum.* Hahn.

Narbonensis provinciae malum. Atque id morbi genus hodieque ibi sentitur, nomenque habet, *le charbon provençal*, ab ea regione. Vide Honor. Bouche, Hist. Prov. lib. I, cap. 8, p. 47. Hahn.

Iul. Rufus. Consul hic fuit Neronis principatu, cum C. Fonteio Capitone, anno Vrbis 819. Caius ei praenomen fuit. Hahn.

Q. Lecanius Bassus. Huius mentionem facit Diosc. in Praefatione: Η τοῦ κρατίστου Λεκανίου Βάσσου πρὸς σὲ διάθεσις, ἣν ἔγνωμεν συνδιάγοντες ὑμῖν, δεῖγμα οὐ σμικρὸν τῆς ἐν σοὶ καλοκἀγαθίας. Hinc colligunt quidam non potuisse Plinium e Dioscoride suas de plantis historias describere; quum eodem saeculo uterque floruerit, et Ingenii sui monumenta reliquerit. Haec Iohannes Baptista Persii interpres. Dal. — *Q. Lecanius.* Gesserat consulatum C. Lecanius Bassus cum M. Licinio Crasso frugi, triennio ante Rufum, de quo dictum est proxime, anno Vrbis 816, ut auctor est Tacitus, Annal. lib. XV, p. 250. Sibi fuisse perfamiliarem Dioscorides in praefatione testatur. H.

Inscientia. Gron. et al. ante Hard. *inscitia.* Ed. P.

Sectus. Vel exsecta parte corporis aliqua, cui malum successit; meo iudicio, gangraena: vel malo iam orto, ab ignaro medico discissa parte aegra, cum tanta profusione sanguinis, vel ob dolorem cum humoris affluxu tanto, ut pars emortua sit. Dalec.

Tam parvo vulnere, ut vix cerni posset. Verior lectio nostri exemplaris: *Hic verò pollice laevae manus evulso acu a semetipso, tam parvo ut vix cerni posset.* Nam verbum illud *vulnere* redundat ex eodem. Pint. — *Pollice.* Brot. ex codd. Regg. et ed. pr. *pollici.* Ed. P.

Nascitur in occultissimis, etc. Carcerum haec potius ostendunt, quam carbunculum. Dal.

Varicis modo (sic prius). Scribo *vari modo*, et statim *tendens* ex vet. cod. non *intendens.* Pint.

corpus intendens, neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio, quo gravatos in triduo aufert; aliquando et horrorem afferens, circaque pusulas parvas, rarius febrem: stomachum faucesque quum invasit, ocyssime examinans.

V. Diximus elephantiasin ante Pompeii Magni aetatem non accidisse in Italia, et ipsam a facie saepius incipientem, in nare primum veluti lenticula: mox

Sine dolore. Hoc parum credibile, nisi venenata materia extincto statim nativo calore, sensum quoque eius exstingueret, et gangraenam afferret: gangraenam enim σφακελώδη haec signa declarant, non ἄνθρακα. Dal.

Aliquando et horrorem afferens, circaque pustulas parvas, rarius febrem. Verba illa, *circaque pustulas parvas*, et depravata et falso hic inserta videntur: pertinent enim, ut sentio, ad ea quae paulo ante praecedunt. Vt legendum putem hoc modo: *Duritia rubens vari modo, sed nigricans capite, alias livida, circaque pustulis parvis corpus tendens neque intumescens. Sine dolore; sine pruritu, sine alio quam somni indicio: quo gravatos in triduo aufert. Aliquando et horrorem afferens, rarius febrem.* Pint. — *Circaque pustulas parvas.* Hoc unum de carbunculo potest intelligi, repugnantibus aliis omnibus commemoratis signis, excepto horrore, qui nonnumquam sentitur in carbunculo. Dal. — *Circaque.* Circa carbunculum. H.

V. *Diximus elephantiasin*, etc. Lib. XX, cap. 52. Plutarch. hoc ipsum ex Athenodoro philosopho refert, Symp. Quaestion. VIII, 9, p. 734. H.

Et ipsam a facie saepius incipientem. Totidem fere verbis haec morbi facies a Marc. Emp. describitur, cap. XIX, pag. 130. Genus est leprae, qua cutis aspera, et elephanti corio similis efficitur. Celsus III, 25: *Ignotus paene in Italia, frequentissimus in quibusdam regionibus is morbus est, quem ἐλεφαντίασιν Graeci vocant: isque longis adnumeratur. Totum corpus afficitur, ita ut ossa quoque vitiari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet. Rubor harum paulatim in atrum colorem convertitur. Summa cutis*, etc. Hunc morbum ἐλεφαντιάσεως nomine Philosophus intellexit de gen. Anim. lib. IV, cap. 3. In Germaniae quibusdam oris non infrequens morbus: in Hispania Africaque, quam in reliquo orbe frequentior: in Gallia Narbonensi Aquitaniaque, quam in reliqua Gallia. Elephantia haec Graecorum, sive lepra dicitur: a qua differt elephantia Arabum, quae insignis est unius vel alterius pedis tumor. Hard.

Mox invalescente (sic prius leg.) Vossiani embo: *Mox inarescente per totum corpus.* Et, ni fallor, probe: pertinet enim ad τὸ *cute.* Lib. III, c. 5: *Horum extremitates tantum inarescunt.* Sic quoque Pintianus. Gaos. — *Inarescente.* Cute videlicet, quae vox post paulo sequitur. Ita porro MSS. non *invalescente*, ut prius. H.

inarescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus, et inaequali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura alibi, ceu scabie aspera: ad postremum vero nigrescente, et ad ossa carnes apprimente, intumescentibus digitis in pedibus manibusque. Aegypti peculiare hoc malum: et quum in reges incidisset, populis funebre. Quippe in balineis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia restinctus est; sicut et ille, quem gemursam appellavere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

VI. Id ipsum mirabile, alios desinere in nobis, alios durare, sicuti colum. Tiberii Caesaris principatu irrepsit id malum. Nec quisquam id prior imperatore ipso sensit, magna civitatis ambage, quum edicto eius excusantis valetudinem, legeretur nomen incognitum. Quid hoc esse dicamus, aut quas Deo-

Alibi tenui, dura seu sc. aspera (sic libri omnes ante Hard. editi). Scribe, *alibi tenui, dura alibi, ceu scabie aspera*, ex Vet. Pint. — *Dura.* Celsus, lib. III, cap. 25: *Summa cutis inaequabiliter crassa, tenuis, dura, molliqie, quasi squamis quibusdam exasperatur.*

Nigrescente. Marcellus Medicus c. XIX, legisse videtur *increscente*: at Celsus lib. III, c. 25, *nigrescere* scribit, ut et Plinius. Dal. — *Nigrescente.* Sunt qui *increscente* malint, quoniam ita Marcell. Empir. scripsit, p. 430. Sed error is librariorum est, tum ex Plinii nostri optimis codicibus, tum vero ex Cornelio Celso, ita morbum eum describente III, 25: *Summa pars corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet: Rubor harum paulatim in atrem colorem convertitur*, etc. Hard.

Aegypti peculiare hoc malum. Marc. Emp. loc. cit. Hard.

Solia. Solium vas erat, in quo sedentes lavabantur. H. *Solia.* Gronov. operarum errore, *folia* Ed. P.

Gemursam appellavere prisci. Ea phlegmone fuit carbunculosa. Malum id inter manus digitos nascens, vocant Lugdunenses, *fourchon*. Dal. — *Gemursam.* Festus: *Gemursa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui gerat.* H.

VI. *Sicuti colum.* Κολικὸν πάθος, morbus mioris intestini. Sunt qui κολιχὸν scribi malint. Vide Voss. in Etym. verbo: *colicus dolor.* H.

Legeret nomen incognitum (sic prius). Lege: *Quum edicto eius excusantis valetudinem, legeretur nomen incognitum.* Edicta enim non viva voce publicabantur, sed suspensa pleruinque tabula legebantur. *Nomen* autem

rum iras? Parum enim erant homini certa morborum genera, quum supra ccc essent, nisi etiam nova timerentur? Neque ipsi autem homines pauciora sibi opera sua negotia important. Haec apud priscos erant, quae memoramus, remedia, medicinam ipsa quodammodo rerum natura faciente, et diu fuere (II.) Hippocratis certe, qui primus medendi praecepta clarissime condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina: nec minus Dioclis Carystii, qui secundus aetate famaque exstitit: item Praxagorae, et Chrysippi; ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem,

incognitum dicit, quod esset *mentagra*. Dorleans in Tac. pag. 589. — Immo vero non *mentagra*, sed *colum*; ut res ipsa indicat, et patet ex superioribus. Eo. P.

Hippocratis, etc. Tradit haec ipsa Corn. Celsus in praef. operis: *Democritii autem, ut quidam credidérunt, discipulus Hippocrates Coax, primus quidem ex omnibus memoria dignus... Post quem Diocles Carystius, deinde Praxagoras et Chrysippus: tum Herophilus, et Erasistratus, sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas curandi vias processerint... Donec Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutavit. Ex eius successoribus Themison nuper ipse quoque quaedam in senectute deflexit.* De Herophilo et Erasistrato rursum lib. XXIX, 3, 5. De Praxagora, Crinagorae exstat epigramma, in Anthologia, IV, tit. 13: Κρινάγορον εἰς εἰκόνα Πραξαγόρου ἰατροῦ...Αὐτός σοι Φοῖβοιο πάλι λαθικηδέα τέχνης ἰδμοσύνην, πανάκη χεῖρα λιπηνάμενος, Πραξαγόρη, στέρνοις ἐνεμάξατο· τοὶ γὰρ ἀνέστ' Ὀρνυνται δολιχῶν ὀπόσοι ἐκ πυρετῶν, Καὶ ὁπόσοι τμηθέντος ἐπὶ χροὸς ἄρκεα θεῖναι Φάρμακα, πρηΐνης οἴδμα. παρ' Ἠπιόνης. Θνητοῖσιν δ' εἰ τοῖσι ἐπήρκεον ἐντέρες, Οὐκ ἂν ἐπορθμεύθη νεκροδαρὴς ἄκατος. *Ipse manus pauaces succo tibi maximus unxit Phoebigena, atque artes tradidit ipse suas, Praxagora, fixitque animo: quos namque dolores Corporibus febris gignere longa solet, Et bene quae sectis ponantur in artubus herbae, Quis liquor, a miti doctus ex Epione. Si medici tales multi mortalibus essent; Non, ut nunc, umbris iret onusta ratis.* Aesculapii coniux, Epione, vel filia, fertur. Meminit et Tzetzes Praxagorae: Ὑοὶ τοῦ Ἱπποκράτους δὶ ὁ Θεσσαλὸς καὶ ὁ Δράκων. Οὗ; καὶ τὸν Πραξαγόραν δὲ τὸν Κῶον καὶ ἑτέρους ἰατρικὴν ἐδίδαξεν. Hard.

Dioclis Carystii. Vossiani tres et Gud. *Diocli.* Nimirum, ut *Pericli*, *Candaali*, *Achilli*, *Vlyssi*, *Oronti*, *Aristotali*, *Socrati*, et similia patrio casu. Gron.

Ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem, etc. Vetus exemplar, *ac deinde Erasistratico, Herophili quidem*, etc. Scribendum reor, *ac deinde Erasistrati Ceii Herophilique quanquam subtilioris sectae conditoris.* Nam Erasistratus ex Iuliade fuit oppido in insula Ceo, auctore Suida; etiamsi Ga-

quanquam subtilioris sectae conditori, ante omnes celebratam rationem eam; paulatim usu efficacissimo rerum omnium magistro, peculiariter utique medicinae, ad verba garrulitatemque defendente. Sedere namque his in scholis auditioni operatos gratius erat, quam ire per solitudines, et quaerere herbas alias aliis diebus anni.

VII. (III) Durabat tamen antiquitas firma, magnasque confessae rei vindicabat reliquias, donec Asclepiades aetate Magni Pompeii orandi magister; nec satis in arte ea quaestuosus, ut ad alia quam forum, sagacis ingenii huc se repente convertit: atque, ut necesse erat, homini, qui nec id egisset, nec remedia nosset, oculis usuque percipienda; torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicavit: to-

leno in Isagoge *Chius* sit, non *Ceius*. Sed depravatum esse Galeni codicem, ac pro *Ceius*, *Chius* falso scriptum, patet ex Strabone, lib. X, et Stephano Byzantio in dictione *Iulis*; et ex aliis auctoribus (ne citando nominatim tundam) qui Erasistratum medicum Ceium faciunt, non Chium. Pint.

Ante omnes celebratam rationem eam. Legendum arbitror, *ante omnes celebrata rationali ei.* Nam quum tres sint medicinae artis sectae, rationalis empirica, methodica: rationalis inventor secundum Plinium Herophilus fuit, etsi Galenus Hippocrati et aliis eam inventionem assignent. Pint.

Defendente. Ita restituimus ope codicis Reg. 1; quum prius, implicata admodum sententia, spretisque artis ipsius praeceptis, non sine insigni orationis vitio, *descendente* legeretur (quam lectionem praeferunt Gron. et al.). Hard.

Auditioni operatos. Id est, operam dantes. Sic apud Nasonem: *Studiis operata Minervae.* Gel. — *Operatos.* Hoc est, operam dantes. Sic *operari liberalibus studiis*, Tacitus: Virgilius, *novis arvis operata iuventus*, latine dixere. Hard.

VII. *Vindicabat reliquias.* Diu servata ea est ratio, quae remedia petebat ex herbis, quum essent confessae omnibus et exploratae eius utilitates. Hard.

Orandi magister. Hoc est, artis oratoriae, ex qua instituebat ille sibi quaestum, nec tamen maximum in ea fecit. de Asclepiade egimus in Auctorum Indice. H. — *Vt ad alia quam forum.* Posteriora duo verba ignorant Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

Repente convertit. Ad medicinae tractationem. Hard.

Ad causam. Ita Reg. 1; in Reg. 2, *causas.* Ad suas, inquit, singulas quaeque causas revocando, morbos scilicet, et remedia, novam medicinam

tamque medicinam ad causam revocando coniecturae fecit: quinque res maxime communium auxiliorum professus: abstinentiam cibi, alias vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes; quae quum unusquisque semetipsum sibi praestare posse intelligeret, faventibus cunctis, ut essent vera quae facillima erant, universum prope humanum genus circumegit in se, non alio modo, quam si caelo emissus advenisset.

VIII. Trahebat praeterea mentes artificio mirabili, vinum promittendo aegris, dandoque tempestive, tum frigidam aquam. Et quoniam causas morborum scrutari prior Herophilus instituerat, vini rationem illustraverat Cleophantus apud priscos, ipse cognominari se frigida danda praeferens, ut auctor est M. Varro, alia quoque blandimenta excogitabat, iam suspendendo lectulos, quorum iactatu aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret: iam balineas avidissima hominum cupidine instituendo, et alia multa dictu grata atque iucunda: magna auctoritate; nec minore fama, quum occurrisset ignoto funeri relato homine ab

ex coniectura instituit. Hard.

Coniecturae. Gron. et al. ante Hard. *coniecturam.* Ed. P.

Communium auxiliorum. Hunc libro suo titulum Asclepiades praefixerat. Celsus, II, 14, de frictione: *De frictione vero*, inquit, *et gestatione, adeo multa Asclepiades, tanquam inventor eius posuit, quod in eo volumine, quod Communium Auxiliorum scripsit, quam trium tantum faceret mentionem, vini scilicet, aquae et gestationis, tamen maximam partem in hoc consumpserit*, etc. Hard.

Alias vini. Ita MSS. omnes; hoc est, aliquando etiam vini. Hard.

VIII. *Cognominari se frigida danda praeferens*, etc. Forte Δοσίψυχρον. De eo egimus in Auctorum Indice. Hard.

Quum occurrisset ignoto funeri relato. Id iam delibatum ante VII, 37. Fabulam speciose narrat Apul. Florid. IV, pag. 30: *Asclepiades ille*, inquit, *inter praecipuos medicorum, si unum Hippocratem excipias, caeteris princeps, primus etiam vino reperit aegris opitulari: sed dandi scilicet in tempore: cuius rei observationem probe callebat, ut qui diligentissime animadverteret venarum pulsus inconditos, vel praeclaros. Is igitur*

rogo, atque servato: ne quis levibus momentis tantam conversionem factam existimet. Id solum possumus indignari, unum hominem e levissima gente, sine opibus ullis orsum, vectigalis sui causa, repente leges salutis humano generi dedisse, quas tamen postea abrogavere multi. Asclepiadem adiuvere multa, in antiquorum cura nimis anxia et rudia, ut obruendi aegros veste, sudoresque omni modo ciendi: nunc corpora ad ignes torrendi, solesve assiduo quaerendi, in urbe nimbosa, immo vero tota Italia imperatrice: tum primum pensili balinearum usu ad infinitum

quum forte in civitatem sese reciperet.... aspexit in pomoeriis civitatis fumus ingens locatum.... Iam miseri illius membra omnia aromatis perspersa.... Etiam atque etiam pertractavit corpus hominis, et invenit in illo vitam latentem. Confestim exclamavit, vivere hominem, etc. Hard.

Ne quis levibus momentis tantam conversionem factam existimet. Conversionem videlicet animorum a vetere instituto ad novam medicinam. Hard.

E levissima gente. Asiatica scilicet. Nam Prusiensis fuit. Hard.

Vectigalis sui causa. Quaestus sui causa. Hard.

Multa quorum cura nimis anxia et rudis (sic prius). Vossianus: *Asclepiadem adiuvere multa in antiquorum cura nimis anxia et rudia.* Confirmat Pintiani codex: sed ille praeterea, *Asclepiades invenit*, exemplo tamen, ut opinor, non bono. Grot.

Ut obruendi aegros, etc. De hac curandi ratione Cels. III, 9: *Apud antiquos quoque*, ait, *ante Herophilum et Erasistratum, maximeque post Hippocratem, fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis vestimentis operiebat; ut simul calorem ingentem sitimque excitaret: deinde ubi paulatim remitti coeperat febris, aquam frigidam potui dabat*, etc. Hard.

Ad ignes torrendi, etc. Ὀπτᾶσιν Veteres, ut et solis apricatum ἡλιαστὸν vocaverunt. Dal.

In urbe umbrosa. In veteri codice, *In urbe nimbosa, immo vero tanta Italia imperatrice*, ut forte commodius legi possit, *immo vero tanta, et alias imperatrice.* Pint. — Prius *in urbe umbrosa* legebatur, perperam refragantibus codicibus vetustis Regg. 1, 2, Colb. etc., quos sequuti sumus. Neque vero umbrosa esse tota Italia potest: nimbis obnoxia esse tota potest. Plinius ipse, II, 51, aestatem nimbosam essa in Italia prodidit: idcirco ibi semper quodammodo serem vernare, vel autumnare. H.

Pensili balinearum, etc. Pensiles balneas vocat, axstructas ac aedificatas aquis corrivatis ac deductis, in quibus arte parabatur caldarium, lepidarium, frigidarium, laconicum. Harum assiduus usus corpus effeminat, ut naturalium corroborat, in

blandientem. Praetereà in quibusdam morbis medendi cruciatus detraxit, ut in anginis, quas curabant in fauces organo demisso. Damnavit merito et vomitiones, tunc supra modum frequentes. Arguit et medicamentorum potus stomacho inimicos, quod est magna ex parte vetitum. Itaque nos in primis quae sunt stomacho utilia signamus.

IX. (IV.) Super omnia adiuvere eum magicae vanitates, in tantum vectae, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. Aethiopide herba amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Achaemenide coniecta in aciem hostium trepidare agmina, ac terga vertere. Latacen dari solitam a Persarum rege legatis, ut quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent: ac multa similia. Vbinam istae fuere, quum Cimbri Teutonique terribili Marte ulularent, aut quum Lucullus tot reges Magorum paucis legionibus sterneret? Curve romani

quibus sponte aquae medicatae scaturiunt. Dal. — *Pensili.* Pensiles balneas invenisse primum Sergium Oratam vidimus, IX, 79. Hard.

Quas curabant in fauces organo demisso. Medici priores specillo in fauces demisso, aliove simili instrumento, anginas curabant non sine cruciatu. Hard.

Damnavit merito et vomitiones. Plutarch. lib. de Sanitate tuenda. Suet. Vitell. cap. 13, et ibi Casaubon. Dal. — *Damnavit.* Cels. I, 3: *Reiectum esse ab Asclepiade vomitum in eo volumine, quod de tuenda Sanitate composuit, video: neque reprehendo, si offensus est eorum consuetudine, qui quotidie eiiciendo vomendi facultatem moliuntur*, etc. Hard.

Arguit et medicamentorum potus, etc. Cels. in praef. lib. V: *Medicamentorum usum ex magna parte Asclepiades non sine causa sustulit; et quum omnia fere medicamenta stomachum laedant, malique succi sint, ad ipsius victus rationem potius omnem curam suam transtulit.* Hard.

Magna ex parte. Quod et magna pars medicorum vetat. H.

IX. *Aethiopide herba omnes ac stagna siccari*, etc. De Aethiopide et Achaemenide inter herbas magicas dictum est superius, XXIV, 102. H. — *Salvio argentea*, de qua egimus loc. sup. laud. Ed. P.

Tot reges Magorum. Multos in Parthia regulos magorum hoc nomine Plinius designat: non Mithridatem unum, vel Tigranem. Vide lib. XXX, cap. 1. Hard.

duces primam semper in bellis commerciorum habuere curam? Cur hercule Caesaris miles ad Pharsaliam famem sensit, si abundantia omnis contingere unius herbae felicitate poterat? Non satius fuit Aemilianum Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quam machinis claustra per tot annos quatere? Siccentur hodie Meroide Pontinae paludes, tantumque agri suburbanae reddatur Italiae. Nam quae apud eumdem Democritum invenitur compositio medicamenti, quo pulchri bonique et fortunati gignantur liberi, cui umquam Persarum regi tales dedit? Mirum esset profecto, hucusque provectam

Commerciorum habuere curam. Ne militi commeatus deesset, frustra laborabant: quin enim latacen sibi coëmabant a Persis? HARD.

Cur hercule Caesaris miles, etc. Frumenti penuria laborasse Caesaris exercitum, scribit etiam Dio, l. XLI, p. 198. Vida et Tranquillum, in Iulio, cap. LXVIII. H. — *Hercule.* Vocem hanc Brot. ignorat, quae commode abesse possit; sed eam Gr. et al. ante Hard. exhibent. EO. P.

Siccentur hodie Aethiopide (sic prius). Omnes quinque, *Meroide*; ut opinor etiam in Chiffl. esse, etsi exhibuerint, *merodia*. GRON. — *Meroide.* Hoc est herba Aethiopide, quam et meroidem appellari admonuimus, XXIV, 102. HARD.

Pontinae paludes. Circeis vicinae in agro Latino, quas viginti trium urbium fuisse Mutianus prodidit supra lib. III, cap. 5. A Cornelio Cethego illae antea siccatae fuerant agerque factus. Theodoricus postea rex fossas, per incuriam et neglectum obstructas, et terra limoque adobrutas, rursum purgavit. DAL. — *Pontinae.* Sive Pomptinae: qua de palude disimus III, 9. Destinabat hanc secare Iulius Caesar, sub tempus caedis, ut auctor est Suet. in eius vita, XLIV. Siccata quondam a Cornel. Cethego consule, anno Vrbis 594, ut auctor est Livius in Epit. XLVI. Hodie *Paludi Pontine.* Siccari nondum penitus potuere, tum propter amplitudinem, tum propter interfluentes amnes. HARD.

Suburbanae reddatur Italiae. Ei parti Italiae, quae Vrbi est proxima. Latium novum ac vetus intelligit. Eodem sensu Florus, III, 19, Siciliam appellat *provinciam quodammodo suburbanam*, quod erat ea Vrbi vicina. HARD.

Cur umquam Persarum regi tales dedit? (sic prius). Pintiano verior scripta lectio: *cui umquam Persarum regi talis dedita.* Neque aliter fere Chiffl. et Voss, sed scribendum detracta littera: *cui umquam Persarum regi tales dedit?* nam *talis* antiqua scriptura pro *tales*, id est, pulchros bonosque ac fortunatos liberos. Si quis ea compositione frui et gaudere debuit, is erat rex Persarum, tum ob immensas opes, tum ob curam

credulitatem antiquorum, saluberrimis ortam initiis; si in ulla re modum humana ingenia novissent, atque non hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam, suo loco probaturi essemus evectam ultra magos etiam. Sed haec est omni in re animorum conditio, ut a necessariis orsa primo, cuncta pervenerint ad nimium. Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus reddemus: adiiciemus, ut quasque ratio dictaverit.

X. Sed in lichenis remediis, atque tam foedo malo, plura undique acervabimus, quanquam non paucis iam demonstratis. Medetur ergo plantago trita quinquefolium, radix albuci ex aceto, ficulni caules aceto decocti, hibisci radix cum glutino et aceto acri de-

gentis in forma regum, tum ob copiam magorum. At nemo eorum fuit, qui non liberorum alios deformes, alios sceleratos, alios infelices habuerit. Nulla igitur tam efficacem iis compositionem dare potoit magia. Gr.

Suo loco probaturi essemus, etc. Lib. nempe XXIX, c. 5, ubi de auctoritate ac potentia medicorum, qua magos etiam superarunt. Hard.

X. *Medetur ergo plant.* Ex hoc remedium ad ipsam quoque elephantiasin pertraait Celsus, l. III, c. 35: *Corpus*, inquit, *contrita plantago et illita tueri optime videtur.* H.

Radix albuci. Sive asphodeli. H. — Scilicet *Asphodeli ramosi*, de quo conf. quae dicta sunt lib. XXI, cap. 63. Ed. P.

Ficulni caules. Marc. Empir. cap. XIX, p. 129: *Ficulni caules teneri in aceto excocti, triti et illiti, mentagrae* (hoc est, licheni), *medentur.* Idem praestat hibisci radix cum lupino et aceto, ad tertias cocta et apposita. Hard. — *Ficulnei.* Gronov. et al. ante Hard. *ficulnei.* Ed. P.

Hibisci radix cum glutino, etc. Ita libri omnes, etiam MSS. Sed scrupulum movet Marcell. Empiricus, qui quum operi suo Plinii sententias plurimis in locis adsperserit, pro glutino lupinum adscivit cap. 19, p. 129: *Mentagrae medetur*, inquit, *hibisci radix cum lupino et aceto, ad tertias cocta et apposita.* Plin. Valer. adhuc importunior, II, 56: *Licheni arcendo: Ficulnei caules*, inquit, *in aceto cocti et triti illinuntur: hibisci radix cum glutino lupino in aceto decocta ad quartas similiter adhibetur.* An glutinum his lupinum intelligit, quod ex lupi genitalibus fiat, ut ex vitulorum genitalibus. Noster vitulinum commendat, et ad lichenas quidem XXVIII, 50. An potius glutinum e lupini farina, quae lepras emendare, aliaque cutis vitia dicitur, XXII, 74. H. — *Hibisci radix.* Ἀλθαία Dioscor. III, 163. ἔνιοι δὲ ἰβίσκον καλοῦσι, eadem videtur esse ac *Lavatera olbia*, vel *Malope malacoides*, de quibus alias egi-

cocta ad quartas. Defricantur etiam pumice, ut rumicis radix trita ex aceto illinatur, et flos visci cum calce subactus. Laudatur et tithymali cum resina decoctum. Lichen vero herba omnibus his praefertur, inde nomine invento. Nascitur in saxosis, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus. Haec delet et stigmata. Teritur cum melle. Est aliud genus lichenis, petris totum inhaerens, ut muscus, qui et ipse illinitur. Hic et sanguinem sistit vulneribus instillatus, et collectiones illi-

mus. Neutra tamen bene cum Dioscoridea specie congruit. Cf. Spreng. Hist. Rei herb. tom. I, p. 182. Ed. P.

Decocta ad quartas. Marcell. Emp. loc. cit. *ad tertias.* Plin. Val. II, 56, *ad quartas.* Hard.

Defricantur etiam pumice. Marcell. Emp. cap. XIX, p. 150. *Lapathi agrestis radices sarculo erue, easque sine ferro contunde: adiectoque acri aceto, subige, et parum salis misce: atque ex eo omnem corporis asperitatem in balneo cum sudore confrica, cito sanat.* Est autem lapathum silvestre, rumex Latinis. Hard.

Et flos visci cum calce. Pars ea visci levior, quae inter coquendum supernatat. Marcell. Empir. cap. XIX, p. 129, et Plin. Val. II, 56, totidem hoc apicibus transcripsere. Hard.

Laudatur et tithymali. Plin. Val: l. c. Tithymali succo hanc vim lichenis sanandi Dioscor. adiudicat, IV, 165. Hard.

Lichen vero herba. Lichen petraeus, cauliculo pileolum sustinente, visus a nobis in horto Regio: delineatum a nemine herbariorum adhuc vidi, quos quidem legerim. Pictum tamen a nescio quo audio. Hard.

Folio uno ad radicem lato. Pugnant haec unum foliium latum esse, et longa dependere. Lego, *foliis imis ad radicem latis, caule uno*, etc. Quaenam haec sit, nondum compertum. Britannicum tamen de herbis volumen, cotyledona minorem montanam vocat, et depingit. Dal.

Caule uno parvo, longis foliis dependentibus. Immo e contrario in nostro exemplari: *Caule uno longo, parvis foliis dependentibus.* Pint.

Est aliud genus lichenis. Dioscorid. IV, 53: Λειχὴν ὁ ἐπὶ τῶν πετρῶν, οἱ δὲ βρύον καλοῦσι, βρύον ἐστὶ προσεχόμενον ταῖς ἐνδρόσοις πέτραις. Ea est quae omnibus tum officinis, tum herbariis hodie dicitur hepatica, quod iocinerum fibris similia conspicitur. Pingitur a Dodonaeo p. 470. Sic etiam Anguillara Part. XIV, 264. H. — *Aliud genus.* Λειχὴν Diosc. loc. laud. forte est *Marchantia conica*, ex *Cryptogam.* Linn. et *Hepaticarum* ordine Juss. conf. Column. Ecphras. I, p. 331. Potest tamen et ad *Peltideam caninam* referri, quae ad *Lichenum* familiam pertinet. Ed. P.

Qui et ipse illinitur. Ad sanandos lichenas. Diosc. loc. cit. et Galen. de Facult. simpl. med. VII, p. 201. Hard.

Hic et sanguinem sistit. Diosc. loc. cit. Τοῦτο καταπλασθὲν αἱμορραγίας

tus. Morbum quoque regium cum melle sanat ore illito, et lingua. Qui ita curantur, salsa lavari iubentur, ungi oleo amygdalino, hortensiis abstinere. Ad lichenas et thapsiae radice utuntur trita cum melle.

XI. Anginae argemonia medetur sumpta ex vino: hyssopum cum vino decoctum et gargarizatum: peucedanum cum coagulo vituli marini aequis partibus. Proserpinaca cum muria ex maenis et oleo trita vel sub lingua habita. Item succus de quinquefolio, potus cyathis tribus. Hic et omnibus faucium vitiis medetur gargarizatus: verbascum privatim tonsillis in aqua potum.

ἴτησι, καὶ φλεγμονὰς παραιτεῖται, καὶ λειχῆνας θεραπεύει. Hard.

Morbum quoque regium. Dioscorid. IV, 53, de lichene herba, seu muco: Ὠφελεῖ δὲ καὶ ἰκτερικοὺς μετὰ μέλιτος διαχριόμενον, στόματος δὲ καὶ τῆς γλώσσης ῥευματισμοὺς παραιτεῖται. *Iuvat et arquatos cum melle illitus: caeterum defluxionibus oris ac linguae succurrit.* Ita etiam, ut ne quid dissimulem, scripsisse mihi graecus auctor videtur, unde Pliniana haec manarunt. Legisse tamen aliter Plinium haud obscure intelligas: ita nimirum: μετὰ μέλιτος διαχριομένου στόματός τε καὶ τῆς γλώττης ῥευματισμοὺς παραιτεῖται. Hard.

Hortensiis abstinere. Hoc est, omni olere. Hard.

Thapsiae radice. Plin. Valer. II, 56. Hard. — *Thapsiae.* Θαψία Theophrast. Hist. IX, 10; Dioscor. IV, 157; nobis eodem nomine est *Thapsia Asclepium* (*Pentand, digyn.* gen. 717 Pers. *Umbellifer.* Juss.). Habitat in Apulia, et Oriente. Cf Column. Ecphras. I, p. 87, tab. 85; Matthiol. 545. Ed. P.

XI. *Anginae argemonia.* Faucium vitiis generatim et universe prodesse argemoniam scribit Marcell. Empir. cap. xv, pag. 110. Hard.

Hyssopum cum vino. Emendant ex Chiffl. codice, *cum fico.* Sic etiam Reg. 2. At Reg. 1, Colb. et vulgati omnes, *cum vino.* Favet alter Plin. Valer. I, 52, cui titulum fecit: *Anginae medendo: Hyssopum quoque*, inquit, *cum vino decoctum gargarizatur.* Dioscorid. tamen priorem lectionem adiuvat Chiffl. cod. et Reg. 2. Ita enim, III, 30: Συνάγχοις δὲ ἀναγαργάρισμα μετὰ σύκων ἀφεψήματος ἄριστον. *In anginis cum decocto ficuum efficacissime gargarizatur.* Hard.

Peucedanum. Plin. Val. I, 52. H. — Nobis *Peucedanum officinale*, de quo lib. sup. egimus. Ed. P.

Proserpinaca cum muria. De ea dicemus, XXVII, 104. Marc. Empir. cap. xv, pag. 106: *Herbae proserpinalis, quae dracontion dicitur, contritae succo; admisceto salsam aquam, et olei parum: atque inde linguam, et quae sunt circa linguam, et fauces perfricato, donec vomat, cui medebere; cito sanabitur.* Hard.

Item succus de quinquefolio. Plin.

XII. (v.) Strumis plantago: chelidonia cum melle et axungia: quinquefolium: radix persolatae, item cum axungia, operitur folio suo imposita. Item artemisia: radix mandragorae ex aqua. Sideritis lata folia, clavo sinistra manu circumfossa adalligantur, custodienda sanatis, ne rursus sata diro herbariorum scelere, ut in quibusdam, rebellet: quod et in his, quos artemisia sanaverit, praedici reperio: item in his, quos plantago. Damasonion, quae et alcea vocatur, sub solstitio collecta, imponitur ex aqua caelesti, folium tritum, vel radix cum axungia tusa, ita ut imposita folio suo operiatur. Sic et ad omnes cervicis dolores, tumoresque quacumque in parte.

XIII. Bellis in pratis nascitur, flore albo, aliquatenus rubente. Hanc cum artemisia illitam, efficaciorem esse produnt.

Val. I, 52, cui titulum fecit, *Anginae medendo*, iisdem verbis: ut et Apul. cap. II, de quinquefolio, tit. 6. Hard.

XII. *Strumis plantago.* Apul. cap. 4, de plantagine, tit. 11, ad omnem corporis duritiam adhibet. Ad strumas Dioscorid. II, 153, et Marc. Emp. cap. xv, p. 407. Hard.

Quinquefolium. Apul. cap. II, de quinquefolio, tit. 10: *Ad herpetas et choeradas, et omnes duritias: Herba quinquefolium aceto decocta, et trita et corpori imposita, herpetas et choeradas, et omnes duritias mirifice sanat.* Χοιράδες, strumae sunt, quibus quinquefolii radicem tritam prodesse ait Diosc. IV, 12. Hard.

Radix mandragorae. Dioscorid. IV, 76: Σὺν ὕδατι δὲ (ἡ ῥίζα λεία) χοιράδας καὶ φύματα διαχεῖ. *Ex aqua trita radix, strumas et tubercula dissipat.* Hard.

Sideritis lata folia. De qua XXV, 49: *Nostri eam quae est latissimo folio, scopam regiam vocant.* Hard. — *Lata folia.* Brot. ex Reg. 2 et edit. principes, *sideritis latifolia*, et statim mox, *adalligatur*, non *adalligantur*. Ed. P.

Vt in quibusdam. In ranunculo et plantagine, ut dictum est antèriore libro, cap. 109. In iride quoque, ut monuit idem, XXI, 83. H.

Damasonion. Ad tumores commendatur à Dioscoride III, 169. Hard. — *Damasonion.* Nobis *Alisma parnassifolia*, de qua iam Noster egit sup. l. cap. 87. Ed. P.

XIII. *Bellis.* Bellis haec silvestris est disco luteo, foliolis ex albo rubro mixtis, in Eystettensi horto picta, visa a nobis in Regin. Hard. — *Bellis.* Nobis eodem nomine est *Bellis perennis* (*Syngenes. superfl.* gen. 1878 Pers. *Corymbifer.*); mollis

XIV. Condurdum herba solstitialis, flore rubro, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas. Item verbenaca cum plantagine. Digitorum vitiis omnibus, et privatim pterygiis, quinquefolium medetur.

XV. In pectoris vitiis vel gravissimum est tussis: huic medetur panacis radix in vino dulci. Succus hyoscyami etiam sanguinem exscreantibus: nidor quoque accensi tussientibus. Item scordotis mixto nasturtio, et resina, cum melle tusa arida. Facit et per se faciles exscreationes. Item centaurium maius, vel sanguinem reiicientibus: cui vitio et plantaginis succus medetur. Et vettonica obolis tribus in aqua, contra purulentas, contraque cruentas exscreationes.

vulgo, *paquerette, marguerite*. Habitat in apricis pascuis; colitur in hortis; variat flore pleno rubro, vel albo flosculoso, et calyce prolifero. Etiemnum Bellidis minoris Offic. succus, flores ac folia in usum veniunt. Cf. Geoffr. met. med. tom. III, p. 169 sqq. Ed. P.

XIV. *Condurdum herba solstitialis*. Herbariis ad hunc diem haud liquet quid condurdum sit. Ac nihilo magis compertum, eane sit solstitialis herba, cuius meminit in Pseudolo Plautus, act. I, sc. 1, v. 36: *Quasi solstitialis herba, paulisper fui: Repente exortus sum, repentino occidi*. H. — *Condurdum*. Nobis est *Saponaria Vaccaria* (*Decand. digyn.* gen. 1116 Pers. *Caryophyll.* Juss.). Habitat inter segetes, Conf. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 203. Ed. P.

Item verbenaca. Apul. cap. III, de verbenaca, t. 1: *Ad strumas: Herbae verbenacae radix in collo ligata, summe iuvat*. De plantagine idam Dioscor. Affirmat lib. II, cap. 153. H.

Digitorum vitiis omnibus. Dioscor. IV, 42. Hard.

XV. *Panacis radix*. Diosc. III, 55, et Plin. Val. I, 58. H.

Succus hyoscyami, etc. Marc. Emp. cap. XVII, p. 125, et Plin. Valer. IV, 69. Hard.

Item scordotis. Totidem verbis Dioscor. III, 125. H. — *Scordotis*. Est σκόρδιον Diosc. loc. laud. nobis *Teucrium Scordium* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1372 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in paludosis. Non idem est cum scordio, sive scordoti, quam *Nepetam Scordotin* appellari diximus, lib. super. Ed. P.

Facit et per se. Hoc est, sola. Diosc. loc. cit. Hard.

Item centaurium maius. Marc. Emp. c. XVI, p. 118: *Herba centauria trita ex vino dulci bibitur, tussi laborantibus mire prodest, etiam his qui sanguinolentum aut purulentum extussiunt, quos phthisicos dicunt*. Gelenus quoque de Fac. simpl. med. VII, p. 188. Hard.

Plantaginis succus, etc. Dioscor. II, 152. Hard.

Et Vettonica. Marc. Emp. c. XVI, p. 120, non tamen in aqua, sed in

Persolatae radix drachmae pondere, cum pineis nucleis undecim. Peucedani succus, pectoris doloribus, et acorum subvenit, et ideo antidotis miscetur. Tussi daucum: item scythica herba. Ea demum omnibus pectoris vitiis, tussi et purulenta exscreantibus, obolis tribus in passo. (VI.) Totidem verbascum, cuius flos est aureus. Tanta huic vis est, ut iumentis etiam non tussientibus modo, sed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu: quod et de gentiana reperio. Radix cacaliae commanducata, et in vino madefacta, non tussi tantum, sed et faucibus prodest. Hyssopi quinque rami cum duobus rutae et ficis tribus decocti thoracem purgant.

passo praebet. Paulo aliter temperat Ant. Musa, sive quis alius, libello de herba Veti. t. 9 et 30. Diosc. quoque IV, 4, et Galen. ll. cc. p. 182. H.

Persolatae radix. Sic Diosc. IV, p. 407, de arcio sive persolata: Ἡτις ποδείου, ἀ α' πλῆθος κατὰ σέροβιλον αἱμοπτοϊκοῖς, ἐμπυϊκοῖς, etc. *Drachmae unius pondere pota cum pineis nucleis, cruenta expuentibus, purulentaque exscreantibus auxiliatur.* Hard.

Peucedani succus, etc. Dioscor. III, 92. Hard.

Et acorum. Radice videlicet. Diosc. I, 2. Hard.

Antidotis miscetur. Dioscorid. loc. cit. Μίγνυται δὲ καὶ τοῖς ἀντιδότοις ἡ ῥίζα χρησίμως. Hard.

Tussi daucum. Dioscorid. III, 83: Βηχῶν χρόνιον πραϋντικόν. H.

Pectoris vitiis. Et pectorum quoque vitiis glycyrrhizam commendat Dioscor. III, 7. Hard. — *Scythica herba.* Nobis *Glycyrrhiza glabra.* De qua conf. lib. XXII, cap. 11. Ed. P.

Totidem verbascum. Totidem, inquit, obolis bibitur verbasculum illud, cuius flos aureus est. Blattariam intelligit, similem verbasco, quae saepe fallit pro ea capta, flore luteo, de qua XXV, 60. Hard. — *Flos est aureus.* Sic et Chiffl. τὸ est Gron et al. omittunt. Verbascum illud nobis est *Phlomis Lychnitis*, de qua conf. loc. proxime cit. Ed. P.

Radix, Diosc. IV, 123, et Galen. pariter de Fac. simpl. med. VII, p. 183. Hard. — *Cacaliae.* Nempe *Buplevri longifolii*, de quo lib. super. egimus, cap. 85. Ed. P.

Hyssopi quoque quinque rami (sic olim). Dele dictionem *quoque* ex vetusto codice. Pint. — *Hyssopi.* Audiendus interim Augustin. Enarr. in Ps. L. *Aliquid etiam dicam, quod a medicis solemus audire, vel experiri in aegrotis. Hyssopum dicunt purgandis pulmonibus aptum esse*, etc. — *Ficis tribus.* Pintianus ex suo codice legit, *et ficis tribus*: ut sententia sit, quemadmodum hyssopi quinque, et rutae duos, sic et fici ramos ternos requiri, quod falsum est. Ficus ipsas hic opus esse, nec sollicitandum Plinii contextum Marc. Emp. admonet, cap. XVI, pag. 118: *Ficus siccae*

XVI. Tussim sedat bechion, quae et tussilago dicitur. Duo eius genera. Silvestris ubi nascitur, subesse aquas credunt: et hoc habent signum aquileges. Folia sunt maiuscula, quam ederae, quinque aut septem, subalbida a terra, superne pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. Quidam eamdem esse bechion et alio nomine chamaeleucen putant. Huius aridae cum radice fumus per arundinem haustus et devoratus, veterem sanare dicitur tussim: sed in singulos haustus passum gustandum est.

tres, inquit, *cum hyssopi modico, et parvo rutae fasciculo, et quartario feni graeci purgati, cum aquae nitidae sextario ad medias decoquuntur, et colantur: inde tres potiones per triduum tussi nimia laborantibus dantur: mirum remedium est.*

XVI. *Tussim sedat bechion.* Sic Dioscor. III, 126. A tussi quam Graeci βῆχα appellant, in utraque lingua nomen habet. Herbariis et officinis *Ungula Caballina*, vulgo. *Pata equina*, inquit Ruel. de Nat. stirp. III, 60, p. 557. Hard. — Nobis *Tussilago Farfara*, de qua egimus lib. XXIV, cap. 85. Ed. P.

Silvestris. Dioscor. loc. cit. nasci sil circa scaturigines. Hard.

Aquileges. Aquarum indagatores, aquarum libratores: ab aquis legendis, sive colligendis dicti. Usi ea voce Seneca Nat. Quaest. III, 15, et Plinius Iun. X, ep. 38 ad Traianum. H.

Pallida. Diosc. ita fere loc. citat. Folia χλωρὰ dixit: Plinius *pallida* transtulit: adiecitque sine caule esse ac sine flore, quoniam scilicet fugacissimi, iisque enatis brevi vigor et vita dura, longissimaque mora biduum: post quod illico tempus flaccentes evanescunt, eaducique marcent. Quare nonnisi iis qui medio vere sese forte fortuna ferunt obviam, et flos, et caulis cernitur. Ita fere Ruellius. III, p. 557. Hard. — *Subalbida a terra, superne pallida.* Tussilaginis nimirum folia superne, sive ex superiori parte, χλωρὰ, ex viridi pallescentia; inferne vero, sive ex inferiori parte, qua terram spectant, pubescentia, et ideo subalbida videntur. Ed. P.

Quidam eamdem esse, etc. Et illi quidem recte, ut ante monuimus, XXIV, 85. Hard. — *Chamaeleucen.* Sprengelio est *Caltha palustris* (*Polyand. polygyn.* gen. 1367 Pers. *Ranunculac.* Juss.). Codf. Hist. Rei herb. I, 204. Ed. P.

Huius aridae cum radice fumus, etc. Dioscor. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 164, Merc. Emp. c. XVI, p. 121: *Ad tussim remedium efficax: Herba quae gallice Calliomarcus, latine equi ungula vocatur, collecta Luna vetere Iduna dis Iovis, siccata prius in ollam novam mittitur cum prunis ardentibus quae intra ollam mitti debent: superficies sane eius argilla diligenter claudi debet, et calamus inseri, per quem humor vel fumus caloris hauriatur intra os, donec arteriam omnem et stomachum penetret.* Unde et illud intelli-

XVII. Altera a quibusdam salvia appellatur, similis verbasco: conteritur ea et colata calefit, atque ita ad tussim laterisque dolores bibitur: contra scorpiones eadem et dracones marinos efficax. Contra serpentes quoque ex oleo perungi ea prodest. Hyssopi fasciculus cum quadrante mellis decoquitur ad tussim.

XVIII. (VII.) Lateris et pectoris doloribus verbascum cum ruta ex aqua: vettonicae farina bibitur ex aqua calida. Stomachum corroborat scordotis succus: centaurium, gentiana ex aqua potae. Plantago aut per se sumpta in cibo, aut cum lente, alicaeve sorbitione. Vettonica alias gravis stomacho, vitia tamen sanat pota, vel foliis commanducata. Item

gis, veteribus Gallis, *Callionarchum* idem valuisse atque equinam ungulam. *March* certe veteribus Gallis, hodieque Britonibus Aremoricis *equum* sonat: quod et Pausanias testatur in Phocicis, seu lib. X, p. 645. *Laduna* porro, quae vox in eo Marcelli loco, aliisque occurrit, Lunam decrescentem significat, ut abunde declarat Du Cangius in Glossario, v. *Ledo*. H.

XVII. *Salvia appellatur*. Quidam volunt hic describi sphacleon Theophrasti: quidam nostrum stachym vulgarem: alii omnium vulgare, flore coeruleo: quidam Aethiopida, pectoris morbis utilissimam. Dal. — *Altera a quibusdam salvia*. Silvestre hoc verbasculum esse, simile salviae, de quo diximus libro anteriore cap. 73, cum Ruellio, non ignobili stirpe herbario, suspicamur. H. — Verbascum cui flos aureus, et φύλλα ἐλλισφάκῳ ὅμοια, folia salviae similia, Dioscor. IV, 107, est *Phlomis Lychnitis*, cuius etiam paulo supra Noster meminit. Ed. P.

Hyssopi fasciculus. Cels. IV, 4, de tussi: *Oportet hyssopum altero quoque die bibere*. Hard.

XVIII. *Lateris et pectoris*. Tofidem fere verbis Marc. Emp. c. xxiv, pag. 169 H. — *Doloribus*. Gronov. et al. ante Hard. *dolores*. Ed. P.

Vettonicae farina bibitur. Marc. Emp. loc. cit. et cap. xvii, p. 125 sq. Aut. Musa, sive quis alius lib. de Vettonica, t. 8 et 14.

Stomachum. Dioscor. III. 125, ad stomachi rosiones commendat. Ad stomachi morsus, quod idem est, Marc. Emp. c. xx, p. 139 H.

Centaurium. Marc. Emp. loc. citat. *Centaureae tenuis succus, quantum cicer, ex aqua datus, stomachicis prodest*. Hard.

Gentiana Dioscorid. III, 3. H. — Nobis *Gentiana lutea*. Ed. P.

Vettonica alias gravis. Aut. Musa tit. 10 *Ad stomachi dolorem*. Et Marc. Emp. cap. xvi, pag. 117. Item c. xx, p. 142, 145 et 148. H.

aristolochia pota: agaricum manducatum siccum, ut ex intervallo merum sorbeatur: nymphaea heraclea illita: peucedani succus. Psyllion ardoribus imponitur, vel cotyledon trita cum polenta, vel aizoum.

XIX. Molon scapo est striato, foliis mollibus, parvis, radice IV digitorum, in qua extrema allii caput est. Vocatur a quibusdam syron. Ex vino stomacho, et dyspnoeae medetur: centaurium maius ecligmate: plantago succo vel cibo: vettonicae tusae pondo libra, mellis Attici semuncia, ex aqua calida quotidie bibentibus. Aristolochia, vel agaricon, obolis ternis ex aqua calida, aut lacte asini pota. Cas-

Agaricum manducatum, etc. Diosc. III, 1. Hard.

Nymphaea heraclia. Dioscor. III, 148 Hard. — Nobis *Nymphaea alba*, de qua alias egimus. Ed. P.

Peucedani. Marc. Emp. c. xx, pag. 251: *Peucedani radicem contritam ex vino qui frequenter biberit, neb. stomachi dolorem, nec pulmonis inflationes patietur*. Sic etiam Diosc. III, 92. Hard.

Psyllion ardoribus imponitur. Dioscor. IV, 70, vim ei summe refrigerandi tribuit. Hard. — Nobis *Plantago Psyllium*, de qua iam dictum lib. sup. cap. 90. Ed. P.

Vel cotyledon trita. Diosc. IV, 92, stomacho pariter aestuanti imponit. Hard.

XIX. *Molon*. Moly Dioscoridis folium graminis habet, latius, humi sparsum, caule quatuor cubitorum, sive, ut quidam legunt, *digitorum*, in cuius summo est quidpiam allio simile. Illa suo modo Plinius tribuit, sed vel mutata, vel depravata. Aliud moly super. lib. describitur, nempe Homericum. Dalec. — *Molon*. Μῶλυ videtur esse Dioscoridis III, 54, ut recte suspicatus est Anguillara Part. XII, p. 215; sed accuratius a latino scriptore, quam a graeco delineatum. Pingitur a Clusio Hist. Rar. pl. 2, p. 192, quale vidimus in horto Regio. Frequens in Dalmatia. H. — *Molon*. Nobis *Allium nigrum*. Cf. lib. XXV, cap. 8. Ed. P.

Scapo est striato. Lege, *Scapo est stricta*, id est, tenui et caili, quemadmodum Oribasius legit, καυλὸν λεπτὸν ἔχει. Dal.

Centaurium maius ecligmate. Diosc. III, 8, et Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 188. De minore id quoque prodidit Marc. Emp. c. XVII, p. 123. Hard.

Plantago succo, vel cibo. Diosc. II, 153. Hard.

Aristolochiae. Et hanc dyspnoeae sive suspiriosis epitulari scribit Diosc. III, 6. Hard.

Vel agaricon, etc. Sic Diosc. III, 1. Hard.

santhemos ad orthopnoeas bibitur, item hyssopum et asthmaticis. Peucedani succus in iocineris doloribus, et pectoris laterisque, si febres non sint. Sanguinem quoque exspuentibus subvenit agaricum, victoriati pondere tritum, et in mulsi v cyathis datum. Idem et amomon facit. Iocineri privatim Teucria bibitur recens, drachmis IV in poscae hemina. Vettonicae drachma una in aqua calida cyathis III: ad cordis vitia, in frigidae cyathis duobus. Quinquefolii succus iocineris, et pulmonis vitiis, sanguinemque reiicientibus, et cuicumque sanguinis vitio intus occurrit. Iocineri anagallides mire prosunt. Capnon herbam qui edere, bilem per urinam red-

Cissanthemos. Edera terrestris officinarum. Dal. — *Cissanthemos.* Cyclaminos nempe cissanthemos, de qua superiore l. e. 68. De ea Diosc. II, 195: Πίνεται δὲ καὶ πρὸς ὀρθοπνοίαν. H. — Cissanthemos nobis *Lonicera Caprifolium*, vulgo *chevrefeuille.* Ed. P.

Item hyssopum. Dioscor. III, 30, et Marc. Emp. XVIII, p. 123. H.

Peucedani succus, etc. Dioscor. III, 92. Hard.

Sanguinem quoque exspuentibus. Dioscor. III, 1. H.

Amomon. Αμωμον Diosc. I, 14, de quo iam Noster fusius egit lib. XII, nobis est Cistus *vitiginea* (*Tetrand. monogyn.* gen. 294 Pers. *Vit.* Juss.). Habitat in India. Cf. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 140 et 267. Ed. P.

Vettonicae. Al Musa, t. 11: *Ad ioniceris dolorem: Vettonicae drachmas tres, aquae calidae cyathos quatuor bibat.* Dioscorid. IV, 1, Vettonicam drachmae unius pondere adhibet in aceto mulso: μετ' ὀξυμέλιτος ὀλκὴν α' ἐπιποθεῖσα. Vide et Marc. Emp. c. XXII, p. 160. H.

Ad cordis vitia. Ἐν καρδιαλγίᾳ, in affectu stomachi, seu oris ventriculi dolore. Est enim os stomachi καρδία, ut alibi diximus. H.

In frigidae. Gron. et al. ante Hard. *in frigida.* Ed. P.

Quinquefolii succus. Diosc. IV, 42: Αἱμοῤῥαγίας ἵστησι πινόμενον καὶ καταπλασσόμενον. *Eriumpentem sanguinem sistit tum potu, tum etiam illitu.* Et paulo antea: Ο δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης ἀπαλῆς ποιεῖ πρὸς τὰ ἐν ἥπατι καὶ πνεύμονι πάθη. *At tenerae radicis succus contra ioniceris pulmonisque vitia prodest.* Hard.

Ioniceri anagallides, etc. Dioscor. II, 209. Hard.

Capnon. Diosc. IV, 110, de capno fruticosa, quem alteri effectu similem esse ac nomine Plinius admonuit, libro sup. c. 99: Βοηθεῖται δὲ ἡ πόα, inquit, οὖρα ἄγει χολώδη. Sic etiam Gal. de Fac. simpl. med. VII, pag. 184. H. — *Capnon.* Nempe *Fumariam* nostram *officinalem*, vulgo *fumeterre*, de qua conf. lib. XXV, c. 99. Ed. P.

dunt. Acoron iocineri medetur, thoraci quoque, et praecordiis.

XX. Ephedra, ab aliis anabasis vocata, nascitur ventoso fere tractu, scandens arborem et ex ramis propendens, folio nullo; cirris numerosa, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Datur ex vino nigro austero trita ad tussim, suspiria, tormina; et sorbitione facta, in quam vinum addi convenit. Item gentiana madefacta pridie contrita denarii pondere in vini cyathis tribus.

XXI. Geum radiculas tenues habet, nigras, bene olentes. Medetur non modo pectoris doloribus, aut lateris; sed et cruditates discutit, iucundo sapore. Verbenaca vero omnibus visceribus medetur, late-

Acoron. Totidem verbis Diosc. I, 3. Hard.

XX. *Ephedra, ab aliis anabasis.* Iisdem quoque nominibus appellatur hippuris cap. 13 huius libri. Dal. — *Ephedra.* Prius legebatur, *Caucon quae et ephedra*, etc. Sed priores voces nulli codices MSS. exhibent, ne in Indice quidem. Dioscoridis haec ἵππουρις est, IV, 46; in Noth. οἱ δὲ ἀνάβασις, οἱ δὲ φαίδραν (lege οἱ δὲ ἐφέδραν)... Ῥωμαῖοι ἐκυνάλις, οἱ δὲ σάλιξ ἐκυνάλις, οἱ δὲ ἀναβάσιον, οἱ δὲ ἵππουρον καλοῦσι. Hoc equisetum maius, pictum a Dodonaeo p. 73, visum a nobis in horto Regio. Officinis, Cauda equina; aliis, salix equinalis; Gallis, *prêle, queue de cheval.* Vide Anguill. Part. XII, p. 205. A sessili foliorum seu iuncorum positu, ἐφέδρα, et cap. 77 et 83, ἕφεδρος. A reptili arborum adscensu, ἀνάβασις dicitur. Non quod iis se circumvolvat, innectatve claviculis: iuxta tantum ac pone gaudet consistere. H. — ἵππουρις Diosc. loc. cit. nobis *Equisetum silvaticum?* et *Cryptogam.* Linn. plant. *Filicibus* affin. Juss. Cf. Pseudo-Democrit. in Geopon. II, 6. Alteram hippurin Dioscorides habet, IV, 47, quae videtur eadem cum *Equiseto pratensi*, quanquam de utraque planta dubitat Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, p. 192. Ed. P.

Datur ex vino nigro, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

XXI. *Geum radiculas tenues habet.* Caryophyllata haec vulgaris est, picta a Dodonaeo p. 137, visa a nobis in horto Regio: quod nomen obtinuit ab odore caryophyllorum, quem flores prae se ferunt. A nonnullis Sanamunda, et benedicta dicitur: Gallis, *benoite.* H. — *Geum.* Nobis eodem nomine est *Geum urbanum* (*Icosand. polygyn.* gen. 1243 Pers. *Rosac.* Juss.), seu Caryophyllata Officin. Habitat in Europae nemoribus. Radix caryophyllum redolet; et apud nos etiamnunc in usu est. Conf. Geoffr. Mat. med. t. III, p. 261. Ed. P.

Verbenaca. Ad vitia sane iocinerum

ribus, pulmonibus, iocineribus, thoraci. Peculiariter autem pulmonibus et quos ab his phthisis tentat, radix herbae consiliginis, quam nuper inventam diximus: suum quidem et pecoris omnis remedium praesens est pulmonum vitio, vel traiecta tantum in auricula. Bibi debet ex aqua, haberique in ore assidue sub lingua. Superficies eius herbae an sit in aliquo usu, adhuc incertum est. Renibus prodest plantaginis cibus. Vettonicae potus, agaricum potum, ut in tussi.

quod attinet, subscribit Apul. cap. III, de verbena a, f. 4: *Ad hepatis dolorem: Herba verbenaca solstitio lecta, et in pulverem redacta, et potui sumpta mire proficere creditur*, etc. quae totidem verbis Marc. Emp. c. XXII, p. 160. Harb.

Radix herbae consiliginis, etc. Hoc etiam prodidit Colum. VII, 5, p. 262: *Ovem pulmonariam*, inquit, *similiter ut suem curari convenit, inserta per auriculam, quam veterinarii consiliginem vocant*, etc. Et VI, 5, p. 242: *Praesens etiam remedium cognominus radiculae, quam pastores consiliginem vocant: ea in Marsis montibus plurima nascitur, omnique pecori maxime salutaris est.* — *Peculiariter*. Prius vitiosa interpunctione sic legebatur: *Peculiariter autem... phthisis tentat*. Vt ad verbenacam, de qua proxime ante serino erat, pertinere ista viderentur. Mox nova instituta periodo, *Radix herbae... inventam diximus, suum quidem*, etc. At priora illa de phthisicis, ad consiliginem spectare, Plinius ipse libro superiore admonuit, cap. 48, ubi de consiligine: *Prodest*, inquit, *ut demonstrabimus suo loco, deploratis in phthisi*: huic himirum, quem nunc versamus, prospiciens locum. Harb. — *Herbae consiliginis*. Nempe *Pulmonariae* nostrae *officinalis*, de qua conf. lib. XXV, cap. 48. Ed. P.

Suum quidem et pecoris omnis remedium, etc. In boum pestilentia Columella lib. VI, cap. 5, auriculae partem latissimam aenea subula circumscribit: ita ut mananti sanguine circulus appareat tanquam ductus litterae: o: deinde intrinsecus ex superiore parte medium orbis descripti transsuit, et foramini facto radiculam, laeva manu effossam, ante solis ortum inserit, quae quum a recenti plaga comprehensa est, ita continetur ut elabi non possit; in pertusam auriculam omnem morbi vim et pestilens virus elicit, donec quod subula circumscriptum est, deinfortunum excidat. Dalec.

Plantaginis cibus. Marc. Emp. cap. XXVI, p. 179, imponi ex melle iubet: bibi in passo, Dioscor. II, 153. H.

Vettonicae potus. Dioscor. IV, 1: Καὶ κεφαλικοῖς μεθ' ὕδατος. Ant. Musa, t. 13: *Ad renum dolorem: Vettonicae drachmas duas ex mulso cyathis duobus, dum biberit, sanus erit*. H.

Agaricum potum, ut in tussi. Dioscor. III, 1. H.

XXII. Tripolium in maritimis nascitur saxis, ubi alludit unda, neque in mari, neque in siccо, folio isatis crassiore, palmo alto, in mucrone diviso, radice alba, odorata, crassa, calidi gustus. Datur hepaticis in farre decocta. Haec herba eadem videtur quibusdam quae polium, de qua suo loco diximus.

XXIII. Gromphaena, alternis viridibus roseisque per caulem foliis, in posca sanguinem reiicientibus medetur.

XXIV. Iocineri autem herba malundrum, nascens in segete ac pratis, flore albo odorata. Eius cauliculus conteritur ex vino vetere.

XXII. *Tripolium.* Diosc. IV, 135, totidem verbis: Τριπόλιον φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις, οὗς ἐπιπλύζει ἡ θάλασσα, καὶ ὑποχωρεῖ, etc. Vulgare tripolium a Lobelio pingitur, in Obs. pag. 457, atque hoc ipsum esse Dioscorideum tripolium arbitratur. Vidimus in horto Regio, Τριπόλιον dicitur, quasi ter canescens: ter in die floris colorem mutat. H. — Τριπόλιον Dioscorid. loc. laud. nobis est *Plumbago europaea* (*Pentand. monogyn* gen. 406 Pers. *Plumbaginis.* Juss.); Matthiol. et alii male ad *Aster Tripolium* retulerunt, quum folia isatidis esse siquidem graecus auctor perhibeat. Tripolium iam Noster tractavit molybdaenae, seu plumbaginis nomine, lib. sup. cap. 97. Conf. Anguill. 2. 14; Spreng. Hist. Rei herb. tom. I, p. 161 et 202. Ed. P.

Ubi alludit unda. In MSS. Regg. et Ch. *abludit.* H.

Crassiore, palmo alto. Dioscorides, crassiore, caule palmum alto (palmum magnum, sive dodrantem intellige, nimirum, pollices novem), flore mane albo, meridie purpureo, vesperi puniceo. Duabus drachmis pota aquae per alvum ducit, et urinas movet miscetur Alexipharmacis. Vide lib. XXI, cap. 7 et 20. Dal.

Haec herba eadem, etc. Ignoranter hoc Plinius. Dal. — *Haec... videtur.* Sed non recte iis videtur. H. — Tripolium, *Plumbago Europaea*; polium, *Teucrium Polium*: de quo Noster XXI, 21. Ed. P.

XXIII. *Gromphaena.* Herbarius adhuc ignota. H. — Gron. et al. anty Hard. *Symphonia*, vel *gromphena.* Nobis est *Amaranthus tricolor.* (*Monoec. pentand.* gen. 207 Pers. *Amaranthi.* Juss.) Habitat in Oriente. Conf. Sprengel, Hist. Rei herb. tom. I, p. 206. Ed. P.

XXIV. *Iocineri autem herba malandrum.* Sic MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice: non, ut editi, *melandryum*: quod ineptum est, si flore albo odorata ea herbula est. Herbariis et officinis perinde incognita. H. — *Malandrum.* C. Bauh. Barba caprae, floribus oblongis, quae *Spiraea* species est. Idem vero Sprengelio videtur ac *Lychnis silvestris* (*Lychnis? Desrous.*

XXV. Item herba chalcetum e vineis contrita imponitur. Faciles praestat vomitiones radix vettonicae, ellebori modo, IV drachmis in passo aut mulso. Hyssopum tritum cum melle utilius, praesumpto nasturtio aut irione.

Molemonium denarii pondere. Est et silybo lacteus succus, qui densatus in gummi, sumitur cum melle supra dicto pondere: praecipueque bilem trahit. Rursus sistunt vomitionem cuminum silvestre, vettonicae farina: sumuntur ex aqua. Abstergunt fastidia, cruditatesque digerunt, daucum; vettonicae farina ex aqua mulsa, plantago decocta caulium modo. Singultus hemionium sedat: item aristolochia.

pentagyn. gen. 1146 Pers. *Caryophyll.* Juss.). Conf. Clus. Hist. Rar. pl. I, 394, et Histor. Rei herb. tom. I, pag. 203. Ed. P.

XXV. *Item herba chalcetum.* Neque haec adhuc cognita. H. — Quibusdam Valeriana campestris, inodora, maior, C. Bauh. Ed. P.

Faciles praestat vomitiones. Dioscor. IV, 4: Ῥίζα δὲ... φλεγματώδη, προσκαλοῦται ἔμετον μεθ' ὑδρομέλιτος πινόμενα. Hard.

Hyssopum. Sic temperatum nasturtio vel iridę, ad subducendam alvum Dioscor. III, 30, adhibet. Hard.

Molemonium. Sic libri omnes etiam MSS. tum hoc loco, tum in Indice. Sed *Lemonium* utrobique legi satius credimus, ut libro superiore, cap. 61. Hard. — *Est et silybo*, etc. De silybo nemo id scripsit. Quum apud Theophrast. Hist. lib. VI, cap. 4, de scolymo id Plinius legisset, quemadmodum et supra lib. XXII, cap. 22, retulit, oblivioso ac nescitanter hoc loco de silybo recitavit. Verum id esse monstrant, quod totidem fere verbis de leimonia id refert, l. XXV, cap. 9, quam scolymum esse credidit. Dalec. — *Est.* Dioscor. IV, 159: Τῆς δὲ ῥίζης ὁ ὀπὸς ὅσον ὀλκὴ πόσις σὺν μελικράτῳ ἐμέτους κινεῖ. *Stillans*, inquit, *e radice liquor drachmae seu denarii pondere potus ex aqua mulsa vomitiones ciet.* Carduus est lacteus Lobellii, in Obs. p. 479; Carduus Mariae Tragi; Carduus leucographus Dodonaei, p. 740, visus a nobis in horto Regio. Itali *Cardo Maria*, et a lactis copia *Cardo lattario* vocitant, teste Anguillara, Part. VIII, p. 151. Hard. — Σίλυβον Dioscor. IV, 159, nobis est *Carduus marianus* (*Syngenes. aequal.* gen. 1802 Pers. *Cynarocephi* Juss.). Habitat ad vias, in aggeribus ruderatis. De molemonio, vel potius lemonio, vid. quae diximus l. XXV, cap. 61. Ed. P.

Abstergunt. De Vettonica quidem Ant. Musa tit. 37: *Aegris fastidientibus cibos: Vettonicae drachmas duas ex aqua mulsa cyathos tres bibat: sanatur.* Hard.

Singultus hemionium sedat (sic prius). Sin quidem romana impressio et pleraeque aliae; nostrum exemplar

Suspiria clymenos. Pleuriticis et peripneumonicis centaurium maius: item hyssopum bibitur. Pleuriticis peucedani succus.

XXVI. Halus autem, quam Galli sic vocant, Veneti cotoneam, medetur lateri; item renibus, convulsisque et ruptis. Similis est cunilae bubulae, cacuminibus thymo; dulcis, et sitim sedans, radicis alibi albae, alibi nigrae.

detracta una littera *hermonium*. Neutra lectio vera: sincera et certa lectio est *hemionium*, ut quidam etiam codices praeferunt. Dioscorides lib. III, cap. de herba asplenio, quae hemionium dicitur: *Eaedem autem stranguriae conferunt, singultus et morbum regium sedant*, etc. et infra paulo, *peripleumonicis*, non *peripneumonicis*, ut alias ostendimus. Pint. — *Singultus*. Diosc. III, 157, de asplenio, sive hemionio: λυγμοὺς βοηθεῖ. Hard. — *Hemionium*, Nobis *Asplenium Hemionitis*, de quo iam alias diximus. Ed. P.

Item. Diosc. III, 6. Hard.

Suspiria clymenos. Diosc. IV, 44, de periclymeno, quam esse Clymenon Plinii diximus. Hard. — Nobis *Lonicera Periclymenum*. Conf. lib. XXV, cap. 33. Ed. P.

Pleuriticis. Diosc. III, 8. Hard.

Item hyssopum bibitur. Dioscor. III, 30. Hard.

XXVI. *Halus*. Ita scribitur adiecto spiritu, tum hoc loco, tum in Indice, etiam in MSS. Eodem sublato, *alus*, XXVII, 24. Consolidam vocat Apuleius cap. LIX. Symphytum illud est, seu consolida maior, picta a Matthiolo in Diosc. IV, p. 961. Vidimus in horto Regio. De ea nunc Plinius obiter: quod laterum dolori, ut superiores aliae, medeatur. Hard. — *Halus*. Nobis dicitur *Symphytum officinale* (*Pentand. monogyn.* gen. 356 Pers. *Borragin.* Juss.). Symphytum, consolida maior, C. Bauh. Pin. 259; Consol. maj. Officin. vulgo nostris, *grande consoude*. Habitat in Europae umbrosis subhumidis. Σύμφυτον Diosc. IV, 10: halus item Marc. Empir. cap. XXXI. De hac herba Noster fusius aget lib. XXVII, c. 24. Ed. P.

Quam Galli sic vocant, etc. Circumpadani. Hard.

Cotoneam. Cydoniae herbae meminit Galenus lib. I, κατὰ τόπους, in eorum catalogo quae pilos attenuant. Cydoniam vocarunt, quod cydonii mali odorem spiret. Dalec.

Item renibus, convulsisque. Dioscor. IV, 9, de symphyto petraeo, at Apul. loc. cit. Hard. — Σύμφυτον πετραῖον Diosc. loc. laud. Idem esse videtur cum *Gypsophila fastigiata* (*Decand. digyn.* gen. 1115 Pers. *Caryophyll.* Juss.); habitat in rupibus Germaniae, Helvetiae, etc. Dubius tamen haeret Sprengelius, Hist. Rei herb. tom. I, p. 474. Ed. P.

Similis est cunilae bubulae. Dioscor. loc. cit. Hard.

Rorae radicis alibi albae, etc. (sic olim). Prima dictione caret archetypum nostrum. Pint.

XXVII. Eosdem effectus in lateris doloribus habet chamaerops, myrteis circa caulem geminis foliis, capitibus Graeculae rosae, ex vino pota. Ischiadicos dolores et spinae levat agaricum potum, ut in tussi. Item stoechadis, aut vettonicae farina ex aqua mulsa.

XXVIII (VIII.) Plurimum tamen homini negotii alvus exhibet, cuius causa maior pars mortalium vivit. Alias enim cibos non transmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit: eoque mores venere, ut homo maxime cibo pereat. Pessimum corporum vas instat, ut creditor, et saepius die appellat. Huius gratia praecipue avaritia expetitur: huic luxuria conditur: huic navigatur ad Phasin: huic profundi vada exquiruntur. Et nemo vilitatem eius aestimat, consummationis foeditate. Ergo numerosissima est circa hanc medicinae opera. Sistit eam

XXVII. *In lateris dolor.* Sic et Chiff. *effect. lateris dol.* Gron. et al. ante Hard. τῷ *in* omisso. Ed. P.

Chamaerops. Sive trixago, quam et chamaeropem vocari vidimus, XXIV, 80. Hard. — Nobis *Teucrium Chamaedrys.* Cf. loc. cit. Ed. P.

Ischiadicos. Hoc est, coxendicum dolores. Dioscorid. III, 1: Ποιεῖ καὶ πρὸς ἰσχίων ἀλγήματα. Hard.

Vt in tussi. Hoc est, siccum si commanducetur, ita ut ex intervallo merum sorbeatur, uti dictum est cap. 18. Hard.

Stoechadis. Στοιχάς. Dioscorid. III, 31, nobis est *Lavandula Stoechas* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1379 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Gallia meridionali, Hispania, Italia, etc. Conf. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, p. 179. Ed. P.

Aut vettonicae farina, etc. Ant. Musa, cap. XLV: *Ad lumborum et coxarum dolores.* Dioscor. IV, 1: Ἰσχίοις τε μεθ' ὕδατος. Hard.

XXVIII. *Avaritia expetitur: huic luxuria conditur.* Sic quidem libri. Scripsisse tamen Plinium censeo: *Huius gratia praecipue avaritia expetit*: semper iejuna et insatiabilis esurit et sitit pecuniam: item, *huic luxuria condit*: mirificis et sumptuosis condimentis cibos apparat. Gron.

Et nemo utilitatem eius aestimat. Immo *vilitatem*, ut est in Vossi. Eadem vocabula in Quintiliani declamationibus confusa saepius ostendimus. Gron.

Consummationis foeditate. Egestionis. Hard.

Numerosissima est, etc. Plurima, occupatissima. Lib. VIII, 77 de sue: *Neque alio ex animali numerosior materia ganeae.* Hard.

scordotis recens, drachma cum vino trita, vel decocta potu. Polemonia quoque et dysentericis ex vino datur: verbasci radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine: nymphaeae heracliae semen cum vino potum: radix superior e xiphio, drachmae pondere ex aceto. Semen plantaginis in vino tritum, vel ipsa ex aceto cocta, aut alica ex succo eius sumpta. Item cum lenticula cocta, vel aridae farina inspersa potioni cum papavere tosto et trito, vel succus infusus, aut succus vettonicae, in vino ferro calefacto. Eadem coeliacis in vino austero datur: his et iberis imponitur, ut dictum est. Tenesmo radix nymphaeae heracliae e vino bibitur: psyllium in aqua: acori radicis decoctum. Aizoi succus alvum sistit, et dysenterias, et tineas rotundas pellit. Symphyti radix dysenterias sistit: item dauci. Aizoum foliis contritis

Scordotis, Nempe *Teucrium Scordium*. Diosc. III, 125. Ed. P.

Recens. Sic ei. Chiffl. *recentis* Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

Polemonia quoque et dysentericis. Diosc. IV, 8. Hard.

Verbasci radix pota. Dioscorid. IV, 104. Hard.

Nymphaeae heracliae semen, etc. Diosc. III, 148. Hard.

Radix superior e xiphio. Constat enim xiphion radice gemina, quarum una alteri insidet, pusillorum bulborum figura, ut tradit Diosc. IV, 20, etsi alios usus medicinae adhibet, ad quos et a Plinio destinatur, XXV, 89, his verbis, *Superior radix*, etc. Hard. — Xiphion nobis est *Gladiolus communis*, de quo saepe egimus. Ed. P.

Semen plantaginis. Marcell. Emp. cap. XXVII, p. 188 sq. Apul. cap. 4, tit. 9. *Ad ventrem stringendum*. Diosc. II, 153. Hard.

Item cum lenticula, etc. Sic Diosc. et Marc. Emp. ll. cc. Item Apul. c. 4, de plantagine, tit. 4 et 19. H.

Eadem Vettonica. Hard.

Dictum. Lib. videlicet XXV, c. 40. Hard.

Tenesmo radix nymphaeae, etc. Diosc. III, 148. Hard.

Aizoi succus alvum sistit. Dioscor. IV, 89: Ὁ δὲ χυλὸς.... ἐν ποτῷ δίδοται διαῤῥοιζομένοις καὶ δυσεντερικοῖς· στραγγίζας τὰ ἔμπυθας ἐκτινάσσει σὺν οἴνῳ πολλῷ. *Succus potui datur profluvia alvi laborantibus, atque dysentericis. Sed et teretes lumbricos pellit ex vino potus*. Hard. — *Aizoi*. Magni videlicet Diosc. loc. laud. quod nobis est *Sempervivum tectorum*, ut alias monuimus. Ed. P.

Symphyti radix dysenterias sistit. In archetypo nostro: *Symphyti radix pota in vino alvum, dysenterias sistit*. Favet huic lectioni Dioscorides. Plin. — *Symphyti*. Diosc. IV, 9. Hard. —

ex vino torminibus resistit. Alceae siccae farina torminibus pota cum vino.

XXIX. Astragalus folia habet longa incisuris multis, obliqua circa radices, caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem hyacinthi, radices villosas, implicatas, rubras, praeduras. Nascitur in petrosis, apricis, et iisdem nivalibus; sicut Pheneo Arcadiae. Vis ei ad spissanda corpora. Alvum sistit radix in vino pota: quo fit, ut moveat urinam repercusso liquore, sicut pleraque quae alvum sistunt. Sanat et dysentericos in vino rubro tusa. Difficile autem tunditur. Eadem gingivarum suppurationi utilissima est fotu. Colligitur exitu autumni, quum folia amisit: siccatur in umbra.

De Symphyto petraeo, quod ex recentioribus nonnulli idem esse putant cum *Gypsophyla* nostrate *fastigiata*, conf. sup. cap. 26, not. 1. Ed. P.

Item dauci. Mederi torminibus daucum ait Diosc. III, 83; dysenteriae, III, 169. Hard.

Aizoum foliis contritis, etc. Diosc. IV, 89. Hard.

Alceae. Sive damasonio. Dioscor. III, 169. Hard. — Alcea illa, nobis *Alisma parnassifolia* est, de qua alias egimus. Ed. P.

XXIX. *Astragalus folia habet longa incisuris multis*, etc. Dissimilis hic parum facie, par effectu; Dioscoridis astragalo. Is est quem Baeticum Clusius appellat delineatque, Hist. Rar. plant. VI, p. 234, qualem in horto Regio vidimus. H. — *Astragalus.* Quibusdam idem videtur atque ἀραχίδνα, vel ἄρακος Theophrast. I, 1, nobis *Lathyrus amphicarpos*, aut *Lathyrus tuberosus*, de quibus alias diximus. Broterio est Astragalus baeticus, lanuginosus, radice amplissima, C. Bauh. Ἀστράγαλος Dioscor. IV, 62, nobis, auctore Sprengelio, est *Orobus vernus* (*Diadelph. decand.* gen. 1713 Pers. *Leguminos.* Juss.). Habitat in nemoribus. Cf. Column. Phytobas. p. 48, tit. 14; Hist. Rei herb. tom. I, p. 183. Ed. P.

Radices: Quae adnatas appendices seu radiculas habent. Hard.

Nascitur in petrosis, apricis. Totidem verbis et de suo astragalo Dioscor. IV, 62, et Galen. de Fac. simpl. med. VI, 160. Hard.

Ad spissanda corpora. Ad adstringenda, στυπτική, Dioscor. et Gal. ll. cc. Hard.

Alvum sistit radix. Dioscor. et Galen. ll. cc. Hard.

Repercusso liquore. Causam cur urinam moveat, de suo reddit Plinius. Dalec. — *Repercusso.* Humore, qui dysenteriam adiuvat, in vesicam reiecto. Hard.

Difficile autem tunditur. Diosc. Κόπτεται δὲ δυσχερῶς διὰ τὸ στερεὸν

XXX. Et ladano sistitur alvus utroque: quod in segetibus nascitur, contuso et cribrato: bibitur ex aqua mulsa: item nobili e vino. Ledon appellatur herba, ex qua ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhaerescens. Nobilius in Arabia. Fit iam et in Syria atque Africa, quod toxicon vocant. Nervos enim in arcu circumdatos lanis trahunt, adhaerescente roscida lanugine. Plura de eo diximus inter unguenta. Hoc gravissimum odore est, durissimumque tactu. Plurimum enim terrae colligit: quum probetur maxime purum, odoratum, molle, viride,

αὐτῆς. *Difficile soliditatis suae ratione tunditur.* Haeo.

XXX. *Et ladano sistitur*, etc. Duplex ladani genus: unum terreoum, alterum factitium: terrenum friabile: factitium, lentum; utroque ladano alvum sisti dicit: quod in segetibus nascitur, contuso et cribreto, id est, *terreno*; quod friabile esse dixit: uam factitium quod lentum erat καὶ ἐμμάλακτον, nec contundi, nec cribrari poterat. Salm. — *Et ladano.* Terreoo scilicet et factitio: de utroque conf. XII, 37. Diosc. I, 128, de ledano: Κοιλίαν τε ἵστησι σὺν οἴνῳ παλαιῷ ποθέν. Ἔστι δὲ καὶ σύρητικόν. Haro. — *Ladano.* Conf. de Ladano Excurs. I ed calcem huius lib. Eo. P.

Quod in segetibus nascitur. In arvis. Haeo.

Ledon. Sic Hard. ex MSS. Regg. Colb. Chiffl. etc. non *lada*, ut Groo. et al Λῆδον Dioscorid. I, 128; Sprengelio est *Cistus ladaniferus*, ex Tournefort. Itin. I, 29 et 30. Linnaeo est *Cistus creticus* (*Polyand. monogyngen.* 1313 Pers. *Cistin.* Juss.), seu Cistus ladanifera cretica, flore purpupureo, Tournefort. Coroll. 19; Itin. t. I, p. 89. Est et *Cistus laurifolius*, var. β, *cyprius* Lamarck, ex quo ledanum fit in insula Cypro. Conf. lib. XII, cap. 37. Linn. Mat. med. p. 164, edit. Schreber. Sprengel. Histor. Rei harb. tom. I, p. 177. Eo. P.

Quod toxicon vocant. Ἀπὸ τοῦ τόξου, quae vox arcum sonat. H.

Nervos enim in arcu, etc. Legend. *Nervos enim in arca* (*an arcu*) *circumdatos lanis trahunt, adhaerescente roscido lanugine*: lanae lanugini adhaerescebat pingue *roscidum*, quod absolute *roscidum* hic vocat: non igitur ipsa herbe convolvebatur, sed pingue ipsum tractis ad herbam funiculis, unde offae fiebant, Dioscoridi μαγίδες. Salm. — Nervos enim vel in ipso adhuc arcu adductos, lanisque circumvolutos fruticibus admoveot, ac deinde trahuot, adhaerescente iisdem interim laougine foliorum pingui ac rorulenta. Frustre locum hunc sollicitat Salmas. in Solio. pag. 363, libris non secundis, scriptoris ipsius labefactata eius emeodatione sententia. Haro.

Plura de eo diximus. Lib. XII, c. 37. Haeo.

Plurimum enim terrae, etc. Ob id *terrenum* supra vocatur. Dal.

Quum probetur maxime purum, etc. Dioscor. I, 128. Haro.

resinosum. Natura ei molliendi, siccandi, concoquendi, somnum alliciendi. Capillum fluentem cohibet, nigritiamque custodit. Auribus cum hydromelite aut rosaceo infunditur. Furfures cutis et manantia ulcera sale addito sanat. Tussim veterem cum styrace sumptum. Efficacissimum ad ructus.

XXXI. Alvum sistit et chondris, sive pseudodictamnum.

Hypocisthis, orobethron quibusdam dicta, malo granato immaturo similis. Nascitur, ut diximus, sub cistho, unde nomen. Haec arefacta in umbra sistit alvum ex vino austero nigroque utraque. Duo enim genera eius, candida et rufa. Vsus in succo: spissat, siccat. Et rufa magis stomachi rheumatismos emen-

Natura ei molliendi, etc. Dioscor. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀνεστομωτικήν. Hard.

Capillum fluentem cohibet. Dioscor. loc. cit. Theod. Prisc. I, 2, *De capillis cadentibus: Ladanum cum vino teri facies, et oleum myrteum admiscebis: et uteris ut pinguissimo linimento.* Hard.

Auribus cum hydromelite, etc. Tofidem verbis Dioscor. loc. cit. H

Tussim. Inseri medicamentis ad tussim sedandam utilibus, ait Dioscor. loc. cit. Hard.

XXXI. *Pseudodictamnum.* Nobis item *Marrubium Pseudo Dictamnus*, de quo alias diximus. Ed. P.

Hypocisthis. Υποκιστὶς, et ὑποκιστὶς. Sic Diosc. I, 127: Φύεται δὲ παρὰ τὰς ῥίζας τοῦ κίστου ἡ λεγομένη ὑποκισσὶς· ὑπ' ἐνίων δὲ ὀροβήθρου, ὁμοιόν τι κυτίνῳ ῥοιᾶς. *Cisthi radicibus adnascitur, quae vocatur Hypocisthis, a nonnullis vero orobethron, cytino, mali punicae similis.* In MSS. Reg. et Colb. *orobothron.* Huius hypocisthidis iconem Clusius accurate delineat. Hist. Rar. plant. I, pag. 68. Aliud vero Scrib. Largo, Comp. LXXXV, hypocystis est, ὑποκυστὶς, nempe *succus rosae silvaticae, quam quidam caninam vocant.* Hard. — Nobis eodem nomine *Cytinus Hypocistis* (*Gynand. octand.* Linn. *Monoec. monadelph.* gen. 2155 Pers. *Aristoloch.* Juss.); planta parasitica, radicibus cistorum adnascens, in Hispania, Lusitania, Mauritania, etc. Conf. Excurs. II de Hypocisthide ad calcem hui. lib. Ed. P.

Orobethron. Gronov. et al. *orobathion.* In quibusdam Dioscor. exemplaribus ὀροβήθρου; Saracen. pag. 64, ῥοβήθρον, robethrum. Ed. P.

Nascitur, ut diximus. Lib. nempe XXIV, cap 48. Hard.

Haec arefacta in umbra. Dioscor. loc. cit. Hard.

Spissat. Adstringit. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικωτέραν τε καὶ ξηραντικωτέραν. Diosc. I, 127. Hard.

dat. Pota, tribus obolis, sanguinis exscreationes, cum amylo. Dysenterias potu, et infusa. Item verbenaca ex aqua data, aut carentibus febre ex vino ammineo, cochlearibus quinque additis in cyathos tres vini.

XXXII. Laver quoque nascens in rivis condita et cocta torminibus medetur.

XXXIII. Potamogeton vero ex vino dysentericis etiam et coeliacis, similis betae foliis: minoribus tantum hirsutioribusque, paulum supereminens extra aquam. Vsus in foliis: refrigerant, spissant: pecu-

Pota. Diosc. loc. cit. Hard.

Sanguinis exscreationes, cum amylo. Prius legebatur, vitiosa interpunctione, *sang. exscreationes. Cum amylo dysenterias*, etc. At licet alvum sistat amylum, ut dictum est XXII, 67, tamen ad sanguinis exscreationes saepius datur. Vide Plin. loc. cit. *Datur cum vino his qui sanguinem reiecerint.* Et XXIII, 75, de amygdalis: *sanguinem sistunt cum amylo*, ubi simile interpunctionis mendum, Dioscoridis admonitu, aliorumque, sustulimus. Hard.

XXXII. *Laver*. Quod et sion nuncupatum olim indicavimus, XXII, 41. De quo eadem Dioscor. prodidit II, 154. In Indice, *Laver, sive sion.* H. — *Laver.* Quibusdam idem videtur ac Nasturtium, aquaticum; supinum, C. Bauh. quod nobis est *Sisymbrium Nasturtium* (*Tetradyn. siliquos.* gen. 1568 Pers. *Cruciferae.* Juss.). Habitat ad fontes, rivulos; nostris vulgo, *cresson de fontaine.* Quum vero in indice legatur: *Laver sive sion*; idem hoc habemus atque Σίον Dioscor. loc. sup. laud. sive *Sium angustifolium.* (*S. latifolium. Pentand. digyn.* gen. 689 Pers. *Umbellifer.* Juss.). Habitat in aquosis. Ed. P.

XXXIII. *Potamogeton.* Iisdem verbis describitur a Diosc. IV, 101: Ποταμογείτων φύλλον ἐστὶν ὅμοιον σεύτλῳ, etc. Pingitur a Matthiolo, qualem in horto Regio vidimus, in Dioscor. IV, pag. 1137. Nomen habet a locis aquosis, ἀπὸ τῶν πεταμῶν καὶ ἐνύδρων τόπων, quos prope, nascitur. Nam γείτων vicinum sonat. H. — *Potamogeton.* Est Potamogeton rotundifolium, C. Bauh. Bot. — Nobis item *Potamogeton natans* (*Tetrand. tetragyn.* gen. 341 Pers. *Naiad.* Juss.). Habitat in Europae stagnis et lacubus: huius apud nos in medicina usus exolevit. Ed. P.

Extra aquam peculiariter refrigerat (sic prius legebatur). Verba male transposita. Scribe: *similis betae foliis, minor tantum hirsutiorque, paulum semper emiaens*; hucusque Chifl. et Voss. consentiunt: quod sequitur, ex Vossian. primi (post Pintianum tamen) prodimus: *extra aquam, Vsus in foliis: refrigerant, spissant; peculiariter cruribus vitiosis utilia.* Si tamen *supereminens* malis, non inter-

liariter cruribus vitiosis utilia, et contra hulcerum nomas, cum melle vel aceto. Castor hanc aliter noverat, tenui folio velut equinis setis, thyrso longo et laevi, in aquosis nascentem. Radice sanabat strumas et duritias. Potamogeton adversatur et crocodilis: itaque secum habent eam, qui venantur. Alvum sistit et achillea.

Eosdem effectus praestat et statice, septem caulibus, veluti rosae capita sustinens.

XXXIV. Ceratia uno folio, radice nodosa magna, in cibo coeliacis et dysentericis medetur.

Leontopodion, alii leuceoron, alii doripetron,

cedo. Gron. — *Refrigerant.* Hoc est, adstringunt. Diosc. loc. cit. Ψύχει δὲ καὶ στύφει. Hard.

Contra hulcerum nomas. Diosc. loc. cit. Αρμόζον καὶ νεμομένοις καὶ παλαιοῖς ἕλκεσιν. Hard.

Castor hanc aliter noverat. Dodonaei forte myriophyllon aquatile is intellexit. Hard.

Tenui folio velut equinis setis, etc. Broterio est Potamogeton flosculis ad foliorum nodos; Tournef. nobis item *Potamogeton pusillum*; habitat in aquosis argillaceis. Cf. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, p. 201. Ed. P.

Venantur. Gron. et al. ante Hard. *venantur eos.* Ed. P.

Alvum sistit et achillea. Diosc. IV, 36. Hard.

Statice. Officinis herbariisque incognita. Hard. — *Statice.* Broterio est Caryophyllus montanus, maior, flore globoso, C. Bauh. Nobis eodem nomine *Statice Armeria* (*Pentand. pentagyn.* gen. 748 Pers. *Plumbagin.* Juss.). Habitat in montosis; in hortis ad margines arearum ornandos frequenter apud nos colitur; medicinis iam non utilis. Ed. P.

XXXIV. *Ceratia uno folio.* Dodonaei ophioglosson. Dalec. — *Ceratia.* Videtur esse unifolium officinarum, pietum a Dodonaeo, p. 205. Meminit huius Marc. Emp. cap. XXVII, p. 188: *Ceratidos*, inquit, *quam herbam violam marinam appellamus, radices trium digitorum magnitudine, incoctae vino austero, torminosos iuvant, si illud vinum admixta leviter aquae calidae portione potetur.* H. — *Ceratia uno folio.* Broterio post Fab. Columnam, est Dentaria triphyllos, C. Bauh. Nobis auctore Sprengelio, *Convallaria bifolia* (*Hexand. monogyn.* gen. 817 Pers. *Asparagin.* Juss.). Hab. in Europae et septentrionalis Americae silvis. Hanc herbam iam Noster supra tractavit, lib. XXV, c. 69: *Mihi et tertia cyclaminos demonstrata est, cognomine chamaecissos, uno omnino folio*, etc. Conf. Histor. Rei herb. tom. I, pag. 202 sq. Ed. P.

Leontopodion. Est illud Dioscoridis λεοντοπίταλον, III, 110. In Noth. p. 457: Λεοντοπίταλον, οἱ δὲ λεοντοπόδιον, οἱ δὲ λευκόωρον, οἱ δὲ λεόντιον, οἱ δὲ δωρὶς, οἱ δὲ δωρεκτερὶς, οἱ δὲ λυχνὶς ἀγρία ... οἱ δὲ θορύβητρον, etc.

alii thorybetron vocant, cuius radix alvum sistit, purgatque bilem, in aquam mulsam addito pondere denariorum duorum. Nascitur in campestri et gracili solo. Semen eius potum, lymphatica somnia facere dicitur.

Lagopus sistit alvum e vino pota, aut in fabri ex aqua. Eadem inguini adalligatur in tumore. Nascitur in segetibus. Multi super omnia laudant ad deploratos dysentericos quinquefolium, decoctis in lacte radicibus potis: et aristolochiam victoriati pondere in cyathis vini tribus. Quae ex supra dictis calida sumentur, haec candente ferro temperari aptius erit. E diverso purgat alvum succus centaurii minoris drachma in hemina aquae cum exiguo salis et aceti, bilemque detrahit. Maiore tormina discu-

Et ab Apuleio, leontopodion nominatur, cap. VII. A Dodonaeo pingitur, pag. 69, quale in horto Regio vidimus. Λεοντοπόδιον, pedem leonis: λεοντοπέταλον, leonis folium interpretantur. H. — Λεοντοπέταλον Diosc. loc. laud. nobis eodem nomine. *Leontice Leontopetalum* (*Hexand monogyn.* gen. 848 Pers. *Berberid.* Juss.), de qua plura Noster infra lib. XXVII, cap. 72. Habitat in Etruria, Apulia, Creta, etc. Conf. Barrel. ic. 1029. Ed. P.

Alvum sistit, etc. Hoc quidem valde alienum, bilem purgare, et alvum sistere. Mirum vero, quod historiam huius plantae a Dioscoride prolixe tractatam, ne Plinius quidem attigerit. Vide lib. XXVII, cap. 12. Dalec.

Lagopus sistit alvum e vino, etc. Diosc. IV, 17, totidem verbis: Λαγῶπους δύναμιν ἔχει σταλτικὴν κοιλίας, πινόμενος μετ' οἴνου· ἐπὶ δὲ τῶν πυρεσσόντων μεθ' ὕδατος. Pedem leporinum vocant officinae, alii trifolium humile. Vidimus in horto Regio, quale delineatur a Dodonaeo, pag. 567, et lagopus maior vocatur *pied de lièvre*. Eadem cum Plinio et Dioscoride tradit Apul. cap. LXII. H. — *Lagopus*. Nobis est *Trifolium arvense* (*Dadelph. decand.* gen. 1750 Pers. *Leguminos.* Juss.) Habitat in Europa et America septentrionali. Ed. P.

Eadem inguini adalligatur. Diosc. loc. cit. Περιάπτεται δὲ καὶ πρὸς φλεγμονὴν βουβώνων· φύεται δὲ ἐν πρασιαῖς. Hard.

Multi. Marc. Emp. cap. XXVII, pag. 193; Diosc. I, 42. Hard.

Candente ferro temperari, etc. Nam praeter adstringentem vim plantarum supra memoratarum ferrum candens, in eo liquore extinctum qui bibitur, alvum potentius cohibet. Dal.

E diverso purgat alvum. Ad verbum ista Marc. exscripsit XXX, pag. 212. Diosc. III, 9. Hard.

Maiore tormina discutiuntur. Dio-

tiuntur. Vettonica alvum solvit drachmis quatuor, in hydromelitis cyathis novem. Item euphorbium, vel agaricum, drachmis duabus cum sale modico potum ex aqua, aut in mulso obolis tribus. Solvit et cyclaminos ex aqua pota, aut balanis subditis; item chamaecissi balanus. Hyssopi manipulus decoctus ad tertias cum sale, pituitas trahit illitus, vel contritus cum oxymelite et sale; pellitque ventris animalia. Pituitam et bilem detrahit peucedani radix.

XXXV. Alvum purgat anagallis ex aqua mulsa: item epithymon, qui est flos e thymo, satureiae si-

scor. III, 8; πρὸς ὀτρόφους, etc. H.

Vettonica. Marc. Emp. totidem verbis, cap. xxx, pag. 217. Ant. Musa, tit. 17: *Ad alvum concitandam*; etc. et Dioscor. IV, 1, plane ad verbum omnes. H.

Item euphorbium. Casp. Hoffmann. Var. lect. I, 12, hic quaedam immutat, libris invitis. H. — *Euphorbium.* Nempe succus *Euphorbiae officinarum*, de qua Noster egit sup. lib. XXV, cap. 38. Conf. Exc. III ad calcem hui. lib. Ed. P.

Vel agaricum. Marc. Empir. xxx, p. 214; Dioscor. quoque III, 1, cum mulsa propinat. Hard.

Solvit et cyclaminos. Dioscor. II, 194, ex hydromelite bibi eam ob rem iubet. Marc. Emp. xxx, pag. 212 et 217. Hard.

Aut balanis subditis. Balani glandes sunt, et id quod glandis forma ad subducendam alvum in podicem manu inditur. Vulgus *suppositorium* vocat. Apul. xiv, tit. 2: *Ad alvum concitandam. Herba orbicularis in collyrium facta et iniecta, catharticum est:* hoc est, cyclaminos in balanum subdita, purgativa est. Dioscor. loc. cit. ἐν ἱρίῳ προστίθεται, *in vellere subditur.* Marc. Emp. lib. de Med. xxx: *Orbicularis herbae, quam Graeci cyclamiuon vocant, si quis expresso succo anum pertaxerit, mira celeritate experietur ani solutionem.* H.

Hyssopi. Marcell. Emp. xxx, pag. 214, et Dioscor. III, 30, totidem plane verbis. *Ventris animalia*, ἑλμινθας hic vocat, hoc est, teretes lumbricos. Hard.

Pituitam. Dioscor. III, 92. Pituita ex quatuor humoribus corporis nostri, is est, qui potissimum magis serosus et aqueus est, magisque fluxilis: Graeci phlegma appellant. H.

XXXV. *Alvum purgat anagallis.* In vetusto codice *anagallides*, numero multorum, recte; nam duplex est anagallis Dioscoridi libro II, cap. 209. Pint.

Item epithymon. Dioscor. IV, 179: Ἐπίθυμον θύμου ἐστὶν ἄνθος τοῦ σκληροτέρου καὶ θύμβρᾳ ὁμοιότατος ... Πινόμενον δὲ σὺν μέλιτι, κάτω καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν μέλαιναν. *Epithymum flos est thymi durioris et satureiae similis ... Potum id cum melle, detrahit pituitam bilemque atram per inferna.* H. — *Epithymon, qui est flos e thymo.* Non flos thymi, sed

mili. Differentia, quod hic herbaceus est; alterius thymi albus: quidam hippopheon vocant: stomacho minus utilis, vomitiones minus movet: sed tormina

super thymum nascens. Epithymon videlicet thymo adnascitur, ut alia cuscutae species lino, viscum quercui, agaricum larici, plantae multae aliis aliae, quas ob id *parasiticas* vocant. Florem subinde Noster thymo proprium, album esse ait, epithymo herbaceum: nec duo thymi genera, ut quidam volunt; sed duplex floris genus ex una planta, thymo videlicet, intelligit. Et haec Cl. nostratis Gerardi sententia in nott. ad Plin. inedd. *Helvaceum*, sive ex purpureo albicantem, legi iubet Salmasius, probabili certe emendatione, quum epithymo flores sint albi plerumque, vel subrubentes. Nobis eodem nomine dicitur *Cuscuta Epithymum* (*Pentand. digyn.* gen. 643 Pers. *Convolvulae Affin.* Juss.): in plantis humilioribus, praesertim in pratis Europae australis, parasitica. Officin. Cuscuta minor. Ed. P.

Differentia, etc. Lego, *quod hoc herbaceum est, alterum vero thymum album*. Id est quod lib. XXI, c. 10, tradidit, thymi esse duo genera: alterum candidum, quod solum nomine thymi Dioscorides describit, alterum nigricans, quod hic vocat herbaceum. Serpyllum zygin vocat Dioscorides; Theophr. ἕρπυλλον θυμῶδες. Dalec. — *Differentia*, etc. Lege: *Differentia quod hic helvaceus est, alterius thymi albus*. Nihil certius. Dicit thymum illud cui tribuitur epithymum, florem helvaceum habere, id est, ex purpureo albicantem. Salm. — *Herbaceus*. Hoc est, viridis. Ita libri omnes, etiam conditivi, manuque exarati, Regg. Colb. caeterique. Nec Salmasium moror, qui pag. 1288 in Solin. *helvaceus* rescribit, interpretaturque ex purpureo albicantem, nullo codice, nullo scriptore suffraganta. Geminum epithymum, viride albumque, agnoscit auctor libri de Simpl. med. ad Patern. tom. XIII. Opp. Galeni, pag. 990: *Epithymum*, inquit, *est flos herbae assimilis setae* (*lego* satureiae), *subviridis*... *Nam verus epithymi flos exalbidus est, et asper, et plurimum in Pamphylia invenitur*. H.

Hippopheon. Sic libri omnes, sic Index ipse. Rectius tamen videtur *hypopheon*, quod sub stoebe fortassis, quae φέως quoque appellatur, XXII, 13, innasci solet. Aetius, III, 29, pag. 103: Παραπλησίως δὲ τῷ ἐπιθύμῳ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς στοίβης φυόμενον, etc. *Similis vis ei quoque est, qui in stoebe nascitur: item qui thymbrae, ideo epithymbron dictum*, etc. Hard. — *Hippopheon*. Cuscuta maior (*europaea* Linn.) et minor (*Epithymum* Linn.) variis plantis adnasci solent: rubiae, lino, thymo, lavandulae, marrubio, genistae, humulo, cannabi, urticae, et *Poterio* ipsi *spinoso*, quod scriptoribus graecis στοίβη, seu φέως, dicitur: unde rectius sane scribatur, *hypopheon*, ut recte animadvertit Harduinus. Cf. Spreng. Histor. Rei herb. tom. I, pag. 163. Ed. P.

Stomacho minus utilis, vomitiones minus movet. Archetypum nostrum: *Stomacho minus utiles vomitiones movet*. Hard.

et inflationes discutit. Sumitur et ecligmate ad pectoris vitia cum melle, et aliquando iride. Alvum solvit, a quatuor drachmis ad sex cum mellis exiguo salisque et aceti. Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci, tenue similitudine pallioli, rubens: siccari in umbra, bibi ex aqua acetabuli parte dimidia, detrahere pituitam bilemque. Alvum leniter solvit et nymphaea in vino austero.

XXXVI. Solvit et pycnocomon, erucae foliis cras-

Inflationes discutit. Diosc. loc. cit. Ἰδίως ἁρμόζον ἐπὶ μελαγχολικῶν καὶ ἐμπνευματουμένων. H.

Alvum solvit. Marc. Empir. xxx, p. 214 Hard.

Quidam aliter Quod genus illud epithymi sit, incompertum. H. — Non aliud hoc loco genus, sed veram aliquantum ac genuinem epithymi naturam Noster indigitat. Quippe nemo non novit cuscutam plantis adhaerentem vivere, sine ullo radicum adminiculo, quibus terram contingat. Radicibus tamen nititur suis, quum primum erumpit e semine, ut Fuchsius observavit; illae vero aridae fiunt perenotque, ubi vicinas plantas capillamentis cirrisve suis cuscuta amplexatur. Foliis enim plane destituta, non aliud profert nisi capillamenta, aut cirros subrubentes, citharae nervis haud absimiles, qui tuberculis quibusdam radicum vicem obtinentibus ita figuntur in corticem caeterarum plantarum, ut vasa (*vaisseaux*) succum nutritium deferentia lacerent: quo plane modo facere solent ederae vulgaris rami. Cuscuta e semine in terram deciduo sese quotannis propagat: quum tamen adoleverit, radix penitus marcescit. Si semen in fictili seratur, emergit quidem plantula, sed brevi radicitus perit, nisi sint in propinquo stirpes, quibus irrepat, unde alimentum suum exsugit. Ed. P.

Similitudine pallioli. Hoc est, pileoli. Ovid *Palliolum nitidis imposuisse comis.* H.

Detrahere pituitam bilemque. Cuscuta et Epithymum Offic. purgandi vim adeo debilem obtinent, ut eorum usus plane obsoleverit. Nonnulli inter medicamenta quae vocantur *aperientia*, rectius reponunt, et ad viscerum obstructiones commendant. Cf. Geoff. Mat. med. tom. III, pag. 388; Linn. Mat. med. p. 59, ed. Schreber. Ed. P.

Alvum leniter solvit. Dioscor. III, 148. Hard. — *Solvit.* Immo potius retinet. Plinius negligenter id prodit. Dalec.

XXXVI. *Solvit et pycnocomon.* Dioscor. IV, 176, iisdem fere verbis repraesentat: Πυκνόκομον φύλλα ἔχει ὅμοια εὐζώμῳ, etc. Herbariis adhuc incognita. H. — *Pycnocomon.* Brunsfelsio est Angelica silvestris minor, sive erratica. Cortuso Solanum tuberosum esculentum; quod nec verum, nec vero simile F. Columnae Succisa glabra, sive Morsus diaboli; quae nobis est *Scabiosa succisa* (*Tetrand. monog.* gen. 226 Pers. *Dipsac.* Juss.); sed minime cum Dioscoridea Plinianave planta convenit. Dalecampius,

sioribus, et acrioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente, caule quadrangulo, modico, tenui, flore ocimi. Invenitur in saxosis locis. Radix eius in aqua mulsa denariorum duum pondere, et alvum, et bilem, et pituitam exinanit. Semen somnia tumultuosa facit, una drachma in vino potum. Et panos discutit.

XXXVII. Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cavernosa, ceu polyporum cirri, subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus

Matthiolus, Brotterius, quid sit πυκνόκομον, non satis compertum esse pronunciant. Sprengelius et iure quidem, ut nobis videtur, idem habet atque *Leonurum Marrubiastrum* (*Didyn. gymnosperm.* gen. 1396 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Germania, etc. Conf. Anguill. p. 298; Hist. Rei herb. tom. I, p. 180. Ed. P.

Et acrioribus. Sic MSS. et Diosc. καὶ δριμύτερα. In quibusdam editis, *rarioribus*, male. H.

Invenitur in saxosis. Diosc. loc. cit. Hard.

Radix eius in aqua, etc. Totidem verbis Diosc. l. c. H.

Semen. Diosc. loc. cit. H.

Et panos discutit. In libris editis, *et capnos strumam discutit.* Quasi vero e proposito sit commemorare modo ex iis herbam aliquam, quae nihil ad alvum medendam fuerat, quo nunc in argumento uno habitare se professus est apertissime iam a cap. 28. In MSS. Reg. 1, *et carostrum*: hoc tantum in Reg. 2, *et capnostruma.* Cur vero *et panos discutit* amplexi sumus, ubi tam obscura sese vestigia offerunt sincerae lectionis, in causa Dioscorides fuit: cuius haec plane gemina de pycnocomo sententia IV, 76: Καὶ τὰ φύλλα δὲ ἀκαταπλαττόμενα, φύματα καὶ δοθιήνας διαφορεῖ. Hard.

XXXVII. *Detrahit bilem.* Marc. Emp. cap. XXX, pag. 214 et 215. H.

Filiculam. Apuleius cap. LXXXIII, filicinam et radiolum vocat. Polypodium maius et apud nostros nomen servat, *polypode.* A Dodonaeo pingitur p. 461. Vidimus in horto Regio. H. — Nobis *Polypodium vulgare*, ex *Cryptogam.* Linn. et *Filicum* ordine Juss. Habitat in Europae rupibus. Radix etiamnunc apud nos in usu est. Polypodio vim edulcorantem, expectorantem, eccoproticam Linnaeus agnoscit, Mat. med. pag. 273, ed. Schreber. Ed. P.

Acetabulis cavernosa. Habet tubercula quaedam acetabulis iis similia, quae in polyporum ac sepiarum cirris apparent: inde πολυποδίου nomen. Iisdem ferme verbis a Diosc. describitur IV, 188, et a Theophr. Histor. IX, 14. Hard.

vetustis. Exprimitur succus aqua madefactae: ipsa minute concisa inspergitur oleri, vel betae, vel malvae, vel salsamento: aut cum pulticula coquitur ad alvum vel in febri leniter solvendam. Detrahit bilem et pituitam, stomachum offendit. Aridae farina indita naribus polypum consumit. Florem et semen non fert.

XXXVIII. Scammonium quoque dissolutionem stomachi facit, bilem detrahit, alvum solvit, praeter-

Exprimitur succus aqua madefacta, ipsa cono. (sic prius). Voss. eod. *aqua madefactae, et ipsa minuta concisa.* Vt et in parte Chiffl. Legendum praeterea *minute*, vel *minutim*, vel *minutatim*. Hoc etiam credo voluisse Piotianum, etsi male sit expressum in exemplari, quo utor. Qualnor alii saltem: *aqua madefacta et ipsa.* Gron. — *Exprimitur.* Dioscor. l. c. totidem fere verbis et Marc. Emp. xxx, p. 241; Apul. item 83, tit. 2. H.

Detrahit bilem. Dioscor. l. c. post Theophr. Hard.

Aridae farina indita naribus, etc Apud Theophr. Histor. IX, 14, ubi quis eam contigerit, sont qui innasci polypum asseverent. Est autem polypus, auctore Celso, VI, 8: *caruncula modo alba, modo subrubra, quae narium ossi inhaeret, et modo ad labra pendens narem implet, modo retro per id foramen, quo spiritus a naribus ad fauces descendit adeo increscit, uti post uvum conspici possit, strangalatque hominem, maxime Austro et Euro flante.* Gallis, *polype.* Hard.

Polypum consumit. Collo suspensa prohibet, ut aiunt, ne polypus in naribus gignatur. Theophr. loc. laud. Dal.

Florei, et semen non fert. Nec florei, nec semen fert. Dal. — *Florem et semen non fert.* Ita recte vetus codex Dalecampii. Prius legebatur, *Floret, et semen non fert*, quod falsum. In Reg. 1, *Florem, semen non infert.* Reg 2, *Floret, semen non fert.* Alii aliter. Theophr. Histor. IX, 22, hoc tantum: Τὸ δὲ πολυπόδιον μετὰ τὰ ὕδατα ἀεὶ βάλλει, σπέρμα δὲ οὐ φύει. *Filicula semper post imbres erumpit: semen autem non fert.* H. — Nunc eius florem et semen novimus. Bot. — In plerisque *Filicum* generibus, licet a Linnaeo *Cryptogamiae* adscripta fuerint, certum germinationis et fructificationis modum deprehenderunt ex primis Schmidelius et Hedwigius, qui sexus tum masculi, tum feminini *organa*, ut vocant, summo labore inventa descripserunt, vel descripta summa industria pinxerunt; post eos alii multi. Conf. Juss. Gen. Plant. p. 14 sqq. Ed. P.

XXXVIII. *Scammonium.* Marcell. Emp. xxx, p. 212: *Scammoniae succus solam detrahit bilem: datur ex aqua ad denarii semissem.. Sed stomacho infirmo non convenit.* Hard. — *Scammonium.* Nobis *Convolvulus Scammonea.* Cf. Excurs. IV, de Scammonio ad calcem huius libri. Ed. P.

quam si adiiciantur aloes drachmae duae obolis eius duobus. Est autem succus herbae ab radice ramosae pinguibus foliis, triangulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa. Nascitur pingui et albo solo. Radix circa Canis ortum excavatur, ut in ipsam confluat succus: qui sole siccatus, digeritur in pastillos. Siccatur et ipsa, vel cortex. Laudatur natione Colophonium, Mysium, Prienense: specie autem nitidum, et quam simillimum taurino glutini, fungosum tenuissimis fistulis, cito liquescens, virus redolens, cumminosum, linguae tactu lactescens, quam levissimum, quum diluitur albescens. Hoc evenit et adulterino, quod fit ervi farina, et tithymali marini succo, in Iudaea fere: quod etiam strangulat

Praeterquam si adiiciantur, etc. Hoc est, dum bilem detrahit, et alvum solvit, stomachi simul dissolutionem facit, nisi adiiciatur aloë, etc. Marc. Emp. xxx, p. 211: *Purgat bene haec compositio ventrem: aloes denarii semissis, colophoniae (quae scammonia est), denarii semissis: una teruntur haec: adiicitur mellis quod satis sit ad colliganda ea: datur ex aquae calidae vel frigidae cyathis quatuor: hoc medicamentum stomachum non corrumpit.* Hard.

Est autem succus Haec totidem fere verbis Diosc. IV, 171: Σκαμμωνία, etc. Pingitur a Dodonaeo stirps ipsa, p. 387, visa nobis in horto Regio: *la scammonée.* Hard.

Vt in ipsam confluat succus. Vt in ipsum cavum cultro factum confluat succus. — Ita emendavimus ex fide codicum Regg. Colb. Chifflet. quum prius *in ipsa* alii minus apposite scribendum censerent. Rem dilucide Dioscor. IV, 171, explicat: Συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς, κεφαλῆς ἀπὸ τῆς ῥίζης ἀφαιρουμένης, καὶ κοινοτέρως τεμνομένης εἰς κοιλότητα· συρρεῖ γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ ὀπὸς, καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς μύκας. *Succus*, inquit, *legitur hunc in modum: capite exempto radix ita cultro excavatur, ut excavatio sensim a latiore orbe in acutum desinat: proindeque in id cavum confluit succus, qui conchis demum excipitur.* H. — *In ipsam.* Sic quoque Brotterius ex Regg. 1, 2 et edit. pr. Ed. P.

Laudatur. Haec fere totidem verbis Diosc. loc. cit. et auctor libri de Simp. med. ad Patern. t. III Opp. Galeni p. 1000. Hard.

Cumminosum. Gronov. et al. ante Hard. *cummosum.* Brot. vero *Gumminosum.* Ed. P.

Linguae tactu lactescens. Hoc signum fallax et incertum esse Dioscorides tradit loc. cit. Dal.

Hoc evenit et adulterino. Diosc. loc. cit. Hard.

sumptum. Deprehenditur gustu : tithymalus enim linguam excalfacit. Vsus bimo : nec ante, nec postea utili. Dedere et per se ex aqua mulsa et sale quaternis obolis. Sed utilissime cum aloë, ita ut incipiente purgatione mulsum bibatur. Fit et decoctum radicis in aceto ad crassitudinem mellis, quo leprae illinuntur, et caput ungitur in dolore cum oleo.

XXXIX. Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam : narrantque lacte eius inscripto corpore, quum inaruerit, si cinis inspergatur, apparere litteras, et ita quidam adulteras alloqui maluere quam codicillis. Genera eius multa. Primus cognominatur characias, qui et masculus exi-

Deprehenditur gustu. Diosc. loc. cit. *Nam si linguam vehementer excalfacit, exuritve, est id admixti tithymali argumentum.* Καὶ τῷ μὴ λίαν πυροῦν τὴν γλῶσσαν, ὅπερ γίνεται τιθυμάλου μιγέντος. Sic et auctor libri mox citati apud Galenum. Hard.

Vsus bimo; nec ante, nec postea utili. Biennio recentior, vetustiorve, succus inutilis. Prius legebatur; *linguam excalfacit bulbi more, nec ante, nec postea utile.* Dalecampius emendabat, *Nec ante cibos, nec postea utile.* In Reg. 1, *Excalfacit, Vubi moueet cante. nec postea*, etc. Ac in Reg. 2, nitide ac perspicue, *usus bimo, nec ante, nec postea*, etc. quod et Pintianus in suo vidit. Sic ipse Plinius XXVII, 35: *Vsus radicis in trimatu tantum, neque antea, neque postea.* H. — Cum Pintiano praeiverat emendationi Gronov. in nott. ad hunc loc. Ed. P.

Fit et decoctum. Diosc. loc. citat. Ἐψηθεὶς δὲ ἐν ὄξει καὶ καταχρισθεὶς, λέπρας ἐξάγει· κεφαλαλγίας τε χρονίας ἐστὶν ἐπίβρεγμα σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ. *Eodem decocto in aceto illitae leprae auferuntur; sed et eodem caput contra diuturnum dolorem ex aceto et rosaceo ungitur.* Hard.

XXXIX. *Alii lactucam caprinam.* Quod ea caprae vescuntur, Lactucam marinam Apul. cap. cvsii, aliique quos iam retulimus lib. XX, cap. 24. Hard.

Primus cognominatur characias Diosc. IV, 165: Ὁ μὲν ἄῤῥην χαρακίας καλεῖται· ὑπὸ δέ τινων κομήτης, ἢ ἀμυγδαλοειδὴς, ἢ κοιβιός. Gallis, *tithymale.* Pingitur a Iob. Bauhino, tom. III, p. 672 qualem vidimus in horto Regio. Χαρακίας, quasi vallaris dicitur. Hoc genus peculiariter nostra rura vocant evigilem matutinum, *réveille-matin.* H. — *Characias.* Broterio est Tithymalus Characias, rubens, peregrinus, C. Bauh. nobis item *Euphorbia Characias* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1190 Pers. *Euphorbiae.* Juss.). Habitat in Gallia, Hispania, Italia. Caulis rubescens, petala atropurpurea. Conf. Clus Hist. Rar. plant. II, 188. A Dioscoridea specie diversus esse Sprengelio videtur τιθυμάλλος ὁ ἄῤῥην Theophr. Hist. IX, 42, cuius

stimatur, ramis digitali crassitudine, rubris, succosis, quinque aut sex, cubitali longitudine; a radice foliis paene oleae, in cacuminibus coma iunci. Nascitur in asperis maritimis. Legitur semen autumno, cum coma: siccatum sole tunditur, et reponitur. Succus vero incipiente pomorum lanugine, defractis ramulis, excipitur farina ervi, aut ficis, ut cum iis arescat. Quinas autem guttas singulis excipi satis est: tra-

folia olese similia; nobis est *Euphorbia orientalis*. Cf. Histor. Rei herb. t. I, p. 91. Ed. P.

Ramis. Dioscor. loc. cit. καυλοῦς, caules dixit: Apul. cap. CVIII, thyrsos, seu scapos. Hard.

Succosis. E nostra id emendatione, admonitu codicis Reg. 2, in quo diserte sic scribitur: etsi in R. 1, librisque editis, *rugosis* legitur. Adstipulatur emendationi Diosc. IV, 165: *Tithymali characiae caules*, inquit, *supra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, acri lacteoque succo referti*. Τοῦ δὲ χαρακίου καλουμένου, καυλοὶ μὲν ὑπὲρ πῆχυν, ἐνερευθεῖς, ὁποῦ δριμέως καὶ λευκοῦ μεστοί. Et Apul. cap. CVIII: *Characias... thyrsis ultra longitudinem cubitalem rubris, succi acrioris*, etc. H. — *Succosis*. Sic iampridem ex vet. cod. et Diosc. emendandum monuerat Pintianus ad hunc loc. Characiae caulis est frutescens et tuberculosus. Ed. P.

A radici foliis paene oleae. Prius legebatur, *foliis pendulis*: quod et ipsa tithymali effigies coarguit. In Reg. 1 cod. *folis poenale*. In Reg. 2, *penelee*. In Parm. caeterisque omnibus usque ad Frobenium, *pendet*. Is *pendulis* maluit. Sed indubitatam esse emendationem nostram non vestigia modo haud obscura veteris scripturae, sed et Dioscorides ipse admonet in descriptione tithymali characiae: φύλλα δὲ περὶ τὰς ῥάβδους ὅμοια, ἐλαίᾳ μακρότερα δὲ, καὶ στενώτερα. *Folia*, inquit, *sunt circa ramulos oleaginis similia, sed longiora et angustiora*. Theoph. etiam consentiente Hist. IX, 12: Τὸ μὲν φύλλον ἐλαιῶδες ἔχει. Apul. similiter, cap. CVIII: *Foliis olivae similibus, paulo angustioribus et longioribus*. Neque hi scriptores modo, sed et res ipsa, plantaeque forma, quam saepe sumus contemplati, favet. Hard.

Coma iunci. In summitate caulium, cacuminibusque, coma est similis virgultis iunci. Dioscorid. et Apul. ll. cc. Hard.

Nascitur in asperis maritimis. Dioscor. l. c. Hard.

Legitur semen autumno. Diosc. loc. cit. Brot.

Succus vero incipiente pomorum lanugine. Diosc. circa vindemiam, περὶ τὸν τρυγητὸν, ita succum exprimi ait. H. — *Incipiente pomorum lanugine*. Auctor, ex quo Plinius transcripsit, tempus intellexit, quo μῆλα, id est, cydonia, lanuginosa esse incipiunt, nempe augustum mensem. Dal.

Quinas autem guttas. Septem etiam, si pueris detur. Hippocrates lib. IV de rar. Vict. in morb. acut. ad finem. Dal. — *Quinas*. Nempe singulis ficis. Diosc. loc. cit. Τινὲς δὲ εἰς τὰ ξηραι-

duntque etiam toties purgari hydropicos fico sumpta, quot guttas lactis exceperit. Succus quum colligitur, ne attingat oculos cavendum est. Fit et e foliis tusis priore minus efficax. Fit et decoctum e ramis. Est et semen in usu cum melle decoctum ad catapotia solvendae alvi gratia. Semen et dentium cavis cera includitur. Colluuntur et radicis decocto e vino aut oleo. Illinunt et lichenas succo : bibuntque eum, ut purgent vomitione et alvo soluta, alias stomacho inutilem. Trahit pituitam sale adiecto in potu, bilem aphronitro. Si per alvum purgari libeat, in posca : si vomitione, in passo aut aqua mulsa. Media potio tribus obolis datur. Ficos a cibo sumpsisse melius est. Fauces urit leniter : est enim tam ferventis naturae,

νόμενα σῦκα ἀποστάζουσι σταλαγμοὺς γ' ἢ δ', καὶ ξηραίνοντες ἀποτίθενται. *Alii in ficos quae exsiccantur, ternas quaternasve guttas instillant; ut cum iis inarescant, eiusmodique ficos ad usum recondunt.* Hard.

Succus. Diosc. loc. cit. H.

Est et semen in usu. Diosc. loc. cit. totidem verbis. Καταπότιον medicamentum est quod sumitur deglutiendo. Pilulas alibi Plinius, et vulgus, vocat. *Catapotium*) id est, *medicamentum, quod non diluitur, sed ita, ut est, devoratur.* Scrib. Larg. Comp. LXXXVII. H. — *Est et.* Sic libb. ante Hard. editt. Brot. copulam omittit. Ed. P.

Semen. Diosc. loc. cit. succó hanc vim attribuit, ut dentium cavis inditus, dolores levet; Theodor. Prisc. I, 14, ut decidere sponte faciat. H.

Dentium cavis. Erosionibus dentium imponitur lac, doloremque mitigat, dentibus aliis cera munitis, ne defluens fauces et linguam offendat. Dioscor. Dalec.

Colluuntur. Collui dentes radicis decocto cum aceto iubet Dioscor. loc. cit. Hard.

Illinunt et lichenas. Dioscor. l. c. et Apul. cap. CVIII, tit. 4. H.

Bibuntque eum, ut purgent vomitione et alvo soluta. Omnia Tithymalorum genera validam per inferiora praecipue purgandi vim obtinent, in primis vero lacteus eorum succus, etiam exigua dosi sumptus; quare raro citra noxam dari potest, etc. Conf. Geoffr. Mater. med. tom. III, p. 450 sqq. Ed. P.

Si per alvum vulgari. Apul. c. CVIII. Hard.

Aut aqua mulsa. Nam dulcia ventriculum evertunt et vomitiones concitant. Dalec.

Fauces urit leniter. Diosc. loc. cit. Τραχύνει δὲ καὶ τὴν φάρυγγα· ὅθεν δεῖ καταπότια περιπλάττειν κηρῷ· ἢ μίλιτι ἐφθῷ· καὶ οὕτως διδόναι. *Quoniam fauces exasperat, catapotia quae ex eo concinnantur, cera aut decocto*

ut per se extra corpori impositum, pusulas ignium modo faciat, et pro caustico in usu sit.

XL. Alterum genus tithymali myrsiniten vocant; alii caryiten: foliis myrti acutis et pungentibus, sed mollioribus, et ipsum in asperis nascens. Colliguntur comae eius hordeo turgescente: siccataeque in umbra diebus novem in sole inarescunt. Fructus non pariter maturescit, sed pars anno sequente, et nux vocatur. Inde cognomen Graeci dedere. Demetitur cum messium maturitate, lavaturque, dein siccatur, et datur cum papaveris nigri duabus partibus, ita ut sit totum acetabuli modus: minus hic vomitionibus, quam superior: caeteri item. Aliqui sic et folium eius dedere, nucem vero ipsam in mulso aut passo, vel cum sesama. Trahit bilem et pituitam per

melle illini, atque ita dari par est. Hard.

XL. *Alterum genus tith. myrsiniten vocant. Myrtiten*, non *myrsiniten*, in vetusto codice habetur. Sed utreque lectio tolerabilis est. Nam Dioscorides *myrsiniten* appellat, Theophr. *myrtiten*. Pint. — *Alterum*. Dioscor. IV, 165: Ὁ δὲ θῆλυς ὃν ἔνιοι μυρσινέτην, ἢ καρυΐτην ἐκάλεσαν, etc. iisdem enim plane notis describit, ac Plinius. Myrsinites legitimus tithymalus id genus appellatur a Clusio Hist. Rar plant. VI, p. 189: ab aliis latifolius. Vidimus in horto Regio. In Indice *Myrtites*: Theophr. Hist. IX, 12, μυρτίτης, et Apuleio. H. — *Alterum genus*. Tithymalus femina, seu myrsinites Diosc. loc. laud. nobis eodem nomine est *Euphorbia myrsinites*. Habitet in Gallia meridionali, Italia, etc. Verum τιθύμαλλος λευκὸς ὁ μυρτίτης καλούμενος Theophr. Histor. IX, 12, cuius folia angusta, setacea, et fructus κάρυα appellati, Sprengelio idem videtur atque *Euphorbia Paralias*, quanquam in montosis crescere dicitur. Conf. Hist. Rei herbar. tom. I, pag. 91. Ed. P.

Inde cognomen. Caryitae. A voce graeca κάρυον, quae nucem sonat. Theophr. IX, 12: Ταῦτα δ' οὐχ ἅμα φέρει τὸν καρπὸν, ἀλλὰ παρ' ἔτος... ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ καλεῖται κάρυον. Hard.

Demetitur, etc. Quae deinceps sequuntur, ea sunt totidem verbis apud Theophr. Hist. IX, 12. H.

Acetabuli modus. Mensura. Theophrast. loc. cit. Τὸ δὲ συναμφότερον ὅσον ὀξύβαφον. Hard.

Minus hic vomitionibus. Subintellige, accommodatus. Sic Dioscor. l. c. et Apul. c. CVIII. Hard.

Vel cum sesama. Et quidem tosta, ἐκσησάμῳ πεφρυγμένῳ Theophr. l. c. Hard.

Trahit bilem et pituitam. Theophr. loc. cit. Hard.

alvum. Oris hulcera sanat. Ad nomas oris folium cum melle estur.

XLI. Tertium genus tithymali paralium vocatur, sive tithymalis folio rotundo: caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo, quod colligitur incipiente uva, et siccatum teritur, sumiturque acetabuli mensura ad purgationes.

XLII. Quartum genus helioscopion appellant, foliis porcilacae, ramulis stantibus a radice quatuor aut quinque, rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Hoc circa oppida nascitur, semine albo, columbis gratissimo. Nomen accipit, quoniam capita cum sole circumagit. Trahit bilem per inferna in oxymelite dimidio acetabulo: caeteri usus, qui characiae.

XLIII. Quintum cyparissian vocant, propter fo-

XLI. *Tertium genus.* Haec tota descriptio similiter ad verbum exstat apud Theophr. Hist. IX, 12. De hoc tithymali genere diximus lib. XX, c. 80. Dioscor. IV, 165: Ὁ δὲ παράλιος λεγόμενος, τιθυμαλίδα ἢ μήκωνα ἐκάλεσαν, etc. Ab Apuleio dicitur cap. cviii: *Tithymalis, peplis tithymalis, paralion mecon.* Et hoc genus Galli evigilium matutinum vocant. Hard. — Nobis etiamnunc dicitur *Euphorbia Paralias.* Habitat in arenis maritimis. Conf. Dodon. 270. Ed. P.

Incipiente uva. Pubescente, maturescente, variante. Theophr. l. c. Ὅταν ἄρτι παρακάζῃ σταφυλή. Plinius, XX, 80: *florente uva.* H.

Acetabuli. Dimidio acetabulo ipse dixit, XX, 80. Hard.

XLII. *Quartum.* De eo genere eadem ad verbum prodidit Apul. cap. cviii, et Dioscor. IV, 165: Ὁ δὲ ἡλιοσκόπιος λεγόμενος, ἀνδράχνῃ ὅμοια φύλλα ἔχει, etc. Pingitur a Dodonaeo, p. 376, quale in horto Regio observatum a nobis. Helioscopos ab Apuleio nuncupatur loc. cit. idemque cicer columbinum, et caprago H. — Nobis eodem nomine *Euphorbia Helioscopia*, in agris et cultis non infrequens. Ed. Par.

Porcilacae. Gron. et al. ante Hard. *portulacae.* Ed. P.

Hoc circa oppida nascitur. Dioscor. loc. cit. Hard.

Gratissimo. Addunt statim Gron. et al. *quod colligitur incipiente uva*; sed haec supervacua, et ex superioribus repetita. Ed. P.

Nomen accipit, etc. Dioscor. l. c. Συμπεριφέρεται δὲ τούτου ἡ κόμη τῷ τοῦ ἡλίου κλίσει· ὅθεν καὶ ὠνόμασται ἡλιοσκόπιος. Hard.

Trahit. Diosc. l. c. H.

XLIII. *Quintum cyparissian vocant.* Κυπαρισσίας, a foliorum similitudine

liorum similitudinem, caule gemino aut triplici nascentem in campestribus: cui eadem vis, quae helioscopio, aut characiae.

XLIV. Sextum platyphyllon vocant: alii corymbiten, alii amygdaliten a similitudine. Nec ullius latiora sunt folia. Pisces necat, alvum solvit, radice, vel foliis, vel succo in mulso: aut aqua mulsa drachmis quatuor. Detrahit privatim aquas.

XLV. Septimum dendroides cognominant, alii cobion, alii leptophyllon, in petris nascens, comosissimum ex omnibus maxime, cauliculis rubentibus, et

cum cupresso nomen accepit. A Dodonaeo pingitur p. 367. Vidimus in horto Regio. Hard. — Recentioribus item *Euphorbiâ Cyparissias* Habitat in siccis, arenosis, collibus, ad vias, etc. Eo. P.

Cui eadem vis; quae, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

XLIV. *Sextum plat. vocant.* Et paulo post: *Septimum Dendroides.* E contrario Dioscorides, sextum facit dendroides, septimum platyphyllon. Quare sic in Plinio scribendum censeo. Petr. *Sextum*. Dioscorid. Ὁ δὲ πλατύφυλλος φλόμῳ ἔοικε. Nomen habet latitudine foliorum. Pingitur a Clusio Hist. Rar. plant. VI, 190, quale est a nobis observatum in horto Regio. Amygdalitae cognomen primo generi tribuit Dioscor. minus recte. Hard. — Et hoc genus servat nomen: *Euphorbia platyphyllos* Habitat in agris, et silvaticis. Planta variabilis, autumno praesertim ramosissima. Eo P.

Pisces necat. Dioscorid. III, 165: Ἀποκτίνει δὲ καὶ τοὺς ἰχθύας, κοπεὶς καὶ διαθεὶς τῷ ὕδατι. *Pisces vero necat tunus, et aqua dilutus.* H.

XLV. *Septimum.* Dioscorid. loc. cit. Ὁ δὲ ἐν ταῖς πέτραις φυόμενος, δενδροειδὴς δὲ καλούμενος, ἀμφιλαφὴς ἄνωθεν καὶ πολύκομος, ὁποῦ μεστὸς, ὑπέρυθρος τοὺς κλάδους, etc. *Qui in petris nascitur, dendroides, quasi arborescens, cognominatus, foliosus est in cacumine, densamque spargit comam, succo lacteo pregnans, subrubentibus ramis*, etc. Pingitur a Lobellio in Advv p. 150. Tithymalus myrsynites angustifolius appellatur. In horto Regio vidimus. Hard.

Dendroides cognom. Broter. ex MS. Reg. 2 et edit. princeps, *dendroiden*; et hoc genus idem habet cum Tithymalo minimo, angustifolio, annuo, J. Bauh. qui iuxta vias autumno frequens, et in incultis locis. Nobis vero est eodem quoque nomine *Euphorbia dendroides*. Habitat in Creta; sed et hanc per Liguriam Etruriamque invenit Anguillar. p. 294. Cf. Lobel. p. 150; item Sprengel. Hist. Rei herb. tom I, p. 92. Eo P.

Leptophyllon. A foliorum tenuitate: sunt enim myrti tenuioris similia, Τὰ φύλλα μυρσίνῃ λεπτῇ προσεοικότα, inquit Dioscorid. loc. proxime cit. Hard.

Comosissimum ex omnibus, etc. Largiore coma. Hard.

semine copiosissimum : eiusdem effectus, cuius characias.

XLVI. Apios ischas, sive raphanos agria, iuncos duos, sive tres, spargit in terra rubentes, foliis rutae: radix caepe, sed amplior: quare quidam raphanum silvestrem vocant. Intus habet mammam candidam : extra, cortices nigros. Nascitur in montuosis asperis, aliquando et in herbosis. Effoditur vere, tusaque in ficili mergitur, deiectoque quod supernatat, reliquus succus purgat utraque parte, sesquio-

Eiusdem effectus, etc. Diosc. l. c. Hard.

XLVI. *Apios isohias, sive raphanos agria*, Dioscorid. IV, 77 : Απιος οἱ δὲ χαμαιράφανος ὀρεινὴ ἢ ἀγρία, οἱ δὲ λινόξωστις. Vide Sarac. in Nott. ad Diosc. Απιος dicitur, et ἰσχάς, quod radicem habet accedentem ad piri formam, vel ficus. Nullum nomen invenit gallicum, inquit Ruellius, III, 658. Vidimus tamen per inopiam frugum ruri pauperes hac radice vesci. Haan. — Cave Harduino credas, qui ἄπιον, seu ῥάφανον ἀγρίαν Dioscoridis, eum specie quadam silvestri *Raphani*, aut *Radiculae* nostratis imprudenter confudit. Raphanus quidem, annona gravi, cibum ingratum et sane parum proficuum praestare potest: apios vero, de qua nunc agitur, ut congeneres caeterae species, succo lacteo turget, qui bilem vomitu, aquas per inferna vehementer detrahit; ita ut plantae radix intus sumpta, veneni vim haberet, ne dum cibi. Haec species eodem nomine nobis dicitur *Euphorbia Apios*. Habitat in Creta. Cf. Clus. Hist. II, 190; Bellon. Observatt. I, 42. Ed. P.

Duos. Dioscor. loc. cit. tumulos iunceos, binos, ternosve dixit, χλωνία δύο ἢ τρία ἀπὸ γῆς ἀνίησι, σχοινώδη, λεπτά, etc. Haan.

Foliis rutae. Foliis quidem rutae, sed oblongioribus iisdem et angustioribus: φύλλα πηγάνῳ ἐοικότα, ἐπιμηκέστερα μέντοι καὶ στενώτερα. Theophrast. Hist. IX, 10 : φύλλον μὲν ἔχει πηγανώδες βραχύ. H.

Quare quidam raphanum. Aegineta, VII, 10: Καλοῦσι δέ τινες αὐτὸ χαμαιράφανον. Hard.

Intus habet mammam, etc. Corpus, carnem, pulpamve candidam Diosc. loc. citat. Ρίζα . . . . φλοιὸν ἔχουσα ἔξωθεν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ λευκόν. Quoniam laetei succi plena radix est, mammam idcirco, et quidem sat eleganter, vocat. Haan.

Nascitur in montuosis asperis. Dioscor. l. c. Haan. — Gron. et libb. ante Hard. edili, *montosis*. Ed. P.

In herbosis. Καγχλαχώδη, Theophrast. Histor. lib. XVI, cap. 9, silice saxosis: Plinius legit χλοώδη. Dal. — *Et in herbosis*. Broter. ex cod. Reg. 2, et edit. principe, τὸ *in* omittit. Ed. P.

Purgat utraque parte. Per superna aeque vomitione, atque per inferna. Diosc. l. c. Τούτου τρία ἡμιωβόλια ποθέντα, ἄνω καὶ κάτω καθαίρει. Sed

bolo in aqua mulsa. Sic et hydropicis datur acetabuli mensura. Inspergitur et aridae radicis farina potioni: aiuntque superiorem partem eius vomitione biles extrahere: inferiorem, per alvum, aquas.

XLVII. Tormina discutit quodcumque panaces, et vettonica, praeterquam a cruditate: peucedani succus et inflationes, ructus gignens, item acori radix, daucumve, si lactucae modo sumatur. Ladanum Cyprium potum interaneorum vitiis occurrit: item gentianae farina, ex aqua tepida fabae magnitudine. Plantago mane sumpta duabus linguis, et tertia

differt a Dioscoride Plinius, quod supernatantem liquorem reiicit, reliquum in medicos usus adscisit: ille contra liquorem qui supernatat panna collectum exsiccatumque adhibet in eosdem usus. Hard.

Aiuntque. Dioscor. l. c. cum Theophr. Histor. IX, 10. Sic etiam Aegineta, VII, 10. Hard.

XLVII. *Tormina discutit quodcumque panaces.* Diosc. III, 55. Etiam ad iumentorum tormina panacis radicem utilem esse scribit Theophr. Hist. IX, 10. Ad quoscumque ventris dolores, c. 12. H.

Et vettonica. Anton. Musa, tit. 16: *Ad ventris dolorem: Herbae vettonicae drachmam unam in aqua calida cyathis duobus bibendam dato. His autem dumtaxat haec apta erit compositio, quorum non ex cruditate intestina torquentur.* Sic etiam Marc. Emp. c. XXIX, p. 203. Hard.

Peucedani succus. Torminibus, inflationibusque subvenire pariter auctor est Diosc. III, 92. Hard.

Acori. Diosc. I, 2. Hard.

Daucumve. Dauci semen ad sedanda tormina commendat Dioscor. III, 83. Hard.

Si lactucae modo sumatur. Ex aceto et oleo. Dal.

Ladanum. Alvum sistit, urinam ciet. Diosc. I, 128. Hard.

Item gentianae farina. Succum huius prodesse stomachicis scribit Diosc. III, 3. Hard.

Plantago mane sumpta duabus linguis. In archetypo vet. nostro, *Plantago mane sumpta a duobus lingulis*, rectius, ut illud: *Dicor ab indoctis lingula grammaticis.* Petr. — *Plantago.* Marc. Emp. cap. XXVII, p. 188: *Plantaginis aridae semen tritum, ex partibus duabus, et papaveris capita arida, ex parte tertia, oportet per cribrum tenuiter foratum tralici, ex eoque pulvere dari torminoso ligulae magnae, mensuram, interdum plus aut minus, cum vini veteris mixti non nimium, idest, cyathis tribus. Hoc medicamentum ante somnum utiliter etiam ad vesperam datur.* Et paulo ante: *Plantago cocta ante alium cibum data ex aceto plurimo, et exiguo sale atque oleo, torminosis plurimum prodest.* Hard.

Duabus linguis. Vel, ut alii MSS. habent, *lingulis* hoc est, cochleariibus. Hard. — *Linguis.* Broter. ex cod.

papaveris in vini cyathis IV non veteris. Datur et in somnum euntibus, addito nitro vel polenta, si multo post cibum detur. Colo infunditur hemina succi, vel in febri.

XLVIII. Agaricum potum obolis tribus in vini veteris cyatho uno, lieni medetur: et panacis omnium generum radix in mulso. Sed teucria praecipue, pota arida et decocta quantum manus capiat, in aceti heminis tribus. Ad vulnus illinitur eadem cum aceto: aut si tolerari non possit, ex ficu vel aqua. Polemonia bibitur ex vino. Vettonica drachma in oxymelitis cyathis tribus. Aristolochia, ut contra serpentes. Argemonia septem diebus in cibo sumpta lienem consumere dicitur: agaricum in aceto mulso obolis duobus. Nymphaeae heracliae radix e vino pota, et ipsa consumit. Cissanthemos, drachma bis die sumpta, in vini albi cyathis II per dies XL lie-

Reg. 2, et edit. principe, *lingulis*. Ed. Pas.

Addito nitro vel polenta. Vt eius frigiditas temperetur. Additur autem nitrum, si causa est doloris impeditique somni crassus et flatuosus vapor: polenta vero, si acer et biliosus humor Dal.

Colo infunditur hemina succi. In coli tormento, hoc est, in tenuioris intestini morbo. Apponi iubet ad colici umbilicum contusam plantaginem Marcell. Empir. cap. XXIX, pag. 206. Hard.

XLVIII. *In vini veteris cyatho* Lienosis in aceto mulso praebet Dioscor. III, 4. Hard.

Sed teucria praecipue. Quae hemionitis Dioscoridis est, III. 152. ut alibi monuimus: ἡ τις τὸν ὄξει πολιόα, τίκτει σπλῆνα. Hard.

Polemonia bibitur ex vino. Ex aceto drachmae pondere dare lienosis auctor est Dioscor. IV. 8. H. — Nobis *Polemonium caeruleum*. Ed. P.

Vettonica. Dioscor. IV, 1. H.

Aristolochia. Ex aqua propinat Dioscor. III, 6. Hard.

Vt contra serpentes. Lib. XXV. 55, radicis drachmam in vini haemina saepius bibendam adversus serpentes praedicit. Hard.

Agaricum in aceto, etc. Dioscorid. 3, 1, et Plin. Val. II, 18: *Agarici obeli duo in aceto mulso poti per dies* XX *consumunt lienem.* Hard.

Nymphaeae heracliae radix, etc. Dioscor. lib. III. cap. 148. H. — *Nymphaeae albae* radix. Ed P.

Cissanthemos. Hoc est, cyclaminos ille cissanthemos, de quo idem narrat Dioscor. III, 195. H. — *Lonicera Caprifolium.* Ed. P.

nem dicitur paulatim emittere per urinam. Prodest et hyssopum cum fico decoctum. Lonchitidis radix decocta, priusquam semen emittat. Peucedani quoque radix decocta: et lieni, et renibus. Lien acori potu consumitur. Praecordiis et ilibus utilissimae radices. Clymeni semen potum diebus triginta pondere denarii in vino albo. Vettonicae farina ex melle et aceto scillite pota. Radix lonchitidis in aqua, et teucrium illinitur. Item scordium cum cera, agaricum cum farina feni graeci.

XLIX. Vesicae malis, contraque calculos, gravissimis cruciatibus, ut diximus, auxilio est polemo-

Prodest et hyssopum, etc. Dioscor. III, 30, ad verbum. H.

Lonchitidis. Et hoc de altera lonchitide Diosc. III, 162, quam et asperam vocat: Τήκει δὲ καὶ σπλῆνα μετ' ὄξους πινομένη. H. — Λογχῖτις ἑτέρα, οἱ δὲ λογχῖτιν τραχεῖαν Diosc. I laud. nobis est *Aspidium lonchitis*, ex *Cryptogam* Linn. *Filicum* ordine Juss. non confundendum cum altera lonchitide quae nobis est *Serapias lingua*, ut jam monuimus. Ed. P.

Peucedani. Diosc. III, 92, cum Theoph. Hist. IX, 22. H.

Lien acori potu. Dios. I, 2, σπλῆνας τήκει. Hard.

Praecordiis et ilibus Diosc. l. c. lateri, hepati, thoraci, subvenire ait. Hard.

Clymeni semen potum. Subintellige. lienem absumit Diosc. IV, 11, de periclymeno, quam esse clymenon Plinianam suo loco docuimus: Τούτου ὁ καρπὸς πέπειρος συλλεγεὶς καὶ ξηρανθεὶς ἐν σκιᾷ, πίνεται μετ' οἴνου ⊲ α' ὁλκὴν ἐπὶ ἡμέρας μ', καὶ σπλῆνα τήκει, etc. *Semen postquam ematuruit collectum, et in umbra siccatum, si drachmae pondere ex vino bibatur quadragenis diebus, lienem absumit* etc. Hard. — *Clymeni*. Scilicet *Lonicerae Periclymeni*. Jam monuimus Clymenon Diosc. IV, 13, nobis esse *Lathyrum Clymenum*. Cf. lib. XXV, cap. 33. Ed. P.

Item scordium cum cera. Dioscor. III, 125: Καὶ ὑποχόνδριον χρονίως φλεγμαῖνον ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ παρηγορεῖ. *Diuturnam hypocondrii inflammationem cerato excepta lenit*. Hard. — *Scordium*. Nobis item *Teucrium scordium*. Ed. P.

XLIX. *Vesicae*. Ab his verbis instituendam periodum novam loci sententia admonuit, quae connexa perperam cum anterioribus hactenus fuere. Hard.

Contraque calculos gravissimis, etc. Vtroque ieo remedio calculi frauguntur, et viae aperiuntur per quas tracti exeant Dal.

Vt diximus Lib. XXV, c. 7: *Indicavere, inquit, experimento, asperrimos cruciatus esse calculorum a stillicidio vesicae*. Hard.

Polemonia ex vino pota. Dioscorid. IV, 8, ex aqua praebet. H.

nia ex vino pota: item agaricum. Plantago radice vel foliis potis ex passo. Et Vettonica, ut in iocinere diximus. Item ramici, pota atque illita: eadem ad stranguriias efficacissima. Ad calculos quidam vettonicam et verbenacam; et millefolium aequis portionibus, ex aqua, pro singulari remedio bibere suadent. Stranguriias discuti et dictamno certum est. Item quinquefolio decocto ad tertias in vino: hoc et enterocelicis dari atque illini, utilissimum est. Xiphii quoque radix superior urinam ciet infantibus. Enterocelicis datur ex aqua, et illinitur vesicae vitiis. Peucedani succus infantium ramici: et umbilicis eminentibus psyllion illinitur; urinam cient anagallides, acorique radicis decoctum, vel ipsa trita potaque: et omnia vesicae vitia sanat. Et cal-

Agaricum. Diosc. III, 1. H.

Plantago. Totidem verbis Diosc. II, 153, et Apul cap. 1, tit. 21. H.

Et vettonica. Vettonica pariter calculos rumpi docet Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 189. H. — Brot. ex Reg. 2 et edit princ. copulam omittit. Eo P.

Vt in iocinere diximus. Cap. 19 his verbis: *Vettonicae drachma una in aqua calida cyathis tribus.* Ex melle et aceto bibi iubet Ant. Musa, tit. 24. Hard.

Eadem ad stranguriai effic. Diosc. IV, 1. Hard.

Ad calculos. Verbis plane totidem Marc Emp. c. xxvi, p. 177. Item suspectae vetustatis auctor, Aen. Macer, c. de verbena: *Herbam cui nomen foliis de mille dedere; Bettonicamque, pari verbenae pondere iunge. Haec mixta potantur aqua: nullum medicamen Vtilius credunt illis quos calculus angit.* Hard.

Hoc et enterocelicis, etc. Dioscorid. IV, 42. Hard.

Xiphii Diosc. IV, 20. H.

Datur ex aqua, etc. Iisdem verbis Diosc. l. c. Hard.

Et umbilicis eminentibus. Dioscorid. IV, 70 Ἐντεροκήλας τε τὰς ἐπὶ παιδῶν καὶ ἐξωφάλους ὑγιάζει καταπλασσόμενον σὺν ὄξει. *Infantium enterocelis, et eminenti umbilico illitum ex aceto medetur.* Vide forsan legi hoc loco oporteat ut in Chiffl. cod. *Peucedani succus infantibus: ramici et umbilicis eminentibus psyllion illinitur.* Hard — *Psyllion.* Nobis item *Plantago Psyllium*, de qua suo loco iam dictum. Eo P.

Vrinam cient. Certe nephriticis, hydropicisque opitulari ait Dioscor. II, 209. Hard. — *Anagallides.* Scilicet *Anagallis arvensis*, et *A. phoenicea*, de quibus iam Noster alias egit. Eo P.

Acorique. Diosc. I, 2. H.

culos herba et radix cotyledonis: itemque genitalium inflammationem omnem, pari pondere caulis, et seminis, et mirrhae. Ebulum teneris cum foliis tritum, ex vino potum, calculos pellit: impositum testes sanat. Erigeron quoque cum farina tiuris et vino dulci, testium inflammationes sanat. Symphyti radix illita enterocelas cohibet; genitalium nomas hypocisthis alba. Artemisia quoque datur contra calculos ex vino dulci, et ad stranguriam. Dolores vesicae sedat ex vino nymphaeae heracliae radix.

L. Eadem vis crethmo ab Hippocrate admodum laudatae. Est autem inter eas quae eduntur silvestrium herbarum. Hanc certe apud Callimachum apponit rustica illa Hecale: speciesque est batis hor-

Herba et radix cotyledonis. Dioscor. IV, 92. Item Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 195. Dysuriam statim ea sanari in vino pota, auctor est Theod. Prisc. II, p. 2, c. 20. Hard.

Itemque. Diosc. loc. cit. H.

Genitalium inflammationem omnem (sic prius, una voce addita). Τοὺς ἐν αἰδοίοις οἰδήματα χαλᾷ. *Pudendorum praeclusiones, et cap strationes laxat.* Sed mirrhae nullam mentionem facit Diosc. l. laud. Dalec.

Ebulum. Ebuli radices ad calculos commendat Marc. Emp. cap. XXVI, p. 176. Hard.

Testes sanat. Durins, herniosos, tumentes. Dalec. — *Testes.* Testium epiphoras seu inflammationes. H.

Erigeron. Iisdem verbis Dioscor. IV, 97. H. — *Senecio Iacobaea*, de qua conf. lib. super. cap. 106. Ed. P.

Symphyti. Diosc. IV, 9. H.

Hypocisthis. Cisthoi ipsi hanc vim assignat Diosc. I, 126. Hard.

Artemisia. Dios. III, 127, et Apul. c. LXX, t. 4. Hard.

Dolores vesicae sedat, etc. Diosc. III, 147. Hard.

L. *Eadem vis crethmo.* Diximus de eo, anteriore libro, c. 96. Laudatur ab Hippocrate; ad eliciendos feminarum menses, lib. de Nat. mul. t. 20, pag. 372, et Morb. mul. I, t. 10, p. 422; ad uteri morbos inter optima remedia, ἄριστα φάρμακα eodem volumine, t. 56, p. 450. Hard. — *Crethmo.* Crithmum vulgo portulacam maridam, auctor confundit cum empetro, quod Narbonenses vocant *bacillas*, quasi Batidas, et Northmani *percepierre*, ob id puto, quod iisdem locis nascuntur, et pariter eduntur in acetariis. Dal.

Laudatae. Gron. et al. ante Hard. *laudata.* Ed. P.

Illa Hecale. De qua diximus antea, XXII, 44. Hard.

Speciesque est batis, etc. Nec batis quoque bacillarum nomine, de quibus egimus lib. XXV, cap. 50, intelligenda est; quando neque ipse crethmos ea est appellatione contem-

tensiae. Caulis unus palmum altus, semen ferens odoratum, ceu libanotidis rotundum, siccatum rumpitur: habet intus nucleum candidum; quem aliqui cachryn vocant. Folio pingui, albicante veluti olivae, crassiore, et salso gustu: radices digiti crassitudine tres aut quatuor. Nascitur in maritimis petrosis. Estur crudum coctumve cum olere, odorati saporis et iucundi. Servatur etiam in muria: praecipui usus ad stranguriam, folio, vel caule, vel radice ex vino. Colorem quoque corporis gratiorem facit: verum aequo largior inflationes. Alvum solvit decocto, urinamque, et a renibus humorem trahit. Sic et althaeae siccae farina in vino pota, stranguriam tollit: efficacius addito dauco. Lieni quoque utilis. Adversus serpentes bibitur. Iumentis quoque

da, ut diximus. Quin et bacillas herbarii perperam in marinas distinxere ac hortenses, ut acute vidit P. Quiqueranus de Laud. Provinciae, II, fol. 50, quum nihil discrepent, nisi quia maritimae littorum praerogativa gustantibus salsiorem morsum infligunt. Conditura bacillarum aceto constat: ei nihil salis adiicitur, quod (ut aiunt) salem sibi secum ferant. Quae ratio me quoque monet, ut asseverem bacillam eam non esse batin: quod Dalecampius censuit: quando Columella, Plinius ac Dioscorides, suae bati nunc salem, nunc muriam iniciunt. Batin esse potius censuerim eam, quae nomine alio hortensis sive sativa portulaca est: erethmon, marinam. Hard.

Hortensiae. Gron. et al. ante Hard. ut semper alias, *hortensis.* Ed. P.

Caulis unus palmum altus, iisdem paene notis a Diosc. II, 157, describitur. Hard. — Nobis *Crithmum maritimum.* Conf. de crethmo et bati lib. XXI. c. 50. Ed. P.

Semen fervens (sic olim). In Dioscoride est, *crithmi fructum libanotidi similem, odoratum,* mollem, rotundum, siccum disrumpi, et intus habere ὡς πυῤῥὸν σπέρμα; semen veluti ruffum: auctor legisse videtur ὡς πυρῶδες Dal.

Folio pingui, albicante, etc. Sic et Chiffl. *folia pinguia, albicantia,* etc. Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

Estur Diosc. l. c. Hard.

Servatur etiam in muria, etc. Diosc. l. c. Hard.

Vrinamque. Diosc. l. c. H.

Sic et althaeae siccae Diosc. III, 163. Hard. — Sine auctoritate in recentioribus editionibus, *althaeae*: MSS. Regg. 1 et 2; Broterio teste, *alceae*, quae damasonium; aut *Alisma parnassifolia.* Conf. sup. cap. 12 et 28. Ed. P.

Adv. serp. bibitur Iumentis. Diosc. loc. cit. Hard.

in pituita, aut stranguria hordeo inspersa succurrit.

LI. Anthyllion est lenti simillima, quae in vino pota vesicas vitiis liberat, sanguinem sistit. Altera est anthyllis, chamaepityos similis: flore purpureo, odore gravi, radice intubi.

LII. Vel magis cepaea, similis portulacae, nigriore radice, sed inutili, nascens in littoribus arenosis, gustu amara. In vino cum asparagi radice vesicae plurimum prodest.

LIII. Eadem praestat hypericon, quam alii chamaepityn, alii corion appellant, oleraceo frutice,

LI. *Anthyllion.* Ἀνθυλλὶς haec prima Dioscoridis, III, 153, picta a Lobellio in Advv. p. 195; visa a nobis in horto Regio. In Dalmatia et Creta frequens, teste Anguillara, Part. XIII, p. 237. Hard. — *Anthyllion.* Nobis *Cressia cretica* (*Pentand. digyn.* gen. 640 Pers. *Convolvulae* Juss. Habitat in Cretae et Barbariae maritimis. Ed. P.

Vesicas vitiis liberat, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Altera est anthyllis, etc. Et haec altero similiter loco a Dioscoride appellata l. c. iisdem signata notis. Iva Moschata Monspeliensium, scite effigiata a Lobelio in Obss. pag. 208; visa a nobis in horto Regio. Hard. — *Altera est anthyllis.* Nobis *Adinga Iva.* Conf. de anthyllio, et anthyllide, lib. XXI, c. 103. Ed. P.

LII. *Vel magis cepaea.* Κηπαία Dioscoridi III, 168, iisdem ferme verbis describitur. Vidimus in horto Regio, qualem Matthiolus delineat, in Diosc. III, p. 233. In Paduano et Bononiensi agro nasci testatur Anguillara, Part. XIII, p. 242. Hard. — *Vel magis cepaea.* Brot ex cod. Reg. 1, et edit. principe, restituit, *vel magis medetur cepoea.* Nobis eodem nomine est *Sedum cepoea*, de quo iam alio loco diximus. Ed. P.

Vesicae plurimum prodest. Dioscor. l. c. Hard.

LIII. *Eadem praestat hypericon.* Diosc. III, 171: Ὑπερικόν, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον, οἱ δὲ κόριον, οἱ δὲ χαμαιπίτυν, etc. Officinae perforatum vocant, quod folia soli objecta innumeris foraminibus scatere, et omnino ex parte punctis quibusdam pertundi visuntur. Vulgus item *herbam s. Johannis* saepe nuncupat. Fingitur a Dodoaeo p. 76. Vidimus in horto Regio. Hard. — *Hypericon, q. alii chamaepityn*, etc. Ὑπερικόν Hippocr. de morb. mul. I, 610; Diosc. loc. laud. nobis iisdem notoriibus dicitur *Hypericum Coris* (*Polyand. pentagyn.* gen. 1338 Pers. *Hyperic.* Juss.). Habitat in meridionalis Europae collibus siccis, et in Oriente; diversum a Perforata Officin. sive Hypericum vulgare, C. Bauh. Pin. 279, quod nobis *Hypericum est perforatum*; nostris vulgo *millepertuis*. Hippocrat. species an eadem sit cum Dioscoridea dubitat Sprengel, Hist. Rei herb. tom. I, p. 40. Ed. P.

Alii corion appellant. Ita Dioscor-

tenui, cubitali, rubente, folio rutae, odore acri, semine in siliqua nigro, maturescente cum hordeo. Natura semini spissandi: alvum sistit: urinam ciet: vesicae cum vino bibitur.

LIV. Est aliud hypericon, quod alii corin appellant, folio tamaricis, et sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis et minus rubentibus, odoratum, palmo altius, suave, leniter acutum. Vis semini excalfactoria: et ideo inflationem facit: sed stomacho non inutile: praecipuum ad stranguriam, si exhulcerata non sit vesica. Medetur et pleuriticis ex vino potum.

LV. Vesicae autem callithrix trita simul cum cu-

rid. MSS. tamen, tum hoc loco, tum in Indice, pertinaciter *corison* exhibent. Sic rursum inferius habet cap. 60. H.

Oleraceo frutice. Altitudine oleribus pari, sive inter olera frutice adnascente. H.

Odori acri. Resinam pineam obolente, unde et χαμαιπίτυος nomen. Hard.

Natura semini spissandi. Hoc falsum, et a Diosc. non memoratum. Dal.

Vrinam ciet. Dioscorid. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει διουρητικήν. Hard.

Vesicae, etc. Sic et Cbifflet. *ad calculos vesicae* Gronov. et libb. ante Hard. vulgg. Ed. P.

LIV. *Est aliud hypericon.* Dioscor. III, 174: Κόρις, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὑπερικὸν καλοῦσι, φύλλον ἔχει καραπλήσιον τῷ τῆς ἐρείκης, etc. A Matthiolo pingitur in Diosc. III, pag. 939. In horto Regin vidimus. H. — *Aliud hypericon.* Brot. est. Hypericum saxatile, tenuissimo et glauco folio; Tournefort Nobis vero κόρις Diosc. loc. laud. eodem nomine est *Coris monspeliensis* (*Pentand. monogyn.* gen. 387. Pers. *Lysimach.* Juss.) Habitat in Europae australis maritimis. Ed. P.

Alii corin appellant. Ita sane Dioscor. Sed Pliniani codices MSS. non hic modo, sed et in Indice, et rursum inferius cap. 73 et 81, constantissime *caron* vocat. H.

Leniter, suave aculeatum (sic Gronov. et al. ante H.). Hermolaus docet codices esse, in quibus legatur, *suave leviter aculeatum*: Dioscoridem *suave* dicere, hoc est, εὔστομον; *aculeatum* non dicere. In margine ex Diosc. notant *acutum*. Et sic legi suadet Vossianus, in quo *altius*, *suave leniter acutum*, *id est*, *suavē*, *leniter acutum*. Δριμὺ Dioscoridi Gron.

Et ideo inflationem facit enterocelitis (sic prius). Vltimum verbum non habetur in vetusto exemplari. Pint.

Praecipuum ad stranguriam, etc. Diosc. loc. cit. H.

LV. *Vesicae autem callithrix.* Diosc. IV, 136. H. — *Callithrix.* Gron. et al. ante H. *callitrichon.* Nobis est *Adian-*

mino, et data ex vino albo. Verbenaca quoque cum foliis decocta ad tertias, vel radix eius e mulso calido, calculos eiicit.

Item perpressa, quae Aretii et in Illyrico nascitur, in aqua decocta e tribus heminis ad unam, et pota. Trifolium ex vino sumptum.

Et chrysanthemum.

Anthemum quoque calculos eiicit, parvis a radice foliis quinis, caulibus longis duobus, flore roseo: radices tritae per se, ceu laver crudum.

LVI. Silaus nascitur glareosis et perennibus rivis,

tum Capillus, de quo sup. egimus. Ed. P.

Verbenaca. Marcell. Empir. cap. xxvi, p. 175, et Apul. c. iii, tit. 5. H.

Quoque cum foliis. Gron. et al. ante H. *quoq foliis*. Ed. P.

Item perpressa) *Repressa Romanis*, inquit Anguillara, *Part. XXII*, p. 218, *dassi ai cavalli quando sono ripressi, onde... tal nome*. Id esse ibi pabulum equorum ait, quum aestuant H.

Trifolium. Marcell. Empir. cap. xxvi, pag. 180, de trifolio minuto: ut et Plin. Val II, 38. H. — Conf. de trifolio lib. XXI, c. 30 et 83. Ed. P.

Chrysanthemum. Gron. et al. ante H. una voce addita, *chrysanthemum primum*. Dalec. conjiciebat *potum*. Tres anthemidis species memorat Diosc. III, 154, quas florum colore distinguit, prout radius sit albus, flavus, aut purpureus. Omnibus vim tribuit menstrua, partus, urinam, calculos pellendi, vel potu, vel insessu. Quam peculiari χρυσανθέμου nomine appellat, nobis eadem est cum *Anthemide* nostrate *montana*. Conf. lib. XXII, cap. 26. Χρυσάνθεμον item aliud habet, IV, 58, quod nobis eodem nomine est *Chrysanthemum segetum*, aut *coronarium*. Sed quoad medicinas certe pertinet, ad hoc minime Noster hic respicere videtur. Ed. P.

Anthemum. Sic Reg. 1 At. Reg. 2, et index, *anthemis*. In Illyrico reperiri, dicique *Sassifragia*, quod calculos nempe vesicae frangit vel ejicit, auctor est Anguillara, Part. XII, p. 218. H. — *Anthemum quoque calculos ejicit parvis*, etc. Haec est sine dubio anthemidis species, de qua Dioscor. IV, 154: *Ex omnibus hisce generibus, ad calculos efficacissima est quae florem purpureum habet, quaeque omni ex parte caeteris maior ampliorque est: hanc proprie eranthemon vocant*, etc. *Chrysanthemum monspelieuse*. Conf. lib. XX, cap. 26. Ed. P.

Laver crudum. Praecipue quod Galli vocant *cressan*. Dal. — Ceu laver. Gron. ut saepius alibi, *seu*. Laver nobis *Sium angustifolium*, de quo supra dictum. Ed. P.

LVI. *Silaus*. Non est haec laver, sive sion, de quo diximus, XXII, 41, ut existimavit Ruellius, II, p. 369, quum de lavere proximo antea, ceu stirpe diversa, mentio habeatur. Sed

cubitalis apii similitudine. Coquitur, ut olus acidum, magna utilitate vesicae: quae si scabiem sentiat, panacis radice sanatur, aliter inutile vesicis. Calculos pellit malum erraticum, radicis libra in vini congio decocta ad dimidias: inde heminae sumuntur per triduum: reliquum ex vino cum sio: et urtica marina, et daucum, et plantaginis semen ex vino.

LVII. Et herba Fulviana trita ex vino (et haec nomen inventoris habet, nota tractantibus), urinas ciet.

LVIII. Scordion testium tumores sedat. Hyoscyamum genitalibus medetur: peucedani succus ex melle, et semen, stranguriae: agaricum obolis tribus in vini veteris cyatho uno: trifolii radix drachmis dua

apium potius palustre, ut acute vidit Anguillara, Part. II, p. 219, et cum eo Lobelius in notis MSS. ad eum locum. H. — Nobis etiamnunc dicitur *Peucedanum Silaus* (*Pentand. digyn.* gen. 689 Pers. *Umbellifer.* Juss.). Habitat in pratis humidis Angliae, Germaniae, Galliae, Helvetiae, etc. Ed. P.

Coquitur, ut olus. Acidum olus Dalecampio est *Oxylapathum*, quod nobis *Rumex acutus* Linn. Harduino minus probabiliter idem videtur atque Olus atrum, et nobis item dicitur *Smyrnium Olus atrum*, de quo alias egimus. Ed. P.

Si scabiem sentiat. Si sit exhulcerata vesica. H.

Malum erraticum. Sic vocari puto aristolochiam, praecipue rotundam, quam *malum terrae*, et *venenum terrae* supra nominavit, lib. XXV, cap. 8. Dal. — *Malum.* Quod hac voce intelligit, haud satis liquet. Dalecampius de aristolochia interpretatur, quae malum terrae superius appellata est, cap. 54, quod radix in globum mali rapique modo rotundetur. Vix assentior: quum illa ubique nobiliore nomine graeco quam latino a Plinio appelletur.

Et daucum. Daucum urinas pellere auctor est etiam Dioscorid. lib. III, cap. 83. H.

LVII. *Et herba Fulviana*, etc. Urticam Graecam esse volunt: alii saxifragiam albam. Dal. — *Fulviana.* Quae sit ea porro, quum nullis signetur notis, statui auspicato nequit. Hard.

LVIII. *Hyoscyamum.* Testium tumori mederi dixit hyoscyami semen Diosc. IV, 69. H.

Peucedani succus ex melle. Dioscor. III, 92. H.

Agaricum. Diosc. III, 1. H.

Trifolii radix drachmis duabus. Huius seminis drachmas ternas, foliorum, quaternas praebet Dioscor. III, 123. H. — *Trifolii.* Nempe *Psoraleae bituminosae.* Cf. lib. XXI, cap. 30. Ed. P.

bus in vino: dauci una drachma, vel seminis. Ischiadici et semine, et foliis erythrodani tritis sanantur: panace poto: et infricata polemonia, aristolochiae decocto folii. Agarico quidem et nervus, qui platys appellatur, et humerorum dolor sanatur obolis tribus in vini veteris cyatho uno poto. Quinquefolium ischiadicis et bibitur, et imponitur. Item scammonia decocta cum hordei farina. Semen hyperici utriusque bibitur ex vino. Sedis vitia et attritus celerrime sanat plantago: condylomata quinquefolium: sedem eversam cyclamini radix ex aceto. Anagallidum caerulea procidentiam sedis retro agit: e diverso rubens proritat. Cotyledon condylomata et haemorrhoidas mire curat. Testium tumores acori

Dauci. Subintellige, radicis. Semen certe ad pellendas urinas commendat in primis Diosc. III, 83. H.

Ischiadici. Diosc. III, 160. H.

Panace. Illini iubet ischiadi Diosc. III, 55. H. — *Poto.* Gron. et al. ante H. *pota.* Ed. P.

Infricata polemonia. Et pota quoque ex aqua, si Dioscoridem audimus, IV, 8; et, qui Dioscoridem ubique sequitur, Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 221. H.

Nervus. Πλατὺς hoc est, latus, amplus, patens. Nervum intelligit cruris crassissimum, maximumque iptar lumbares, qui ad genu usque procedit. Ad coxendicum articulorumque dolores facere agaricum ex aceto mulso potum, ait Dioscor. III, 1. H. — *Platys appellatur.* Sic tendinem latum vocari puto, qui in calcem inseritur. Bal.

Quinquefolium Diosc. IV, 42 Marc. Emp. c. xxv. p. 174: *Ad ischiadem*, inquit, *herba pentaphyllos, foliis fragorum simillima, cum vino trita; in balineo in solio data potui, hac valetudine laborantes, cito remediabit.* H.

Item scammonia decocta. Dioscor. IV, 174: Συνεψηθεῖσα δὲ ὄξει καὶ λιανθεῖσα μετὰ ἀλεύρου κριθίνου, ἰσχιαδικῶν ἐστι κατάπλασμα. H.

Semen hyperici utriusque Dioscor. III, 171 et 174. H.

Condylomata. Diosc. IV, 42.

Sedem. Procidentem. Dioscor. II, 194: Εἶδαν δὲ προπεσοῦσαν σὺν ὄξει καταχριόμενος ὁ χυλὸς καθίστησι. *Sedem procidiam radicis succus ex aceto illitus restituit.* H. — *Eversam.* Sic et Chiffl. *conversam* Gron. et al. ante H. et statim mox *anagallis*, non *anagallidum.* Ed. P.

Anagallidum caerulea procidentiam sedis. Dioscorid. II, 209: Φασὶ δὲ ἔνιοι τὴν μὲν ἔχουσαν τὸ κυάνεον ἄνθος, προπτώσεις δακτυλίου στέλλειν· τὴν δὲ τὸ φοινικοῦν, ἐρεθίζειν καταπλασθεῖσαν. *Aiunt nonnulli impositam anagallidem eam, quae caeruleum edit florem, sedis procidentiam retro agere: quae vero phoeniceum, eamdem pro-*

radix decocta in vino: tritaque, et illita. Intertrigines negat fieri Cato, absinthium ponticum secum habentibus. (IX.) Alii adiiciunt et pulegium: quod ieiunus qui legerit, si post se alliget: inguinis dolores prohibet, aut sedat coeptos. Inguinalis, quam quidam argemonem vocant, passim in vepribus nascens ut prosit inguinibus, in manu tantum habenda est.

LIX. Panos sanat panaces cum melle: plantago cum sale: quinquefolium: persolatae radix, ut in strumis: item damasonium: verbascum cum sua ra-

ritate. H. — Anagallidum caerulea, nobis est *Anagallis arvensis*; rubeus, *phoenicea*: de quibus iam nobis alias actum. Ed. P.

Intertrigines. Cato de Re Rust. 159, p. 59: *Intertrigini remedium: in viam quam ibis, absinthii pontici surculum sub anulo habeto.* Apul. cap. c, t. 4: *Ad inguinum vel intertriginis molestias: Herbae absinthii et mortubii surculum sumito, et in semicinctio tecum portato, sanaberis.* Intertrigines attritus sunt femorum. In Notis quae Tironis falso dicuntur, ap. Grut. p. 180: *Rhagadium. Intestigo. Intestiginosum.* Lege, *Intertrigo. Intertriginosum.* H. — De absinthio pontico, sive *Artemisia pontica*, conf. l. XXVII, cap. 28. Ed. P.

Inguinaria quam quidam argemonen. Inguinalis, non *Inguinaria*, et *Argemonion*, non *Argemonen*, in nostro apographo. Dubito autem de integritate fideque huius loci. Nec mihi, ne dubitem, persuadebit Hermolaus in Corollario. *Inguinalis enim, seu Inguinaria, Aster Attious, Asterion, Bubonion*, et aliis nominibus ab antiquis et recentioribus medicis appellatur, *Argemone* vero seu *Argemonion*, diversa omnino herba est. Nec in re aperta necessarium est plura dici. Pint. — *Inguinaria*, etc. Alia haec quam buboniam descriptum, l. XXVII, cap. 5. Quibusdam cruciata descripta Dodonaeo, lib. IV, cap. 78. Dalec. — *Inguinalis.* In Reg. 2, *Inguinalis, quam quidam argemonion.* In Reg. 1, *Argemon.* In Indice, *Inguinalis, sive Argemo.* Argemoniam vocare videtur Marc. Emp. cap. xxxii, pag. 225, et c. xxxiv, p. 235. Quam porro Plinius inguinalem vocat, si alia est ab argemonia, de qua XXV, 56, aut a lappa canaria, quam pariter argemonem dixere, ut vidimus, XXIV, 116, obscurum est. Hard.

LIX. *Panos sanat panaces*, etc. Dioscor. III, 56. Hard.

Plantago. Sic et Dioc. II, 153.

Quinquefolium. Dioscorid. IV, 42. Hard. — *Tormentilla erecta.* Ed. P.

Persolatae. Quod et arcion a Dioscoride IV, 107, appellatur. Quo illa modo in strumis imponatur, diximus cap. 12. H. — *Arctium Lappa* L. seu *Lappa maior.* Decand. de qua saepius iam nobis dictum. Ed. P.

Item damasonium. Dioscor. quoque III, 169. Hard.

Verbascum. Ad αἰθιόπικα, hoc est

dice tusum, vino aspersum, folioque involutum, et ita in cinere calfactum, ut imponatur calidum. Experti affirmavere, plurimum referre si virgo imponat nuda, ieiuna ieiuno, et manu supina tangens dicat: « negat Apollo pestem posse crescere, cui nuda virgo restinguat »: atque ita retrorsa manu ter dicat, totiesque despuant ambo. Medetur et radix mandragorae ex aqua: radicis scammoniae decoctum cum melle: sideritis cum adipe vetere: vel Chrysippea cum ficis pinguibus: et haec ab inventore habet nomen.

ad tomores commendatur a Dioscor. IV, 101. Hard.

Cui nuda Sic e MSS. Hard *quam nuda* Gron. et al. Ed P.

Retrorsa manu Aversa manu, prona, quum vola terram spectat: ut contra supina, quum vola caelo obvertitur. Hard.

Radicis scammoniae decoctum. Dioscor. IV, 171. Hard.

Sideritis cum adipe vetere: vel Chrysippea cum ficis pinguibus. Nonnulla hic verba addenda sunt, ex vetere apographo: *Sideritis cum adipe vetere contusa. Marrubium cum axungia vetere, vel Chrysippea*, etc. Pint. — *Chrysippea.* Quid Chrysippea sit, velle indicare, harioli foret, et coniectoris parum sani. H. — *Chrysippea.* Ignota herba. Sic scientiae nocent data plantis hominum nomina. Brot. — Hominum nomina plantis data quomodo botanicae rei nocere possint non satis nobis liquet. Annon probe novimus, ex auctoribus tum graecis, tum latinis, Paeoniam, Chironium, Achilleam, Teucrium, Artemisiam, Eupatoriam, Euphorbiam? Nonne vero plures hodieque plantas ignoramus, quibus nomina Plinius adscripsit, seu nihil omnino, seu virtutem aliquam aut similitudinem significantia? ut malvodrum, petilium, perpressum, chalceum, nodium, fertum oculum, therionarcam, ec. ne magicas huc omnes trahamus. Immo hercle triticum aut quercus Veterum quae qualiaque fuerint, plane foret in dubio, si uno vocabulo, ut Chrysippea illa, fuissent designata. Antiqui herbarii oec satis ipsas descriptiones, nec nomina immutabilia protulere. Inde mali labes; inde tot planiae in medicinam receptae, indeque tenus hodie nobis innotescunt. Recentioribus vero botanicis bene noti universim classium, et ordinum, et generum, ut vocant, caracteres: certae descriptionis et nomenclaturae leges, a Linnaeo traditae, sacrae omnibus habendae, nec ulli nisi pari viro infirmandae. Quum autem nomen genericum simpliciter *nominare* debeat, potius quam *significare* (Juss. gener. plant. praefat. 23), saepius cum emolumento, ne sine incommodo tantum dicamus, *arbitrarium* plerumque plantis datur: poeticum videlicet ut *Circaea*, *Narcissus*: divinum aut regum, ut *Heracleialis*, *Lysimachia*: ex inventoribus, aut pri-

LX. (x.) Venerem in totum adimit, ut diximus, nymphaea heraclia: eadem semel pota, in XL dies. Insomnia quoque Veneris a ieiuno pota, et in cibo sumpta. Illita quoque radix genitalibus, inhibet non solum Venerem, sed et affluentiam geniturae, ob id corpus alere vocemque dicitur.

LXI. Appetentiam Veneris facit radix e xiphio superior, data potu in vino. Item quam crethmon agrion appellant: et horminos agrios, cum polenta contrita.

LXII. Sed inter pauca mirabilis est orchis herba:

mis nuntiis, ut *Cinchona*, *Nicotiana*, *Saracenia*: ex botanicis fautoribus, ut *Borbonianae*, *Bignoniae*, *Iosephiniae*: ex peregrinatoribus, ut *Banksia*, *Commersonia*, *Humboldtia*: ex botanicis optimis, ut *Tournefortia Jussiaea*, *Adansonia*, *Linnaea Fontanesia*, *Willdenovia*, *Smithia*, etc. quarum appellationum primum a Tournefortio rarissime admissarum, et tunc honorificarum, numerus in infinitum crevit, ipso abutente Linnaeo, ita ut evilnerit decus inde consectarium, cuilibet nunc concessum botan philo. Ed. P.

LX *Venerem in totum adimit*. Lib. XXV, cap 37: *Qui biberint eam duodecim diebus, coitu geniturique privari* Hard.

Heraclia Heracleam vocat, quod radix, ut ait Dioscorides, ῥοπαλοειδὴς sit, id est, clavae similis, nempe Herculis: aut quod natam fabuleotur nympha zelotypia erga Herculem morbia. Vide lib XXV, c. 7. Dal.

Eadem Hoc est, si per dies duodecim bibatur, ut dictum est XXV, 37, in totum Venerem adimit: si vel semel bibatur, Venerem in XL dies exstinguit. Hard

Insomnia. Subintellige, adimit in totum. Diosc. III, 148. Hard

Corpus alere. Quoniam habiliores sunt, et voce magis canora, qui Venere non utuntur. Dalec. — *Ob id*. Vide quae de raphano diximus, XX, 13. Hard.

LXI. *Radix e xiphio superior*. Dioscorid. IV, 20. Φασὶ δὲ καὶ ἀφροδίσια παρορμᾷν τὴν ἀνωτέρω ῥίζαν σὺν οἴνῳ πωθεῖσαν. Hard.

Et horminos agrios, etc. Dioscor. III, 145: Ορμινον ἄγριον.... δοκεῖ δὲ τοῦτο σὺν οἴνῳ πινόμενον, συνουσίαν παρορμᾷν. Illud est quod XVIII, 22, a Dodonaeo delineari diximus pag. 290 H. — Nobis *Salvia Horminum* (*Diand monogyn*. gen. 64 Pers *Labiat*. Juss.) Habitat in Apulia, Graecia, etc. Ed. P.

LXII. *Sed inter pauca mirabilis*. Dioscor III, 144: Ορχις ἕτερος, ὃν σιραπιάδα ἕτεροι καλοῦσιν, ὃς καὶ Ἀνδρίας. διὰ τὸ πολύχριστον τῆς ῥίζης· φύλλα ἔχει δοιὰ πράσῳ, etc. Nam totidem verbis et a Dioscoride, et ab Oribasii interprete delineatur, XII, p. 210. Testiculum canis officinae vocitant. Quin et eadem omnia orchitum genera Satyria nominant, Gallique officinas sequuti, *Satyrion*: Apuleium

sive serapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice, testiculis simili, ita ut maior, sive (ut aliqui dicunt) durior, ex aqua pota excitet libidinem: minor sive mollior, e lacte caprino inhibeat. Quidam folio scillae esse dicunt, laeviore ac minore, caule spinoso. Radices sanant oris hulcera: thoracis pituitas, alvum sistunt e vino potae. Concitatricem vim habet satyrion. Duo eius genera: una

quoque qui c. 5, orchies, et satyria nullo discrimine habuit. Nos viginti omnino genera vidimus in horto Regio. Sunt omnium cognatae vires et ad Venerem in primis concitandam pares. H. — Ορχις Theophrast. Hist. IX, 19; Ορχις ὁν σερακιάδα Diosc. laud. loc. nobis est *Orchis Morio* (*Gynand. diand.* gen. 1974 Pers. *Orchid.* Juss). Habitat in Europae Orientisque silvis. Omnes fere orchios species lubricandi, inviscandi, nutriendique summam vim obtinent. *Orchies Morio*, *mascula*, *militaris*, aliaeque radice bituberosa gaudent, analeptica, ideo et aphrodisiaca, quam nostrates *salep* appellant. Boves etiam, qui *Orchin bifoliam* in Dalecarliae pascuis ederint, acerrimos in coitum fieri testatur Linnaeus. Et alia sunt ex *Orchidearum* ordine genera, quibus eadem, aut multo efficacior virtus ad venerem stimulandam, ut *Epidendro Vanillae*, etc. Ed. P.

Est archis herba. Haec reponenda ita supt: *Est orchis herba, duo eius genera: Una, etc. ac residente Nascitur fere circa mare. Altera serapias orchis cognominatur, etc. habet ut satyrion. Haec et tumores et vitia, etc. trita.* Dal.

Sive serapias. In Indice, more latino, *serapia*. Vt *rhatan* alibi, pro *rhaerada* dixit. Hard.

Ita ut maior. Haec de primo orchi Dioscorides, non de serapiade. Dal. — *Maior*, etc. Dioscor. III, 141, sq. e gemina radice seu bulbo, teneriorem ait a mulieribus Thessalis e lacte caprino propinari ad excitandam libidinem: alteram quae aridior, duriorque est, ξηρὸς ad eamdem inhibendam Theophrast. Histor. IX, 19, utrumque e lacte caprino sumi ait; sic sumpto maiore libidinem excitari: inhibere minore. Vide et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 216. Hard.

Quidam folio scillae, etc. Ex Theophrasto legendum: *Quidam folio scillae esse dicunt laeviori ac minori, caule cuivis tritici generi simili, aut acantho*: et hoc recte. Nam caulis laevis, gracilis ut trilici, nodis ut acanthi, nullis vel paucis foliis vestitus, spinam elegantem, congestis floribus densam profert Dalec. — *Quidam*. Theophr. loc. cit. Φύει δὲ τὸ φύλλον σκιλλώδες, λειότερον δὲ καὶ ἔλαττον· τὸν δὲ καυλὸν ὁμοιότατον ἢ ἀκάνθῃ. Hard.

Laviore ac minore. Gron. et al. *leviori ac minori*. Ed. P.

Radices sanant oris hulcera. Diosc. III, 142. Hard.

Alvum sistunt e vino potae. Diosc. loc. cit. Ἱστησι δὲ καὶ κοιλίαν σὺν οἴνῳ πωθεῖσα. Hard.

Concitatricem vim habet satyrion. Testatus alio loco sum testaborque

longioribus foliis, quam oleae, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina ad formam hominis testium, alternis annis intumescente ea ac residente. Altera satyrios orchis cognominatur, et femina esse creditur. Distinguitur internodiis et ramosiore frutice, radice fascinis utili. Nascitur fere iuxta mare. Haec tumores et vitia partium earum cum

subinde, imperitia excerpentium, transcribentium, annotantium, exponentium, castigantium, multa eminentissimo huic auctori verba falso accrevisse: cuiusmodi puto esse quae modo posui. Alii qui confunderentur duo genera herbae quae dicitur *Orchis*, cum duobus generibus satyrii, de quibus disseret illico, quod contra Dioscoridem, lib. III, et Theophrastum, l. IX. Quos confer cum Plinio, deinde pronuntia. Hinc fit etiam ut verba illa quae statim sequuntur: *Altera satyrion orchis cognominatur*, mendosa existimem, legendumque non *satyrion archis*, sed *cynosorchis*, ex eodem Dioscoride eodem libro. Haec si considerasset Marcellus Dioscoridis interpres, non tam culpasset Plinium, tanquam in utroque satyrio discrepantem. Pint. — *Concitatricem*, etc. Arbiter in Satyra: *Ita est*, inquit Quartilla. *Quidquid satyrii fuit, Encolpus ebibit.* Ac rursum: *Illinc puella penicillo, quod et ipsum satyrio tinxerat, Ascylton opprimebat.* Dal. — *Concitatricem.* Ad venereos impetus Hard.

Vna longioribus foliis, quam oleae. Hic Dioscoridis orchis est, III, 141; Latinis satyrion nuncupatum: Ορχις, οἱ δὲ κυνόσορχιν καλοῦσι, φύλλα ἔχει ... ἐλαίᾳ μαλακῇ ὁμοῖα ... μακρότερα, etc. H. — Dioscoridea species nobis eadem videtur atque *Orchis pyramidalis*. Cf. Sprengel. Hist. Rei herb. I, 189. Ed. P.

Alternis annis intumescente (sic olim). Addit antiquum exemplar verbum ea: *Alternis annis intumescente ea ac residente.* Pint.

Altera Hoc vero genus a graecis scriptoribus praetermissum. Hard. — Conf. quae de crataeogono dicenda sunt XXVII, 40. Ed. P.

Distinguitur internodiis. Haec negligenter a liberto Plinii ex historia crataeogoni orcheon ac satyriorum descriptioni inserta sunt. Dal. — Conf. etiam Bod. a Stapel. notl. in Theophrast. Hist. IX, 19, p. 1158. Ed. P.

Radice fascinis utili. Radice bulbosa, mali magnitudine, fulva, intus ovi modo candida, sapore dulci et ori iucundo. Diosc. Plinius haec valde pervertit, miscens orcheon satyriorumque descriptiones, quae Venerem concitant, tum etiam crataeogoni, quod ad mares gignendos valet, atque phylli thelygoni, et arrhenogoni, quorum historia diversa est Theophrasto et Dioscoridi. Repetitur historia cynosorcheos et crataeogoni infra l. XXVII, cap. 8. Dal.

Partium Genitalium. H. — *Partium earum*, etc. Gron. et al. ante Hard. *part. earum erumpentia cum*, etc. *et statim mox, vel per se trita.* Pint. *illita.* Ed. P.

polenta illita sedat, vel per se. Superioris radix in lacte ovis colonicae data, nervos intendit: eadem ex aqua remittit.

LXIII. Graeci satyrion, foliis lilii rubri, minoribus, et tribus non amplius e terra exeuntibus tradunt, caule laevi cubitali, nudo, radice gemina: cuius inferior pars et maior mares gignat, superior ac minor feminas. Et aliud genus satyrii erythraicon appellant, semine viticis maiore, laevi: durae radicis, cortice rubro, intus album, includi, sapore subdulce, fere in montuosis inveniri. Venerem, etiamsi omnino manu teneatur radix, stimulari; adeo si bibatur in vino austero. Arietibus quoque et hircis segnioribus in potu dari. Et a Sarmatis, equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium prosedamum vocant. Vim eius restinguit aqua

Superioris Eius quam orchin esse Dioscoridis diximus. Hard.

LXIII *Graeci satyrion*, etc. Vt Dioscor III, 143: Σατύριον. οἱ δὲ τρίφυλλον καλοῦσι... φύλλα τρία φέρει.... κρίνῳ ὅμοια, etc Hard. — Forte *Orchis bifolia*, Habitat in Europae pascuis Quomodo ad *Tulipam suaveolentem* seu *praecocem* (Clus Histor. I, 150) referri potuerit, nescit Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, p. 189. Ed. P.

Foliis lilii rubri, minoribus. Scribo, *foliis lilii, rubris, minoribus*. Dioscorides loc. cit. *Satyrion*, inquit, *sunt qui a foliorum numero triphyllon, id est, trifolium vocent; quoniam tribus plerumque foliis fractis viret, rumici liliove similibus tantum et rubentibus.* Pint.

Cuius inferior pars et maior, etc. Hoc de priore orchi pariter Dioscor. III, 141, ut sunt nimirum, quod ante monuimus, congeneres omnium horum facultates. Hard.

Aliud genus satyrii erythraicon. Diosc. III, 144: Σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον, οἱ δὲ σατύριον ἐρυθραϊκόν, etc H. — Satyrion erythronion Dioscor. loc. laud. Sprengelio eodem nomine est, *Erythronium Dens canis* (*Hexand. mono. yn.* gen. 796 Pers *Liliac* Juss). Planta haec est Mithridati adscripta, de qua Noster egit, XXV, 35? Habitat in Europa meridionali, etc Conf. Histor. Rei herb tom. I, pag 125 et 168. Ed. P.

Viticis maiore. Λίνου, non ἄγνου, lini. Dioscor Dal.

Subdulce. Gronov. et al. ante Hard. *sapore subducere.* Ed. P.

Venerem etiamsi, etc. Totidem verbis Diosc. loc. cit. H.

Adeo si. Multo magis, si H.

mulsa, aut lactuca sumpta. In totum quidem Graeci, quum concitationem hanc volunt significare, satyrion appellant: sic et crataegin cognominantes, et thelygonon, et arrhenogonon, quarum semen testium simile est. Tithymali quoque ramorum medullam habentes, ad Venerem proniores fieri dicuntur. Prodigiosa sunt, quae circa hoc tradidit Theophrastus, auctor alioqui gravis, septuageno coitu durasse libidinem contactu herbae cuiusdam, cuius nomen genusque non posuit.

LXIV. Sideritis adalligata varices minuit, et sine dolore persanat. Podagrae morbus rarior solebat esse non modo patrum avorumque memoria, verum etiam nostra, peregrinus et ipse. Nam si Italiae

Aut lactuca sumpta. Quoniam haec maxime refragetur Veneri, ut dictum est XIX, 38. H.

In totum quidem Graeci, etc. Omnino Graeci, inquit, quum herbam aliquam, aliudve, quod hanc vim concitatricem Veneris habeat, significare volunt, satyrion appellant. Sic enim et crataegin, sive crataeogonon nuncupant, aliasque. Arrhenogoni certe semen esse testium simile prodidit Theophrast. Hist. IX, 16. H.

Sic et crataegin cognominantes. Lego: *Sic et crataeogonon cognominantes, quod distinguitur internodiis numerosiore frutice, semine ari, radice inutili, et arrhenogonum, cuius semen*, etc. Sic restituendus hic locus solo transpositu periodorum corruptissimus. Dalec. — *Thelygonon* et *arrhenogonon* Multa, hic confunduntur a Plinio, ut monuit eruditus Langius. Vnum arrhenogonon testibus simile semen habet; non vero thelygonon, et quinus etiam craeogonon. Ed. P.

Prodigiosa. Theophr. Hist. IX, 20, et ex eo Athen. I, p. 68. *Ab India in Graeciam allatum id herbae genus addit Theophr.* In libris indicarum navigationum aliquot herbarum ai mili virtute praeditarum historiam reperias: cuiusmodi sunt *Amsiam*, *Agnacat*, *Tambor* sive *Beul*, et aliae. H.

Theophrastus. Hist. IX, 20. Iohannes Leo in Africa sua radicis *Surnach* meminit, in occidentali parte Atlantis crebrae, quae in eclipsate sumpta penem inflat, et roborat: Venerem auget, vel si quis in eam tantum casu minxerit, credentibus incolis, quum eam virgines perminxissent incautae, sine virorum concubitu gravidatas fuisse. Satyrii radicem hanc esse puto Dalec.

Genusque. Gron. et al. ante H. *speciemque.* Ed. P.

LXIV. *Persanat.* Sic et Chiff. Gron. et al. ante H. *praestat.* Ed. P.

fuisset antiquitus, latinum nomen invenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quoniam et in multis sponte desiit, et in pluribus cura. Medentur panacis radices, cum uva passa: succus hyoscyami cum farina, vel semen: scordion ex aceto: iberis, uti dictum est. Verbenaca cum axungia trita, cyclamini radix, cuius decoctum et pernionibus prodest. Podagras refrigerat radix e xiphio, semen e psyllio, cicuta cum lithargyro aut axungia aizoum in primo impetu podagrae rubentis, hoc est, calidae. Vtrilibet vero convenit erigeron cum axungia: plantaginis folia trita addito sale modico, argemonia tusa ex melle. Medetur et verbenaca illita, aut si pedes macerentur in aqua, in qua decocta sit.

LXV. Et lappago, similis anagallidi, nisi esset

Medentur panacis radices. Dioscor. III, 55: Αρμόζει καὶ ποδαγρικοῖς μετὰ σταφίδος ἡμέρου καταπλασσόμενος. H.

Succus hyoscyami. Scribit Dalecampius in ora editionis suae, ex codicis vetusti nescio cuius auctoritate, *cum farina sesamae.* Ex interpolatoris id cuiuspiam officina est. Vulgatae lectioni MSS. codd. Plinio ipsi Dioscorides suffragatur, IV, 69, de succo hyoscyami: Σὺν ἀλεύροις δὲ ἢ ἀλφίτοις... πρός τε ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς, καὶ τὰς ἄλλας· τὸ δὲ σπέρμα τὰ αὐτὰ παρέχει. H.

Scordion ex aceto. Sic et Dioscor. III, 25. H.

Iberis, uti dictum est. Nobis *Lepidium Iberis*, de quo Noster fusius egit lib. XXV, cap. 49. Ed. P.

Verbenaca cum axungia. Ad tumores et inflammationes commendatur a Dioscor. IV, 61. H.

Cyclamini. Dioscor. II, 194: Εὐθετεῖ δὲ καὶ πρὸς ποδάγραν..... καὶ χίμετλα τὸ ἀφέψημα αὐτῆς καταντλούμενον. Hard.

Semen. Diosc. IV, 70. H.

Aizoum. Aizoi folia vel per se, vel cum polenta imposita, Dioscorid. IV, 89 sq. H.

Vtrilibet. Hoc est, sive podagrae frigidae, sive calidae et aestuanti. Marc. Emp. cap. XXXVI, p. 243: *Herba senecio, quae in tegulis nascitur, cum sale trita, vice malagmatis imposita, podagricis prodest.* H.

Plantaginis folia trita, etc. Marc. Empir. Herum cap. XXXVI, d. 246. Hard.

Argemonia. Inflationes omnes sedari ea imposita, scribit Dioscor. II, 208. H.

In aqua. Gron. et al. ante Hard. *in eius decocto.* Ed. P.

LXV. *Et lappago.* Sive lappa canaria, de qua diximus, XXIV, cap. 116. H.

ramosior, ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, gravis odoris: quae talis est, mollugo vocatur.

Similis, sed asperioribus foliis, asperugo. Superioris succus expressus pondere XI denariorum in vini cyathis duobus quotidie sumitur.

LXVI. Praecipue vero liberat eo malo phycos thalassion, id est, fucus marinus, lactucae similis, qui conchyliis substernitur: non podagrae modo, sed omnibus articulorum morbis impositus, priusquam

Mollugo. Est quibusdam Rubia silvestris, laevis, C. Bauh. melius Brot. dicitur Galium montanum, latifolium, ramosum, Tournefort. Nobis eodem nomine est *Galium Mollugo* (*Tetrand. monogyn.* gen. 241 Pers. *Rubiac.* Juss.), var. β pubescens. Habitat in pratis, ad sepes, vias: flores citrini, albi. Ed. P.

Quae talis est, mollugo vocatur, etc. Intellige esse duo lappaginis genera; utrumque peculiari qualitate denominatum. Gal. — *Quae.* Mollugo altera ex iis apud Marcellum Emp. p. 179, cap. XXVI, dicitur, et ad renes commendatur. De asperugine diximus ad l. XXIV, 116 H.

Similis, sed asperioribus foliis, asperugo. Falluntur qui molluginem et asperuginem duas eiusdem generis species aut varietates esse putant, et posteriorem ad Rubiam silvestrem, asperam, C. Bauh. referunt. Asperugo a mollugine omnino genere diversa est: apud nos servat nomen: *Asperugo procumbens* (*Pentand. monogyn.* gen. 361 Pers. *Borragin.* Juss.) Habitat in ruderatis pinguibus. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 201. Ed. P.

LXVI. *Phycos thalassion.* Dioscor. IV, 100: Φῦκος θαλάσσιον... ψυκτικὴν ἔχει δύναμιν, ποιοῦσαν ἐν καταπλάσμασι, ποδαγρικοῖς, καὶ ταῖς φλεγμοναῖς· δεῖ δὲ αὐτῷ χρῆσθαι ἐνίκμῳ πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι. H. — *Phycos thalassion, id est, f. marinus.* Tres quoque φύκους θαλασσίου species Diosc. enumerat loc. laud. unum nempe latum, quod nobis *Fucus sacarinus*; alterum oblongum et quadamtenus puoiceum, forte *Fucus sanguineus*; tertium in Creta iuxta terram nascens, quod nobis *Fucus cartilagineus* (ex *Cryptogam.* Linn. *Algarum* ordine Juss. *Thalassiophytor.* Lamouroux.); et hoc vestes in Creta tingi testatur Theophrast. Hist. Pl. IV, 7. Conf. Sprengel. Histor. Rei herb. t. I, pag. 108 et 193. Ed. P.

Qui conchyliis substernitur, etc. Significat conchylietae vestis tincturam eo colore praeparari. Substernuntur colores, quibus primum lana imbuitur, ut alii pretiosiores superinducantur. Hodie varantia et guastum (*garance pastel*) coccineis et purpureis substerni solent, ut colorem alligent, et tenacem faciant. Ab hoc marino fuco tingendis vestibus idoneo Latini tincturam omnem *fucum* appellavere. Salm. 1147. — Disputat de eo fuco prolixe Philosophus Histor. Anim. VI, 12, p. 692. H.

exarefiat. Tria autem genera eius: latum, et alterum longius, quadamtenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tingunt: omnia eiusdem usus. Nicander ea et adversus serpentes in vino dedit. Salutare est et semen eius herbae, quam psyllion appellavimus, madefactum aqua, admixtis in heminam seminis resinae colophoniae cochlearibus duobus, thuris uno. Laudantur et mandragorae folia cum polenta tusa. (XI.) Talis vero tumentibus limus aquaticus cum oleo subactus mire prodest. Articulis succus e centaurio minore. Idem nervis utilissimus. Item centauris. Vettonica nervis discurrentibus per scapulas, humeris, spinae, lumbis, pota, ut in iocinere. Articulis quinquefolium impositum. Man-

Tria autem genera eius. Totidem verbis haec Dioscor. IV, 100: Φῦκος θαλάσσιον φύεται, τὸ μέντοι αὐτοῦ πλατύ· τὸ δὲ ὑπόμηκες καὶ φοινίσσον· τὸ δὲ λευκόν. φυόμενον δὲ ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ γῇ, εὔανθες ἄγαν καὶ ἄσηπτον. *E fuci marini generibus, quoddam latum: alterum oblongum, et quadam tenus puniceum; tertium candidum, quod in Creta nascitur iuxta terram, pulchre floridum, neque corruptioni obnoxium.* Plinius et Orib. τὸ δὲ οὖλον, legerunt alibi, non λευκόν. H.

Tingunt. Sic et Chiffl. *tinguntur* Gron. et sl. ante Hard. En. P.

Nicander. Dioscorid. loc. cit. Νίκανδρος δέ φησι καὶ θηριακὸν εἶναι τὸ φοινικοῦν. Nicandri versus est eiusce modi in Ther. p. 60: Εἴ τι, καὶ φοινίσσον δὴ καταβάλλεο φῦκος.

Laudantur. Diosc. IV, 76. H.

Talis vero tumentibus limus, etc. Ad verbum haec Plin. Val. II, 48, et Marc. Emp. XXXIV, p. 233.

Idem nervis utilissimus, etc. Diosc. III, 9: Πόδεις δὲ ἁρμόζει τοῖς περὶ τὰ νεῦρα πάθεσιν ἰδίως. H.

Vettonica. Etiam praecisos glutinari ea censuit Marcell. Empir. cap. XXXV, p. 240 H.

Pota. Ita libri editi et Reg. 2; recte. In quibusdam aliis, *posita*, perperam. Etsi ex iis Dalecampius fortassis *imposita* scribi satius esse coniiciat. Quum vero eumdem vettonicae sumendae modum in hisce morborum generibus praefiniat, quem in iocinere sanando adhibuit cap. 49, ibique cyathis tribus bibendum admoneat, quin et *pota* quoque hic legi oporteat, dubium esse nemini potest. HARD. — *Vt in iocinere.* Hoc est, eo temperamento, quo in iocineris remediis usi sumus, nempe cap. 49. Vettonicae drachmis una in aqua calida cyathis tribus. H.

Articulis quinquefolium, etc. Plin. Val. II, 47. Apul. cap. II, de quinquefolio, tit. 41: *Ad pedum dolorem.* Ius radicis decoctae prodesse ἀρθριτικοῖς scribit Dioscor. IV, 42. H.

dragorae folia cum polenta, vel radix recens tusa cum cucumere silvestri, vel decocta in aqua. Digitorum in pedibus rimis polypodii radix. Articulis succus hyoscyami cum axungia: amomi succus cum decocto: item centunculus decocta, vel muscus recens ex aqua obligatus, donec inarescat.

Item lappae boariae radix e vino pota. Cyclaminos decocta in aqua perniunculos curat, omniaque alia frigoris vitia. Perniunculos et cotyledon cum axungia: folia ex batrachio: epithymi succus. Clavos

Mandragorae folia cum polenta, vel radix recens. Non agnoscit verbum illud *recens* nostrum exemplar, et quidem, ut puto, recte. Dioscorides libro quarto de radice mandragorae: *Radix trita ex aceto, sacros ignes sanat: strumas panosque ex aqua discicit, et cum polenta articulorum dolores sanat.* Pint. — *Mandragorae.* Diosc. IV, 76, cum Theophr. Histor. Plantar. lib. IX, cap. 10. Hard.

Cubitorum (sic olim). *Digitorum*, non *cubitorum*, in eodem legitur, adstipulante etiam Dioscoride, IV, 188. Praeterire tamen nolui in nostro archetypo hunc locum sic legi: *digitorum in depedibus rimis*, quem locum, quum ad praesens non occurrat, quo modo castigem, aliis aestimandum reliquimus. Pint. — *Digitorum.* Libri editi, *cubitorum ac pedum.* Reg. 1, *cubitorum in pedibus.* Reg. 2, *digitorum inde pedibus.* Malui, *digitorum in pedibus.* Diosc. IV, 188, polypodii radicem impositam prodesse ait adversus rimas quae inter digitos fiunt. Ποιεῖ καὶ ... ἡ ῥίζα λεία καταπλασσομένη πρὸς ῥαγάδας τὰς ἐν μεσοδακτύλοις. H. — *Polypodii radix.* Quod nobis item *Polypodium vulgare.* Ed. P.

Articulis succus hyoscyami. Dioscor. IV, 69, et Apul. cap. IV, de symphoniaca, t. 5. Hard.

Amomi succus, etc. Dioscor. I, 14: Ποδαγρικοῖς συμβάλλεται. Hard. — *Obligatus.* Gron. et al. ante Hard. *obligatur.* Ed. P.

Centunculus. Nobis *Polygonum Convolvulus* (*Oetand. trigyn.* gen. 977 Pers. *Polygon.* Juss.), de quo conf. lib. XXIV, cap. 88. Ed. P.

Item lappae boariae. A lappagine, de qua sup. cap. si discrepat, ignota herbariis. H. — Lappa boaria quibusdam eadem videtur ac Caucalis monspeliaca, fructu magno, echinato, C. Bauh. Ed. P.

Cyclaminos. Diosc. II, 194. Hard. — Nobis *Cyclamen ederaefolium*, de quo alias actum. Ed. P.

Perniunculos. Dioscor. IV, 92, et Schol. Nicandri in Ther. pag. 32. H. — *Perniunculos et cotyledon cum axungia.* Gron. et al. una voce ex superioribus repetita, *pern. curat et cotyl.* Ed. P.

Folia ex batrachio. Diosc. II, 206. Hard.

pedum extrahit ladanum cum castoreo: verbenaca ex vino.

LXVII. Nunc peractis malis quae membratim sentiuntur, dicemus de his, quae totis corporibus grassantur. Remedia autem haec communia invenio. Ante omnes potandam dodecatheum, de qua diximus: deinde panacis omnium generum radices, peculiariter longinquis morbis, et semen interaneorum vitiis. Ad omnes vero corporis dolores succum e scordio: item vettonicae, quae pota colorem plumbeum corporis privatim emendat, gratioremque reducit.

LXVIII. Geranion aliqui myrrhin: alii merthryda appellant. Similis est cicutae, foliis minutioribus, et caule brevior, rotunda, saporis et odoris iucundi.

LXVII. *Potandam*. Gr. et Al. ante Hard. *potam*. Dodecatheos autem nobis est *Primula veris*, de qua conf. lib. XXV, cap. 9. Ed. P.

Dodecatheum. Dodecatheos vocatur haec herba a duodecim diis maiorum gentium, sive consentibus, primae auctoritatis et dignitatis inter numina, qui simul in concilium veniunt, praeside et principe ex iis Iove. Ennius his duobus versibus complexus est: *Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo*. Dal.

Deinde panacis. Sic. Theophr. Hist. IX, 12. Hard.

Vitiis. Obstructionibus. Dal.

LXVIII. *Geranion*. Diosc. IV, 116: Μύῤῥις, οἱ δὲ μύῤῥαν καλοῦσιν, τῷ κυνλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἔοικε κωνείῳ. Ῥίζαν δὲ ἔχει ἐπιμήκη, ἀπαλήν, περιφερῆ, εὐώδη, ἡδεῖαν βρωθῆναι. Geranium cicutae folio, supinum vocat Dodonaeus, a quo delineatur, p. 63, quale vidimus in horto Regio: sed illud inodorum. Alterum moschatum, folio ad myrrhidem accedante, et ibi observatum a nobis, pictum vide apud Ioh. Bauhinum, tom. III, pag. 479. H. — Posterior haec species, de qua Hard. Recentioribus dicitur *Erodium moschatum*: sed myrrhin Dioscor. loc. laud. neque ad *Erodii*, neque ad *Geranii* genus pertinere credimus, quae nobis eadem est cum *Scandice odorata*. Cf. l. XXIV, cap. 97. Ed. P.

Alii merthryda appellant. Dioscor. in Noth. pag. 459: Οἱ δὲ μερτρύξ, οἱ δὲ μυῤῥίς. In MSS. *myrtidam*, forte pro *myrtida*. Nam in Indice, *Geranion sive myrrhis, sive myrtis*. H. — *Merthryda*. Broter. ex Reg. cod. 2, *myrtidan*. Ed. P.

Foliis minutioribus. Prima species Dodonaei. Dal.

Caule brevior, rotunda. Gron. et Al. ante Hard. *caule breviore, rotunda*. Ed. P.

Nostri sic eam tradunt. Graeci foliis candidioribus paulo quam malvae, caulibus tenuibus, pilosis, ramosam ex intervallis, binum palmorum: et in his foliis, inter quae in cacuminibus capitula sint gruum. Alterum genus foliis anemones, divisuris longioribus, radice mali modo rotunda, dulci, reficientibus se ab imbecillitate utilissima: et fere talis vera est. Bibitur contra phthisin drachma in vini cyathis tribus bis die. Item contra inflationes: et cruda idem praestat. Succus radicis auribus medetur. Opisthotonicis semen drachmis quatuor cum pipere et myrrha potum. Phthisin sanat et plantaginis succus, si bibatur, et ipsa decocta. In cibo cum sale et oleo, et a somno matutino, refrigerat. Eadem datur his, quos atrophos vocant, interpositis diebus. Vettonica vero phthisicis, eclygmate cum melle, fabae magnitudine: agaricum potum duobus obolis in passo, vel daucon cum cen-

Graeci foliis candidioribus, etc. Hoc est secundum genus Dioscor. vulgo, pes columbinus. Dalec. — *Graeci*. Malvae folio rotundo geranium, pes columbinus dicitur Dodonaeo, p. 61. Gallis, *pied de pigeon*. In horto Regio vidimus. Describitur iisdem paene verbis a Dioscor. III, 131. Hard. — Nobis est *Erodium malacoides* (*Monadelph. Pentand.* gen. 1600 Pers. *Geran.* Juss.). Habitat in maritimis Galliae australis, Hispaniae, Italiae, etc. Potest tamen commode ad *Geranium molle* referri. Conf. Sprengel, Hist. Rei herb. t. I, p. 182. Ed. P.

Ramosam ex intervallis. Vt binum palmorum intervalla inter ramos intelligantur. Gelen.

Alterum genus foliis anemones. Et istud ab eodem Dioscor. iisdem designatur notis, loc. cit. Γεράνιον, τὸ μὲν φύλλον ἔχει ὅμοιον ἀνεμώνῃ, etc. Vulgo id rostrum gruis, ciconiaeque appellatur, *bec de cicogne*. Geranium est Dodonaei tuberosum p. 61; visum a nobis in horto Regio. H. — *Radice mali modo rotunda*, etc. Nobis item *Geranium tuberosum* (*Monadelph. decand.* gen. 1604 Pers. *Geran.* Juss.). Habitat in Italia, etc. Ed. P.

Item contra inflationes. Contra vulvae inflationes, inquit Dioscor. III, 134: Ποθεῖσα ἐν οἴνῳ ἄχρι < πλήθους, ὑστέρας ἐμπνευματώσεις λύει. H.

Phthisin sanat. Diosc. II, 153: Πίνεται δὲ καὶ πρὸς φθίσιν. Et Cels. III, 22. Haro.

Vettonica vero phthisicis. Dioscor. IV, 1, ad verbum. Hard.

Agaricum. Totidem verbis Diosc. III, 1. Hard.

taurio maiore in vino. Phagedaenis (quod nomen sine modo esurientium est, et alias hulcerum) tithymali medentur cum sesamis sumpti.

LXIX. Inter mala universi corporis vigiliae sunt plerisque. Harum remedio monstratur panaces, clymenos, aristolochia, et odore, et peruncto capite: aizoum, sive sedum, si involutum panno nigro, ignorantis pulvino subiiciatur: et oenothera, sive onuris, hilaritatem afferens in vino, amygdalaceo folio, flore roseo, fruticosa, longa radice, et quum siccata est, vinum olente. Haec in potu data feras quoque miti-

Phagédaenis. Diosc. IV, 165, de tithymalo: Αρμόζει καὶ πρὸς πτερύγια, καὶ ἄνθρακας, φαγεδαίνας, γαγγραίνας, σύριγγας. Quid hoc loco phagedaena sit, docuimus XX, 13. Hard.

Quod nomen. Geminos inesse huic voci significatus innuit: alterum pro hulcere, uti diximus XX, 13; alterum, ut sit inexplebilis voracitas, immanis esuritio, inexsaturabilisque appetitus comedendi, et quasi βούλιμος. Από τοῦ αἰνῶς φαγεῖν, φάγαινα et φαγίδαινα. Vide Cael. Aurel. de chron. Morb. III, 3: *Est etiam phagedaena*, inquit, *ex stomachi passionibus, qua affecto sequitur cibi vehemens appetentia, quam Graeci* ὄρεξιν *appellant.* Harn. — *Esurientium.* Sic e Chiffl. Hard. *exedentium* Gron. et al. malum hoc nostris, *boulimie.* En. P.

Et alias hulcerum. Et alioqui *nomen est hulcerum generis cuiusdam phagedaena.* Hard.

LXIX. *Harum.* Ad somnum conciliandum valere plurimum aristolochiam in vino austero tritam, potamque, auctor est Theophrast. Hist. IX, 13. Hard.

Et oenothera. Si quidem legit Marcellus in Dioscoridis tralatione. Vtraque tamen graeca editio, et Hermolaus, sine diphthongo, *onothera.* Pint. — *Oenothera.* Subintelligo, ex antecedentibus, vigiliarum remedio est. In MSS. tum hoc loco, tum in Indice, sine diphthongo, *Onothera, sive onuris.* Sic etiam Galenus de Fac. simpl. med. VIII, pag. 244: Ονάγρον, ἢ ὀνοθήρα, ἢ ὀνοθουρίς. Cum Plinio facit Theophr. Hist. IX, 23: Η δὲ τοῦ οἰνοθήρα ῥίζα δοθεῖσα ἐν οἴνῳ, πρᾴοτερον ποιεῖ, καὶ ἱλαρώτερον τὸ ἦθος. Εχει καὶ ἡ οἰνοθήρα τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἀμυγδάλῃ, etc. Sic etiam Dioscor. IV, 118: Ονάγρα, οἱ δὲ ὀνοθήρα, οἱ δὲ ὄνουριν, etc. nobis adhuc ignota. H. — *Oenothera.* Brot. ex Regg. codd. 1, 2, et edit. principe, *onothera*; quam eamdem habet cum Lysimachia, Chamaenerio dicta, latifolia, C. Bauh. minus bene. Cf. I. Bod. nott. in Theophr. IX, 21, pag. 1174. Oenothera autem Theophrast. loc. cit. Sprengelio iudice, est *Epilobium alpestre* (*Ep. montanum*, v. β? *Octand. monogyn.* gen. 921 Pers. *Onagr.* Juss.). Habitat in montosis, nemoribus, ad muros, etc.

gat. Cruditates, quae nauseam faciunt, digerit vettonica. Eadem pota a coena concoctionem facit, in oxymelitis cyathis tribus drachmae pondere: et crapulam discutit. Item agaricum post cibum in aqua calida potum. Paralysin vettonica sanare dicitur: item iberis, ut dictum est. Eadem et torpentibus membris prodest: item argemonia, omnia quae periclitentur secari, discutiendo.

LXX. Comitiales sanant panacis, quam heraclion diximus, radices potae cum coagulo vituli marini, ita ut sint panacis tres partes: plantago pota: vettonicae in oxymelite drachma, vel agaricum, obolis tribus: folia quinquefolii ex aqua. Sanat et arche-

Onothera vero, sive onagra Dioscor. loc. cit. est *Epilobium roseum*. Habitat in uliginosis ad rivulorum margines. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 89, 171. Hard.

Cruditates. Id vero iam superius indicavit, cap. 25. H.

Eadem. Diosc. IV, 1. H.

Item agaricum. Dioscorid. III, 1. Hard. — *Post cibum*. Gronov. et al. ante Hard. *post cibos*. Eb. P.

Item libris, ut dictum est, etc. Lib. XXV, cap. 49. Hard.

Torpentibus membris. Ob vim calefaciendi, quae ipsius propria dos ac peculiaris est, quapropter et ischiadicis illini utiliter monet Dioscor. I, 188. Hard.

Quae periclitentur secari. Mala tam gravia, ut propter suppurationem ad amputationem membri aut partis alicuius descendere necesse sit. Inflammationes compesci ea scribit Dioscorid. II, 208. Apul. cap. xxxi, tom. 9: *Ad ea quae secanda sunt: Herba argemonia contrita et imposita, aperit et persanat*. Hard.

LXX. *Comitiales sanant panacis*, etc. Sic Theophrast. Hist. Pl. IX, 12. Hard.

Heraclion diximus. Lib. XXV, 13. Hard. — *Heraclion*. Gron. et al. *heracliam*. Eb. P.

Cum coagulo vituli, etc. Quod et per se potum comitialibus prodest, auctore Diosc. II, 85. H.

Plantago pota. Dioscorid. II, 153; sic quoque Scribon. Larg. Comp. xii. Hard.

Vettonica. Vel ex aqua potum mederi iis scribit Dioscorid. lib. IV, c. 1. Hard.

Agaricum. Ex aceto mulso ternis obolis. Diosc. III, 1. Hard.

Folia. Diebus tricenis pota. Diosc. IV, 42. Hard.

Sanat et archezostis. Seu vitis alba, de qua XXIII, 16. In libris vulgg. *sed cum ammineo pota*. Interpolatoris id manu insertum, non ipsius auctoris. In Reg. 2, *sed anno*. Favet Dioscor. IV, 184, de vite alba: Πίνεται δὲ καὶ πρὸς ἐπιληψίας ὁλκὴ α' καθ' ἡμέραν, πρὸς ἐνιαυτόν. *Bibitur ad*

zostis, sed anno pota. Sanat et baccharis radix arida in pulverem contrita, cyathis tribus cum coriandri uno in aqua calida. Et centunculus trita in aceto, aut melle, aut in aqua calida: verbenaca ex vino pota: hyssopi baccae ternae contritae, et in aqua potae diebus sedecim: peucedanum cum coagulo vituli marini aequis portionibus potum: quinquefolii contrita folia ex vino pota diebus XXXI: vettonicae farina pondere X. III cum aceti scillitici cyatho, mellis attici uncia: scammonium obolis duobus cum castorei drachmis quatuor.

LXXI. Febres frigidas leviores facit agaricum potum in calida aqua: tertianas sideritis cum oleo: item ladanum, quod in segetibus nascitur, contusum: plantago ex aqua mulsa, duabus horis ante accessionem pota binis drachmis: vel succus radicis madefactae vel tusae: vel ipsa radix trita in aqua ferro calfacta. Quidam ternas radices in tribus cyathis aquae

morbum comitialem drachmae pondere quotidie anno toto. Vidit e suo codice hoc mendum etiam Pintianus. H. — *Archezostis.* Nobis *Bryonia dioica.* Cf. lib. XXIII, c. 16. Ed. P.

Coriandri uno. Gron. et al. ante Hard. *cum coriandro.* Ed. P.

Baccae ternae contritae. Suspectus hic locus: quoniam et baccas hyssopus non habet, et eam facultatem hyssopo Dioscorides non tribuit. Quod si legimus *ederae*, aut aliquid eiusmodi? Repetitur tamen haec vox sequenti capite, *hyssopi baccae cum aqua potae*, etc. Quidam legunt *isophyri*, alii *chrysocarpi*, alii *hippoglossi*, quod mihi placet. At supra cap. 6: *hyssopi quoque quinque rami, cum duobus rutae, et ficis tribus decocti, thoracem purgant.* Ego prorsus legendum puto, *hyssopi fasces terni contriti et in aqua poti.* Dalec. — *Hyssopi.* Vide quae de hyssopo diximus anteriore libro, c. 87. H.

Peucedanum cum coagulo. Dioscor. III, 92, ex aceto, rosaceoque illitum. Hard.

Ex vino pota diebus XXXI. Ita libri omnes. Dioscor. IV, 42, diebus tricenis tantum: Αρήγει δὲ καὶ ἐπιλήψιας πινόμενα ἐφ' ἡμέρας λ'. H.

Farina pondere X. III. Hoc est, denarium ternum. H.

LXXI. *Febres frigidas leviores facit agaricum.* Dioscor. III, 1, de agarico: Λύει δὲ καὶ ῥίγος πρὸ τῆς ἐπιστημασίας διδόμενον. *Solvit rigorem horroremve, si detur ante febrilium accessionum initia.* Hard.

Plantago ex aqua mulsa, etc. Apul. cap. 1, t. 12 et 14. Hard.

Quidam. Diosc. II, 152.

dedere. Iidem in quartanis et quaternas fecerunt. Buglosso inarescente, si quis medullam e caule eximat, dicatque ad quem liberandum febre id faciat, et alliget ei septem folia ante accessionem, aiunt a febre liberari. Item vettonicae drachmam, in aquae mulsae cyathis tribus, vel agaricum, maxime in his febribus, quae cum horrore veniant. Quinquefolii folia quidam terna tertianis dedere, quaterna quartanis, plura caeteris: alii omnibus tres obolos cum pipere ex aqua mulsa. Verbenaca quidem et lumentorum febribus in vino medetur; sed in tertianis a tertio geniculo incisa, quartanis a quarto. Bibitur et semen hyperici utriusque in quartanis, et horroribus. Vettonicae farina, quae omnes horrores coërcet. Item panaces, adeo excalfactoria natura, ut per nivem ituris bibere id perungique eo praecipiant. Et aristolochia perfrictionibus resistit.

LXXII. Phrenéticos somnus sanat, qui contingit

Iidem in quartanis et quaternas. In MSS. forte rectius: *eadem in quartanis quaterna fecerunt*: eadem sententia, quod existimarent ii ternas radices cum vini ternis cyathis, et aquae pari modo tertianis febribus, itemque quaternas quartanis auxiliari. Sic Diosc. loc. cit. Hard.

Aiunt a febre. Brot. ex Regg. codd. 1 et 2, *aiunt febri lib.* Ed. P.

Item. Plin. Val. III, 4. H.

In his febribus, quae, etc. Diosc. III, 1. H. — *Veniant.* Gronov. et al. ante Hard. *veniunt*; et mox *obolis tribus*, non *tres obolos.* Ed. P.

Quinquefolii. Diosc. IV, 42, totidem verbis. Hard.

Alii omnibus. Hoc est, omni febri, Diosc. c. Hard.

Verbenaca. Totidem verbis Diosc. IV, 61. Hard.

Bibitur et semen hyperici. Sic Diosc. III, 171 et 174. H.

Vettonicae. Plin. Valer. III, 4. H. — *Farina.* Sic Plinius vocat *aridae herbae tenuem pulviculum.* H.

Item panaces. Diosc. III, 55: Δύναμις δὲ αὐτοῦ ἐστὶ θερμαντικὴ ὥστε ἁρμόζει πρὸς περιόδους καὶ ῥίγη, etc. Hard.

Et aristolochia. Apul. c. XIX, de aristolochia, tit. 4: *Frigore exustis: Herba aristolochia ex oleo cocta, calefactoriam vim habet cum axungia porcina.* Ita ille quidem: sed Plinii mentem quam saepe transcribit, praepostere interpretatus videtur: quum is de frigoribus accessionum, horroribusque febrium loquutus sit, quas Graeci ῥίγη, ut Diosc. III, 6, de aristolochia; Latini perfrictiones vocant. H.

LXXII. *Phreneticos somnus sanat,*

peucedano ex aceto capiti infuso, anagallidum succo. Ex diverso lethargicos excitare labor est: hoc praestante, ut perhibent, ex aceto naribus tactis peucedani succo. Contra insanias vettonica bibitur. Carbunculos rumpit panaces. Sanat vettonicae farina ex aqua, aut brassica cum thure, frequenti potu calidae: vel e carbone in conspectu exstincto, favilla digito sublata et illita: vel plantago tusa.

LXXIII. Tithymalus characias hydropicos sanat: plantago in cibo, quum prius panem siccum ederint sine potu: vettonica drachmis duabus in duobus cyathis vini aut mulsi: vel agaricum, vel semen lonchitidis duabus linguis ex aqua potum: psyllion ex vino:

qui contingit, etc. Plin. Valer. III, 9. Apul. cap. CXIV, 1. 2.: *Ad phreneticos: Herba peucedanum cum aceto capii infusa, summe facit.* Sic et Dioscor. III, 94, φρενῖτιν. Cels. III, 18: *insaniam* appellat, quae *et acuta et in febre est. Eius plura genera vide ibi luculenter expressa.* H.

E diverso, etc. Haec totidem verbis Plin. Valer. III, 7, et Dioscor. III, 92. H. — *Excitare.* Gron. et al. *excitari.* Ed. P.

Contra insanias. Diosc. IV, 1: Θεραπεύει μαινομένους; μεθ' ὕδατος πινομένη. *Medetur insanientibus ex aqua pota.* Hard.

Carbunculos rumpit. Diosc. pariter, III, 55: Περιῤῥήττει δὲ καὶ ἄνθρακας. Hard.

Aut brassica cum thure. Cum sale, inquit Diosc. II, 146: Μεθ' ἁλῶν δὲ ἄνθρακας περιῤῥήττει. *Folia cum sale carbunculos rumpunt.*

Exstincto. Brot. ex cod. Regg. 1, 2, et ed. pr. *restinoto.* Ed. P.

Vel plantago tuso. Plinius Val. III, 30: *Carbunculo medendo: suppurationes dirumpit plantago sine lanugine, cum sale contusa.* Theod. Prisc. I, 18. *De carbunculis: Specialiter locis superimponendum est cataplasma de arnoglossa cum pane mundo, et lenticula coeta.* Plantago Graecis, ut diximus, ὀρνόγλωσσον est. H. — De *Plantagine media* et *altissimo*, conf. quae dicta sunt XXV, 39. Ed. P.

LXXIII. *Tithymalus characites* (sic prius). Scribendum *characias*, non *characites*, ex Dioscoride et eius interpretibus. Pint. — *Tithymalus.* Drachmae pondere radice tusa: cum hydromelite. Dioscor. IV, 165. Hard. — *Characias.* Nobis item *Euphorbia Characias.* Cf. supra cap. 39. Ed. P.

Plantago in cibo. Totidem verbis Diosc. II, 152. Hard.

Siccum. Sic Ch. *succum* Gronov. et mox *lingulis*, pro *linguis.* Ed. P.

In duobus cyathis vini aut mulsi. Diosc. IV, 1, ex aqua mulsa, si quidem febricitent: sin aliter, e mulso. Hard.

Semen lonchitidis, etc. Certe urinam ea ciere dicitur a Dioscor. III, 161. H. — *Lonchitidis.* Quae nobis *Serapias Lingua.* Cf. lib. XXV, cap.

anagallidum succus: cotyledonis radix e mulso: ebuli recentis radix, excussa tantum, nec colluta, quod duo digiti comprehendant, ex vini veteris calidi hemina: trifolii radix drachmis duabus ex vino: tithymalum, platyphyllon cognomine: semen hyperici, quod coris appellatur.

Acte, quam quidam esse ebulum putant, radice contrita in vini cyathis tribus, si febris absit, vel semine ex vino nigro. Item verbenaca, fasciculo manus plenae decocta in aqua ad dimidias.

Praecipue tamen chamaeactes succus aptissimus creditur. Eruptiones pituitae emendant plantago, cyclamini radix e melle: ebuli folia trita, et e vetere

88. Et hic quoque Brot. *lingulis*, non *linguis*. Ed. P.

Anagallidum. Dioscorid. II, 208. Hard.

Cotyledonis radix, etc. Diosc. ad verbum, IV, 29. H.

Ebuli. Dioscor. IV, 175: Η ῥίζα δὲ αὐτῆς ἑψηθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ διδομένη παρὰ τὴν δίαιταν, ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ. *Radix in vino decocta, et in cibis data hydropicos adiuvat*. H.

Excussa tantum, nec colluta. Excusso tantum terreo pulvere, qui radici adhaerescit: ipsa non colluta aqua. H. — *Quod*. Gron. et al. ante Hard. *quantum*. Ed. P.

Trifolii. Diosc. III, 123. H.

Tithymalum platyphyllon. Huius radix, succus, folia, aquas per inferna trahunt: Η ῥίζα, καὶ ὁ χυμός, καὶ τὰ φύλλα, ἄγει ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν. Diosc. IV, 165. H. — Nobis *Euphorbia platyphyllos*. Omnes fere Euphorbiae species iisdem viribus pollere supra monuimus. Ed. P.

Semen hyperici, quod coris appellatur. MSS. Reg. et Colb. item Parm. editio, *caros* iterum hoc loco, ut supra c. 54. Hoc hyperici genus urinas ciere docet Dioscor. III, 174. H. — *Coris*. Et nostratibus dicitur *Coris Monspeliensis*. Conf. cap. 54 hui. lib. Ed. P.

Acte, quam quidam esse ebul. putant, etc. Acte silvestris scilicet, ἀκτὴ ἀγρία, quam Ρωμαῖοι ἔβουλουμ vocant, ut ait Dioscor. in Noth. pag. 174. Chamaeactes eadem ebulique nominibus insignior. Apul. c. xci: *De chamaeacte, quam Itali ebulum vocant*; tit. 3: *Ad hydropicos: Herbae ebuli radices conteres, et eius succum expressum cyathis quatuor ex vini sextario semis potui semel in die dato, hydropicis validissime proderit: per anum enim omnis humor detrahetur*. H. Ακτὴ Diosc. IV, 174, est *Sambucus nigra, le sureau*: χαμαιάκτη IV, 175, *Sambucus Ebulus, l'hièble*; de quibus iam suis locis egimus. Ed. P.

Cyclamini radix. Diosc. II, 194: Η ῥίζα καὶ ἐξανθήματα στίλλει. Theophrast. Hist. IX, 10. H.

E melle. Sic et Chifl. *cum melle*, et mox *contrita*. Ed. P.

Ebuli folia trita. Haec recentia,

vino imposita etiam boam sanant, id est, rubentes papulas. Pruriginem succus strychni illitus.

LXXIV. Igni sacro medetur aizoum: folia trita cicutae: mandragorae radix. Secatur in asses ut cucumis: primoque super mustum suspenditur, mox in fumo: dein tunditur in vino aut aceto. Prodest et vino myrteo fovere: mentae sextans, vivi sulphuris uncia, ex aceto simul trita: fuligo ex aceto. Ignis sacri plura sunt genera, inter quae medium hominem ambiens, qui zoster appellatur, et enecat, si cinxerit. Medetur plantago cum creta Cimolia, et peristereos

molliaque, illita ex polenta, inflammationes mitigare, auctor est Diosc. IV, 175. Hard.

Pruriginem. Ipsum quoque ignem sacrum, de quo statim agitur. Theod. Prisciano, I, 20, *de igne sacro.* H.

LXXIV. *Igni sacro medetur aizoum.* Ad erysipelata valere aizoum scribit Diosc. IV, 89. Hard.

Folia trita cicutae. Diosc. IV, 79: Ερυσιπέλατα καταπλασθὲν σβέννυται. Est autem ἐρυσιπέλας Hippocrati πῦρ ἄγριον, tumor e fervente tenuique sanguine conflatus: sive, ex flava bile et sanguine, calidioribus iusta temperatione, mixta fluxio. Latini sacrum ignem appellant, et vulgus ignarum, *le feu saint Antoine.* Sunt tamen qui ignem sacrum ab erysipelate dirimant. Hard.

Mandragorae radix. Theophrast. Hist. IX, 10: a Τὴν δὲ ῥίζαν πρὸς τὸ ἐρυσιπελᾶς, ξυσθεῖσαν καὶ ὄξει δευθεῖσαν. Diosc. IV, 76. H.

Secatur in asses ut cucumis. Asses vocat partes oblongas, in quas solemus cucumeres dividere, hoc est, pepones, melonesve. Prius legebatur, *Siccatur in aëre; ut cucumis.* In Reg. 1, *siccatur in hasres* Rrg. 2, *siccatur in asses.* Ch. *in arses.* nostram emendationem non ipsa modo loci sententia, resque ipsa constabilit, sed et Theophr. qui eadem tradit, Histor. IX, 10: Τέμνουσι δὲ τροχίσκους, inquit, ὥσπερ ῥαφανίδος, ἐνειλήσαντες δὲ ἐν γλύκει ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ. *Secant mandragorae orbiculos, sicuti raphani, et involutos musto in fumo suspendunt.* H. — *Secatur.* Ed. princeps, *siccatur.* Ed. P.

Mentae sextans, vivi, etc. Scrib. Larg. Comp. CCXLV. H.

Fuligo ex aceto. Hoc est, cum aceto. Hard.

Ignis sacri plura sunt genera. Haec totidem verbis Plin. Val. III, 34. Qui porro zoster Plinio, Largo Scribon zona appellatur, c. CXVIII: *Ad zonam,* Comp. CCXLVII: *Ad zonam, quam Graeci ἕρπητα dicunt, faciunt... praecipue cicuta viridis bene trita et imposita.* Hard.

Zoster appellatur. Ignis ille sacer qui zoster, vel zona vocatur, non semper lethalis est, nisi phthisis fuerit praenuntius. Bsor.

Medetur. Plin. Val. loc. citat. Scrib. Larg. Compos. CCXLV: *Ad ignem sa-*

per se: radix persolatae. Aliis quae serpunt, cotyledonis radix cum mulso, aizoum, succus linozostis ex aceto.

LXXV. (XII.) Radix polypodii illita luxatis medetur: doloremque et tumores tollunt semen psyllii, folia plantaginis tusa, sale modico addito: verbasci semen ex vino decoctum et contritum: cicuta cum axungia. Folia ephemeri tuberibus atque tumoribus illinuntur, quae etiamdum discuti possunt.

LXXVI. Morbum regium in oculis praecipue mirari est, tenuitatem illam densitatemque tunicarum felle subeunte. Hippocrates a septimo die in febre

erum, et Dioscor. II, 153, totidem verbis. HARD.

Peristereon. Sive peristereon, de qua Diosc. IV, 60: Στέλλει δὲ καὶ ἐρυσιπέλατα σὺν ὄξει καταπλασθεῖσα. H.

Cotyledonis radix. Diosc. IV, 92: Φλεγμονάς τε καὶ ἐρυσίπελατα.... καταπλαττομένη ὠφελεῖ. HARD.

Aizoum. Dioscor. IV, 89: Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν, ποιοῦσαν πρὸς ἐρυσιπέλατα, ἕρπητας, etc. HARD.

LXXV. *Radix polypodii*, etc. Dioscorid. IV, 188, de ea radice: Ποιεῖ δὲ πρὸς στρίμματα ἡ ῥίζα λεία καταπλασσομένη. HARD.

Doloremque et tumores. Diosc. IV, 70, luxatis tumoribusque psyllium mederi, impositum ex rosaceo vel aqua prodit. HARD.

Verbasci semen ex vino. Folia tumoribus imponit Dioscorid. IV, 104. HARD.

Folia ephemeri tuberibus, etc. Ita libri omnes vulgati, conditivique, quos quidem vidi. Dalecampius ex nescio quo veteri exemplari legit, *uberum tumoribus*. Frustra, non libris modo refragantibus, sed et ipso Diosc. apud quem haec verbis totidem omnino exstant, IV, 85: Τὰ δὲ φύλλα ἐν οἴνῳ ἑψηθέντα καὶ καταπλασθέντα, οἰδήματα καὶ φύματα διαφορεῖ, μήπω ὑγρὸν ἔχοντα. *Folia vero in vino coota illitaque, oedemata tuberculaque discutiunt*, etc. H. — *Ephemeri.* Cf. de ephemero quae nobis dicta sunt lib. XXV, cap. 107. ED. P.

Quae etiamdum discuti possunt. Quae quidem humidi nihil purisve contraxerint, inquit Dioscorid. IV, 85, et Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 175. HARD.

LXXVI. *Hippocrates.* Immo vero ante diem septimum perniciosum: at septimo, nono, undecimo utilem, nisi dextrum hypochondrium durescat. Aphor. lib. IV, 62 et 64. DALEC. — *A septimo die.* Diebus iis qui septimum consequuntur. Sic libri omnes etiam MSS. non, ut quidam reponunt, *ante septimum diem*. Hippocrates, in eo libro, quem inscripsit, de Internis Affectionibus, περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, text. 39, p. 244, morbi regii genus alterum ait esse lethale, nisi primis diebus diligenter adhibita curatio sit. Si ad octavum nonumve diem protrahatur morbus, subsequi

mortiferum signum esse docuit. Nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione. Fit vero et citra febres, impugnaturque centaurio maiore, ut diximus, poto, vettonica, agarici obolis tribus ex vini veteris cyatho: item verbenacae folio, obolis tribus ex vini calidi hemina quatriduo. Sed celerrime quinquefolii succus medetur tribus cyathis potus cum sale et melle. Cyclamini radix drachmis tribus bibitur in loco cali-

daiude graviōrem alterum, ac denique ut plurimum, mortem ipsam: Ἢν δὲ ἡ νοῦσος ἀπομηκύνηται καὶ γένηται ὄγδοος ἢ ἔννατος ξυμπίπτει ἐς νοῦσον... καὶ οἱ πολλοὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ παραχρῆμα φθείρονται. Tamen idem ipse IV, aph. 62: Ὀχόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐπιγίγνονται ἴκτεροι πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν. *Quibus in febribus morbus regius intervenit ante septimum diem, malum.* Aliter in totum Diocles censuit apud Cels. III, 24. Hard.

Vt diximus, poto. Hoc est, radice pota duabus drachmis, si febris sit, in aqua trita, alias in vino: ut dictum est, superiore libro, cap. 30. Minori centaureae hanc vim adscribit Apul. cap. xxxv, tit. 3. Hard.

Vettonica. Ant. Musa, t. 33: *Ad ictericos, id est, morbo regio laborantes, qui sunt auruginosi, vettonicam in vini cyathis tribus frequenter sumptam proficere experti sumus.* Sic Dioscor. IV, 1: Ἰκτεριῶντάς τε καθίστησι. Hard.

Agarici. Diosc. III, 1. H.

Item verbenacae folio. Apul. c. III, de verbenaca, t. 12, alio temperamento. Sed Diosc. IV, 61, totidem verbis ac Plinius. Hard.

Sed celerrime quinquefolii succus medetur tribus cyathis potus cum sale et melle. Quatuor postrema verba in archetypo nostro non leguntur. Recte, opinor, ex Dioscoride, lib. IV, 41. Pint. — *Sed cum sale et melle.* Postrema haec verba, *cum sale et melle*, negat Pintianus in suo exemplari legi: nec sane leguntur in Reg. 2. At Reg. 1 multo vetustior, ea plane exhibet, ut adeo expungere ea religio fuerit. Diosc. IV, 42, scripsisse scio in hunc modum: Ὑγιάζει δὲ καὶ ἴκτερον ταχέος ὁ χυλὸς τῶν φύλλων ποθεὶς ἐπί τινας ἡμέρας τριῶν κυάθων πλῆθος. Τραύματά τε καὶ σύριγγας μεθ' ἁλῶν καὶ μέλιτος καταπλαττόμενα ἰᾶται. *Celeriter quoque regio morbo medetur foliorum succus, tribus cyathis aliquot diebus epotus. Eadem cum sale et melle imposita, tam vulneribus quam fistulis remedio sunt.* An igitur apud scriptorem graecum, ex quo Plinius hausit, quum hasce coniunctas cerneret medicinas, temere is ex subsequente ad superiorem sal melque transvexerit, an ad ipsam reapse pertineant, aliis aestimandum relinquo. Translata temere ab eo esse vix adducor ut credam: quum ea ipsa rursum adhibeat cap. sq. ad sanandas fistulas: rursumque cap. 87, ad hulcera vetera: quos in usus et a Dioscoride hic adsciscuntur. H.

Cyclamini radix, etc. Dioscor. totidem verbis II, 194. Hard.

do, et a perfrictionibus tuto: sudores enim felleos movet. Folia tussilaginis ex aqua: semen linozostis utriusque inspersum potioni, vel cum absinthio aut cicere decoctum: hyssopi baccae cum aqua potae: lichen herba, si quum sumitur, caetero olere abstineatur: polythrix in vino data, struthion in mulso.

LXXVII. Passim et in quacumque parte maxima incommoda nascuntur, qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum caput fecerint. Discutiunt et folia ephedri illita.

LXXVIII. Fistulae quoque in omni parte serpunt, medicorum vitio male sectis corporibus. Auxilio est

Sudores enim felleos movet. Colore fellis, χολώδεις τῇ χροιᾷ, Diosc. Bilem sudore sic expelli docet Galenus, de Facult. simpl. med. VII, pag. 199. Hard.

Hyssopi baccae cum aqua potae. Sic superiori proximo capite loquutus est. Ita vocat fortassis Plinius calices exiguos, qui flori delapso succedunt, et semen continent. Dal. — *Hyssopo officinali*, et *Teucrio Pseudo-Hyssopo* ut caeteris ex *Didynamiae gymnospermiae* seu *Labiatarum* ordine plantis, semina sunt quatuor nuda, erecta, basi affixa receptaculo, et in calice persistente recondita. Calycem seminibus turgidum Noster hic, ut supra, non satis apta appellatione *baccas* nominavit. En. P.

Polythrix in vino data. Dioscorid. IV, 136. Hard.

LXXVII. *Passim et in quacumque parte ac maximo incommodo* (sic olim): In codice vetusto, *passim et in quacumque parte sed maxime incommoda.* Scribendum fortasse non *commoda*, sed *tumida*, hoc est carnosa. Paulus Aegineta lib. III: *Furunculus*, inquit, *tumor est abscessum prae se ferens: qui ex crassis humoribus in carnosis plerumque partibus concipitur.* Pint.

Mortiferum aliquando malum conf. corporibus. Scribendum reor, *mortiferi aliquando male sectis corporibus*, ut paulo infra, *medicorum vitio male sectis corporibus.* Pint. — *Confectis.* Senilibus. Hard.

Remedio sunt pycnocomi folia. Dioscor. IV, 176, de pycnocomo: Καὶ τὰ φύλλα δὲ καταπλαττόμενα, φύματα καὶ δοθιήνας διαφορεῖ, *tubercula furunculosque discutiunt.* Sic etiam Galen. de Facult. simpl. med. VIII, p. 223. Hard.

Si nondum caput fecerint. Si nondum in acutum fastigium sublati fuerint, si nondum in acuminatum verticem extuberaverint. Dal.

Discutiunt et folia ephedri. Sive ephedrae, de qua dictum est supra c. 20. Hard.

centaurium minus, collyriis cum melle decocto additis: plantaginis succus infusus: quinquefolium cum sale et melle: ladanum cum castoreo: cotyledon cum medulla cervina calefacta et imposita: verbasci radicis medulla collyrii tenuitate in fistulam additur: vel aristolochiae radix, vel succus tithymali.

LXXIX. Collectiones inflammationesque sanant argemoniae folia illita. Duritias et collectiones omnes verbenaca, vel quinquefolium decoctum in aceto; verbasci folia vel radix, hyssopum e vino impositum, acori radix, decocto eius herbae foventibus: aizoum. Item quae contusa sint, duritiasque et sinus corporis, illecebra. Omnia infixa corpori extrahunt, folia tussilaginis, daucum, semen leontopodii tritum in aqua cum polenta. Suppurationibus imponuntur pycnocomi folia trita cum polenta, vel semen: item orchis. Vitia, quae sint in ossibus, satyrii radice imposita, efficacissime sanari dicuntur. Nomae et collectiones

LXXVIII. *Plantaginis succus infusus.* Dioscor. II, 153: Σύριγγάς τε ἐγκλυζόμενος ὠφελεῖ. Hard.

Quinquefolium cum sale, etc. Dioscor. IV, 42. Hard.

Vel aristolochiae radix. Apul. cap. XIX, de aristolochia, tit. 3: *Ad fistulas: Herbae aristolochiae radix fistulis inserta*, etc. Hard.

Vel succus tithymali. Dioscor. IV, 165. Hard.

LXXIX. *Collectiones.* Dioscorid. II, 208: Φλεγμονὰς παρηγορεῖ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα. Hard.

Duritias et collectiones. Tumores certe, inflammationesque mitigare, tonsillas abrumpere verbenacam scribit et Dioscor. lib. IV, c. 61. H.

Quinquefolium. Διαφορεῖ σκληρίας, οἰδήματα, etc. Diosc. IV, 42, et ea acetо quidem, ut ex superioribus intelligitur. Hard.

Hyssopum. Sic eo mitigari inflammationes scribit Dioscor. III, 30. H.

Sinus corporis. Lego: *Item quae contusa sint, duritiasque et sinuosa corporis hulcera.* Infra capite ab hoc tertio mentio fit sinuum in bulceribus. Pint. — *Illecebra. Omnia*, etc. Gronov. et al. ante Hard. *sinus corporis. Illecebras omnia*, etc. Ed. P.

Suppurationibus imponuntur pycnocomi folia trita cum polenta, etc. Prohibet pycnocomon ne suppurent vulnera ex aculeis spiculisve nata. Spicula et adactos corpori aculeos pycnocomo extrahi docet Dioscor. IV, 176. H: *Pycnocomi.* Quod *Leonurus Marrubiastrum.* Cf. sup. cap. 36 hui. lib. Ed. P.

Vitia, quae sint in ossibus. Caries, teredo, scabrities, ἐξόστωσις. Dalec.

omnes fuco maris, priusquam inarescat. Et alceae radix collectiones discutit.

LXXX. Ambusta sanantur plantagine, arctio, ita ut cicatrix fallat. Folia eius in aqua decocta et contrita illinuntur: radices cyclamini cum aizoo: herba ipsa hyperici, quod corion appellavimus.

LXXXI. Nervis et articulis convenit plantago trita cum sale: argemonia tusa ex melle. Peucedani succo perunguntur spastici, tetanici. Nervorum duritiae aegilops succo, doloribus erigeron ex aceto illinitur. Epithymo spasticis, et opisthotonicis perungi: semi-

— *Vitia*, etc. Vt caries, de qua Cels. VIII, 2. Hard.

Fuco maris. Vid. quae de fucis diximus cap. 66 hui. lib. Ed. P.

Et alceae. Quae et alisma, et damasonium vocatur: de qus XXV, 77. Hard.

LXXX. *Ambusta sanantur plantagine*. Dioscor. II, 153. Hard.

Arctio. Sic sane restituendus hic locus fuit, ex MSS. Regg. Colb. aliorumque fide, Parmensisque, ac caeterarum editionum, ante Frobenium, quo auctore *arcio* legimus in libris deinceps vulgatis. At aliud arcion, aliud arction est. Neque arcio sive persolatae hanc vim ambusta sanandi Dioscorid. attribuit: arctio plane adiudicat, IV, 106: Καὶ πυρικαύστων καὶ χιμάτλης ἐστὶ κατάπλασμα. *Ambusta pecnionesque eo foventur*. Geminat errorem Apul. cap. XXXVI, l. 7, quum ne ad persolatam quidem, sed ad personaciam, quae alia est, hoc medicamentum refert. Hard. — Δρκτιον, οἱ δὲ ἀρκτοῦρον Dioscorid. loc. laud. nobis est *Verbascum ferruginum* (*Pentand. monogyn. gen.* 490 Pers. *Solanac.* Juss.); habitat in Europa australi. Cf. Sprengel. Hist. Rei herb. t. I, p. 162. Ed. P.

Vt cicatrix fallat. Vt vix cicatrix ulla reliqua ex ambustione apparest. Hard.

Folia eius in aqua decocta. Diosc. IV, 106. Hard.

Herba ipsa hyper. Dioscorid. III, 171: Καὶ τὰ φύλλα σὺν τῷ σπέρματι καταπλαττόμενα, καταχλύματα ἰᾶται. *Foliis cum semine impositis ambusta sanantur*. Hard.

Quod corion appellavimus. In MSS. iterum *corison*. H. *Hypericum Coris*, de quo conf. sup. cap. 53 huius lib. Ed. P.

LXXXI. *Nervis et articulis*. Apul. cap. 1, de plantagine, l. 13: *ad podagram et omnem nervorum dolorem et tumorem: herbae plantaginis folia contusa, vel pisata cum modico sale et impositu, optime facere certum est*. H.

Peucedani s. perunguntur, etc. Dioscor. III, 92. Hard.

Nervorum duritiae aegilops, etc. Diosc. IV, 139: Αἰγίλωψ... σκληρίας διαφορεῖ. Hard.

Doloribus erigeron. Sive senecio. Ita Diosc. IV, 97. Hard.

ne hyperici, quod coris vocatur, idemque bibere prodest. Phrynion dicitur etiam abscissos sanare nervos, si confestim imponatur trita vel mansa. Spasticis, tremulis, opisthotonicis, alceae radix bibitur ex aqua mulsa. Sic et rigores excalfacit.

LXXXII. Sanguinis profluvium sistit herbae paeoniae semen rubrum. Eadem et in radice vis. Clymenos vero, si ore sanguis reiiciatur, sive e naribus, sive alvo fluat; sive feminarum utero. Item lysimachia pota vel illita, vel naribus indita: item plantaginis semen: quinquefolium potum et illitum: cicutae se-

Semine hyper. Dioscorid. III, 174: Κόρις, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὑπερικόν.... ἐπὶ δὲ ὀπισθοτονικῶν καὶ σύγχρωμά ἐστι σὺν ἐλαίῳ ἁρμόδιον. Et supra: Ο καρπὸς πινόμενος... βοηθεῖ ὀπισθοτονικοῖς. Hard.

Quod coris. Rursum hic MSS. omnes, quod, *caros*, ut monuimus cap. 54. Hard.

LXXXII. *Sanguinis profluvium sistit.* De fluore muliebri Dioscor. III, 157: Τοῦ δὲ καρποῦ ι' ἢ ιε' κόκκοι πυρροὶ ποθέντες ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ, ῥοῦν ἐρυθρὸν ἱστῶσι. *Seminis granula decem duodecimve rubentia in vino nigro et austero pota, sanguinolentum fluorem muliebrem sistunt.* Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 167. Hard.

Cyclaminos vero, etc. (sic prius). Scrib. *Clymenos*, non *Cyclaminos*, tum ex nostro apographo, tum ex Dioscor. Pint. — *Cyclaminos vero*, etc. Haec duo verba, *cyclaminos vero*, delenda puto, quoniam falsum docent, et quae sequuntur referenda ad paeoniae radicem. Dal. — *Clymenos.* Hanc emendationem (post Pintianum) debemus Reg. 2 cod. in quo diserte *clymenus* legitur quum in libris hactenus editis legatur *cyclaminos*. In Reg. 1, *cyclemenus*. De cyclamino sane ea quae hic commemorantur affirmari vere nequeunt: de clymeno Dioscorides affirmavit IV, 131: Ποτὶ δὲ ὁ χυλὸς πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενος καὶ κοιλιακούς, καὶ ῥοῦν ἐρυθρόν, etc. *Ad sanguinis relectionem clymeni succus in potu est efficax, itemque ad coeliacorum profluvia, rubentemque fluorem muliebrem*, etc. H. — *Clymenos.* Nobis *Lathyrus Clymenum.* Cf. XXV, 33. Ed. P.

Item lysimachia. Marc. Emp. totidem fere verbis, cap. x, p. 83. Scrib. Larg. Comp. XLVI. Uberius vero Dioscorid. IV, 3, et post eum Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 204 Hard.

Plantaginis semen. Apul. c. 1, tit. 5: *Ad eum qui purulenta exsercat cum sanguine: Herbae plantaginis succum dabis bibere.* Theod. Prisc. II, part. 2, cap. 9: *Quum ex meningis partibus sanguis eruperit... fotus ex oleo roseo infrigidato adhibendus est, aut de succis herbarum, et specialiter styptica-rum, ut est arnoglossa.* H.

Quinquefolium potum, etc. Sic Dioscor. IV, 42. Hard.

men in nares, si inde fluat, tritum ex aqua inditum: aizoum, astragali radix: sistit et ischaemon, et achillea.

LXXXIII. (XIII.) Equisetum hippuris a Graecis dicta, et in pratis vituperata nobis (est autem pilus terrae, equinae setae similis), lienes cursorum exstinguit decocta fictili novo ad tertias, quantum vas capiat, et per triduum heminis pota: unctis esculentis ante diem unum interdicitur. Graecorum varia circa hanc opinio. Alii pinus foliis similem, nigricantem,

Aizoum. Ροῦν γυναικεῖον ἐν προσθέτῳ ἱστήσει, *in pesso fluorem muliebrem sistit.* H. — Hoc de maiore aizoo, seu *Sempervivo tectorum*, Diosc. IV, 89: minore vero, sive *Sempervivo sediformi*, easdem vires inesse monet eodem lib. cap. 90 Cf. lib. XXV, c. 102. Ed. P.

Astragali radix. Dioscor. IV, 62, Αἷμα ἴσχει. Sic et Galen. de Fac. simpl. med. VI, pag. 160 Hard.

Ischaemon. Et inde nomen, ut diximus XXV, 45. Hard.

Et achillea. Erumpentem e vulnera sanguinem inhibet. H.

LXXXIII. *Equisetum.* Supra lib. XVIII, cap. 28, dicta est *equisetis* et *equiselis*, quoniam littera *t* facile in *l* mutatur, ut Thetis, Thelis: quemadmodum *d* in *l*, ut medica, melica. Varro, III, 9. Sic δάκρυον, lachryma; ἄδακρυς, alacris. Ab hac planta veteres *codeta*, quasi *caudeta* nominarunt trans Tiberim loca obsita caudis equinis apud Festum. Dal. — *Equisetum hippuris*, etc. Apul. cap. XXXIX: *A Graecis dicitur hippuris, Itali equisetam vocant.* Retinet apud nos hodiaque nomen. Hard. — De hippuri vel equiseto conf. quae dicta sunt sup. cap. 20. Ed. P.

Vituperata nobis. Quoniam uliginosius pratum est, ubi nascitur. Dal. — *In pratis.* In tractatione pratorum, XVIII, 67. H. — Gron. et al. ante H. τὸ *in* omittunt. Ed. P.

Est autem pilus terrae. Pliniana non puto. Pint. — *Est.* Est, inquit, veluti pilus terrae, quum pilos habere pro foliis videatur: ἔχουσα τὰ φύλλα ταῖς θριξὶν ὁμοῖα, inquit auctor Geop. II, 5, pag. 41.

Lienes cursorum exstinguit, etc. Consumit. Lienem impedimento esse cursoribus vidimus XI, 80. Quibus exstingueretur modis a Caelio Aureliano disce Chron. pass. III, 4. Lienosis hippurim succurrere cum vino austero, vel oxymelite, auctor est Marc. Emp. cap. XXIII, p. 166. H.

Vnctis. In balneo lotis; vel unctis esculentis, cibis pinguibus. Dal. — *Vnctis.* Adipe vel oleo maceratis *perunctisve cibo interdicitur.* H.

Pinus. Gron. et al. *pini.* Ed. P.

Alii pinus foliis similem. Haec est hippuris minima, a Dioscoride non descripta, semper in acuis nascens, praecipue coenosis, et in iis saepius demersa, interdum emergens: gravis odoris, et lutulenti. Lugdunenses *chara* vocant, ut alia duo genera, *prêle*: *chara-*

eodem nomine appellant, vim eius admirabilem tradentes, sanguinis profluvia vel tacto tantum ea homine sisti. Alii hippurin, alii ephedron, alii anabasin vocant: traduntque iuxta arbores nasci, et scandentem eas dependere comis iunceis multis nigris, ut est equorum cauda, geniculatis ramulis, folia habere pauca, tenuia, exigua. Semen rotundum, simile coriandro, radice lignosa: nasci in arbustis maxime. Viscius spissare corpora. Succus sanguinem e naribus fluentem inclusus sistit: item alvum. Medetur dysentericis in vino dulci, potus cyathis tribus. Vrinam ciet: tus-

vero quasi χαραδρόδη; id est, λιμναίαν, palustrem. Dal. — *Alii.* Haec prior hippuris Dioscoridea est, IV, 46. H. — Forte *Equisetum silvaticum.* Herba autem de qua Dalecampius supra, nobis eodem nomine est *Chara vulgaris* (*Monoec. monand.* gen. 2018 Pers. *Naiad.* Juss.). Habitat in aquis nigris: ut plurimum luto incrustata, odore fastidioso. Ed. P.

Tradentes, quod etiam sanguinis profluvia vel tacto ea tantum homine sistat (sic prius). Ignorat Voss. *quod etiam;* deinde idem, *sistit.* Scribe igitur: *Vim eius admirabilem tradentes, sanguinis profluvia vel tactum tantum ea* (*hoc enim ordine codd.*) *homine sisti.* Gron.

Alii ephedron. Legendum, *ephydron,* non *ephedron*, hoc est, *aquosum, quod prope aquas nascatur*, ex Diosc. vidit hoc etiam Harmolaus. Pint. — *Alii hippurin, alii ephedron.* Sunt hae diversae appellationes hippuridos supradictae: quas et nos ante retulimus, c. 20, non alterius diversae: quamquam aliter Dodonaeo aliisque visum. Hard.

Traduntque. Haec totidem verbis Dioscorid. l. c. et post eum Oribas. XI, fol. 199, et auctor Geopon. l. l. Hard.

Semen rotundum. Nihil Dioscorid. Praeterea falsum id est. Nullum enim semen adit. Dal. — *Semen.* In caulicularum istud cacumine eminat, asparagis similium. Iconam vide apud Dodonaeum, pag. 73. Hard. — *Semen rotundum, simile coriandro.* De equisetî fructificatione nihildum recentioribus satis constat. Ed. P.

In arbustis. Apul. c. xxxix, ex MS. *in silvis et arundinetis.*

Vis ejus spissare. Adstringere. Χρωτικὴ δὲ ἡ πόα. Dioscorid. loco citato. Hard.

Succus sanguinem, etc. Dioscor. l. c. et Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 179. Hard.

Medetur dysentericis, etc. Dioscor. l. c. non id modo remedium, sed et caetera quae subsequuntur totidem verbis refert. An ex vino tamen dulci, an ex austero id sumi sit satius, non dicit. Apul. in libris editis, cap. xxxix, t. 4: *ex vino dulci.* At in MSS. *ex vino austero.* Hard.

Dulci. Malim ex cod. vet. *in vino austero.* Dal.

sim, orthopnoeam sanat: item rupta, et quae serpunt. Intestinis et vesicae folia bibuntur. Enterocelem cohibet. Faciunt et aliam hippurin, brevioribus et mollioribus comis, candidioribusque, perquam utilem ischiadicis, et vulneribus ex aceto impositam, propter sanguinem sistendum. Et nymphaea trita plagis imponitur. Peucedanum cum semine cupressi bibitur, si sanguis per os redditus est, fluitve ab infernis. Sideritis tantam vim habet, ut quamvis recenti gladiatoris vulneri illigata, sanguinem claudat: quod facit et ferulae cinis, vel carbo: fungus vero etiam efficacius, qui secundum radicem eius nascitur.

LXXXIV. Per nares autem fluenti, et cicutae semen tritum ex aqua inditumque, efficax habetur; item stephanomelis ex aqua. Vettonicae farina e lacte ca-

Faciunt et aliam hippur. Altera haec Dioscoridis hippuris est, IV, 47, totidem ab illo delineata verbis, iisdemque dotibus. Equisetum id est arvense longioribus setis, quod in horto Regio vidimus, quale pictum a Lobelio est, in Obss. pag. 416, hippuridis fontalis nomine: a Dodonaeo l. c. hippuridis minoris. Hard. — *Utilem ischiadicis, et vulneribus ex ac. impositam, propter sanguinem sistendum.* Equisetum videlicet, magna vi adstrictoria praeditum esse Recentioribus quoque videtur; hinc ad sanguinis reiectionem, et ad profluvium muliebre, mictum cruentum, dysenteriam caeterosque ventris fluxus strenuum et generosum habetur remedium. Sistit haemorrhagias quascumque; item exhulcerationes et vulnera renum, vesicae, etc. sanare dicitur. Haec de Equiseto arvensi, longioribus setis, C. Bauh. Pin. 46, seu Equiseto minori Officin. Geoffraeus noster, Mat. med. tom. III, pag. 335. Item ad haematuriam, profluvia, etc. commendat hanc herbam Linn. Mater. med. pag. 271, ed. Schreber. Hippuris tamen Dioscorid. loc. laud. an potius fuerit *Equisetum pratense*, dubitat Sprengelius; ut dictum est supra cap. 20. Ed. P.

Et nymphaea. Theophrast. Hist. IX, 13: Εἶναι δὲ φασιν ἰσχαιμον, ἐὰν τρίψας τις ἐπὶ τὴν πληγὴν ἐπιθῇ: *Trita et plagae imposita sanguinem sistere traditur.* Hard.

Fluxitve. Sic et Chifll. *fluitque* Gron. et al. Ed. P.

Sideritis. De qua diximus XXV, 15. Hard.

Quod facit et ferulae cinis. Hinc est etiam quod sanguinem exscreantibus ferulae viridis medulla est utilis, ut docet Dioscorid. III, 91. H.

Fungus vero, etc. En vis styptica fungorum. Bror.

LXXXIV. *Stephanomelis ex aqua.* Quibusdam argentina sic dicta, quod melino flore in coronis placeat. Dac.

prino pota, sistit ex ubere fluentem, plantagoque contusa. Eiusdem succus vomentibus sanguinem datur. Ad erraticum autem radix persolatae cum axungia vetere illita probatur.

LXXXV. Ruptis, convulsisque, ex alto deiectis, centaurium maius, gentianae radix trita vel decocta, vel succus vettonicae, et hoc amplius a vocis, aut lateris contentionibus: panaces, scordion, aristolochia, pota: agaricum item contusis et eversis potum

— *Stephanomelis.* Haec ita nudo indicata nomine, nec effigie ulla expressa, incognita herbariorum toti scholae est, eritque etiam consequenti aevo. Hard. Ex Dalecampio *Potentillae* speciem habet Broter. in nott. ad hunc locum. Ed. P.

Ex ubere fluentem. Nobili cuidam feminae stato temporis intervallo memini sanguinem e sinistra mamma fluere guttatim solitum, et quum imprudenter medicus adstringentibus remediis inhibuisset ac retinuisset, enatum cancrum quo periit. Dalec. — *Ex ubere.* Forte ex utero, ut supra cap. 82, plantaginis succum succurrere dixit: *si ore sanguis reiiciatur, sive e naribus, sive alvo fluat, sive e feminarum utero.* Hard.

Succus vomentibus sanguinem. Diosc. II, 53. Hard.

Erraticum. Sanguinem, nempe erysipelas huc illuc irruens ac decurrens. Dalec. — *Ad.* Sanguinem erraticum Dalecampius interpretatur eum, qui in erysipelatis huc illuc decurrit. Nunc ei idcirco assentimur, quod Plinius cap. 74, *igni sacro mederi radicem persolatae* dixit. Arcion, hoc est, persolatam, αἱμοπτοϊκοῖς et ἐμπυϊκαῖς prodesse auctor est Dioscor. IV, 107, sed pondere unius drachmae potam, non illitam. Hard.

LXXXV. *Ruptis.* Diosc. III, 8, de maiore centaurio, Ἁρμόζει δὲ ἡ ῥίζα ῥήγμασι, σπάσμασι, etc. H.

Gentianae radix. Dioscor. III, 3, succi e radice extracti drachmam unam ad laterum dolores, ad casus e sublimi, ad rupta et convulsa prodesse scribit: Τοῦ δὲ χυλίσματος ὅσον ∢ α', καὶ πρὸς ὀδύνας πλευρῶν, καὶ πτώματα, ῥήγματα δὲ καὶ σπάσματα. H.

Vel succus vettonicae. Dioscor. IV, 1, folia drachmae pondere ruptis convulsisque praebet. Hard.

Hoc amplius a vocis, etc. Ruptis vasis pulmonis. Dal. — *Amplius.* Et praeterea iis morbis qui ex contentione vocis ac laterum oriuntur, ut tussi, pleuritidi, etc. medentur. H.

Panaces. Dioscorid. III, 55: Ἁρμόζει πρὸς σπάσματα, ῥήγματα, πλευρᾶς ἀλγήματα, βῆχας, etc. Hard. — *Pastinaca Opopanax.* Ed. P.

Scordion. Diosc. III, 125: Ποιεῖ καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα, καὶ ῥήγματα, καὶ σπάσματα, etc. H. — *Teucium Scordium.* Ed. P.

Aristolochia. Diosc. III, 3: Βοηθεῖ ῥήγμασι, σπάσμασιν, ἀλγήμασι πλευρᾶς, ποθεῖσα μεθ' ὕδατος: H.

Eversis. Hoc est, praecipitatis ex alto. Dioscor. III, 1: πρὸς ῥήγματα καὶ πτώματα. Ὀβολῶν δὲ δυοῖν πλῆθος δεδόμενον μετ' οἰνομέλιτος, ἀπυ-

duobus obolis in mulsi cyathis tribus: aut si febris sit, in aqua mulsa: verbascum, cuius flos similis auro est: acori radix, aizoum omne, sed maioris succus efficacissime: item symphyti radicis decoctum: daucum crudum. Erysithales est flore luteo, foliis acanthi: bibitur e vino: item chamaerops: et in sorbitione irio, vel plantago omnibus modis.

LXXXVI. Item phthiriasi, quae Sylla Dictator consumptus est, nascunturque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus, resistitur uvae taminiae

ρίτοις· πυρίσσουσι δὲ ἐν μελικράτῳ. Hard.

Verbascum. Decoctum radicis ruptis, convulsis, contusisque mire auxiliari, prodit etiam Dioscor. IV, 104. H. — *Phlomis Lychnitis.* Ed. P.

Maioris. Sic et Chiffl. *maiori* Gr. et al. ante Hard. Ed. P.

Symphiti rad. decoctum. Dioscor. III, 9: Σὺν ὀξυμέλιτι δὲ πρὸς σπάσματα καὶ ῥήγματα. H.

Erysithales. Ignota herbariis et officinis. H. — Broterio est cardnus pratensis foliis tenuibus, laciniatis. C. Bauh. Nobis vero eodem nomine *Cnicus Erysithales* Willd. (*Syngenes. aequal.* gen. 1802 Pers. sub *Carduo. Cynarocephal.* Juss.). Cf. Dal. Histor. Plant. 1094. Habitat in pratis subalpinis. Ed. P.

Bibitur. Contusis videlicet, et eversis. Hard.

Item chamaerops. Sive trixago. Dioscor. III, 112: Δύναμιν δὲ ἔχει χλωρὰ ἀφψηθεῖσα σὺν ὕδατι καὶ ποτιζομένη, βοηθεῖν σπάσμασι, βηχὶ, etc. Hard.

LXXXVI. *Phthiriasi, qua Sylla*, etc. Vide quae diximus XI, 39, de Sylla; de phthiriasi, XX, 3. H.

Nascunturque. Pediculi scilicet, ut ex sequentibus liquido perspicuum est: namque haec animalia et perunctis corporibus abigi, et infestare vestes mox adiicit. De vermibus qui nascantur in venis perperam accepit Schenkius Obss. med. III, pag. 457. E sanguine ipso hominis fieri pediculos prodidit etiam Theophrast. de Caus. pl. II, 2. Antig. Carystius, c. xcv, sub pusulis delitescere intra cutem pediculos ait, quae si perforentur, exituri sint ii, vel sic (et hoc de *Acaro* aut *Sarcopte scabiei* verum esse plurimis experimentis recentiores comprobavere. Ed. P.) homine persanato, eo morbi genere Pherecydem et alios interiisse. H.

Resistitur uvae tam. succo. Hoc de staphisagria Galenus, Dioscorides, et alii scribunt, quam Plinius l. XXIII, cap. 1, falso *uvam taminiam* vocari tradit, ut Plinium accusare meritoliceat et oblivionis, et inconstantiae. Dal. — *Vvae.* Hanc σταφίδος ἀγρίας dotem esse Archigenes medicus putat, apud Galen. κατὰ τόπ. I, 7, p. 317, ut is forte cum Celso censuerit staphidem agriam ab uva taminia nihil differre; quemadmodum diximus XXIII, 13. Sic igitur ille: Βοηθήματα φθειριάσεως ... ἡ ἐλλέβορον

succo: aut veratri, cum oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta, etiam vestes eo taedio liberat.

LXXXVII. (XIV.) Hulcera multorum sunt generum, ac multis modis curantur. Panacis omnium generum radix ex vino calido illinitur manantibus. Siccat privatim, quam Chironiam diximus. Cum melle trita tubera aperit: hulceribusque, quae serpunt, deploratis auxilio est, cum aeris flore vino temperato, omnibus modis, vel flore, vel semine, vel radice. Eadem cum polenta vetustis vulneribus prodest. Heraclion quoque siderion, Apollinaris, psyllium, tragacantha, scordotis cum melle purgat. Farina eius carnes excrescentes per se insparsa consumit. Polemonia hulcera, quae cacoethe vocant, sanat: centau-

λευκὰν, ἢ σταφίδα ἀγρίαν, καὶ νίτρον, ἴσα μετ' ἐλαίου ἐν βαλανείῳ χρῶ. H. — *Resistitur uvae taminiae aceto*, etc. Staphis, sive astaphis agria, nobis eodem nomine est *Delphinium Staphisagria*; taminia vero uva. *Tamus communis*. Cf. l. XXIII, cap. 13 et 14. Ed. P.

LXXXVII. *Panacis*. Dioscor. III, 55. Sunt autem manantia hulcera, Graecis ἀχῶρες, in ipsa capitis cute, tenuissimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus glutinosa fluit sanies. Notum id mali genus, et pueris in primis, mendiculisque familiare: *la teigne*. Describitur a Galeno prolixe, κατὰ τόπ. I, 8, p. 347. H.

Chironiam diximus. Lib. XXV, c. 13. Ita Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 217. Hard.

Eadem cum polenta vetustis, etc. Galen. ita fere, loc. citat. H.

Heraclion quoque siderion. Nobis est *Stachys heraclea*, de qua conf. lib. XXV, cap. 15. Ed. P.

Apollinaris. Sive hyoscyamus. Dioscor. IV, 69. Hard.

Psyllium. Dioscorid. IV, 70: Κοπεῖσα δὲ μετὰ στέατος, τὰ ῥυπαρὰ καὶ κακοήθη τῶν ἑλκῶν ἀναλαθαίρει. *Tusa cum adipe sordida malignaque hulcera repurgat*. Hard.

Tragacantha. Nobis dicitur *Astragalus creticus* (*Diadelph. decand.* gen. 1745 Pers. *Leguminos.* Juss.). Habitat in Ida monte Cretae. Ex illo gummi defluit tragacanthae album, Officin. vulgo, *gomme adragante*. Ed. P.

Scordotis. Sic etiam Dioscor. III, 125. Hard.

Farina. Dioscor. l. c. Ξηρὰ δὲ ὑπερσαρκώματα στέλλει. *Sicca carnis excrescentias cohibet*. H.

Centaureum. Apul. c. XXXIV, tit. 3: *Ad hulcera ... Herba centauria maior*, etc. Hard.

reum maius insparsum, vel illitum, item minoris coma decocta vel trita, vetera quoque hulcera purgat et persanat. Folliculi clymeni recentibus plagis imponuntur. Illinitur autem gentiana hulceribus, quae serpunt, radice tusa vel decocta in aqua ad mellis crassitudinem, vel succo: vulneribus, ex ea factum lycium. Lysimachia recentioribus plagis medetur. Plantago omnium generum hulceribus, peculiariter feminarum, senum, et infantium. Igni emollita melior, et cum ceroto, crassa hulcerum labra purgat, nomas sistit. Tritam suis foliis integere oportet. Suppurationes, collectiones, sinus hulcerum, chelidonia quoque siccantur: vulnera adeo

Item minor. coma. Ad verbum Diosc. III, 9. Hard.

Folliculi clymeni, etc. Diosc. IV, 13: Τὰ δὲ φύλλα λεῖα, ἢ τὰ θυλάκια τοῖς νεοτρώτοις ἐπιτιθέμενα, μέχρι τῆς ἀπουλώσεως ἐνεργεῖ. *Folia trita, aut folliculi, si vulneribus recentibus imponantur, ea ita efficaciter sanant, ut etiam ad cicatricem perducant.* Folliculi sunt siliquae, quibus semina continentur. Haed. — Quod botanici recentiores *legumen*, Noster *folliculum* appellet. *Lathyrus Clymenum* Tournefortio dicitur, Clymenum hispanicum, flore vario, siliqua plane; et hic pro *legumine* ponitur *siliqua*, quae ad *Cruciferarum* fructum proprie pertinet. Ed. P.

Illinitur autem gentiana, etc. Dioscor. III, 3. Hard.

Crassitudinem, vel succo. Crassitiem: at succo vulneribus auxilio, est, veluti lycium. Dioscorid. loc. proxime laud. ἔστι καὶ τραυματικὴ ἐπιτιθεμένη ὡς τὸ λύκιον. Dal.

Ex ea factum lycium. Hoc est, ex ea factum medicamentum eiusdem virtutis, ac fortassis eiusdem etiam nominis cum lycio, de quo XXIV, 77. Lycium non unius singularis medicamenti nomenclatio fuit: ad varia, quae e radicibus decoctis fiebant, ea pertinuit. — *Lycium.* Ita libri omnes, constantissime. Negantur, qui vel *collyrium* hoc loco, ut Casp. Hoffmannus Verr. lectt. IV, 27, vel quod haud paulo insulsius est, *licinium* substituunt, exemplaribus omnibus invitis, ipsoque adeo scriptore Plinio, cuius sententie verbis graeci auctoris egregie constabilitur. Dioscoridem dico, III, 3, de gentiana: Ἔστι δὲ τραυματικὴ, ἐπιτιθεμένη ὡς τὸ λύκιον, ὑπονόμων τε ἑλκῶν ἴαμα, etc. *Imposita, ut lycium, vulneraria est, et cuniculatim depascentibus hulceribus medetur.* H.

Lysimachia recent. plagis. Dioscor. IV, 3. Haed.

Plantago. Plin. Val. III, 22, et fuse Galenus de Fac. med. VI, pag. 159. Hard.

Igni emollita. Sic et Chifflet. *igne mollita* Gronov. et al. et mox Brot. *cum cerato.* Ed. P.

ut etiam pro spodio utantur. Eadem iam desperatis cum axungia imponitur. Dictamnum pota sagittas pellit, et alia tela extrahit illita. Bibitur ex aquae cyatho foliorum obolo. Proxime pseudodictamum. Vtraque etiam suppurationes discutit. Aristolochia quoque putria hulcera exest: sordida expurgat cum melle, vermesque extrahit: item clavos in hulcere natos, et infixa corpori omnia, praecipue sagittas, et ossa fracta cum resina. Cava vero hulcera explet per se. Et cum irride recentia vulnera ex aceto. Vetera hulcera verbenaca, quinquefolium cum sale et melle. Radices persolatae, vulneribus ferro illatis recentibus imponuntur: folia veteribus. Cum axungia utrumque: et suo folio operitur. Damasonium, ut in struma: fo-

Dictamnum. A cervis caprisque depastam ad eiicienda spicula certo remedio esse, dictum est superius, XXV, 53. H. — *Origanum Dictamnus.* Ed. P.

Et alia tela extrahit. Dioscor. III, 37: Καταπλασσομένη δὲ ἡ βοτάνη τοὺς ὑποκάτω τῶν ποδῶν, ἢ τοῦ λοιποῦ σώματος θεραπεύει σκόλοπας. *Inposita vero herba plantae pedum reliquove corpori infixos et impactos aculeos extrahit.* Theod. Prisc. I, 23, de latentibus spiculis: *Sic etiam de dictamni foliis, vel radicibus contusis, velocius fieri consuevit, secundum Veterum testimonia.* Hard.

Proxime pseudodictamnum. Dioic. III, 38. H. — *Marrubium Pseudodictamnus.* Ed. P.

Aristolochio. Dioscor. III, 6, et Apul. XIX. Tela quoque aristolochiae pulvere vulneri apposito statim extrahi prodidit Theodor. Prisc. I, 23. Hard.

Clavos. Callosam duritiem, longam et teretem, instar clavi. Dal. — *Clavos* ex hulcere quae possint evellere, multa congerit Theodor. Prisc. I, 18. H. — *In hulcere.* Gronov. et al. ante Hard. *in hulceribus.* Ed. P.

Et infixa corpori omnia. Marcell. Empir. XXXIV, pag. 233, pro resina mel adsciscit. Dioscor. l. c. aristolochiam id per se praestare innuit: Ἀνάγει δὲ καὶ σκόλοπας, ἀκίδας, λεπίδας ὀστῶν καταπλασσομένη ἀφίστησι. *Extrahit et imposita aculeos, ac spicula, ossiumque squamas removet.* Plinius quum *vermes extrahi* dixit, an non σκώληκας legisse is videtur, pro σκόλοπας? H.

Cava vero hulcera explet. Καὶ τὰ κοῖλα πληροῖ σὺν ἰρίδι καὶ μέλιτι. Dioic. l. c. Hard.

Vetera. Dioscorid. IV, 61: Καὶ βυπαρὰ ἕλκη καθαίρει. *Et sordida purgat hulcera.* Hard.

Quinquefolium cum sale. Dioscorid. IV, 42. Hard.

Folia. Dioic. IV, 107. H.

Damasonium, ut in struma. Vt in

lia verbasci ex aceto aut vino. Peristereos ad omnia genera, vel callosorum putrescentiumque hulcerum facit. Manantia nymphaeae heracliae radix sanat. Item cyclamini radix vel per se, vel ex aceto, vel cum melle. Eadem et contra steatomata efficax, sicut ad hulcera manantia hyssopum: item peucedanum, cui ad recentia vulnera vis tanta est, ut squamam ossibus extrahat. Praestant hoc et anagallides, cohibentque quas vocant nomas, et rheumatismos. Vtiles et recentibus plagis, sed praecipue senum corpori. Cum ceroto apostemata et hulcera tetra, folia mandragorae recentia: radix vulnera cum melle aut oleo: cicuta cum siligine mixta mero: aizoum herpetas quoque et nomas, ac putrescentia, sicut erigeron verminosa: recentia autem vulnera astragali radix: et ve-

strumae remediis dictum est, c. 12. Hard.

Folia verbasci ex aceto. Diosc. IV, 104. Hard.

Peristereos ad omnia. Sic et Diosc. IV, 60. Hard.

Item cyclamini radix. Dioscor. II, 194. Hard.

Contra steatomata. Στεάτωμα adipis effusio sub cute: adipis contra naturam collectum aliquo loco incrementum. Pollux, Στεάτωμα, περιελῆς παραῤῥοὴ ὑπὸ τῷ δέρματι. H.

Vt squamam ossibus extrahat. Squamae haec detractio, a recentioribus chirurgis *exfoliatio* dicitur. Prius *saniem* legebatur. *Squamam* restituimus ex codd. Regg. Colb. Chifflet. atque adeo ex ipso Dioscor. III, 92, de peucedani radice: Καθαίρει δὲ λεῖα ξηρὰ τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη, καὶ λεπίδας ἀπὸ ὀστέων ἀφίστησι, καὶ ἐπουλοῖ τὰ παλαιά. *Arida trita sordida purgat hulcera, ossium squamas extrahit, veteraque hulcera cicatrice abducit.* Vidit hoc et in veteri suo codice ante nos Pintianus. H.

Praestant hoc et anagallides. Similis est ea dos illarum, quae adactos corpori aculeos extrahunt, teste Dioscor. II, 209, et Gal. de Fac. simpl. med. VI, p. 156. H.

Cohibentque quas vocant nomas. Dioscor. quoque lib. II, cap. 209: νομῶν ἐρεκτικαί. Hard.

Cum ceroto. Diosc. IV, 76, cum polenta. H. — Brot. ut alias saepe, *cum cerato.* Ed. P.

Radix. Ictus serpentium, πρὸς ἑρπετῶν πληγάς, σὺν μέλιτι ἢ ἐλαίῳ. Diosc. l. c. Hard.

Cicuta cum sil. Herpetas illitu restinguit, ἕρπητας καταπλασθὲν σβέννυσι, inquit Dioscor. IV, 79. H.

Aizoum. Diosc. IV, 89. H.

Recentia autem vulnera. Et vetera quoque, Dioscor. auctore, IV, 62. Hard.

tera quoque hulcera purgat hypocisthis utraque. Leontopodii semen tritum in aqua, et cum polenta illitum, spicula sagittarum extrahit: item picnocomi semen. Tithymalus characias succo grangraenas, phagedaenas, putria, vel decocto ramorum cum polenta et oleo: orchis radices hoc amplius, et cacoethe ex aceto cum melle, siccae et recentes: per se oenothera efferantia sese hulcera sanat. Scythae vulnera scythice curant. Ad carcinomata, argemonia ex melle, efficacissima est. Vulneribus praesanatis asphodeli radix

Leontopodii. Quod Dioscor. ut diximus, λεοντοπέταλον appellatur, III, 110. Indicatum id iam antea cap. 97. H. — Nobis *Leontice Leontopetalon.* Conf. loc. cit. Aliud est leontopodium Diosc. IV, 131, quod ad amatoria prodesse tradit; Recentiores eodem nomine *Gnaphalium Leontopodium* vocant. Ed. P.

Item pycnocomi semen. Diosc. IV, 176: Καὶ ἀκίδας καὶ σκόλοπας ἐξάγει. *Spicula et aculeos corpori aculeos extrahit.* Hard.

Tithymalus. Dioscorid. IV, 165. Hard.

Orchis radices. Totidem fere verbis Diosc. III, 142. H.

Hoc amplius. Hoc amplius, inquit, praestant orchis radices, quod siccae aeque atque recentes hulcera κακοήθη sanant. Hard.

Cacoethe. Nesciit Plinius phagedaenas, gangraenas, putria cacoethe hulcera esse. Dal.

Oenothera efferentia sese hulcera sanat (sic olim). Scribo potius, *afferantia*, quam *efferentia.* Sed locus est exactiore cura examinandus. Nam, teste Theophrasto, haec herba in vino data, mitiores efficit at asperiores moras. Dioscoridas item, vim hanc dilutum radicis eius habere tradit, ut saevitia ferociantium omnium animalium potu eius mitigetur, at dolosa ac malefica hulcera sanet: videnturque praetarita esse hic aliquot verba ab incurioso librario, quae ego in medium relinquo, ut diligens lector ea pro captu ingenii aspiciat. Pint. — *Efferentia sese.* Τὰ θηριώδη ἕλκη, Dioscor. id est, κακοήθη, ἀγριούμενα. Itaque legendum, *efferantia*: nempe, quae fera et maligna exacerbantur. Dalec. — *Efferantia.* Acerbiora hulcera, ob inflammationem. Hactenus *efferentia* libri omnes exhibent. Sed *efferantia* satius visum est: tum quod hac voce et alibi Plinius usus, lib. VII, 77, de suibus: *Verum efferantur:* Graeci dicerent, θηριοῦνται· est enim θηρίωσις *efferatio*: tum quod exprimi ea felicius arbitrati sumus id quod Graeci θηριώδες ἕλκος appellant. Diosc. IV, 118, de hac ipsa oenothera agens, in hunc modum: Καταπλασθεῖσα δὲ, πραΰνει τὰ θηριώδη ἕλκη. H. — *Oenothera.* Nobis *Epilobium alpestre*, vel *roseum.* Conf. sup. cap. 69 huius libri. Ed. P.

Scythae vulnera scythice curant. Theophrast. Histor. IX, 13. H. — Sic post Gron. ex MSS. emend. Hard. quum prius legeretur, *Scythica vulnera curant.* Scythica illo nobis dicitur *Gly-*

decocta, ut diximus, trita cum polenta et illita: quibuscumque vero Apollinaris. Astragali radix in pulverem trita humidis hulceribus prodest: item callithrix decocta in aqua. Privatim vero iis quae calceamento facta sint, verbenaca: nec non et lysimachia contrita, ac nymphaea arida infriata. Polythrix inveteratis iisdem utilior.

LXXXVIII. Polycnemon cunilae bubulae similis est, semine pulegii, surculosa, multis geniculis, corymbo odorato, acri et dulci odore: ferro factis vulneribus commanducata imponitur, quinto die solvitur. Symphyton ad cicatricem celerrime perducit:

cyrrhyza asperrima, praecipui etiamnunc apud *Calmuccos* usus. Habitat in arenosis inter Volgam et Iaicum. Cf. Pallas Itin. app. n. 124. Ed. P.

Vulneribus praesanatis, etc. Ne cicatris extuberet, et immodice assurgat. Dalec. — *Vulneribus.* Celerius quam pae est, sanatis, clausisque: quibus metuenda intus nova suppuratio est. Hard.

Decocta, ut diximus. Nempe lib. XXII, c. 32. Hard.

Astragali. Diosc. IV, 62, et Galen. de Facult simpl. med. VI, pag. 160. Hard.

Item callithrix. Dioscor. IV, 137. Hard. — Callithrix, *Asplenium Trichomanes*; et paulo post polythrix, *Adiantum Capillus.* Cf. lib. XXII, c. 30. Ed. P.

LXXXVIII. *Polycnemon.* De cunicula bubula oblivioso Plinius id scribit cap. 8 huius libri. Dal. — *Polycnemon.* Sic Dioscor. III, 108: Πολύκνημον... ἔχων φύλλα ὀρεγάνῳ ἐμφερῆ· τὸν δὲ καυλὸν πολυγόνατον ὥσπερ γλήχωνος· οὐκ ἔχει μέντοι τὸ σκάδιον, μικρὰ δ' ἐπ' ἄκρῳ κορύμβια, μετ' εὐωδίας τινὸς δριμείας. *Foliis origani, caule geniculis multis intercepto, uti pulegii. Neque vero umbellam habet, sed parvos in vacumine corymbos cum acri quadam odoris iucunditate.* Nomen habet a crebris geniculis: quasi multitibiam, multicruriamque dixeris. Belgae pharmacopoei calamintham aquaticam vocant, teste Lobelio in Advv. p. 217. H. — *Polycnemon*, etc. Brot. est Mentha arvensis, verticillata, hirsuta, I. Bauh. Nobis vero *Mentha cervina* (*Didynam. gymnosperm.* gen. 1382 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Gallia meridionali. Conf. Caesalp. XI, 37; Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, p. 179. Ed. P.

Quae ferro factis vulner. (sic prius). Nostri codd. τὰ *quae* et *vulneribus* esse Plinii negant. Scribe: *acri et dulci odore: ferro factis commanducata imponitur.* Nam postquam semel dixit; *vulnera* vel *hulceribus*, eam vocem postea voluit intelligi ad *iis quae calceamento facta sint*; ad *inveteratis*, ad *ferro factis.* Gronov. — *Ferro factis vulneribus.* Haec totidem verbis Diosc. loc. cit. Hard.

Symphyton. Ad verbum Plin. Val. III, 22. Hard.

item sideritis. Haec imponitur ex melle. Verbasci semine ac foliis ex vino decoctis ac tritis omnia corpori infixa extrahuntur: item mandragorae foliis cum polenta: cyclamini radicibus cum melle. Trixaginis folia in oleo contrita iis maxime adhibentur hulceribus, quae serpunt: et alga in melle trita. Vettonica ad carcinomata, et melanias veteres, addito sale.

LXXXIX. Verrucas tollit argemonia ex aceto, vel batrachii radix, quae et ungues scabros aufert. Linozostidis utriusque folia, vel succus illitus. Tithymali omnes genera verrucarum omnia: item omnia pterygia, varosque tollunt. Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit Iadanum. (xv.) Artemisiam et elelisphacum alligatas qui habeat viator, negatur lassitudinem sentire.

XC. Mulieribus morbis medetur maxime in universum paeoniae herbae semen nigrum ex aqua mulsa,

Item sideritis. Dioscor. IV, 33 sq. Hard.

Verbasci. Hanc ursae vulneri recenti herbam applicant et indunt: eaque vulnus obturant, teste Basilio in Hexaem. hom. 9. H.

Trixaginis fol. in oleo. Dioscorid. III, t 12. H. — Gron. ut semper alias, *trissaginis.* Trixago, *Teucrium Chamaedrys.* Ed. P.

Vettonica ad carcinomata. Marcell. Emp. IV, p. 43. Hard.

Melanias Μελανώματα, nigras maculas. Dalec. — *Melanias.* Μελασία graece nigritudinem corporis sonat, nigrasque maculas H. — In MSS. Regg. et edit. principe, *malaudrias veteres.* Brot.

LXXXIX. *Vel batr. radix.* Diosc. II, 206: Ονυχας λεπρους καὶ ψώρας ἀφίστησι... καὶ μυρμηκίας, καὶ ἀκροχορδόνας, etc. H. — De batrachio aut ranunculo cf. lib. XXV, cap. 109. Ed. P.

Tithymali. Haec totidem verbis Diosc. IV, 165, et Galen. de Facult. simpl. med. VIII, p. 236. Apul. item cap. CVIII, l. 2. Hard. — *Genera verrucarum omnia.* Gronov. et al. ante Harduin. *verrucarum omnium*; et sic Broter. ex Reg. cod. 2 et edit. pr. Ed. P.

Cicatrices cum elegantia, etc. Dioscor. I, 128. Hard.

Artemisiam. Vide quae diximus ex Apuleio, XXV, 81. Diosc. in Noth. p. 476: Αρτεμισίαν τὴν βοτάνην εἴ τις ἔχει ἐν ὁδῷ, λύει τὸν κάματον. H.

XC. *Morbis.* Veteri suffocationibus. Dal. — *Muliebribus.* Diosc. III, 157. Hard.

Paeoniae herbae semen. Voss. nescit τὸ *herbae.* Et quid eo opus? Lib. XXV, 4: *Vetustissima inventa paeonia est*,

Eadem et in radice vis menses ciet: panacis semen cum absinthio menses et sudores: scordotis potu et illitu. Vettonica drachma in vini cyathis tribus bibitur contra omnia vulvarum vitia, aut quae a partu fiunt. Menses nimios sistit achillea imposita, et decoctum eius insidentibus. Mammis imponitur hyoscyami semen ex vino: locis radix e cataplasmate: et mammis etiam chelidonia. Secundas morantes, vel partus emortuos, radices panacis appositae extrahunt. Ipsum panaces in vino potum vulvas purgat, appositumque cum melle. Polemonia pota ex vino, secundas pellit: nidore corrigit vulvas. Centaurei minoris succus potu,

nomenque auctoris retinet. Gron.

Eadem. Diosc. loc. cit. Κινεῖ δὲ τὰ καταμήνια, ἀμυγδάλου μέγεθος πινομένη. *Ciet menses amygdalae magnitudine pota.* Hard.

Panacis. Diosc. III, 55. H.

Scordotis. Haec sobdita menses movet, inquit Diosc. III, 125: Προστεθεῖσα δὲ ἔμμηνα κινεῖ. Hard.

Vettonica. Totidem verbis Diosc. IV, 1. Hard.

Quae a partu fiunt. Purgationes a partu suppressas, aut secundas morantes. Dal. *A partu.* Ant. Musa, c. 26: *Ad mulieres, quae a partu laborant et febricitant: vettonicae drachmas duas, aquae calidae cyathos quatuor, si cum febre fuerit: sin vero sine febre, mulsi cyathos duos, et aquae calidae duos da bibere.* Hard.

Menses. Totidem verbis id Diosc. pariter IV, 36. Hard.

Imponitur hyoscyami semen. Dioscorid. IV, 69: Αρμόζει καὶ πρὸς μαστοὺς ἐν τοκετῷ ἐπαιρομένους, λεῖον μετ' οἴνου καταπλασσόμενον. *Subvenit et mammis a partu tumentibus, si tritum ex vino imponatur.* H.

Locis. Locis muliebribus apposita. Cataplasmatis omnibus quae doloris levamentum praestant, utiliter admisceri docet Diosc. loc. cit. Ant. Musa, lit. 29, vettonicam commendat, *Ad mulieres, quibus loci prae frigore moriuntur.* Hard.

Secundas morantes, vel partus. Dioscor. IV, 55. Hard.

Vulvas purgat. Succo diluto vulvae inflationes doritiasque discuti, ait Dioscor. loc. cit. Hard.

Nidore purgat vulvas (sic prius). *Nidore corrigit vulvas*, in archetypo nostro; recte puto, ut non longe post: *Ladanum suffitu corrigit vulvas.* Pint. — *Nidore purgat.* Voss. hic, *corrigit*: non superiore versu, ad quem annotant ex Chifflet. Sic lib. XX, 5: *Suffocationes mulierum doloresque lenit in tantum, ut vulvas corrigat.* Lib. XXIV, 5: *Bibitur et in difficili partu fabae magnitudine in vini cyatho, vulvasque conversas corrigit.* Lib. XXXI, 6: *Mammas sororiantes, praecordia maciemque corporis piscinae muris corrigunt.* Suetonius in Augusto: *Capillum sibi comi ac malas la-*

fotuque menses ciet. Item maioris radix, in vulvae doloribus iisdem modis prodest. Derasa vero et apposita, extrahit partus emortuos. Plantago apponitur in lana in dolore vulvae: in strangulatu bibitur. Sed praecipua dictamno vis est. Menses ciet, partus emortuos vel transversos eiicit: bibitur ex aqua foliorum obolo, adeo ad haec efficax, ut ne in cubiculum quidem praegnantium inferatur. Nec potu tantum, sed et illitu, et suffitu valet. Proxime pseudodictamnum. Sed menses ciet cum mero decoctum pondere denarii. Pluribus tamen modis aristolochia prodest: nam et menses, et secundas ciet, et emortuos partus extrahit, myrrha et pipere additis, pota, vel subdita. Vulvas quoque procidentes inhibet fotu, vel suffitu, vel subiectu, maxime tenuis. Strangulatum ab his, mensiumque difficultatem, agaricum tribus obolis in vini veteris cyatho potum, emendat: peristereos ap-

bentes corrigi. Sic et codex Pintiani. Gron. — *Corrigit*. Conversas restituit, et a strangulatione seu suffocatione eximit. Hard.

Centaurei. Diosc. III, 9. H.

Item maioris radix, etc. Diosc. III, 8. Hard.

Derasa. Diosc. III, 8. H.

Plantago apponitur in lana, etc. Dioscor. II, 153: Πίνεται δὲ καὶ πρὸς φθίσιν, καὶ πρὸς ὑστεριχὰς πνίγας· προστίθεται ἐν ἐρίῳ καὶ ὑστέρᾳ ῥευματιζομένῃ, hoc est, si vulva fluxione laboret, plantago subditur in vellere. Locum ita interpunctione distinctum legisse Plinius videtur: non ut libri editi prae se ferunt. H.

Menses ciet, partus, etc. Haec pariter Diosc. III, 37, Apul. cap. LXII, III. 1: *Ad mulierem, si in utero mortuum foetum habuerit: Herbae dictamni*, etc. Hard.

Nec potu tantum, sed et, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

Proxime. Et imbecillius. Dioscor. III, 38, οὐχ ὁμοίως ἐνεργοῦν, minus efficax est. Hard.

Nam et menses, etc. Haec totidem verbis Diosc. III, 6. H.

Maxime tenuis. Tertium aristolochiae genus, longissime tenuitatis, de quo sup. libro, cap. 51. Hard. — *Aristolochia Clematitis*. Cf. loc. laud. Ed. P.

Strangulatum ab his. A vulvis. Dioscor. III, 1: Ὀβολῶν δὲ δυοῖν πλῆθος διδόμενον μετ' οἰνομέλιτος... ὑστεριχαῖς πνιγῇ, etc. Hard.

Peristereos apposita in adipe. Dioscorid. IV, 60. H. — Nobis *Verbena officinalis*. Ed. P.

posita in adipe suillo recenti; antirrhinon cum rosaceo et melle. Item apposita nymphaeae Thessalae radix, dolori medetur. In vino nigro pota, profluvia inhibet. E diverso ciet cyclamini radix pota et apposita: et vesicae insidentium decocto medetur. Secundas pota cissanthemos pellit, vulvam sanat. E xiphio radix superior menses ciet, drachma ex aceto pota. Peucedanum strangulatus vulvae nidore ustum recreat: menses albos praecipue psyllium drachma in cyathis tribus aquae mulsae ciet: semen mandragorae potum vulvam purgat. Menses ciet succus appositus, et emortuos partus. Nimia rursus profluvia sistit semen cum vivo sulphure: contra facit batrachion

Nymphaea Thessalae radix. Eius videlicet, quae in Thessalia oritur, de qua XXV, 37. H. — *Thessalae.* Eius quae florem luteum gignit, et in Thessaliae Peneo fluvio plurima nascitur. Dal. — Nobis *Nymphaea lutea.* Ed. P.

In vino nigro pota, etc. Ad verbum Diosc. III, 449. Hard.

E diverso ciet. Diosc. II, 194, ad verbum. Hard.

Et vesicae. Et decocta radice medetur vesicae mulierum in eo decocto insidentium. Hard.

Secundas. Hoc est, cyclaminos cissanthemos appellata: de qua pariter Diosc. II, 195: Καὶ τὰς ἐκ τοκετῶν καθαίρει πόθεν. *Pota quoque reliquias a partu purgat.* Hard.

E xiphio. Diosc. IV, 20, subdi ob eam rem in pesso iubet. Hard. — *E xiphio.* Gron. et al. ante Hard. *et xiphii.* Ed. P.

Peucedanum strangulatus. Dioscor. ad verbum III, 92. H.

Menses albos praecipue psyllium. Ποῦν λευκόν Graeci vocant. Feminarum enim fluxiones addita coloris diversitate medici discriminant: sunt enim nigrae, rubentes, albae, pallentes, et aquosae. Ita (post Pintianum) rescripsimus admonitu codicis Reg. 2, maxime vero ex re ipsa. In Reg. 1, *menses alvos.* In editis hactenus libris insulse, *menses alvosque.* H.

Semen mandragorae, etc. Ad verbum Diosc. IV, 76. H.

Menses ciet. Diosc. l. c. H.

Sistit semen cum vivo sulphure. Vivum sulphur quid sit, dicemus lib. XXXV, 50. Ita plane Reg. 2 et Colb. Interpolatorum manu id confictum, quod libri vulgati prae se ferunt, *cum vino et sulphure.* Vinum abdicat Dioscor. IV, 76, de mandragora; vivum sulphur adsciscit: Τὸ δὲ σπέρμα τῶν μήλων... προστεθὲν μετ' ἀπύρου θείου, ῥοῦν ἵστασιν ἐρυθρόν. Occupavit et hoc Pintianus e suo codice. H.

Contra facit batrachion. Ciet menses. Prius legebatur, *Alvi profluvia sistit et contrahit batrachion.* Emendationem debemus Reg. 2 codici, et Pintiani pariter exemplari. Et sane

potu vel cibo, ardens alias, ut diximus, cruda. Sed cocta commendatur sale, et oleo, et cumino. Daucum et menses, et secundas potu facillime pellit. Ladanum suffitu corrigit vulvas: dolori earum exhulceratisque imponitur. Emortua scammonium pellit, potum vel appositum. Menses ciet hypericum utrumque, appositum. Ante alia vero, ut Hippocrati videtur, crethmos e vino, semine, vel radice: cortice trahit et secundas: succurrit et strangulationibus ex aqua pota. Item radix e geranio peculiariter secundis, inflationibusque vulvarum conveniens: purgat hipparis pota et apposita vulvas. Polygonus pota menses

ita loci sententia postulat. Mirum enim id esse Plinius innuit, tam diversas tamque dissimiles in herba una eademque dotes reperiri, ut cruda quidem causticam vim, atque adspissantem, seu adstringentem obtineat: cocta contra, vel in cibo ac potu praebita, contrariam, hoc est, mollientem, μαλακτικήν. H.

Vt diximus. Lib. XXV, cap. 109: *Omnibus batrachii seu ranunculi generibus vis caustica, si cruda folia imponantur: pustulasque, ut ignis, faciunt.* Hard.

Daucum et menses, et secundas, etc. Diosc. III, 83, de dauci semine: Πινόμενον, ἐμμήνων, ἐμβρύων, καὶ οὔρων ἀγωγόν. Hard.

Suffitu corrigit vulvas. Conversas, vel ascendentes. H. — *Vulvas.* Distortas, et in alterutrum latus inclinatas. Dalec.

Emortua scammonium pellit. Mortuos partus. Diosc. IV, 174: Ὁ δὲ ὀπὸς προστιθέμενος ἐν ἐρίῳ ἔμβρυα φθείρει. *Succus autem vulvae appositus in lana, partus enecat.*

Menses ciet hypericum. Diosc. III, 174 et 174. H. — *Vtrumque.* Nempe *Hypericum Coris*, et *Coris monspeliensis.* Cf. sup. cap. 53 et 54. Ed. P.

Vt Hippocrati videtur. Lib. de Morb. mulier. I, n. x, p. 422.

Semine. Diosc. II, 157. H.

Inflationibusque. Non codicum modo primitivorum fidem, Regg. Colb. Chiffl. sed a Dioscoridis auctoritatem amplexi; *inflationibus* scripsimus, pro *inflammationibus.* Sic enim ille, III, 131, de geranio: Ποθεῖσα ἐν οἴνῳ ἄχρι δραχμῆς ὑστέρας ἐμπνευματώσεις λύει. *Drachmae pondere in vino pota vulvae inflationes discutit.* Hard.

Polygonus pota menses ciet. Ita profecto libri omnes, tum vulgati, tum conditivi. Et de althaea quidem, cieri ea menstrua, tum usus edocet quotidianus, tum etiam Dioscor. III, 163. At vero polygonon adstringentis esse facultatis, mensesque ea sisti clamant omnes, post Diosc. IV, 4 sq. Quamobrem considerandum amplius num ita legi sic oporteat: *Polygonus pota menses sistit: ciet althaea radix:* quod incuria amanuensium excidisse vox ea *sistit* videtur. Hard. — Πολύγονον ἄρρεν Diosc. IV, 4, nobis eidem nomine est *Polygonum mariti-*

ciet, et althaeae radix. Folia plantaginis pellunt, item agaricum ex aqua mulsa. Artemisia vulvae medetur trita, ex oleo irino, aut fico, aut cum myrrha apposita. Eiusdem radix pota in tantum purgat, ut partus enectos extrahat. Menses et secundas ciet ramorum decoctum insidentibus: item folia pota drachma. Ad eadem omnia prosunt vel imposita ventri, immo cum farina hordeacea. Acoron quoque utile est interioribus feminarum morbis, et conyza utraque, et crethmos. Et anthyllides duae vulvis utilissimae, torminibusque, secundarum morae, in vino potae. Callithrix fotu locis medetur, albugines in capite tollit, capillos inficit oleo trita. Geranion in vino potum,

mum (*Octand. trigyn.* gen. 977 Pers. *Polygon.* Juss.). Habitat ad maris littora. Πολύγονον θῆλυ, IV, 5, est *Polygonum incanum*. Habitat in agris. Conf. lib. XXVII, cap. 94. Ed. P.

Item agaricum, Dioscor. III, 1, Αγει δὲ καὶ ἔμμηνα. Hard.

Artemisia vulvae medetur, etc. Dioscor. III, 127, totidem verbis, et Galen. de Fac. simpl. med. VI, 160. Hard.

Menses et secundas, etc. Dioscor. l. cit. ad verbum. Hard.

Ad eadem omnia prosunt. Dioscor. l. cit. Hard.

Acoron quoque utile. Inaessu praesertim Dioscorid. I, 2. Hard.

Et conyza. Et haec insidentibus quoque in eius decocto prodest: Dioscor. III, 136: Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν ἐν καθίσματι τὰ ἐν μήτρᾳ θυραπεύει, καὶ ἔμμηνα ἀποκαθαίρει. H. *Vtraque*. Nempe maior, quae nobis eadem est ac *Baccharis* Dioscoridis (*Singenes. superfl.* gen. 1846 Pers. *Corymbifer.* Juss.). Habitat in Syria, Aegypto, etc. Conyza autem minor, est *Inula Pulicaria* (*Syngenes. superfl.* gen. 1857 Pers. *Corymbif.* Juss.). Habitat in uliginosis. Cf. lib. XXI, c. 29. Ed. P.

Anthyllides... util. Dioscor. III, 153, ambas cum rosaceo et lacte subditas uteri inflammationes emollire tradit. H. — *Duae*. Nobis *Aiuga Iva*, et *Cressa cretica*, de quibus iam non semel egimus. Ed. P.

Callithrix fotu locis medetur. Menses eo cieri, et quae a puerperio purgata relinquuntur, scribit Dioscor. IV, 134, de trichomane. Hard.

Albugines in capite tollit. Τοὺς ἀλφοὺς, cutis et pilorum vitiosam albedinem. Alii furfures et porriginem exponunt. Dal. — *Albugines*, Furfures, credo, intelligit, porriginemque. Nam Dioscor. loc. cit. Αποσμᾷ πityρα, *furfures deterget*. Hard.

In vino. Gron. et al. ante Hard. *in vino albo*. Geranium est *Erodium malacoides*, aut *Geranium tuberosum*. Conf. sup. cap. 68. Hypocisthis eodem nomine dicitur *Cytinus Hypocisthis*, de quo plura vid. Exc. II ad calc. hui. lib. Ed. P.

hypocisthis in rubro, profluvium sistunt. Hyssopum suffucationes laxat. Radix verbenacae pota ex aqua, ad omnia in partu aut ex partu mala, praestantissima est. Peucedano quidam miscent in vino nigro semen cupressi contritum. Nam semen psyllii defervefactum in aqua, quum intepuit, epiphoras omnes uteri lenit. Rymphyton tritum in vino nigro evocat menses. Partus accelerat scordotis pota, drachma succi in aqua mulsa cyathis quatuor: dictamni folia praeclare dantur ex aqua. Constat unius oboli pondere, vel si mortui sint in utero infantes, protinus reddi sine vexatione puerperae. Similiter prodest pseudodictamnum, sed tardius: cyclaminos adalligata: cissanthemos pota: item vettonicae farina ex aqua mulsa.

XCI. Arsenogonon et thelygonon herbae sunt habentes uvas floribus oleae similes, pallidiores tamen,

Hypocisthis. Diosc. I, 127. Hard.

Epiphoras omnes uteri. Vulvae inflammationes. Vis est ei sane summe refrigerans, ψύχει γὰρ ἱκανῶς, inquit Dioscorid. IV, 70. Hard.

Symphyton evocat menses. Hoc est, revocat, retinet, sistit. Dioscor. IV, 9, de symphyto: Σὺν οἴνῳ δὲ ἑψηθὲν πίνεται πρὸς δυσεντερίαν, καὶ ῥοῦν γυναικεῖον ἐρυθρόν. Hard.

Prodest pseudodictamnum. Dioscor. III, 38. Hard.

Cyclaminos adalligata. Dioscor. II, 194: Ἔστι δὲ καὶ ὠχυτόκιον περιαπτομένη. Hard.

Cissanthemos. Cyclaminos cissanthemos, qua pota Diosc. II, 194, reliquias a partu purgari docet. H.

XCI. *Arsenogonon et thelygonon.* Haec sunt totidem verbis apud Theophr. Hist. IX, 19: Ἀρρενόγονον καὶ Θηλύγονον. Nec multum abludit Diosc. III, 140. Vtrumque pingitur a Lobelio in Advv. pag. 261. Arrhenogonon phyllum marificum Theophrasti, Dioscoridis feminificum Clusius recte muncupat, Hist. Rar. pl. IV, p. 48. Theligonon contra mas est Dioscoridi, Theophrastum feminificum. Vtrumque in horto Regio vidimus. H. — *Arsenogonon*, etc. Nobis est *Thelygonum Cynocrambe* (*Monoec. polyand.* gen. 2094 Pers. *Vrtic.* Juss.). Habitat in India orientali, et Europa australi. Conf. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, p. 103. Ed. P.

Herbae. Herbae sunt musci modo nascentes (ὥσπερ βρύον). Thelygonon oleae folio, pallidiore tamen, flore albo, semine papaveris modo. Diosc. Dal. — *Habentes.* Semen racemosum, et quodammodo simile, quod, postquam defloruit olea, primulum emergit, atque conspiatur. Diosc. loc. cit. Hard.

semen album papaveris modo. Thelygoni potu feminam concipi narrant. Arsenogonon ab ea semine oleae, nec alio distat. Huius potu mares generari perhibentur, si credimus. Alii utramque ocimo similem tradunt. Arsenogoni autem semen geminum esse testibus simile.

XCII. Mammarum vitiis aizoum, quod digitellum appellavimus, unice medetur. Erigeron ex passo mammas uberiores facit: sonchum in farre coctum. Quae vero mastos vocatur, illita, pilos mammarum e partu

Thelygoni potu. Alia est Thelygonos, nempe melampyron Dioscoridis, infra lib. XXVII, cap. 8. Dalec. — *Feminam concipi.* Narrat id quidem Cratevas apud Dioscorid. III, 140. Fabulae affine existimat Theophr. loc. cit. Facere interim a maribus feminisve gignendis utrique herbae nomen. Hard.

Arsenogonon. Arsenogono sit esse semen quale oleae, feminae nullum esse. Sic Theophr. Contra Dioscorid. feminae seu thelygono semen adiudicat: adimit mari. Hard.

Huius potu mares, etc. Et hoc a Crateva confictum. Hard.

Utramque ocymo similem, etc. Hoc Theophrastus loc. laud. Alia phylli historia Dioscoridis est. Mirum, Plinium, quae a Theophrasto de thelygono scripta sunt, hic tacuisse. Vide supra cap. 10. Dalec.

Arsenogoni autem semen geminum, etc. Quamobrem phyllon testiculatum recentiores herbarii nominant. Hard.

XCII. *Digitellum appellavimus.* Lib. XXV, cap. 102. Est id aizoum maius. H. — Nempe *Sempervivum tectorum*, *joubarbe*. Ed. P.

Quae vero mastos. Nomen a mamma factum, quae Graecis μαστὸς et μαστὸς scribitur: facies incognita. H.

Indita, pilos mammarum, etc. (sic olim). Pilorum in mammis fit mentio et cap. 10, lib. XXXII, nempe illos tolli apposito cancro, fluviatili vel carne murieis. Morbus is ab Arist. Histor. lib. VII, cap. 14, τριχεία dicitur. Fit pilo casu hausto in poculo. Dolor gravis cum febre, et mammae, et caput vexat; nec desinit, priusquam pilus manu et digitis pressus exeat, vel cum lacte exsugatur. Meminit et huius morbi Alpharabius medicus Arabs in aegritudinum cenau, quae mammis infestae sunt. Rondeletius, lib. XVIII, cap. 25, tom. I, vermiculum capillarem esse putat ex pituitoso et putrido lacte in mamma genitum: talemque se aliquando vidisse sit in ubere nobilis feminae natum. Vide locum. Dal. — *Illita.* Sic Reg. cod. 2; recte, non *indita.* Quis enim approbet mammis herbam indi? H.

Pilos. Casu nimirum aliquo nascentium in extima mammarum cute. Hos enim, ut in palpebris, sic in mammis poriter, psilothri vice, herba haec, dum illinitur, exterit. Cave enim aut de pilo intelligas, qui forte sit potu haustus, exitumque per mammas quaerat, quod fieri non posse puto, etsi ita Philosophus tradit, Hi-

nascentium aufert, et testas in facie; aliaque cutis vitia emendat. Gentiana, nymphaea heraclia illita, cyclamini radix, maculas omnes. Cacaliae grana mixta cerae liquidae extendunt cutem in facie, erugantque: vitia omnia acori radix emendat.

XCIII. Capillum lysimachia flavum facit: denigrat hypericon, quod et corion vocatur.

Item ophrys herba denticulato oleri similis: foliis duobus. Nigritiam dat et polemonia, in oleo decocta. Psilothrum nos quidem in mulieribus medicamentis tractamus: verum iam et viris est in usu. Efficacissimum autem habetur archezostis: item tithymali succo, vel in sole, cum oleo illito crebro, vel evulsis pilis. Quadrupedum scabiem sanat hyssopum ex oleo, suum anginas peculiariter sideritis. Verum et reliqua genera herbarum reddamus.

stor. An. IV, aut de vermiculo, qui sit capilli specie, quem Rondeletius confinxit; XVIII, 25. Nam de vitiis summae cutis agi, et de psilothris, Plinius ipse monet, quum subiicit, *aliaque cutis vitia emendat*. Et mox: *Psilothrum nos quidem in mulieribus medicamentis tractamus*. Vide Schenk. Obss. med. II, tit. de morbo pilari, pag. 332. Hard.

Et testas. Maculas quae testam colore referant: ita MSS. omnes Regg. Colb. Ch. non *tineas*. H. — Brot. ex MSS. Regg. et ed. pr. *aufert; testas*, etc. copula omissa. Ed. P.

Gentiana. Diosc. III, 3. Hard.

Nymphaea heraclia. Ἀλφοὺς σμηχει σὺν ὕδατι, *vitiligines ex aqua tollit*. Diosc. III, 148. Hard.

Cyclamini radix. Diosc. III, 194: Ῥύπτει δὲ καὶ χρῶτα ἡ ῥίζα. H.

Cacaliae grana mixta. Dioscorid. totidem verbis, IV, 123. H.

XCIII. *Quod et corion*. MSS. *coriton* et *coristum*. Hard.

Item ophrys herba. In Reg. 1, *hophros*. Reg. 2, *ophros*. Index et libri editi, *ophrys*. Quidam tamen in Indice MSS. *orbris*. Hard.

Denticulato oleri similis. Alii multo probabilius et commodius legunt, *Siculo oleri*, nempe betae nascenti. Dal. — *Denticulato*. Brassicae similis, cujus folia sunt incisuris distincta. H. — *Foliis duobus*. Broter. est Ophrys bifolia, C. Bauh. *la double-feuille*. Ed. P.

Psilothrum. Ψίλωθρον, medicamentum depilatorium, a ψιλόω, depilo. H.

Verum iam et viris est in usu. Quum dicit *iam*, significat novum eius usum apud viros esse, postquam mores degenerare coeperunt. Gutten.

Tithymali succo. Totidem verbis Diosc. IV, 165. Hard.

Hyssopum. Importune nobis nescio qui oesypum hic obtrudunt, prohyssopo: quod et semet superius factitarunt: quum medicinae omnes hoc libro comprehensae non ex animalibus, sed ex herbis omnino petantur. H.

EXCVRSVS I

DE LADANO.

Ad ea Plinii verba, lib. XXVI, cap. 30:

Et ladano sistitur alvus utroque: quod in segetibus nascitur, etc.

Ladanum vel labdanum, Off. λάδανον, Graecorum. Est substantia resinosa, cuius duae species in officinis occurrunt: una in massas compacta grandiores, molles, ad emplastri vel extracti consistentiam accedentes, intra digitos lentescentes, crassiores, odore grato, colore ex rufoigrescente, vesicis seu pelliculis involutas, vulgo *labdanum en masses ou en pains*: altera vero in panes contortos et circumvolutos, siccos, duros, fragiles, qui tamen calefacti paululum mollescunt, arenula tenui nigra permixtos, colore nigro, odore debiliori, vulgo in officinis *labdanum in tortis*. Haec frequentius reperitur.

Ladanum eligatur odoratum, odore valido, sed suavi, inflammabile, accensumque gratum odorem exhalans, calore facile mollescens, purum; improbatur arena aliisque sordibus inquinatum. Ex insula Creta aliisque maris Aegaei insulis affertur. Veteribus Graecis innotuit.

Haec resina tempore aestivo exsudat ex foliis plantae, quae dicitur cistus ladanifera cretica, flore purpureo. Coroll. Inst. R. H. 19: ladanum creticum P. Alpin. Exot. 88. Frutex est ramosus, paulus, supinus, humi sparsus, qui ad pedalem bipedalemve altitudinem attollitur. Ex radice dura, lignosa, intus candicante, foris rufescente, pedem longa, fibrata, et capillata assurgunt rami plurimi, duri, pollicem saepe crassi, fusci, nonnumquam cineracei, cortice hiulco, in alios obscure rubentes divisi ramusculos, quorum juniores surculi hirsuti sunt, et ex viridi candicantes; folii instructi binis ex adverso nascentibus, obscure virentibus, oblongis, ad oram sinuatis, cum nervis et venulis plurimis, pollicem longis, octo vel novem lineas latis, obtuse acuminatis, asperis, pediculo tres quatuorve lineas longo, unam lato innixis, saporis herbacei, leviter stypticí. Summi ramuli rosaceis ornantur floribus, qui constant ex quinque petalis incialibus, varie et inaequaliter complicatis, subrotundis, purpurascentibus, circa pediculum angustioribus, et ad unguem flava macula insignitis, cum staminibus numerosis luteis, fuscisque apicibus. Eorum calix ex quinque petalis componitur septem octóve lineas longis, ovatis, venosis et externe villosis, in longum et recurvum acumen desinentibus. Ex hoc ea-

lyce surgit pistillum viride, quod deinde abit in fructum multicapsularem, quem Cl. Tournefortius non descripsit. In montibus circa Cydonem, vulgo *la Canée*, Cretae insulae metropolim haec planta luxuriat.

Alia eius cisti species vel potius varietas a peritissimo illo botanico observata fuit, huic prorsus similis, sed flore longe maiore; quae in Ponto nascitur, et dicitur cistus ladanifera, orientalis flore purpureo maiore, Coroll. Inst. R. H. 19.

Ladanum duobus modis Dioscoridis tempore super hanc plantam colligebatur. Quum cisti frondes inquit, pascuntur caprae hircique, pinguedinem barba carpunt, et suo lentore villosis cruribus adhaerescentem reportant: quam depectentes incolae colantesque cogunt in offas, et ita recondunt. Alii vero attractis funiculis insidentem fruticibus lentorem abstergunt conglomerantque in ladanum. Hinc quidam septasiarii ladanum ex caprarum barba exemptum, et ladanum funibus collectum distinguere voluerunt. Verum et Bellonii tempore, et hodie, referente Cl. Tournefortio, unus tantùm erat colligendi modus. Graeci colligendo ladano peculiare instrumentum parant, rastro dentium experti simile, ἐργαστῆρι illis dictum. Huic affixae sunt multae ligulae sive zonae e corio rudi nec praeparato confectae: eas per summos ardores solis super ladaniferos frutices volvunt et revolvunt, ut inhaereat resinosus ille humor circa folia concretus, qui deinde cultris a ligulis abradendus est. Itaque ladanum colligendi summus, immo intolerabilis est labor, a rusticis tantummodo susceptus; quum totos dies ardentissimo Caniculae aestu in montibus haerere necesse sit. Si quis tamen huic labori assidue operam navet, uno die plusquam tres ladani libras seu 48 scrup. colligere posse asserunt. Tempus huic operi suscipiendo magis idoneum est, saeviente Canicula, aëre solis ardore aestuante, nec ventis agitato: tunc enim humor ille abunde exsudat, et purus obtinetur; alioquin ventis agitato aëre, multo pulvere et sordibus conspurcatur. Verum nec facile est purum ab incolis obtinere ladanum; quandoquidem sordido amore lucri promoti arenulam quamdam nigram minutissimam et ferrugineam quae ibi reperitur, huic admiscere solent, quo ladani pondus multum augetur.

Mulieres graecae globos ex ladano solo, vel cum ambra permixto confectos, manibus, oblectamenti gratia, saepe gestant et odorant.

Ladanum externè admotum emollit, concoquit, attenuat et resolvit; interne vero adstringit, roborat et dolores sedat. Minus frequens tamen est illius usus internus. Ad ventriculum roborandum, et concoctionem iuvandam, adversus serosam colluviem et catarrhos, et in dysentericis 3 scrup. pondere praescribitur. Laudatur in frigida cerebri intemperie, capiti applicatum; in ventriculi imbecillitate, eius regioni impositum; in odontalgia, temporibus admotum. Ad hulcera antiqua et sinuosa cum tumore et duritie et ad uteri vitia sananda commendatur. In odoratis suffimentis admiscetur, et ex eo parantur globi seu poma odorata adversus pestilentem auram.

Hactenus Geoffraeus Mater. med. tom. II, pag. 639 sqq. nunc ex Scient. med. Diction. de ladano, tom. XXVII, pag. 61 sqq. doct. nost. Nachet disserentem audias.

Labdanum, en latin et en grec *ladanum*, *leden* ou *laden* des Arabes, *laudano* ou *ladano* des Italiens, le *zara* des Espagnols, est un suc épaissi, gom-

mo-résineux, qui découle naturellement de toutes les parties, et principalement des feuilles d'une espèce de ciste, que les Anciens ont nommé *cistus ledon*; Tournefort, *cistus ladanifera*, et Linné, *cistus creticus*.

Cet arbrisseau, toujours vert et d'orangerie dans notre climat, croît naturellement en Chypre, en Candie, en Grèce, en Italie et en Espagne. Sa racine est ligneuse, blanchâtre en dedans, noirâtre en dehors, longue d'un pied, fibreuse et chevelue; incliné vers la terre, il ne s'élève que d'un ou deux pieds; ses feuilles, d'un vert obscur, longues, étroites, rudes au toucher, gluantes, sont opposées et munies de stipules ou petites folioles; la fleur, située à l'extrémité des rameaux, est formée d'un calice pentaphylle, d'une corolle à cinq pétales de couleur rose ou purpurine, d'étamines en nombre indéfini, d'un seul pistil ayant un styla ou stigmate; l'ovaire devient une capsule polysperme à plusieurs loges, renfermant de petites graines arrondies.

La récolte du labdanum se faisait autrefois par les paysans de l'Archipel de la Grèce, en enlevant, avec des peignes de bois, cette matière adhérente, à cause de sa viscosité, à la barbe et aux poils des jambes des bœufs et des chèvres qui avaient brouté les feuilles du ciste; ils en formaient des pains de grosseur différente, mélangés d'impuretés et de beaucoup de poils; ce qui a fait donner par les marchands à cette première sorte, la plus anciennement connue, le nom de labdanum naturel ou en barbe.

Tournefort, dans son *Voyage du Levant*, et dans les *Mémoires de l'Académie* de l'année 1702, nous a appris la manière dont on fait présentement cette récolte. Les caloyers, autrefois calogers, moines chrétiens de l'église grecque, institués par saint Basile, répandus dans les îles de l'Archipel et dans la Morée, où ils ont plusieurs couvents, et particulièrement à Misitra, autrefois Lacédémone, se transportent pendant les ardeurs de la canicule, sur les montagnes où croissent les cistes; ils passent et repassent sur toutes les parties de la plante des fouets formés d'un grand nombre de lanières de cuir frangées à leurs extrémités, et attachées au bout d'une perche, qu'ils grattent ensuite pour en séparer la matière résineuse qui s'y est attachée, et en former des masses.

Cette seconde sorte, la plus estimée, la plus rare, décrite et préconisée par Pline, Dioscoride, Théophraste, a une consistance molle, une couleur noire, une odeur agréable et pénétrante, approchante de celle de l'ambre gris, une saveur âcre et balsamique; on l'envoyait autrefois enfermée dans des peaux ou dans des vessies.

La troisième sorte, la seule que nous trouvions dans le commerce, est bien inférieure à la précédente pour les qualités, formée en pains secs, fragiles et durs, tortillés et roulés sur eux-mêmes, ce qui l'a fait nommer *labdanum in tortis*; elle a une couleur noire, une saveur âcre, une odeur faiblement aromatique. Ce labdanum brûle difficilement, en répandant une odeur plus agréable, et se ramollit par la chaleur.

Il est le résultat du mélange d'une petite quantité de vrai labdanum, de résines et de gommes résines odorantes, de peu de valeur, et d'une grande quantité de sable ferrugineux, unis et fondus ensemble.

Autrefois les Espagnols retiraient, par ébullition des diverses parties du

cigie à feuilles de saule et à fleurs blanches, qui croît chez eux, une espèce de labdanum peu estimé, et connu sous le nom de *baume noir*.

Il est très-probable que les chimistes n'ont jamais analysé d'autre labdanum que la troisième sorte; les différents résultats qu'ils ont obtenus semblent confirmer cette assertion. En effet, selon Neumann, la partie pure du labdanum contient plus de résine que de gomme, et, suivant Carthauser, il est composé d'une plus grande quantité de gomme que de résine. L'analyse la plus récente et la plus exacte est celle de M. Pelletier, professeur à l'École de pharmacie de Paris. *Voyez* sa Thèse sur la nature des gommes-résines, soutenue devant la Faculté des Sciences de Paris, août 1812.

Selon ce chimiste, cent parties de labdanum sont composées:

De gomme retenant du malate de chaux	3,60
Résine	0,20
Cire	1,90
Acide malique	0,60
Sable ferrugineux	72,00
Huile volatile et perte	21,70
	100

Le labdanum a été employé plus souvent en parfum que comme médicament. Les Grecs et les Turcs, en l'associant à l'ambre gris et au mastic, en forment des boules qu'ils estiment très-efficaces contre l'air pestilentiel. Les parfumeurs composaient autrefois une huile aromatique dont il était la base; il est toujours un ingrédient de nos pastilles et clous fumants. Les médecins le prescrivent en topique, comme un excellent résolutif et fortifiant. Administré intérieurement, il agit à la manière des astringents. Le Codex de Paris prescrit d'en extraire une résine par l'alcool, pour la composition de la thériaque céleste. Il entre aussi dans le baume hystérique, les emplâtres stomacals et contre la rupture.

EXCVRSVS II

DE HYPOCISTHIDE.

Ad ea Plinii verba, lib. XXVI, cap. 31:

Hypocisthidis, orobethron quibusdam dicta, malo granato immaturo similis.

Hypocistis, Officin. Ὑποκιστὶς Dioscor. *taranth*, Arabum. Succus est exsiccatus, niger, nitens, saporis austeri. Ex Gallo-Provincia, Gallia Narbonensi, et orientalibus plagis nobis affertur. Eligatur purus, nitidus, niger, non adustus.

Planta ex qua extrahitur, dicitur hypocistis officin. C. B. P. 465. E variorum cisti generum radicibus veluti surculus erumpit, orobanches forma: caule infima parte quatuor vel quinque lineas, suprema pollicem vel duos pollices crasso, tres quatuorve alto, carnoso, succoso, disruptu facili, candicante, purpurascente aut sublutei coloris, saporis amari et summe adstringentis, foliolis seu squamis crassis, semipollicem longis, duas tresve lineas latis, obtuse acuminatis, diversi coloris in diversis speciebus, undique obsito. Multos gerit in summitate flores congestos cum foliolis aut squamis plurimis similibus crassis intermixtos et circumseptos. Flos mali punicae cytino similis monopetalus est, campanulatus, septem vel octo lineas longus, cuius pars infima pro calyce est, suprema in quinque dividitur segmenta duas lineas longa, subrotunda; quorum medium pistillum occupat duas lineas longum, in globulum desinens striatum, cuius striae stato corpore dehiscentes tenuissimum pollinem emittunt: sicque haec pars pistilli staminum et apicum vices gerit. Infima floris pars paulatim intumescit ad semiunciae crassitiem, et fructum constituit subrotundum, eiusdem cum flore coloris, mollem, intus veluti radiatim in sex vel octo partes divisum, succo turgidum lento, glutinoso, limpido, saporis fatui, et seminibus foetum pulveris adinstar tenuissimis. Sphericeo huic fructui striatus pistilli globulus superemineus semper adhaeret. Caulis a cisti radicibus quibus innascitur, facile avellitur; et scrobiculum relinquit in radice laevem absque ullo fibrarum vestigio. Cl. Tournefortius in Creta insula observavit hypocistidis species colore diversas, ut videre est in Corollar. Inst. R. H. Sola hypocistis flore luteo odorata erat, et odorem lilii convallium referebat; caeterae species erant inodorae.

Ad succum praeparandum, cytinos seu fructus recentes contundunt, et succum eliciunt, qui subinde insolatur et densatur ad extracti solidi consistentiam. Praeter hanc hypocistidis praeparationem nonnulli, tempore Dioscori-

dia, plantae surculos exsiccabant, fractos macerabant, incoquebant, percolabant, et ad extracti consistentiam indurabant.

Hypocistis ex iisdem fere constat principiis ex quibus acacia, et iisdem virtutibus donatur. Potenter adstringit, et ad omnes fluxionum affectus, puta sanguinis reiectiones, profluvia muliebria, coeliacos dysentericosque affectus commendatur. Quin si quam partem roborare consilium sit, inquit Galenus lib. VII Simpl. Medic. quae videlicet pluculo humore exoleta fuerit, robur et firmitatem illi non imbecilliter addit. Sic sane stomachicis epithematis, hepaticisque commiscetur, et ex viperis confecto antidoto inditur, nimirum quo corpora confirmet ac roboret.

Conf. Geoffraeus, Mater med. tom. II, pag. 720 seq.

Digitized by Google

EXCVRSVS III

DE EVPHORBIO

Ad ea Plinii verba, lib. XXVI, cap. 34:

Item euphorbium, vel agaricum, drachmis duabus cum sale modico potum, etc.

Euphorbium, offic. εὐφόρβιον, Dioscoridis. Est gummi-resina concreta in guttas, vel lacrymas ex pallido flavescentes aut coloris aurei, splendidas, modo rotundas, modo oblongas, ramosas et cavernosas, saporis acerrimi, exurentis, nauseosi, odoris expers. Affertur ex Africae regionibus a mari remotissimis per Selam urbem, vulgo *Salé*, in Barbariam; unde in Europam transvehitur.

Eligitur purum, siccum, pallidum vel flavescens, et acre, quod levi linguae contactu totum os accendit.

Dioscorides refert Euphorbium tempore Iubae Libyae regis detectum fuisse. Plinius vero dicit ab ipso rege Iuba compertum, et nomen sui medici Euphorbi, fratris celeberrimi Antonii Musae, Caesaris Augusti medici, impositum fuisse. Observat tamen Salmasius Tractatu de Homonymis, εὐφόρβης ἀκάνθης mentionem esse apud auctorem longe quam Iuba est antiquiorem, Meleagrum scilicet poëtam aequalem Menippi Cynici, in quodam poëmate graeco inscripto στέφανος.

Planta dicitur euphorbium Antiquorum (1) verum, Commel. H. med. Amstel. Frutex est altitudine duorum hominum et amplius, nascens in arenosis; radice crassa, recta in terram descendente, fibras hinc inde emittente, intus lignosa, cortice exterius fusco, intus candido et lacteo circumvestita. Stipes qui e radice simplex oritur, trigonus vel tetragonus, quasi articulatus seu diversis nodis distinctus, marginibus inter nodos sinuosis, angulosis, et in angulis spinis rigidis, acutis, rectis, fuscis et nitentibus, binis munitus, cortice crasso, viridi, fusco constat et pulpa humida, albicante

(1) *Euphorbia officinarum*, vel *antiquorum* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1190 Pers. *Euphorbiae*. Juss.), de qua iam saepius nobis dictum est. Ed. P.

lacte turgida absque ullo ligno. In plures ramos expanditur sine frondibus; nisi particulas quasdam seu appendices, quae in oris solitariae et spinis adsitae prodeunt parvae, rotundae, crassae, lacteae, et parvis, crassis, planis, viridibus ac lacteis pediculis innixae, foliorum nomine insignire quis vellet. Flores in oris nascuntur maxime ex sinibus cavis per angulos extuberantes seu spinarum ordines intermediis ex parte eorum profundiore teroi, ut plurimum simul in uno pediculo parvo, ferme semiuncial, rotundo, viridi, lacteo, crasso, recta exsurgente. Medius flos et maior primo sese expandit, caeteris consequentibus priori adnatis, et ex adverso positis; pedicellisque minimis aut nullis fultis. Constant autem calyce monophyllo, ventricoso, rugoso, colorato, ore quinquedentato et persistenti, petalis vero quinque, turbinatis, gibbis, crassis, cum dentibus calycis alternis, unguibus margini calycis impositis. Ex eorum medio stamina plura, quinque vel sex bifurcata, superne rubra, inordinate assurgunt: pistillum simplex breve germen gerit subrotundum, triquetrum, cum stigmatis tribus: floribus prodeuntibus, appendices foliaceae seu folia decidunt. Floribus succedunt fructus seu vasculae seminalia, tricocca, plana, lactea, primum virentia, dein ex parte parum rubentia, saporis adstringentis; in quibus tria semina rotunda, extus cinerea, intus albicantia continentur. Saepe in saccis coriaceis cum euphorbio huius plantae fragmenta, capsulae seminales et flores exsiccata reperiuntur. Tota planta succo acri, lacteo turget, qui, quacumque parte laesa, copiose ex ea profluit. In Africa, Malabaria et India orientali crescit. Videtur autem illud gummi colligendi modus Malabaribus incognitus.

De medicis plantae euphorbii viribus Veteres nihil referunt. Malabares, narrantibus Horti Malabarici scriptoribus, ex eius radice addito pauxillo Assae foetidae emplastrum praeparant, quod ventri puerorum pro lumbricis enecandis commode superimponitur. Cortex radicis contritus et sumptus cum aqua alvum solvit. Stipes et rami contriti, et aqua decocti iuvant in doloribus podagrae, si pars affecta eius fumo vel vapori exponatur.

Nulla apud Hippocratem de euphorbii succo mentio est. Galenus et Dioscorides de eius purgandi facultate nihil memoriae prodiderunt. Graeci recentiores et Arabes insignem serum ex toto corpore trahendi virtutem ipsi tribuunt. Est autem acerrimum omnium ardentissimumque hydragogum, adeo ut non sine labore, animi defectu, ac sudore frigido alvum deiicial, et saepe intestina exbulceret. Hinc monet C. Hoffmannus non tutum esse euphorbii usum interiorem, nequidem in visceribus refrigeratis. Mesues quoque illud tamquam noxium medicamentum intus exhiberi vetat, nisi prius iis commisceatur medicamentis quae acerrimam eius vim retundere valeant.

Sic Geoffraeus noster, Mater. med. tom. II, pag. 626 sqq. Nunc de Euphorbio Dr. Banana disserit, med. Scient. Diction. t. XLII, p. 466 sqq.

L'euphorbe est une substance extracto-résineuse, qui est apportée de l'Égypte en larmes irrégulières, roussâtres en dehors et blanches en dedans. Il y a une autre sorte d'euphorbe en grosses masses; ce dernier est moins pur, il est souvent mélangé avec une matière terreuse.

L'euphorbe se retire de l'*Euphorbia officinarum* et de l'*Euphorbia Antiquorum*; on sait que ces plantes, qui appartiennent à la famille des euphorbiacées ou tithymales, sont remplies d'un suc blanc, qui en découle avec abon-

dance aussitôt que l'on fait la plus petite blessure à l'écorce de ces plantes; or c'est ce suc épaissi à l'air, ou rapproché à l'aide de la chaleur, qui devient *euphorbe*. Cette substance donne, à l'analyse chimique, de la résine, de l'extractif et de l'albumine.

L'euphorbe a des qualités sensibles fortement prononcées; si on la mâche, il enflamme la langue et le palais, il cause une impression brûlante qui dure assez long-temps: il irrite aussi vivement la membrane pituitaire, et détermine l'éternuement avec une grande promptitude. Ce eternutatoire est si violent, qu'il deviendrait dangereux pour les personnes pléthoriques, sujettes aux hémorrhagies, pour celle qui sont menacées de l'apoplexie, qui ont des hernies, etc. Si l'euphorbe est en poudre fine, et que celle-ci se trouve disséminée dans l'air, il peut se propager à de grandes distances, et produire l'effet ptarmique, avec beaucoup d'intensité, sur tous ceux qui se trouveront dans cette atmosphère.

En contact immédiat avec la peau, l'euphorbe agit à la manière des caustiques; il détermine une vive irritation, il attire le sang vers le lieu de son application, y produit de la rougeur, du gonflement, de la douleur, même des petites vésicules; il fait, en un mot, un effet vésicant: on sait que l'on ajoute la poudre d'euphorbe dans l'emplâtre vésicatoire. On tire avantage de l'action irritante de cette substance dans le traitement des affections cutanées des chevaux et des chiens.

Cette excessive activité de l'euphorbe rend très-dangereux son usage intérieur. Cette matière est, à proprement parler, un poison irritant, et son action médicinale n'est qu'un diminutif de son action vénéneuse: elle tend à corroder la surface de l'estomac et des intestins, à causer des lésions profondes et durables dans leurs tissus. On a cependant quelquefois administré l'euphorbe à la dose de deux à quatre grains: on doit toujours alors le mélanger avec des poudres peu actives et insolubles dans les humeurs gastriques et intestinales, afin que tenant écartées l'une de l'autre les molécules de l'euphorbe, elles préviennent une impression fâcheuse.

Quelques précautions que l'on prenne, l'euphorbe, même à petites doses, détermine encore une irritation violente sur la surface intestinale: il rend très-abondantes l'exhalation et la sécrétion muqueuse qui sont naturelles à cette partie, et donne lieu à des évacuations alvines copieuses et répétées; souvent son impression sur la surface intérieure des intestins est telle qu'elle fait rendre du sang; pendant ce temps, des coliques violentes se succèdent; en un mot, on voit naître tous les symptômes d'une superpurgation dangereuse. Des flux de sang, des inflammations de bas-ventre, des convulsions, etc. ont suivi quelquefois l'emploi de cette substance.

Nous pensons que l'usage de l'euphorbe à l'intérieur doit être proscrit: il présente trop de dangers et des dangers trop graves pour que l'on se permette de se servir de cet agent à titre de purgatif. Nous avons des substances plus douces pour le remplacer, et nous devons faire entrer l'euphorbe seulement dans les moyens épispastiques.

On assure cependant que l'on a donné l'euphorbe avec succès dans quelques hydropisies, comme un purgatif hydragogue: remarquons que dans ces maladies, la sensibilité est souvent affaiblie, et que l'usage des irritants

devient alors moins dangereux : on s'en est aussi servi dans la paralysie pour exciter dans tout le système nerveux un ébranlement salutaire. On y a eu recours dans l'amaurose, quand on voulait attirer les humeurs vers le bas et dégager la tête : dans ce cas, comme dans la léthargie, quelques personnes conseillent l'euphorbe en lavements à la dose de six à huit grains, délayés dans un jaune d'oeuf, et mis ensuite dans de l'huile douce.

Ceux qui pulvérisent l'euphorbe éprouvent souvent des coliques violentes, des saignements de nez, crachent même le sang, etc. Il est essentiel de leur faire prendre des précautions pour qu'ils soient à l'abri de l'influence de cette substance.

EXCVRSVS IV

DE SCAMMONIO.

Ad ea Plinii verba, lib. XXVI, cap. 38:

Scammonium quoque dissolutionem stomachi facit, bilem detrahit, etc.

Scammonium, scammonia et scammonea, Off. σκαμμωνία, Dioscoridis. Succus est concretus, resinosus et gummosus, purgans, apud Veteres et Neotericos maxime usitatus; cuius duo genera in officinis reperiuntur, unum Alepense, alterum Smyrnaeum.

Scammonium Alepense est succus concretus, levis, rarus, fungosus, friabilis, e cinereo nigricans, et splendens, dum frangitur; in pulverem albidum, aut cinereum abiens, quum digitis tractatur; saporis amaricantis cum quadam acrimonia, et odoris virulenti. Ex Alepo affertur, ubi colligitur.

Scammonium Smyrnaeum nigrum est, magis densum ac ponderosum. Smyrna asportatur: illuc vero affertur ex urbe Gallo-Graeciae sive Galatiae Conteio nunc *Cuè* dicta, et ex Iconio nunc *Cogni* dicto Lycaoniae seu Cappadociae Provinciae, non procul a flexu Tauri montis, ubi ampla huius mercis seges est, ut vir clarissimus et rei botanicae peritissimus D. Shersrd, Anglus, qui Smyrnae per 13 annos nationis anglicae consulatum gessit, mihi narravit. Alepense Smyrnaeo anteponitur.

Scammonium eligatur tenerum fractu, et pulveratu facillimum, uitens, linguam parum vehementer urens, quod fractum linguae salivosae tactu vel humoris alicuius albescit et lactescit. Reiicitur adustum, nigrum, ponderosum, arenulis, lapillis aut aliis heterogeneis refertum.

Planta quae hunc succum profert, dicitur convolvulus syriacus et scammonia syriaca, Moryson. Histor. Oxon. part. II, 12. Ex radice crassa, bryoniae forma, carnosa, intus albida, foris pulla, fibris quibusdam donata, et lacten succo turgente, viticulas emittit tricubitales, seu caules tenues, scandentes, et circa vicinas plantas se convulventes. Folia in his alterno ordine disponuntur, convolvuli minoris arvensis foliis similia, triangula, glabra, cum basi sagittata. Ex eorum alis flores nascuntur campaniformes, ex candido purpurascentes, aut flavescentes. Horum pistillum abit in capitulum seu capsulam acuminatam, seminibus foetam nigricantibus et angulosis. Nascitur in Syria, et solo pingui delectatur circa Alepum.

Doctissimus Tournefortius observat Dioscoridem aliter scammoniam plantam describere. a Scammonia, inquit, ab una radice ramos emittit trium cubitorum, multos, pingues, et qui non nihil crassitudinis prae se ferunt; foliis helxinae aut hederaceis, mollioribus tamen, hirsutis et triangulis; flore candido, rotundo, in calathi modum cavo, graveolente; radice praelonga, crassitudine cubitali, candida, gravi odore, succo gravida. « Laudat idem Dioscorides scammoniam ex Mysia, Asiae regione delatam: improbat vero Syriacam et Judaicam, quae suo tempore gravis erat; densa, levi farina et tithymalo adulterata. Hanc convolvuli hirsuti speciem Cl. Tournefortius observavit in Mysiae campis inter montem Olympum et Sipylum, sed etiam circa Smyrnam et in insulis Lesbo et Samo, ubi hodierna die succus concretus etiam colligitur scammonio Syriaco longe inferior. Itaque Cl. Tournefort. nos inducere videtur, ut credamus scammonium Off. ex plantis, si non diversi generis, diversae saltem speciei oriundum esse. Syriacum nempe seu Alepense, ex scammonia folio glabro; Smyrnaeum et Dioscorideum, ex scammonia folio hirsuto: quod tamen non affirmat. Quum tamen hac de re clarissimum D. Sherard. percontarer, retulit se ipsum quoque circa Smyrnam eumdem convolvulum hirsutum observavisse, sed nullum ex illo succum extrahi; tanta copia scammoniam Syriacam vel convolvulum glabrum ibi ubique nasci, ut solus sufficiat ad scammonium, quo utuntur, praeparandum; nec ad hunc succum extrahendum scammoniam quocumque in loco natam seligi, sed eam praecipue quae in declivi montis sub Smyrnae castello crescit, expeti, ubi aliquantisper remota terra radicem detectam incidunt, et vulneri mytilorum conchas apponunt, quibus succus lacteus excipitur, et exsiccatus asservatur. Hoc scammonium in conchis ad incolarum usum reservatur, rarissime ad exteros mittitur. Omne scammonium quod per Smyrnam ad nos venit, ex Conteio et Iconio, ut iam dixi, affertur; atque mercatores his in locis ex eodem convolvulo glabro colligi asserunt.

Diversae sunt illius succi legendi rationes a Graecis et ab Arabibus recensitae. Duas Dioscorides proponit. 1. Capite exempto, radix in testudinis inversae speciem cultro excavatur, quo fit ut in cavum confluat succus, qui conchis demum excipitur. 2. Alii scrobes in terra concamerato sinu fodiunt, in quas subiectis inglandium foliis profundunt succum, siccatumque extrahunt. Quatuor autem a Mesue recensentur, quae quidem diversum quoque succum exhibent. Primo, quum primum radix, super terram exstiterit, pars eius quae terrae supereminet incisa succum gummeum quotidie remittit, qui siccatus servatur. Deinde radix omnino evulsa inciditur, lacque inde profluens siccatur, vel igne lento, vel sole; et in offas quasdam formatur et obsignatur: colore autem est subalbo vel vario. Postea taleolae radicum tritae exprimuntur, et succus siccatur, sigiloque notatur: est autem hic crassus, niger, gravis. Sunt etiam qui ex foliis et caulibus tritis succum extrahunt, siccant, coguntque: sed hic ex nigro virescit, estque odoris tetri. Hodie scammonii massae sigillo notatae non amplius afferuntur.

Scammonii lacryma quae ex radice incisa sponte fluit, qualis circa Smyrnam in conchis colligitur, licet praestantior sit, rarissime vel numquam ad nos venit. Colore est pellucido albicante vel flavescente, resinae vel glutinis taurini instar. De tali scammonio pellucido Lobelius et Pena in Adversariis

mentionem faciunt. Scammonium autem quod nobis hodie asportatur, est in glebas compactum, opacum, et cinereum. Quisnam autem sit illius succi colligendi modus plane ignoramus. Sed verisimile est illas glebas esse ex succis, tum incisione, tum expressione extractis coagmentatas; unde tanta in eadem gleba varietas deprehenditur.

Scammonium, tum Graecis tum Arabibus cognitum fuit, et usitatum. A Mesue habetur tanquam medicamentorum purgantium maximum, adeo ut purgatorii nomine simpliciter pronuntiato per ἀντονομασίαν scammonium intelligatur, et ab Oribasio omnium purgantium violentissimum. De illo tamen Galenus libro de Simpl. Medicamentor. Facultatibus non meminit, licet alibi huius medicamenti saepe mentionem faciat.

Nec de scammonii viribus Neoterici a Veteribus dissentiunt. Nec etiam minus frequentis est usus apud eos, ad humores biliosos et pituitosos seu serosos e partibus remotis educendos. Vires eius laudantur in corporibus frigidis et serosis, in febribus intermittentibus, cruditatibus: magis autem in robustis et aetate consistente; minus in infantibus, imbecillioribus, puerperis, gravidis, febribus ardentibus, calidis morbis aut constitutionibus.

Duplici autem ratione catharsim moliri mihi videtur, tum fixis suis partibus acrioribus ventriculi et intestinorum membranas irritando et ad contractionem sollicitando, tum etiam volatilibus, oleosis particulis acribus nervos convellendo, sicque omnes viscerum abdominis glandulas paululum exprimendo. Caeterum massam sanguineam et lympham viscidam non aeque solvit sicuti manna, ialapium et caetera hydragoga; unde tanta seri tenuis et fluidioris copia ab illo non educitur. Haec vero scammonii operatio a Fernelio accurate et eleganter depingitur in Meth. medendi, lib. V, cap. 9, his verbis: » Bilem tenuem atque citrinam ex universo corpore, simulque aquam citrinam ac serosos humores trahit. Quumque vis eius quasi furens et effrenata sit, prompte quidem ac cito et e distantioribus vacuat, neque tamen crassiusculos ullos humores, seu pituitosos seu biliosos, qui circum praecordia ac viscera concreverunt et obhaerent, avellit; sed effectum quasi praecipitans et accelerans, eos dumtaxat qui tenues sunt et fluxioni apti, humores secum rapit: idque tum ex abdomine ut hydropicis, tum e venis et summo corpore, ac inde pauca succedit emictio. «

Verum enimvero quum omnia purgantia medicamenta corpori sint infensa, scammonium ut inter valentiora est valentissimum, sic inter infensa est infestissimum. Reipsa medici de eo multa et gravia proferunt incommoda: ex quibus quinque vel sex potissimum vitia illi exprobrantur, 1. Quod sit medicamentum maxima infidum, et cuius operatio admodum incerta est; quandoquidem ab exigua dosi hypercatharsis nonnunquam excitatur, et dosis debita ac requisita saepe irrita est ac inanis. 2. Quod flatus quosdam mordaces gignat usque adeo stomachum lacessentes, ut sumentibus nauseam commoveat. 3. Quod vehementi acredine partes inflammet; quo fit ut sitim inexplebilem accendat, et febres excitet, iis praecipue qui viscerum obstructionibus et humoribus putrescentibus obnoxii sunt. 4. Quod eadem acredine sua recludat ora venarum, adeo ut sequantur evacuationes nimiae, hypercatharses dictae. 5. Quod acrimonia abradat intestina, reliqua viscera exhulceret, et dysenteriam aut tenesmum excitet. 6. Quod malignitate quadam speciali

principibus partibus bellum inferat, et cor, ventriculum, hepar, etc. graviter laedat.

Haec autem scammonii vitia quibusdam cautionibus emendari possunt: 1. Si tempore opportuno exhibeatur, id est, vel ineunte morbo, si materia turgeat et quidem statim ab initio, vel acres ipsum humores concepti fuerint et fluidi facti. 2. Si dosi congrua sumatur. 3. Si rite fuerit praeparatum.

Prius scammonii corrigendi modus a Galeno, lib. I, de Alimentor. Facultatibus sic refertur. Mali cydonii medullium et semina exscalpebant: deinde cavitatem scammonio implentes, farina ex aqua subacta circumlinebant, assabant, atque ita malum mandendum exhibebant. Nunc vulgo pulpa removetur, et scammonium coctum retinetur. Alii pulpam retinent, scammonium removentes. Alii cum Galeno utrumque retinent.

Tandem aequissimum quod de hoc medicamento iudicium vir doctissimus, D. Hecquet, Tractatu de Purgantibus tulit, hic addam; scilicet nullum esse medicamenti genus, quod in medente plus consilii, in aegro plus opportunitatis, et in utroque plus requirat ordinationis et apparatus.

Apud Veteres usurpabatur exterius in linimentis et unguentis ad scabiem, ad affectus capitis frigidos, ad tumores duros et scirrhosos resolvendos, ad ischiadicos dolores, etc. et Isaa subditum, ad menses movendos. Hodie vix alio usu est quam ad purgationes.

Haec Geoffraeus, Mat. med. tom. II, pag. 665 sqq. Quoad botanicam, et medicam Rem pertinuit, quae de scammonio scripsit nostras Dr. Merat, hoc in loco operae visum fuit excerpere, ex Scient. med. Diction. tom. L, pag. 50 sqq.

La scammonée, *scamonia*, *scammonia*, *scammonium*, Pharm. est un suc concrété gommo-résineux purgatif, provenant du *Convolvulus Scammonea* Linn. qui croît dans le Levant. Ces noms dérivent évidemment du mot arabe *sachmuia*, dont les anciens Grecs ont fait σκαμμωνία : scammonée n'en est que la traduction.

Lorsque nous disons que le liseron scammonée fournit cette substance, nous ne prétendons pas affirmer que lui seul procure celle du commerce. Il paraît seulement que c'est cette plante qui en donne en plus grande quantité, et celle de la qualité généralement préférée; mais il est également avéré que plusieurs autres végétaux du même genre *Convolvulus*, qui, comme on sait, renferme d'autres espèces purgatives, comme le jalap, *Convolvulus Jalapa* Linn. le turbith, *Convolvulus Turpethum* Linn. la soldanelle, *Convolvulus Soldanella* Linn. etc. ou de familles voisines, donnent un suc purgatif qu'on a décoré du nom de scammonée. Ainsi Sibthorp, qui a voyagé dans les pays où se récolte cette gomme-résine, affirme positivement qu'on en retire de plusieurs végétaux différents. La scammonée de Smyrne paraît provenir du *Periploca Secamone* de Linn. qui croît en Égypte, et dont M. R. Brown a fait son genre *Secamone*; le *Cynanchum monspeliacum* Linn. donne un suc purgatif qu'on désigne par le nom de *scammonée de Montpellier*. Tout suc concret purgatif est devenu pour les marchands et les habitants de l'Orient une espèce de scammonée, comme en Amérique toutes les écorces amères sont des quinquina, toutes les racines vomitives des ipécacuanha, toutes celles sudorifiques des salsepareilles, etc. La plupart des noms de médicaments ne sont

guère que des épithètes collectives employées pour désigner des substances plus ou moins analogues, et que la cupidité commerciale veut faire croire identiques.

Le *Convolvulus Scammonea* Linn. a la racine vivace, fort grosse, et longue parfois de plusieurs pieds, fusiforme, blanche en dedans, pourvue d'une écorce ligneuse, et dont l'intérieur contient un suc propre lactescent, qui, desséché à l'air, fournit la scammonée; les tiges sont grêles, cylindriques, un peu velues, grimpantes, à peu près semblables à celles de notre petit liseron d'Europe, *Convolvulus arvensis* Linn. longues de deux à trois pieds; les feuilles sont alternes, glabres, pétiolées, triangulaires, aiguës, et ont leurs angles postérieurs divergents munis à leur côté intérieur d'une petite dent; les fleurs sont pourvues d'un petit calice à cinq divisions, et d'une corolle campaniforme, à limbe entier, circulaire, plissé; elle est blanche, avec des bandes roses qui se voient, à l'extérieur et à l'intérieur; ces fleurs sont au nombre de deux ou trois sur chaque pédoncule, et chaque pédicelle particulier est accompagné de deux petites bractées courtes. Le fruit est une capsule à deux loges, et deux semences dans chaque. Cette plante, de la famille des liserons et de la pentandrie monogynie, est figurée dans Gaspard Bauhin (*Hist. plant.* t. II, p. 163); dans Regnault (*Botanique*); dans Russel (*Med. obs. and. inquir.* t. I, p. 12).

Pour obtenir le suc de ce végétal, on fait des incisions à la partie supérieure de la racine, à environ deux pouces de terre, ou même on en fait la section vers le commencement du mois de juin; on place au-dessous, soit des coquilles, soit des feuilles ou tout autre objet susceptible de le recevoir; au bout de douze heures, on les retire et on réunit les produits qui ne se montent qu'à quelques dragmes pour chaque racine, dans un vase commun, pour les faire dessécher au soleil. Cette scammonée est la plus pure; au rapport de Mesué, on en retire aussi par expression, en arrachant les racines et les soumettant à la presse pour en extraire le suc, qu'on évapore en extrait solide; il paraît même qu'on tire le suc des feuilles et des tiges pour le réduire de même en extrait, ce qui ne peut fournir qu'un médicament bien inférieur; car le suc propre est ici mélangé avec tous les autres sucs de la plante, et la scammonée n'y est plus que dans des proportions peu considérables. C'est surtout la scammonée par extraction que nous avons dans le commerce; celle qui résulte de l'incision des racines, et qui forme des espèces de larmes par sa dessiccation, vient rarement en Europe, parce qu'étant estimée plus pure et de meilleure qualité, on la conserve presque totalement dans le pays. D'après le rapport des voyageurs, à Alep, à Smyrne, on recueille une certaine quantité de cette scammonée en larmes; mais celle en masse vient de l'intérieur des terres, et même des provinces éloignées.

On voit dans le commerce deux espèces de scammonée: l'une, reconnue pour supérieure en qualité, est désignée sous le nom de *scammonée d'Alep*; elle est en morceaux gris plus ou moins volumineux, faciles à rompre, assez semblables à l'extérieur à l'ambre gris; sa cassure est matte, d'une teinte un peu plus foncée, parsemée de petits points blancs, et un peu poreuse; elle est sans odeur, et présente une saveur un peu nauséabonde, sans amertume décidée; sa surface s'effrite un peu à l'air, et se couvre d'une espèce de cendre

légère. L'autre est en morceaux noirâtres, plus lourds, plus compactes, et mélangés de beaucoup de corps étrangers; on la connaît sous le nom de *Scammonée de Smyrne*, parce qu'on la recueille aux environs de cette ville, quoique la plus grande quantité provienne du commerce qu'elle fait avec la Galatie, la Lycaonie, la Cappadoce, etc.

On falsifie ces gommes-résines dans le commerce avec plusieurs autres substances; sans parler des sucs d'autres liserons qu'on y mêle, on y ajoute, comme nous l'avons dit, le suc du *Cynanchum monspeliacum* Linn. qui a une odeur plus forte, et qui est plus noir, mais qui purge moins; on y mêle encore d'autres sucs lactescents, même ceux de quelques euphorbes, d'apocins, la farine d'orobe; j'ai observé dans celle d'Alep des poils d'animaux, etc. Dans tous les cas, on doit rejeter celle qui est brûlée, pesante, remplie de grains de sable, de petites pierres, etc.

MM. Bouillon-Lagrange et Vogel ont examiné et comparé ensemble ces deux espèces de scammonée, et donné leur analyse chimique. Nous ne pouvons mieux faire que de transcrire ici le résultat de leur travail sur ces deux substances.

La scammonée d'Alep, suivant ces chimistes, est légère, de couleur grise, cendrée, brillante, et transparente dans la cassure.

Celle de Smyrne, inférieure en qualité, est compacte, pesante, plus foncée en couleur, plus difficile à pulvériser.

La scammonée d'Alep se fond facilement sur une plaque de fer échauffée: si on augmente la chaleur, elle exhale des vapeurs nauséabondes; elle est peu soluble dans l'eau, et se dissout facilement dans l'alcool, en lui communiquant une couleur jaune brunâtre; elle est soluble, même à froid, dans l'eau chargée de potasse pure; la liqueur prend alors une couleur jaune; à chaud, cette même liqueur devient brune.

La scammonée de Smyrne se fond moins complètement que la précédente; au lieu de se prendre en masse dans l'eau bouillante, comme le fait celle-ci, elle devient grumeleuse; l'eau se colore en jaune, et n'est ni acide, ni alcaline; quoiqu'elle contienne moins de résine, elle fournit par l'alcool une teinture plus colorée.

MM. Bouillon-Lagrange et Vogel concluent des expériences qui ont donné lieu à leur travail, que cent parties de scammonée d'Alep sont composées de:

Résine	60
Gomme	3
Extrait	2
Débris de végétaux, matière terreuse	36
	100

Que celle de Smyrne contient: résine 29, gomme 8, extrait 5, débris de végétaux, matière terreuse, 58.

Cependant ces chimistes remarquent avec raison que, dans l'usage médical, les essais n'ont pas fait remarquer des différences aussi notables que le supposeraient ces résultats de l'analyse.

MM. Bouillon-Lagrange et Vogel considèrent la scammonée comme une gomme-résine mêlée d'un peu d'extractif, qui contient beaucoup plus de résine et moins de gomme que les autres gommes-résines connues; mais elle

en contient assez, disent-ils, pour former avec l'eau un liquide laiteux. Cette substance rougit la teinture de tournesol : propriété qui n'indique point nécessairement la présence d'un acide d'après ces auteurs, mais qu'ils croient plutôt être un caractère des résines, puisqu'ils l'ont observée sur plusieurs autres, comme sur la sandaraque, le mastic, l'oliban, etc. (*Bull. de pharm.* tom. I, pag. 424.)

Il entre en France cinq à six cents livres de scammonée par an; c'est par le port de Marseille, comme tout ce qui vient du Levant, que nous arrive cette substance.

Les médecins de la plus haute antiquité ont connu la scammonée, on en trouve l'indication dans les écrits d'Hippocrate et de Galien, dans les auteurs arabes, et dans tous ceux de ces deux écoles. Cela n'a rien qui doive étonner, puisque cette substance était pour eux un produit indigène. Ils paraissent l'avoir employée contre les maladies avec douleur, appliquée en topique; mais c'est surtout comme d'un purgatif intense, qu'ils en ont fait usage. Parmi nous, elle n'a plus que cet emploi, et ne figure plus dans notre thérapeutique que parmi les drastiques les plus énergiques.

Mesué, dit Geoffroy, la regardait comme le plus fort des purgatifs, de sorte qu'en désignant simplement le *purgatif*, on entendait la scammonée. Oribase en avait une opinion semblable. Dans un temps où l'humorisme régnait souverainement, on ne se contentait pas de le regarder seulement comme purgative, on lui attribuait la propriété d'évacuer la bile ténue et citrine (Fernel, *De method. curandi*), les liquides pituiteux, séreux, etc. répandus dans les diverses parties du corps; la raison et les progrès de la physiologie pathologique ont fait justice de ces opinions surannées. Pour les modernes, la scammonée n'est plus qu'un purgatif doué d'une grande énergie, et dont l'action doit être dirigée avec prudence et discernement. Aucun médicament n'exige davantage d'être employé sagement, d'après Hecquet (*De purgantibus*).

L'activité de la scammonée, et en général celle des résines presque pures, comme est cette substance, nécessite effectivement qu'on ne l'emploie qu'à des doses modérées, et dans des cas où il y a absence de toute irritation des voies digestives, et, à plus forte raison, de l'inflammation de ces mêmes parties, ou même de toute autre région du corps. On doit même s'en servir de préférence dans les cas où la sensibilité est en partie émoussée, obtuse, et où l'économie a besoin d'être fortement excitée, d'être vivement remuée, etc. Il ne faut jamais prescrire la scammonée dans les affections fébriles, dans les phlegmasies, les maladies éruptives, etc. On peut la conseiller, au contraire, aux sujets robustes, aux tempéraments mous, lymphatiques, dans la paralysie, les maladies nerveuses, dans les manies, les hydropisies, les maladies chroniques de la peau. Hoffmann l'appelle le *poison des coliques*, pour montrer combien on doit s'abstenir d'en donner dans ces affections.

La qualité hydragogue de la scammonée est surtout une des plus marquées. Dans les maladies de ce genre, comme dans la leucophlegmasie, elle évacue les eaux, parfois, avec une facilité miraculeuse, mais on sait que, le plus ordinairement, le dégonflement qui en est le résultat n'est pas de lon-

gue durée, et que la sérosité reparaît bientôt, par suite du trouble circulatoire causé par la lésion organique, dont l'épanchement n'est que le résultat.

Lorsque la scammonée est administrée à trop grande dose, elle produit cette irritation violente, mais passagère, des voies digestives, connue sous le nom de *superpurgation*, et dont les symptômes sont, de la douleur, de la soif, de la fièvre, des selles abondantes, etc. Ces accidents, qui durent vingt-quatre ou quarante-huit heures, et plus parfois, ne cessent que par l'emploi des calmants et des adoucissants les plus marqués. On a même vu la scammonée produire une inflammation plus manifeste encore des voies digestives, et même les ulcérer, s'il faut en croire quelques auteurs; ce qui ne pourrait avoir lieu, suivant nous, que par un usage excessif et réitéré. On a même prétendu que la scammonée avait une vertu délétère particulière. M. Orfila, pour s'assurer des qualités nuisibles de cette substance, en a fait avaler jusqu'à quatre gros à des chiens, et il n'en est résulté que des déjections abondantes (*Traité des poisons*, t. I, première partie, p. 96). Cette expérience doit, jusqu'à un certain point, rassurer les médecins sur les dangers qui résulteraient de l'usage de cette gomme-résine.

Un autre inconvénient reproché à la scammonée, c'est d'être un purgatif infidèle, qui, à la même dose, produit tantôt des purgations nombreuses, tantôt n'en cause pas une seule. Cette inégalité dans les effets de ce purgatif est réelle et conforme à l'expérience; mais elle peut tenir à ce qu'on aura employé parfois de la scammonée d'Alep, et, d'autres fois, celle de Smyrne, qui, comme nous le voyons d'après son analyse, est moitié moins résineuse, et par conséquent moitié moins purgative; elle peut tenir aussi à la différence de l'état des voies gastriques; si l'estomac ou les intestins, dit Geoffroy (*Mat. med.* t. IV, p. 285), sont enduits de mucosités, la scammonée ne produit aucun effet; au contraire, lorsque la membrane des intestins est libre de tout enduit, elle irrite ces organes, purge, et peut causer des superpurgations, etc. Bien d'autres circonstances encore peuvent contribuer à ce défaut de qualité dans l'action de cette substance.

Les qualités actives de la scammonée, exagérées par les Anciens, leur ont fait chercher des procédés propres à adoucir ce médicament, au moyen de différentes préparations ou de mélanges connus sous le nom de *diagrède*, διαγρόδιον, qui était le nom donné à la scammonée par Alexandre de Tralles; Galien prescrivait, dans cette intention, la coction de cette substance dans un coing dont on ôtait la pulpe, et qu'on entourait extérieurement d'une pâte avant de le mettre au four. On donnait à manger le coing au malade; mais les Modernes faisaient prendre la scammonée retirée du coing et cuite de cette manière; c'est là le *diagrède de coing* ou cydonisé; ils ont encore prétendu corriger les qualités *malignes* de la scammonée, en en mêlant avec de l'extrait de réglisse, et les desséchant ensemble; ce qui forme le *diagrède de réglisse*, ou glycyrrhisé, ou bien en exposant de la scammonée en poudre à la vapeur du soufre en combustion, jusqu'à ce qu'elle paraisse se fondre, ce qui fournit le *diagrède soufré*. Quand on prescrit le diagrède dans une formule, sans spécifier quelle espèce, c'est toujours la première de ces préparations qu'on donne. On substitue quelquefois

ce nom à celui de scammonée pour dérouter les malades : on ne fait plus guère, d'ailleurs, aucune de ces préparations dans les officines.

La dose de cette substance, sur laquelle les Anciens n'étaient pas d'accord, est assez fixe pour nous. On la donne généralement depuis six jusqu'à douze grains, pour les enfants et les personnes délicates ; on en donne la double aux adultes. On voit, par l'expérience rapportée de M. Orfila, qu'on pourrait aller plus loin sans inconvénient. Jamais on ne donne la scammonée en nature ; toujours on l'étend avec de la gomme, de la poudre de réglisse ou du sucre, moins pour l'adoucir que pour lui faire présenter plus de volume et pour qu'elle puisse agir sur une surface plus étendue de l'estomac ; c'est en pilules qu'on la donne souvent, bien que cette préparation ne soit pas la plus convenable, puisqu'elle a le même inconvénient de n'agir que sur une surface bornée ; c'est en émulsion dans trois ou quatre onces de looch ou d'une potion édulcorée, et où elle est suspendue par du mucilage dans le liquide, qu'on la conseille le plus fréquemment. Donnée ainsi, elle a l'avantage d'offrir un purgatif agréable, facile à prendre, et qui plaît infiniment plus que les infusions amères et nauséabondes de séné, les solutions salines, etc. etc. C'est là le motif le plus fréquent qui fait user de la scammonée chez les hommes délicats, les femmes et les enfants. Lorsqu'on s'en sert comme drastique, on prend moins de précaution pour envelopper cette gomme-résine, et on est loin de chercher à l'adoucir. On doit aussi en augmenter la dose, et on peut la porter à trente et quarante grains, sans aucun inconvénient, suspendue dans un liquide quelconque ou en pilules.

On a préparé une teinture de scammonée connue sous le nom de *magistère de scammonée*. Ce médicament, qui offre la résine à l'état de pureté, et dont l'action devrait être toujours égale et plus intense, est cependant moins purgatif, d'après la remarque de Geoffroy ; ce qui prouve qu'il faut toujours consulter l'expérience avant de prononcer sur les vertus des médicaments.

La scammonée entre dans la fameuse *poudre de tribus*, nommée aussi de *Warwic* et *Cornachine* ; ce dernier nom vient de Marc Cornachini, professeur de médecine dans le collége de Pise (elle est composée de diagrède soufré, d'antimoine diaphorétique et de crème de tartre, de chaque partie égale), que l'on prescrit contre les convulsions des enfants, depuis six grains jusqu'à neuf ou dix pour ceux à la mamelle, et depuis un scrupule jusqu'à un demi-gros pour les adultes, dans différentes maladies nerveuses. Son usage est à peu près nul aujourd'hui. La scammonée entre dans la *poudre purgative d'Helvetius*, dans les *pilules cochées*, *sine quibus*, *mercurielles*, *hydragogues de Bontius*, dans les électuaires *diaphénix*, *Hamech*, *caryocostin*, *mésentérique*, *diacarthame*, dans *l'extrait panchymagogue de Crollius*, etc.

Nos liserons indigènes présentent une succédanée facile à se procurer, mais d'une vertu plus faible, à la scammonée, d'après les expériences de plusieurs médecins ; Haller prétend même que l'extrait du grand liseron, *Convolvulus sepium* Linn. égale en propriété pareille dose de scammonée, MM. Coste et Willemet (*Matière médicale indigène*, p. 49) affirment que vingt à trente grains de ce même extrait peuvent remplacer la dose ordinaire de scammonée, comme ils s'en sont assurés sur quatre individus hy-

dropiques. M. Bodard (*Matière médicale comparée*) dit que ce purgatif a l'avantage de ne pas produire sur les intestins une irritation aussi forte que la scammonée, quoique son effet ne soit pas moins certain. Le liseron à feuille de guimauve, *Convolvulus altheoides* Cav. espèce indigène de nos provinces du Midi, remplace très-bien le jalap, et sans doute la scammonée, d'après M. Loiseleur-Deslongchamps (*Manuel des plantes usuelles*), qui l'a donné en teinture alcoolique, chez des enfants, depuis quatre jusqu'à dix gros. Boerrhave assure que le suc laiteux du persil des marais, *Selinum palustre* Linn. a la vertu purgative de la scammonée, et peut lui être substitué.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXVII.

I.

(1.) Crescit profecto apud me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis; quantoque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inveniendo curam, in tradendo benignitatem subit. Nec dubie superata hoc modo posset videri etiam rerum naturae ipsius munificentia, si humani operis esset inventio. Nunc vero deorum fuisse eam apparet, aut certe divinum, etiam quum homo inveniret; eamdemque omnium parentem et genuisse haec, et ostendisse, nullo vitae miraculo maiore, si verum fateri volumus. Scythicam herbam a Maeotis paludibus, et euphorbiam e monte Atlante ultraque Herculis columnas: et ipso rerum naturae defectu, parte alia britannicam ex Oceani insulis extra terras positis,

I. *Scythicam herbam a Maeotis*, etc. Scythica herba nobis est *Glycyrrhiza glabra*, vel *Gl. asperrima*: euphorbia, eodem nomine *E. officinarum*: britannica, *Rumex aquaticus*; aethiopis, *Salvia argentea*; de quibus locis suis diximus. Gronov. et alii ante Hard. *Maeotidis*; et paulo supra *divinam*, ut et ipse Brot. non, *divinum*. Ed. P.

Naturae defectu. Et ubi ipsa rerum natura deficit, Harv.

itemque aethiopidem ab exusto sideribus axe; alias praeterea aliunde ultro citroque humanae saluti in toto orbe portari, immensa romanae pacis maiestate, non homines modo diversis inter se terris gentibusque, verum etiam montes et excedentia in nubes iuga, partusque eorum et herbas quoque invicem ostentante. Aeternum, quaeso, deorum sit munus istud. Adeo Romanos, velut alteram lucem, dedisse rebus humanis videntur.

II. (II.) Sed antiquorum curam diligentiamque quis possit satis venerari, quum constet omnium venenorum ocyssimum esse aconitum: et tactis quoque genitalibus feminini sexus animalium, eodem die inferre mortem? Hoc fuit venenum, quo interemptas dormientes a Calpurnio Bestia uxores M. Caecilius accusator obiecit. Hinc illa atrox peroratio eius in digi-

II. *Aconitum.* In insula Ceo Menander scribit lege sanctum fuisse, ne turpiter viverent, qui bene vivere non possent: nempe, ut effoeti capularesque senes aconito vitam finirent, ne reliquis alimentum deesset. Rhod. lib. XVIII, c. 26. Dalec.

Et tactis. Hoc ante iam attigit XXV, 75. Appellationis θηλυφόνου causa haec est, ut mox dicetur. Tradit hoc idem Theophrast. Hist. IX, 19. Hard. — Θηλύφονον, vel ἀκόρπιος Theophr. l. c. habet folia cyclamini similia: cauda scorpionem refert. Nobis *Doronicum scorpioides* (*Syngenes. superfl.* gen. 1862 Pers. *Corimbyf.* Juss.), affine *D. Pardalianchi*, de quo iam diximus. Cf. Column. Ecphras. II, 18, pag. 36. Ep. P.

Genitalibus feminini sexus. Vel aliis corporis partibus accipiendo veneno opportunis. Cic. pro Scaur. *Libertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gulam oblevit.* Rhod. XXIII, c. 13. Praesertim autem mulierum genitalibus eo tactis quum menses fluunt, infert mortem. Nam gladio ejus succo tincto, e corpore si sanguis elicitur, lethale vulnus est. Dal.

Dormientes. Habent hanc vocem codd. Regg. 1, 2. A caeteris plerisque abest. Hard.

Calpurnio Bestia. Socius hic fuit coniurationis Catilinanae. Meminit ejus Sallustius. Hard.

M. Caecilius. M. Caecilius Rufus orator, a Plinio iam memoratus VII, 50. Hard.

Hinc illa atrox peror. eius in digito eas mortuas (sic prius). Cogitabam: *Hinc illa atrox peroratio eius in digitum maritum. Fabulae narravere e spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque apud Heracleam ponticam, ubi monstratur is ad inferos aditus, gignl. Digitum mari-*

tum. Ortum fabulae narravere, e spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque apud Heracleam ponticam, ubi monstratur is ad inferos aditus, gigni. Hoc quoque tamen in usus humanae salutis vertere: scorpionum ictibus adversari, experiendo datum in vino calido. Ea est natura ut hominem occidat, nisi invenerit quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur, velut pari intus invento. Sola haec

tum dixere Plinius et Caecilius, maritalis officii iocique specie parricidam. De hac voce lectissima congessit Heinsius ad Claudianum et Ovidium. Nam illud *ortum* (quamvis id quoque desiderarint, qui *natum tradidere* aut *narravere natum* subiecerunt) plane supervacuum est, quum τὸ *gigni* et τοῖς e *spumis* Cerberi et τοῖς *apud Heracleam ponticam* respondeat: quae non est auferenda Plinio suavitas. Quod si cui primo aspectu videatur prius illud poscere *genitum esse*, meminerit Livii lib. I: *Silvius deinde regnat, casu quodam in silvis natus; is Aeneam Silvium creat* Iuvat praepositio *e*, quam sanciunt Chifflet. Vossianusque et primae editiones, amatam illi verbo. Gr.

In digitum. In eum Calpurnii digitum, quo uxorum suarum τὰ αἰδοῖα tetigerat, et sic interpemerat. Haec sincerissima est, quam repraesentamus, scriptura Reg. cod. 2, et Chiffl. et eius quem Pintianus vidit, totidem plane verbis spicibusque. In libris vulgatis, *peroratio eius in digito mortuas. Fabulae*, etc. Reg. 1, *in digito mortuum fabulae*. Salmas. in Solin. pag. 886 et 888., sic excogitabat: *peroratio eius. Ea digitum*! Utrum igitur ab orstore demonstrari tum volebat digitum, quum haec diceret, suumne, an rei? Quo vero gestu motuque dexterae vel digitum potius quam integram manum sigoarel? Gronov. subtilius aliquanto quam verius, *peroratio eius in digitum maritum. Fabulae*, etc. ut digitus maritus a Plinio appellaretur, maritalis officii iocique specie parricida. Pudet his spurcitiis chartam inquinare. E digitis interim eum, qui medius est, *impudicum* alii, cum Martiale: cum Persio alii *infamem* vocant: ut eum qui ei proximus est, a pollice, *salutorem*. Pollux lib. II, κατάπυγονα, *cinaedum*. Hard.

Ortum, etc. Nempe venenum. Hanc fabulam et Dion. Perieg. refert in Descr. orb. va. 788, et Nicander in Alexiph. statim initio. Hard. — *E spumis* Sic Chifflet. *a spumis* Gronov. et alii ante Hard. Ed. P.

Ad inferos aditus. Plin. VI, 1: *Portus acone, veneno aconito dirus: specus Acherusia*: Fodinae metallicae os, opinor: quum Cerberus non alius fuisse videatur, quam subterraneus locus, ubi triplex metallum, ex quo pecunia conficitur: nil ex Homeri Odyssea conicimus. Hard.

In usus humanae salutis vertere. Lycoctoni duo genera, non pardalianchis. Dal.

Nisi invenerit quod in homine perimat. Mallem legeres ordine permutato: *Nisi invenerit in homine quod perimat*. Pint.

pugna est, quum venenum in visceribus reperit; mirumque, exitialia per se ambo quum sint, duo venena in homine commoriuntur, ut homo supersit. Immo vero etiam ferarum remedia antiqui prodiderunt, demonstrando quomodo venenata quoque ipsa sanarentur. Torpescunt scorpiones aconiti tactu, stupentque pallentes, et vinci se confitentur. Auxiliatur his elleborum album, tactu resolvente; ceditque aconitum duobus malis, suo et omnium. Quae si quis ullo forte ab homine excogitari potuisse credit, ingrate deorum munera intelligit. Tangunt carnes aconito, necantque gustatum earum pantheras: nisi hoc fieret, repleturas illos situs. Ob id quidam pardalianches appellavere. At illas statim liberari morte, excrementorum hominis gustu, demonstratum. Quod certe casu repertum quis dubitet? et quoties fiat etiam nunc ut novum nasci? quoniam feris ratio et

Torpescunt scorpiones, etc. Et hoc superius indicatum l. XXV, cap. 75. Adnotavit etiam Dioscorid. IV, 77. Hard.

Auxiliatur his elleborum album. De *Veratro albo* conf. quae supra diximus lib. XXV, c. 21, 23 et 75. Ed. P.

Duobus Elleboro et scorpioni: est enim elleborum aconiti peculiare malum: scorpio, commune omnium. Hard.

Quod si quis illa (sic prius). Ex codd. legend. *Quae si quis ullo forte ab homine excogitari*, etc. Gron.

Carnes aconito. Immo vero tritum aconitum cum carne tusa miscent, inde globulos formantes, quos devorandos feris obiiciant; ἐντέθενται κρεαδίοις, inquit Diosc. Dal. — *Tangunt*. Transcripsit haec Solinus a Plinio, c. XVII, p. 37 sq. Refert quoque Diosc. IV, 77. Hard.

Repleturas illos situs. Illas regiones. Hard.

Pardalianches. Solin. loc. cit. Nicand. in Alexiph. p. 131, iisdem fere verbis. Παρδαλλιαγχὲς igitur ἀπὸ τοῦ παρδάλεις ἄγχειν, quod pantheras enecet, aconitum appellavere. Hard.

Statim liberari morte. Solin. loc. c. Vide quae in eam rem diximus lib. VIII, 41. Hard.

Quoniam feris ratio et usus inter se tradi non possit. Quoniam ferae rationem et usum earum rerum, quas agunt, tradere invicem aliae aliis non possunt. Hic homini illi vehementer succenseo, qui capiti tertio quod sequitur, hunc titulum velut argumentum praefixerat: *Quod omnium rerum conditor sit deus*: quum Plinius hoc loco, ut passim, ἀθείζων, non alium agnoscat deum, praeter naturam rerum. Hard.

usus inter se tradi non possit. (III.) Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima in vita invenit deus. Hoc habet nomen, per quem intelligitur eadem et parens rerum omnium, et magistra natura, utraque conjectura pari, sive ista quotidie feras invenire, sive semper scire iudicemus: pudendumque rursus, omnia animalia quae sint salutaria ipsis, nosse, praeter hominem. Sed maiores oculorum quoque medicamentis aconitum misceri saluberrime promulgavere: aperta professione, malum quidem nullum esse sine aliquo bono. Fas ergo nobis erit, qui nulla diximus venena, monstrare quale sit aconitum, vel deprehendendi gratia. Folia habet cyclamini aut cucumeris, non plura quatuor, ab radice leniter hirsuta. Radicem modicam cam-

Oculorum quoque medicamentis misceri. Dioscorid. IV, 77, de aconito: Μίγνυται δὲ καὶ ὀφθαλμικαῖς ἀνωδύνοις δυνάμεσι. *Miscetur et oculorum medicamentis doloris levandi vi praeditis.* Hard.

Folia. Totidem notis ac verbis delineatur a Dioscorid. loc. cit. et auctore libri de Simpl. med. ad Patern. Opp. Galeni tom. XIII, pag. 985. Pingitur a Dodonaeo, pag. 431. Gallis, *aconit.* Genera amplius sedecim ab eodem picta vidimus in horto Regio. H. — *Folia habet cyclamini*, etc. *Doronicum scorpioides*, aut *Pardalianches*, describitur Theophr. Histor. IX, 19. Conf. cap. 1, not. 2. *Aconitum Napellus* (*Polyand. trigyn.* gen. 1328 Pers. *Ranunculac.* Juss.). Dioscoridi IV, 77; Nicand. Alexipharm. 131; Virgilio quoque, Georg. II, 252; *Aconitum Lycoctonum* Dioscor. ibid. c. 78; *Aconitum Cammarum* Hippocrat. de Morb. 146. Omnes eas species Noster miscet, et uno aconiti generico nomine confundit. Cf. Spreng. Histor. Rei herb. I, 43, 102, 130, 177. Ed. P.

Leniter hirsuta. Subaspera, ὑποτραχέα. Plinius legisse videtur, ὑποδασέα. Dal. — *Leniter.* Tenui lanugine pubescentia: quod et nos tractando novimus. Hard.

Cammaro similem. Idem censet et Galenus in linguis. Verum si ita esset, κάμμαρον legendum fuerit et non κάμμορον. Ego potius κάμμορον dictum puto, quasi κακόμορον, ut et apud Homerum perniciosum. Dal. — *Radicem cammaro similem.* Scorpioni caudae, ῥίζα ὁμοία σκορπίου οὐρᾷ, dixit Dioscor. loc. cit. Plinius magis caule, a re potius nota, cammaro scilicet, sive cancro, potius quam a scorpione ignota, similitudinem traxit. Hard.

Quare cammaron appellavere. Galenus unus occurrit, et Erotianus qui κάμμαρον vocitarint: caeteri κάμμορον dicunt. Dioscor. IV, 77: Ἀκόνιτον, οἱ δὲ παρδαλιαγχές, οἱ δὲ κάμμορον, οἱ δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ μυοκτόνον, οἱ δὲ θηριοφόνον. Nicand. in Alexiph. p.

maro similem marino. Quare quidam cammaron appellavere, alii thelyphonon, ex qua diximus causa. Radix incurvatur paulum scorpionum modo, quare et scorpion aliqui appellavere. Nec defuere, qui myoctonon appellare mallent, quoniam procul et e longinquo odore mures necat. Nascitur in nudis cautibus, quas aconas nominant: et ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxta, ne pulvere quidem nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alii quoniam vis eadem in morte esset, quae cotibus ad ferri aciem deterendam, statimque admota velocitas sentiretur.

III. (IV.) Aethiopis folia habet phlomo similia, ma-

134: Πολλάκι θηλυφόνον καὶ κάμμορον. Κάμμορον, quasi κατάμορον, *mortiferum*: vel, ut ait Schol. Nicand. p. 53, κακῷ μόρῳ ἀναιροῦν. At Galen. in Expl. voc. Hipp. pag. 92, tom. II: Κάμμαρον, τό τε τῇ σμικρᾷ καρίδι ἐοικὸς ζῶον, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς τοῦτο τῶν ῥιζῶν ὁμοιότητος τὸ ἀκόνιτον. Erotianus in Onom. voc. Hipp. tom. II Opp. Galeni, pag. 122: Διοσκορίδης... φησί τι ἀκόνιτον εἰρῆσθαι ὑπό τινων κάμμαρον, ὡς θηλυφόνον. Hard.

Ex qua diximus causa. Paulo ante, *quod tactis genitalibus feminini sexus animalium, eodem die inferat mortem.* Hard.

Radix incurvatur. Diosc. et Galen. proxime citati. Hard.

Nec defuere, qui myoctonon, etc. Diosc. et Nicand. ll. cc. H.

In nudis cautibus, etc. Theophrast. Hist. lib. IX, cap. 16, ab Aconis vico Peryandinorum, ubi plurimum nascitur, nomen id impositum putat, κόνις, pulvis; ἀκόνοι, saxa ne pulvere quidem tecta, ἀκόναι, cautes. Dal. — *Quas aconas nominant.* Nicand. in Alexiph. p. 134: Εν δ' ἀκοναίοις Θηλείην ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις. Hoc est, Gorraeo interprete, *duris in cautibus, altos Per montes nascuntur, et hinc aconita vocamus.* Nicandrum sequitur Ovid. Metam. VII, v. 419. Aconitum illi dici voluere, quod in locis nasceretur, quae ne pulverem quidem nutriendae plantae suppeditarent. Ἀκόνιτον Graeci dicunt, quod sine pulvere est. Hesychius: Ἀκόνιτι... χωρὶς κόνεως. Alii ἀπὸ τῶν ἀκονῶν deducunt, quae vox cautes sonat. Alii, ut Theopompus Chius, lib. XXXVIII Historiae suae apud Athen. III, pag. 85, ab Aconis, qui locus est Heracleae ponticae proximus, ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὄντι περὶ τὴν Ἡράκλειαν. Diximus de eo in Geographicis. H.

III. *Aethiopis folia habet phlomo similia*, etc. Totidem verbis ea a Dioscor. IV, 150, describitur: Αἰθιοπὶς καὶ αὐτὴ παραπλήσια φλόμῳ ἔχει τὰ φύλλα, ἀσάρα δὲ λίαν, καὶ πυκνά, κύκλῳ περὶ τὸν πυθμένα τῆς ῥίζης, etc. *Aethiopis etiam folia habet verbasco similia, perquam hirsuta, densaque, circa imam radicem orbem efficientia*, etc. Vidimus in horto Regio, qualis a Dodonaeo pingitur, p. 148. Hard.

gna et multa, et hirsuta ab radice. Caulem quadrangulum, scabrum, similem arctio, multis concavum alis: semen ervo simile, candidum, geminum: radices numerosas, longas, plenas, molles, glutinosas gustu. Sicoae nigrescunt, duranturque, ut cornua videri possint. Praeter Aethiopiam nascuntur, et in Ida monte Thoadis, et in Messenia. Colliguntur autumno, siccantur in sole aliquot diebus, ne situm sentiant. Medentur vulvis potae in vino albo, ischiadicis, pleuriticis, faucibus scabris, decoctae potu dantur. Sed quae ex Aethiopia venit, eximia est, atque illico prodest.

IV. Ageraton ferulacea est, duorum palmorum altitudine, origano similis, flore bullis aureis. Huius

— *Salvia argentea*, de qua iam aliis diximus. Ed. P.

Caulem quadrangulum, scabrum; similem arctio. In libris omnibus hactenus editis, *similem arcio*, hoc est, persolatae, quod est longe falsissimum. MSS. Regg. Colb. Chiffl. *arctio*, quos sequuti sumus: in primis Dioscoride ita suadente, ac totidem verbis Aethiopidem describente, IV, 150: Καυλὸν τετράγωνον, καὶ τραχύν, ἰσοπέτα μελιτταίνῃ ἢ ἀρκτίῳ, μασχάλας ἔχοντα πολλὰς, etc. Hard.

Semen ervo simile. In singulis conceptaculis sunt bina semina, inquit Dioscor. loc. cit. Καρπὸν δὲ περὶ μέγεθος ἀρόβου σὺν δύο ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ. H.

Praeter Aethiopiam nascuntur, etc. Ex etymo dictionis Plinius id putavit cap. 1 huius libri. Nemo tamen Veterum ab eo tractu sic dictam fuisse prodidit. Dal. — *Praeter.* In Aethiopia nasci aethiopidem ex Democrito superius indicavit lib. XXIV, cap. 102; sed dotis illam singularis, et faciei forte diversae: eiusdemque solum nominis. Hard.

Medentur vulvis potae in vino, etc. Dioscor. loc. cit. Ταύτης ἡ ῥίζα ἑψομένη καὶ πινομένη βοηθεῖ ἰσχιάδι, πλευρίτιδι, αἵματος πτύσει, καὶ ἀρτηρίας τραχύτητι, etc. Hard.

IV. *Ageraton ferulacea est.* Dioscor. IV, 59: Ἀγήρατον, etc. iisdem enim designatur notis, ut et ab Oribasio lib. XI, f. 193. Nunc in officinis eupatorium Mesues, et herba Iulia appellatur. Pingitur a Joh. Bauhino, t. III, lib. XXVI, p. 446, et a Matthiolo, pag. 1050, qualem vidimus in horto Regio. H. — *Ageraton.* Nobis eodem nomine est *Achillea Ageratum* (*Syngenes. superfl.* gen. 1887 Pers. *Corymbif.* Juss.). Habitat in Europa australiore. Ed. P.

Duorum palmorum altitudine. Sic Oribasius, ex quo Dioscoridem corrigas, qui σπιθαμιαῖον tantum dicit. Hard.

Flore bullis aureis. Dioscor. Σκιάδιον

ustae nidor urinam ciet, vulvasque purgat, tanto magis insidentibus. Causa nominis, quoniam diutissime non marcescit.

V. Aloe scillae similitudinem habet, maior, et pinguioribus foliis, ex obliquo striata. Caulis eius tener est, rubens medius, non dissimilis antherico: radice una, ceu palo, in terram demissa: gravi odore, gustu amara. Laudatissima ex India affertur, sed nascitur et in Asia: non tamen ea utuntur, nisi ad vulnera recentibus foliis: mirifice enim conglutinat, vel succo. Ob id in turbinibus cadorum eam serunt, ut

ἔχον, ἐφ' οὗ ἄνθος πομφολυγῶδες, χρυσοειδές. *Vmbellam gerit, in qua flos quasi aureis bullis emicat.* H.

Huius ustae nidor urinam ciet. Quidam sic legunt; *Huius ustae nidor urinam ciet vulvamque purgat, tanto magis insidentibus. Causa nominis haec quoniam diutissime.* Dalec. — *Huius.* Diosc. loc. cit. Hard.

Tanto magis insidentibus. Multo magis, si feminae in eius decocto insideant. Hard.

Causa nominis non haec, sed (sic prius). Legendum videtur: *Causa nominis, quoniam diutissime non marcescit.* Caetera superfluere reor. Pinb. — *Causa* Ἀγήρατον, quasi non senescens. Diosc. Ὠνόμασται δὲ ἀγήρατον, διὰ τὸ ἐπιπολὺ τὸ ἄνθος ὁμοιοειδὲς φυλάττεσθαι, *quoniam flos diutissime in sua coloris specie conservatur.* H.

V. *Aloë scillae similitudinem habet.* Aloë folium habet scillae simile, crassum, pingue, nonnihil latum, nec prorsus teres, retrosum pandum: folia ex obliquo utrinque spinas gignunt, raras, eminentes, retusas. Diosc. Dal. — *Aloë.* Diosc. III, 25; Ἀλόν φύλλον ἔχει σκίλλῃ παραπλήσιον, etc. Sunt enim reliqua similia. Officinis, Aloë vulgaris: aloë in Socotora insula; P. II Ind. Orient. cap. 6. Gallis *aloës*, quod folia habet psittaci pennis similia. Floruit in horto Regio ann. 1663. seq. Pingitur a I. Bauhino, tom. III, pag. 696, qualem vidimus. Rem a Lobelio in Obss. p. 202. In Stoechadibus insulis luxuriose provenire, et a vulgo sempervivam marinam vocari, tritamque imponi omnigenis bulceribus, vulneribusque prodidit P. Quiqueranus de Laud. Prov. II, f. 59. H. — Nobis *Aloë umbellata* (*Hexand. monogyn.* gen. 835 Pers. *Asphodel.* Juss.), cuius multae varietates recensentur. Ed. P.

Ex obliquo striata. Foliorum lateribus ex obliquo lancinatis, ac veluti striatis. Hard.

Caulis eius tener, etc. Ad verbum Diosc. loc. cit. et Oribas. IX, f. 188. Hard.

Laudatissima. Totidem verbis Dioscor. et Oribas. ll. cc. H.

Vel succo. Si trita illinatur, non autem eliciendo succo utilis. Dal. — *Vel.* Si vel expresso e foliis tritis succo illinatur, λεία καταπλασσομένη, inquit Diosc. l. c. H.

In turbinibus cadorum. In cadis seu

aizoum maius. Quidam et caulem ante maturitatem seminis incidunt succi gratia, aliqui et folia. Invenitur et per se lacryma adhaerens. Ergo pavimentandum, ubi sata sit, censent, ut lacryma non absorbeatur. Fuere, qui traderent in Iudaea super Hierosolyma metallicam eius naturam: sed nulla magis improba est, neque alia nigrior est, aut humidior. Erit ergo optima pinguis ac nitida, rufi coloris, friabilis, ac iocineris modo coacta, facile liquescens. Improbanda nigra et dura, arenosa quoque, quae et gustu intelligitur. Gummi adulteratur, et acacia. Natura eius spissare, densare, et leniter calfacere: usus in multis, sed principalis alvum solvere, quum paene sola medicamentorum, quae id praestant, confirmet etiam stomachum, adeo non infestet ulla vi contraria. Bi-

vasculis in turbinem ima parte desinentibus. Hard.

Fuere, qui traderent, etc. Niger herbarius satis celebris id scriptis suis prodiderat, vel potius migatus erat. Dal. — *Fuere.* Fossilem in Iudaea aloën reperiri a Sextio Nigro proditum auctor est Diosc. in praef. pag. 2. Auctor libri Simpl. med. t. XIII Opp. Galeni p. 984: *Aliqui dicunt*, inquit, *de petris eam collectam in Iudaea et Asia, atque in India.* H. — *Hierosolymo.* Gron. et al. *Hierosolymam.* Ed. P.

Sed nulla magis improba est, neque alia nigrior est. Haec verba non sapiunt Plinium; ob id, etsi sola coniectura ductus, non verebor aperire quod sentio, certiorem lectionem esse: *Sed nota magis in herba est: nam metallica nigrior est.* Pint.

Erit ergo optimo pinguis, etc. Quae reliquo deinceps capito de aloë memorantur, ea totidem fere verbis habet Diosc. loc. cit. H.

Natura eius spissare. Hoc est, adstringere. Dioscorid. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ξηραντικὴν, πυκνωτικὴν τῶν σωμάτων, κοιλίας τε λυτικὴν, καὶ στομάχου ἀποκαθαρτικὴν, etc. H. — *Leniter.* Gronov. et al. ante Hard. *leviter.* Ed. P.

Sed principalis. Vetus codex non *principalis* habet, sed *principis*: videtur legendum, *princeps*, seu *praecipuus.* Pint. — *Alvum solvere.* Cels. II, 48: *Deiectionem antiqui variis medicamentis, crebraque alvi ductione in omnibus fere morbis moliebantur. Sed medicamenta stomachum fere laedunt: ideoque omnibus catharticis aloë miscenda est.* Scrib. Larg. Comp. CXXXVII: *Bene purgat et haec compositio aloës, victoriati pondus: colophoniae* (hoc est, scammoniae) *victoriati pondus: una teruntur: adiicitur mellis quod satis est ad colligenda ea. Datur ex aquae calidae vel frigidae cyathis quatuor. Hoc medicamentum stomachum non corrumpit.* H.

bitur drachma: ad stomachi vero dissolutionem, in duobus cyathis aquae tepidae vel frigidae, cochlearis mensura, bis terve in die ex intervallis, ut res exigit. Purgationis etiam causa plurimum tribus drachmis. Efficacior si pota ea sumatur cibus. Capillum fluentem continet cum vino austero, capite in sole contra capillum peruncto. Dolorem capitis sedat temporibus et fronti imposita ex aceto et rosaceo, dilutiorque infusa. Oculorum vitia omnia sanari ea convenit: privatim prurigines et scabiem genarum: item insignita ac livida, illita cum melle, maxime pontico. Tonsillas, gingivas, et omnia oris hulcera. Sanguinis exscreationes, si modicae sint, drachma ex aqua: si minus, ex aceto pota. Vulnerum quoque sanguinem, et undecumque fluentem sistit per se, vel ex aceto. Alias etiam est vulneribus utilissima, ad cicatricem

Ad stomachi vero dissolutionem. Hoc est, ad submersionem stomachi, quam Diosc. ἀνατροπὴν στομάχου vocat, quum scilicet in vomitiones effunditur. Sic intellexit scilicet Marc. Emp. lib. de Med. c. XVII, pag. 125: *His*, inquit, *qui cibum non continent, aloes minimum, cum frigida aqua potui datum, plurimum prodest.* Cels. IV, 5: *Vulgatissimum vero, pessimumque stomachi vitium est resolutio*: id est, *quum cibi non tenax est*: *soletque desinere ali corpus, ac sic tabe consumi*, etc.

Cochlearis mensura. Binorum cochlearium. Dioscorid. loc. sup. laud. Dalec.

Capillum fluentem continet. Diosc. loc. cit. Hard.

Dolorem capitis sedat. Diosc. l. c. Hard.

Dilutiorque infusa. Liquidior, ex alto instillata, κατὰ τὴν ἐμβοχήν. Dalec.

Oculorum vitia omnia sanari. Diosc. loc. cit. ψωροφθαλμίας τε καὶ κανθῶν κνησμοὺς παρηγορεῖ. *Scabras lippitudines, seu scabritiem palpebrarum, angulorumque in oculis prurigines mitigat.* Hard.

Item insignita ac livida. Hoc est, suggillata, partes percussionibus contusas insigniter, lividasque. Dioscor. Τὰ πελιώματα καὶ ὑπώπια σὺν μέλιτι. Eodem sensu, *insignitas iniurias* Gellius vocat, X, 3, plagas, verbera, vibices, aliasque carnificinas. H.

Tonsillas. Diosc. l. c. H.

Sanguinis exscreationes si modicae sint. Diosc. loc. cit. H.

Vulnerum. Diosc. l. c. H.

Est vulneribus utilissima. Diosc. l. c. et Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 153. Hard.

perducens. Eadem inspergitur exhulceratis genitalibus virorum, condylomatis, rimisque sedis alias ex vino, alias ex passo, alias sicca per se, ut exigit mitiganda curatio, aut coërcenda. Haemorrhoidum quoque abundantiam leniter sistit. Dysenteriae infunditur. Et si difficilius concoquantur cibi, bibitur a coena modico intervallo: et in regio morbo tribus obolis ex aqua. Devorantur et pilulae cum melle decocto, aut resina terebinthina, ad purganda interiora. Digitorum ptèrygia tollit. Oculorum medicamentis lavatur; ut quod sit arenosissimum subsidat. Aut torretur in testa, pennaque subinde versatur, ut possit aequaliter torreri.

Eadem inspergitur exulceratis. Dioscor. l. c. Marc. Empir. c. xxxiii, p. 230. Hard.

Haemorrhoidum. Dioscor. loc. cit. non istud modo, sed et caetera medicamenta tutidem verbis definit. Hard.

Devorantur pilulae cum mellis decocto (sic prius). Quid sit *mellis decoctum*, non percipiu: quare libentius legerim, *melle decocto* quam *mellis decocto*, auctoribus Dioscoride, libro tertio, et Serapione. Favent et exemplaria Toletanum et Caesaraugustanum. Proximas xxv annotationes in medica Plinii nostri materia acceptas refer, humane lector, Christophoro Oroscio praeclaro philosopho ac medico: qui ut in omni genere disciplinarum summus, praeterque graece etiam eruditissimus, adiuvare non minus studia nostra voluit, quam de suis aliquot ante annos quam optime mereri, compositis in Paulum et Aëtium eximios medicos doctissimis annotationibus, ut inhumane faciat Ianus Cornarius, illustris alioqui in litteris vir et magni nominis; qui eas suggillat tamquam parum necessarias et levissima quaeque consectantes. Nam sintne quales Cornarius praedicat, an longe secus atque ab eo dicitur, necessariae et rerum magni momenti, nemo potest magis idoneus testis esse quam fuit ipse Cornarius. Qui quum sit tantus vir ac plane omni laude maior, cuncta fere quae in priore eius Montanique editione Oroscius annotaverat, in posteriore ad illarum praescriptum formulamve resarcivit atque emendavit. Quod tamen nemini mirum videri debet: non enim omnia, ut summus Poëta ait, possunt omnes, et quaedam aleae sunt non minus quam doctrinae, ut necesse sit, qui felici aliqua sorte antiquiora et emendatiora naetus sit exemplaria, plura praestet et certiora, quam qui in corrosa, hiantia, ac mutilata incidit, cuiusmodi fere esse solent quae tot saeculorum edacitati erepta ad tempora usque nostra descenderunt. Pint. — *Cum melle decocto.* Ita MSS. Regg. et Colb. non *Cum mellis decoc.*

VI. Alcea folia habet similia verbenacae, quae aristereon cognominatur, caules tres aut quatuor, foliorum plenos, florem rosae, radices albas, quum plurimum sex, cubitales, obliquas. Nascitur in pingui solo, nec sicco. Vsus radicis ex vino vel ex aqua dysentericis, alvo citae: et ruptis convulsis.

VII. Alypon cauliculus est molli capite, non dissimilis betae, acre gustatu ac lentum, mordensque vehementer et accendens. Alvum solvit in aqua mulsa, addito sale modico. Minima potio duarum drachmarum, media quatuor, maxima sex: ea purgatione quibus datur e gallinaceo iure.

cocto. Dioscorid. loc. cit. μετὰ μέλιτος ἑφθοῦ, *cum melle decocto.* H.

VI. *Alcea folia habet similia verbenacae.* Dioscorid. III, 164, totidem plane verbis: Ἀλκὲ καὶ αὕτη εἶδός ἐστιν ἀγρίας μαλάχης, ἔχουσα φύλλα ἐπεσχισμένα πρὸς τὰ τῆς ἱερᾶς βοτάνης, etc. Vulgaris alcea pingitur a Lobelio in Obs. p. 374. Vidimus in horto Regio. In Italia Dalmatiaque passim reperiri ait Aguill. Part. XII, p. 223, carere autem vulgari nomine. H. — *Alcea.* Nobis eodem nomine est *Malva Alcea* (*Monadelph. decand.* gen. 1633 Pers. *Malv.* Juss.). Habitat in Anglia, Gallia, Germania, etc. Ed. P.

Quae aristereon cognominatur. Sic MSS. omnes, Regg. Colb. Chifflet. Etsi in editis, *peristereon.* Nam et ἀριστερώνα dictam esse verbenacam, ex Pausania monet Eustat. in Obs. X sub fin. p. 1935, v. 5; neque modo hoc loco Plinii codices, sed et lib. XXV, 59, *aristereon* prae se ferunt. Quod et Apul. secutus est: *Graeci*, inquit, *hieran botanen... alii aristereon.* H. — Peristereon nobis est *Verbena supina*, de qua iam sup. dictum. Ed. P.

Obliquas. Sic recte Plinius πλαγίας ex scriptore aliquo transtulit: etsi πλατείας scripsit Dioscorides. Verius multo Plinius; uti vel ipsa plantae effigies comprobat. H.

Vsus radicis. Sic Diosc. loc. cit. et eum secutus Aegineta. H.

VII. *Alypon cauliculus*, etc. Alypon surculosa herba est, subrubra, gracilibus ramulis, folio tenui, flore molli et levi plena: radice betae, tenui; acri succo referta: semine epithymi. Diosc. Dec. — *Alypon.* Non ita adumbratur a Diosc. IV, 180, Ἄλυπον, etc. nec quidquam fere praeter cognationem nominis, vimque alvum solvendi, commune inter se habent. Nullam vero plantam nostra novit aetas, quae cum alterutro, sive Plinii, sive Dioscoridis alypo congruat. H. Ἄλυπον Dioscorid. loc. laud. teste Sprengelio, est *Globularia Alypum* (*Tetrand. monogyn.* gen. 223 Pers. *Lisymachiis* affin. Juss.). Habitat in meridionalis Europae silvis ad rupes. Conf. Actuar. Met. med. V, 8, ubi eandem plantam describit; item Hist. Rei herb. t. I, p. 159. Ed. P.

Ea purgatione quibus datur e gal-

VIII. Alsine, quam quidam myosoton appellant, nascitur in lucis, unde et alsine dicta est. Incipit a media hieme, arescit aestate media: quum prorepit, musculorum aures imitatur foliis. Sed aliam docebimus esse, quae iustius myosotis vocetur. Haec eadem erat quae helxine, nisi minor minusque hirsuta esset. Nascitur in hortis, et maxime in parietibus. Quum teritur, odorem cucumeris reddit. Vsus eius ad collectiones inflammationesque: et in eadem omnia quae helxine, sed infirmius. Epiphoris peculiariter imponitur: item verendis, hulceribusque cum farina hordeacea. Succus eius auribus infunditur.

IX. Androsaces herba est alba, amara, sine foliis,

linaceo iure. Commodius ita legi Pintianus censebat: *Ea purgatio est quibusdam e gallinaceo iure:* eadem sententia. Hard.

VIII. *Alsinè.* Diosc. IV, 87: Αλσίνη, οἱ δὲ μυός ὦτα, ἀπὸ τοῦ ἔχειν φύλλα ὅμοια μυὸς ὠτίοις· ἀλσίνη δὲ διὰ τὸ σκιερούς καὶ ἀλσώδεις φιλεῖν τόπους. Est alsine minima Dodonaei, pag. 30; plebi dicta morsus gallinae, quod ea sit gallinis et aviculis pabulo grata, Gallis, *du mouron.* In horto Regio Italis, *centocchi, pavarino, galinella,* ap. Anguill. Part. XIV, p. 275. Hard. — Alsine. Diosc. loc. laud. Sprengelio eadem videtur cum *Cerastio aquatico* (*Decand. pentagyn.* gen. 1147 Pers. *Caryophyll.* Juss.); et aeque tamen potest referri ad *Stellariam nemorum* (*Decand. trigyn.* gen. 1149 Pers.). Conf. Histor. Rei herbar. t. I, p. 188. Ed. P.

Vnde. Αλσος Graecis nemus, lucus, saltus, hortus. Hard.

Sed aliam. Quae nobis *Myosotis scorpioides.* Cf. inf. cap. 80. Ed. P.

Haec eadem erat quae helxine. In archetypo nostro, *Haec eadem erat quae alsine*: et paulo post eadem menda. Pint. — *Haec.* Dioscor. loc. cit. Πρὸς ἐστὶν ὁμοία ἑλξίνῃ, καπνοτέρα δὲ καὶ οὐ δασεῖα. Sic et Oribas. XI, p. 188, et Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 454. Hard.

Minor. Hic locus ostendit, Plinium apud Dioscoridem, sive Andream, sive Cretevam, pro μακροφυλλότερα, legisse μικροφυλλότερα.

Quum teritur odorem, etc. Diosc. et Orib. ll. cc. Hard.

Ad collectiones, etc. Totidem haec verbis Diosc. loc. cit. Hard.

Helxine. Nihil Dioscorides. Haec paene omnia sumpta sunt e cap. de helxine. Dal. — Diosc. tantum *alsinen* monet ad eadem omnia, quae *helxine*, valere. Ed. P.

Epiphoris. Hoc est, oculorum inflammationibus. Dioscorid. Αρμόζει πρὸς φλεγμονὰς ὀφθαλμῶν, κατὰ ἀλφίτων καταπλασσομένη. Hard.

Succus. Diosc. loc. cit. Hard.

Androsaces. Totidem verbis Diosc. III, 150: Ανδρόσακες γίνεται μὲν ἐν

folliculos in cirris habens, et in his semen: nascitur in maritimis Syriae maxime. Datur hydropicis drachmis duabus tusa, aut decocta in aqua, vel aceto, vel vino. Vehementer enim urinas ciet. Datur et podagricis illiniturque. Idem effectus et seminis.

X. Androsaemon sive (ut alii appellavere) ascyron,

Σορία ἐν παραθαλασσίοις τόποις, etc. Sunt enim reliqua similia. *Androsaces cotyledon marinum herba foliosum* a Lobelio appellatur in Advv. p. 165, a quo delineatur, quale in horto Regio vidimus. H. — *Androsaces herba.* Est Androsace vulgaris, latifolia, annua. Tournefort. Nascitur frequens in Dalmatia, in valle *Slosella*, teste Clar. Fortis. Brot. — *Androsaces.* Commentatores Dioscoridis in varias de hoc vegetabili sententias abierunt; in plures nemo praeter Anguillaram. Is enim modo cuscutam (p. 237), modo iunci speciem, nunc *Coluteam arborescentem* intelligit. Matthiolus (pag. 645), plantam depingit maritimam, orbiculis pedicellatis praeditam, qualem in Etruria invenerit Lucas Ghinius. Mox et Lobelius loc. sup. laud. eamdem in Chamis conchis maris monspeliensis littora alluentis inventam delineavit, *Umbilici marini* nomine. Citavit eamdem *Androsacis Cotyledonis* foliosi, marini nomine Magnolius, Botan. monspel. 19; tandem Ant. Gouanus, Flor. Monspel. append. p. 476, docuit ad regnum animale pertinere et *Madreporam Acetabulum* Linn. System. natur. esse. Eidem opinioni, quam Matthiolus fovet, adstipulatur etiam Caesalpinus, XVI, 48: sed Euric. Cordus, Botanol. p. 99, et Tragus, p. 810, cuscutam esse perhibent: cui plura argumenta, praesertim maritimam originem opponit Ant. Musa Brassavolus, qui ad littora maris Adriatici frequens ἀνδρόσακες semet invenisse testatur (Exam. simpl. pag. 63, 64). Ipsi adsentitur Amatus Lusitanus (Comment. in Dioscor. 376, 482): quorum virorum argumentis victi, *Madreporam Acetabulum* Linn. esse esse, fateamur necesse est. Cf. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 193 sq. Ergo, ut Cl. nostras Gerardus adnotat ad hunc locum, nec vidit Harduinus, nec videre potuit Graecorum ἀνδρόσακες in horto Regio, quod vegetabilibus nequaquam adscribi potest, immo ad genus eorum refertur animalium, quae *Polypiers* Recentiores vocant. Sed Androsacen Tournefortii caeterorumque botanicorum forte vidit, quae ut ex vegetabilium numero, seri coliique potest. Madrepora vero polyporum unice opus: atque in mari illius sedes. Ex. Paa.

Alba, amara sine folis. Plinius fortassis pro λεπτόκαρφος, tenuibus iuncis, legit λευκόκαρφος. Dal.

Folliculos in cirris habens. In cacumine ac summitate tenuium cirrorum, sive caulicolorum, folliculum gerit, quo semen continetur. Dioscor. loc. cit. Λεπτόκαρφος, ἄφυλλος, θυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσα περιεκτικὸν σπέρματος. Hard.

Datur hydropicis, etc. Diosc. loc. cit. haec omnia pariter medicamenta refert. Hard.

X. *Androsaemon*, Diosc. III, 173:

non absimile est hyperico, de qua diximus, caulicu-lis maioribus, densioribusque, et magis rubentibus. Folia alba rutae figura: semen papaveris nigri. Comae tritae sanguineo succo manant. Odor eius resinosus. Gignitur in vineis. Fere medio autumno effoditur, suspenditurque. Vsus ad purgandum alvum tusae cum semine, potaeque matutino, vel a coena, duabus drachmis in aqua mulsa, vel vino, vel aqua pura, totius potionis sextario. Trahit bilem: prodest ischiadi maxime. Sed postera die capparis radicem resinae permixtam devorare oportet drachmae pondere, iterumque quatridui intervallo eadem facere: a purgatione autem ipsa robustiores vinum bibere, infirmiores aquam. Imponitur et podagris, et ambustis, et vulneribus, cohibens sanguinem.

Ανδρόσαιμον, οἱ δὲ Αἰονυσιάδα, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἄσκυρον καλοῦσι, etc. Addit esse diversum ab altaro ascyro, de quo dicemus et nos cap. 20, et ab hyperico, quod nec Plinius ipse diffitetur, quum haud penitus esse el absimile pronunliat. Vidimus in horto Regio, quale a Dodonaeo adumbratur, pag. 79. Haan. — *Androsaemon.* Est Androsaemum maxime fruteseens, C. Bauhin. Gallis, *toute-saine.* Androsaemum; ut et hypericum, et ascyrum, folia habet multis quasi punctis perforata. Autumno quoque pulchre rubent androsaemi folia. Brot. — *Androsaemon.* Nobis, auctore Sprengello, *Hypericum montanum* (*Polyand. pentagyn.* gen. 1338 Pers. *Hypericin.* Juss.). Conf. Column. Ecphr. I, 16; Histor. Rei herbar. t. I, p. 185. De ascyro, seu *Hyperico Androsaemo*, mox dicemus. Ed. P.

Ascyron. Hoc ab androsaemo distinguit Diosc. Dal.

Diximus. Lib. sup. cap. 53. *Hypericum Corin*, et c. 54, *Corin monspeliensem* Noster descripsit. Ed. P.

Folia alba rutae figura. Eadem habet Diosc. l. c. Hard.

Comae. Coma in herbis dicitur, quidquid hilari venustate crinium modo summa ramorum vel caulicolorum exornat, ut frondes, quum foliatum est cacumen; saepe et corymbi, et flores sua venere comant. Hard.

Odor eis resinosus. Dioscorid. loc. cit. Αναστιφθεῖσα δὲ ἡ κόμη ῥητινώδη ὀσμὴν ἀποδίδωσι. Hard.

Trahit. Diosc. loc. cit. H.

Prodest. Diosc. loc. cit. Hard. — *Ischiadi.* Gron. *ischiadicis.* Ed. P.

A purgatione. Aquae tantum Dioscor. meminit, loc. cit. Hard.

Et ambustis. Dioscorid. loc. cit. Καὶ πυρίκαυστα δὲ ἡ πόα καταπλασθεῖσα ἰᾶται· καὶ αἷμα ἐπέχει. Sic etiam Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 156. Hard.

Cohibens sanguinem. In Diosc. cod.

XI. Ambrosia vagi nominis est, et circa alias herbas fluctuati: unam habet certam, densam, ramosam, tenuem, trium fere palmorum, tertia parte radice breviore, foliis rutae circa imum caulem. In ramulis semen est uvis dependentibus, odore vinoso: qua de causa botrys a quibusdam vocatur, ab aliis artemisia. Coronantur illa Cappadoces. Vsus eius ad ea quae discuti opus sit.

vet. νομὰς ἐπέχει. Dal.

XI. *Ambrosia vagi nominis est.* Per multa herbarum genera vagari id nomen ait, neque esse unius singularis proprium ac peculiare. Sana et botrys, de qua dicetur cap. 31, ambrosia appellatur, et lilium ipsum a Corinthiis, teste Nicandro in glossis, apud Athen. XV, p. 681. Haec quam modo Plinius tractandam suscepit, κατ' ἐξοχὴν ambrosia nuncupatur. H. — *Ambrosia.* Broterio eadem videtur cum Abrotono campestri, Cl. Bauhinis vero eodem nomina est *Ambrosia maritima* (*Monoec. pentand.* gen. 2066 Pars. *Corymbif. anomal.* Juss.). Habitat in maritimis Etruriae, Cappadociae, etc. Eq. P.

Fruticem unum habet densum, ramosum (sic libb. ante Hard. editi). Quomodo habet *fruticem*, etc., si nondum constat, quae sit ambrosia? Ex Voss. cod. legend. *Ambrosia vagi nominis est et circa varias herbas fluctuati: unam habet* (*nempe herbam hoc vocabulum*), *certam, densam, ramosam.* Gron. — *Vnom.* Haec Diosc. ambrosia est, III, 129: Ἀμβροσία, οἱ δὲ βότρυς, οἱ δὲ βότρυς ἀρτεμισία, etc. Sunt enim reliqua paria. Ambrosia altera Matthioli, p. 852. Ambrosia tenuifolia Lobelii in Obss. p. 452 abrotonum campestre dictum. Vidimus in horto Regio. Interpolatorum audacia, an inscientia, sic ad hunc diem in libris vulgatis legitur: *circa alias herbas fluctuati: fruticem unum habet densum, ramosum.... foliis rutae. Circa imum caulem in ramulis*, etc. Voce una scilicet extrita, adiecta altera, interpunctione vitiata. Nos verba scriptoris integra, certamque sententiam, nec impeditam, ex codd. Regg. et Colbert. fide repraesentamus. Accedit et Dioscor. cuius haec sunt Plinianis omnino paria: III, 129: φύλλα ἔχει περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ καυλοῦ μικρὰ ὡς πηγάνου. Τὰ δὲ καυλία περίπλεα σπερματίων, ἐοικότων βοτρυδίοις, etc. Hard.

Tertia parte. Radix igitur duum palmorum est, nam caulis ternum. Et vero Dioscorid. ἡ δὲ ῥίζα, διεσπίθαμος, qui prius caulem τρισπίθαμον dixit. Hard.

Qua de causa botrys, etc. Βότρυς uvam apud Graecos sonat. Et in ambrosia sunt racemosi fructus qui cohaerent, convolvuntúrque in uvarum modum. Hard.

Coronantur. Dioscor. loc. cit. Καταπλέκεται δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ τοῖς στεφάνοις, *nectitur in coronas apud Cappadoces.* Hard.

Vsus eius ad ea quae discuti opus sit. Vis eius reprimere, repellere, illitúque adstringere humores, qui in aliquam partem incumbunt. Δύναμιν δὲ ἔχει σταλτικὴν τῶν ἐπιφερομένων,

XII. Anonin quidam ononida malunt vocare, ramosam, similem feno graeco, nisi fruticosior hirsutiorque esset, odore iucunda, post ver spinosa. Estur etiam muria condita. Recens vero margines hulcerum erodit. Radix decoquitur in posca dolori dentium. Eadem cum melle pota, calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias.

XIII. Anagyros, quam aliqui acopon vocant, fru-

καὶ ἀποκρουστικὴν, καταπλασσομένη στύφουσα. Harn.

XII. *Anonin quidam ononida.* Dioscor. III, 21: Ἀνωνὶς οἱ δὲ ὀνονίδα καλοῦσιν, etc. Egimus de eà XXI, 58. Harn. — *Ononis antiquorum* Linn. (*Onon. spinosa* var. β Pers. *Diadelph. decand.* gen. 1694. *Leguminos.* Juss.), habitat in collibus et arvis Europae meridionalis. Ed. P.

Iucunda. Sic et Chilll. Gron. et al. *iucundo.* Ed. P.

Post ver spinosa. Theophrasto, Histor. lib. VI, cap. 5: Ἀνωνὶς ἄρχεται τῆς βλαστήσεως θέρους, τελειοῦται δὲ μετοπώρου. Lego, *iucundo, spinosam. Estur etiam muria post ver condita*, etc. nempe quo tempore adhuc tenella est aptaque condituraе. Quidam sic distinguere malunt, *hirsutiorque esset ac spinosa, odore iucundo. Estur etiam*, etc. Matthiolus Plinium reprehendit, quod haec scripserit contra Theophrasti sententiam et auctoritatem. Dal. — *Post ver.* Igitur aestate: id quod experientia docet. Spinas aestate, autumno semen perfectum gerit. Est et alia non spinosa, pariter fruticosa in Delphinatu ac superiore Provincia frequens. Describitur a Dodonaeo, p. 57. Harn.

Estur etiam muria cond. Condiri muria, dum adhuc tenella est, antequam spinas proferat, atque ita esse in cibis iucundam, auctor est Dioscor. l. c. Αἁμεύεται δὲ πρὸ τοῦ ἀκανθοφυῆσαι, καὶ ἔστιν ἡδίστη. Sic et Oribasius. Harn.

Recens. Dioscorid. loc. cit. et istud, et reliqua quae subsequuntur medicamenta totidem ferme verbis tradit. H. — Ononidis vim diureticam potissimum commendavere recentiores quidam medici. Cf. Linn. Mat. med. p. 202, ed. Schr. Ed. P.

XIII. *Anagyros, quam al. acopon vocant.* Dioscor. III, 167: Ἀνάγυριν, οἱ δὲ ἄκοπον καλοῦσι. Iisdem deinde notis, quibus a Plinio, describitur. Pingitur a Lobelio in Obss. pag. 503, qualem in horto Regio vidimus. Gallis, *bois puant*, Italis, *fava lupina*, teste Anguill. Part. IV, pag. 81. Ex ea odoris gravitate petita paroemia, Ἀνάγυρον κινεῖν, apud Zenobium Cent. 2, n. 55, cui ista affinis, *Camarinam movere.* Ab vico Atticae Anagyro, ubi planta ea plurimum nascebatur, nomen accepisse, idem auctor affirmat. Harn. — *Anagyris foetida* (*Decand. monogyn.* gen. 1008 Pers. *Leguminos.* Juss.). Habitat in Europae meridionalis montibus. Anagyridis foetidae folia et fructus, seu legumina, in usum at apud Recentiores venisse, sed paene iam exolevisse testatur Linn. Mat. med. p. 128, ed. Schreb. Ed. P.

ticosa est, gravis odore, flore oleris; semen in corniculis non brevibus gignit, simile renibus, quod durescit per messes. Folia collectionibus imponuntur, difficulterque parientibus adalligantur, ita ut a partu statim auferantur. Quod si emortuus haereat, et secundae mensesque morentur, drachma bibuntur in passo folia. Sic et suspiriosis dantur: et in vino vetere ad phalangiorum morsus. Radix discutiendis concoquendisque adhibetur. Semen commanducatum vomitiones facit.

Flore oleris. Hoc est, flore simili brassicae. Sic enim κατ' ἐξοχὴν brassica olus vocatur. Sic Varro de Re rust. I, 18: *Quod usque eo contrarium est naturae, ut arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiant, ut introrsum in fundum se reclinent, ut vitis adsita ad olus facere solet*, etc. De vitis inimicitia cum brassica alibi diximus. Dioscor. loc. cit. de anagyri: ἄνθος κράμβῃ ἐοικός. Et Oribasii interpres, *flores brassicae similes*. Plinius ipse, XXIX, 25, *cum olere marino* dixit pro marina brassica. H.

Semen in corniculis. Ἐν κερατίοις μακροῖς. Diosc. Hard.

Per messes. Dioscor. Περὶ τὸν τῆς σταφυλῆς πεπασμόν, *maturescente uva*, parvo discrimine. Parum enim interest, utrum per messes, an maturescente uva id contingere quis asseveret. H.

Folia collectionibus, etc. Tumores, οἰδήματα, his impositis reprimi scribit Diosc. l. c. Hard.

Difficulterque parientibus. Haec totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Quod si emortuus haereat. Subintelligе *partus*, hoc est, foetus ex antecedentibus. Haec rursum ad verbum quoque Dioscorid. loco citato. H.

Drachma. Sic MSS. omnes. Familiaris Plinio, scriptoribusque vetustis locutio, pro *drachmae pondere*. H.

Sic et suspiriosis dantur. Dioscor. loc. cit. suspiriosis drachmae pondere in passo praebet. Hard.

Ad phalangiorum morsus. Πρὸς καφαλαλγίαν, Dioscorid. Plinius legit, πρὸς φαλάγγια. Dalec. — *Ad phal.* Apud Dioscorid. in libris vulgatis ita hodie legitur, III, 167, de anagyri: Πρὸς δὲ κεφαλαλγίαν σὺν οἴνῳ. *Prodest ad dolorem capitis cum vino.* Cave porro credas cum Dalecampio, caeterisque, festinatione legentis nimia ballucinatum Plinium, πρὸς τὰ φαλάγγια temere scripsisse, quum πρὸς κεφαλαλγίαν scribere debuisset: nam ex Plinio potius Dioscoridem emendandum Dioscorides ipse admonet, qui medicamenta priorum librorum alio ordine in libris Εὐπορίστων retexens, ubi de morbis capitis agit, anagyris mentionem nullam facit: ubi, de phalangiis, principatum eidem adscribit II, 121: Ἰδίως δὲ πρὸς φαλάγγια, ὀνογύρου ⊲ φ'. Est autem ὀνόγυρος eadem quae ἀνάγυρος apud Nicandrum in Theriacis, ut observat Constantinus in Lexico. Hard.

Radix discutiendis, etc. Ad verbum Diosc. l. c. Hard.

XIV. Anonymos non inveniendo nomen invenit. Affertur e Scythia, celebrata Hicesio, non parvae auctoritatis medico: item Aristogitoni: in vulneribus praeclara, ex aqua tusa et imposita: pota vero, mammis praecordiisque percussis: item sanguinem exsoreantibus. Putavere et bibendam vulneratis. Fabulosa arbitror, quae adiiciuntur: recente ea, si uratur, ferrum aut aes ferruminari.

XV. (I.) Aparinon aliqui omphacocarpon, alii philanthropon vocant, ramosam, hirsutam, quinis senisve in orbem circa ramos foliis per intervalla. Semen rotundum, durum, concavum, subdulce. Nascitur in frumentario agro, aut hortis pratisve, asperitate etiam vestium tenaci. Efficax contra serpentes, semine poto ex vino drachma: et contra phalangia. Sanguinis abundantiam ex vulneribus reprimunt folia imposita: succus auribus infunditur.

XVI. Arction aliqui arcturum vocant: similis est

XIV. *Anonymos.* Quae eo nomine censenda herba sit, adhuc inter herbarios lis est. Nos inter peregrinas ducimus. H. — *Anonymus non inven.* Quidam esse volunt bugulam officinarum, alii consolidam mediam. Vtraque sane planta vulneribus sanandis efficacissima est. Huius mentio fit supra lib. XXV, cap. 8. Dalec. — Consolida media et Bugula Offic. nobis sunt *Ajuga pyramidalis*, et *Ajuga Iva*, de quibus iam alias dictum. Ed. P.

Ferruminari. Inde coniectura sumitur, symphyti sive consolidae genus esse, *consoude*. Dal..

XV. *Aparinen.* Eadem asperugo dicitur et φιλάνθρωπος, de qua egimus XXIV, 146. Dioscor. III, 104: Ἀπαρίνη, οἱ δὲ ἀμπελόκαρπον, οἱ δὲ φιλάνθρωπον καλοῦσιν, etc. Galen. quoque de Fac. simpl. med. VI, pag. 153: Ἀπαρίνη... οἱ δὲ ὀμφακόκαρπον. Sic etiam Aegineta, VI, 3. H. — *Galium aparine* (*Tetrand. monogyn.* gen. 244 Pers. *Rubiac.* Juss.). In Europae cultis et ruderatis, ad sepes non infrequens; nostris vulgo, *grateron*. Ed. P.

Semen rotundum, durum, etc. Dioscor. l. c. Hard.

Asperitate. Folia asperiora vestibus adhaerescunt: Προσέχεται δὲ καὶ ἱματίοις ἡ πόα, inquit Dioscor. l. c. Inde nomen, *asperugo*. H.

Efficax contra serpentes. Dioscor. loc. cit. Hard.

Succus auribus infunditur. Dioscor. loc. cit. Hard.

XVI. *Arction aliqui arcturum vo-*

verbasco foliis, nisi quod hirsutiora sunt: caule longo, molli, semine cumini. Nascitur in petrosis, radice tenera, alba, dulcique. Decoquitur in vino ad dentium dolorem, ita ut contineatur ore decoctum. Bibitur propter ischiada et stranguriam: o vino ambustis imponitur, et pernionibus. Foventur eadem cum radice semine trito in vino.

XVII. Asplenum sunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, radice limosa, cavernosa, sicut filicis, candida, hirsuta: nec caulem, nec florem, nec semen habet. Nascitur in petris, parietibusque

eant. Quae de arctii facie ac dotibus, toto hoc capite narrantur, ea totidem verbis habet Dioscor. IV, 106: Ἄρκτιον, οἱ δὲ ἀρκτοῦρον, etc. Galen. item de Fac. simpl. med. VI, p. 159. Pingitur a Dodonaeo, pag. 449, ex codice Caesareo: sed plantam ipsam usurpare oculis, quae hanc referret effigiem, adhuc non licuit: sibi perinde ignotam fatetur Anguillara, Part. XIV, pag. 281. H.— Ἄρκτιον, ἀρκτοῦρος Dioscor. loc. laud. idem Sprengelio est ac *Verbascum ferruginum* (*Pentand. monogyn.* gen. 490 Pers. *Solanac.* Juss.); habitat in Europa australiore. Alii ad *Celsiam Arcturum* referunt, non ita bene, quum folia verbascis largiora ἄρκτιον habere debeat, angustiora vero Celsia habeat. *Arctium Lappam* Broter. huc trahit, male. Conf. Hist. Rel. herb. tom. I, pag. 462. Ed. P.

Imponitur, et pernionibus. Foventur perniones eiusdem radice cum semine decocta in vino. Dioscorid. quanquam is et perniones et ambusta foveri praecipiat. Dal.

XVII. *Asplenum.* Diosc. III, 454: Ἀσπλήνιον, οἱ δὲ σκολόπενδρον, οἱ δὲ ἡμιόνιον, etc. Sunt enim reliqua quae de illius facie ac viribus a Plinio referuntur, paria ferme cum iis, quae Dioscor. habet loc. cit. In officinis *ceterach* nominatur, et *citrah*, teste Anguillara, Part. XIII, pag. 237. Pingitur a Dodonaeo, pag. 465, quale in horto Regio vidimus. Hemionion dici, quod mulae ἡμίονοι ea maxime delectentur, ait Theophrast. Hist. IX, 19. *Calcifragam*, quod calculosis prosit, Scrib. Larg. Comp. 150. H. — *Asplenum.* Brot. ex MSS. Regg. et dil. principe; *asplenon.* Nobis est *Asplenium Ceterach* (ex *Cryptogam.* Linn. *Filicum* ordine Juss.); habitat in Anglia, Gallia, Germania, Italia, etc. Apud Recentiores etiamnunc in usum venit. Conf. Geoffr. Mat. med. t. III, p. 152. Ed. P.

Foliis trientalibus multis. Quae videlicet tertiam pedis partem, seu pollices quatuor, longitudine adaequent. Hard.

Radice limosa. Folia polypodii seu filiculae modo dividuntur, subter flava, hirsutaque, superne viridia. Dioscor. Hunc locum Plinius omnino corrupit. Dal.

Nec caulem, nec florem, nec semen. Diosc. l. c. Hard.

Nascitur in petris. Diosc. et Theophr. ll. cc. Hard.

opacis humidis: laudatissima in Creta. Huius foliorum in aceto decocto per dies XL poto lienem absumi aiunt; et illinuntur autem: eadem sedante singultus. Non danda feminis, quoniam sterilitatem facit.

XVIII. Asclepias folia ederae habet, ramos longos, radices numerosas, tenues, odoratas; floris virus grave, semen securidacae. Nascitur in montibus. Radices torminibus medentur, et contra serpentium ictus, non solum potu, sed etiam illitu.

XIX. Aster ab aliquibus bubonion appellatur,

Huius foliorum iure in aceto decocto per dies XL poto (sic olim). Scribendum videtur, *Huius foliorum in aceto decoctae per dies XXX potu lienem absumi aiunt.* Sed *quadraginta* ex Diosc. Hermolaus. Gaon. — *Huius.* Totidem verbis Dioscor. loc. cit. Et deirco ἄσπληνον nuncupatur. H.

Per dies XL. Sic libri editi omnes. At MSS. *per dies XXX poto*, etc. Dioscorides libris vulgatis favet. H.

Et illinuntur. Sic libri omnes editi et MSS. Interpolat autem hanc scripturam in Elzeviriana editione Latius, in hunc modum: *Lienem absumi aiunt: et illinuntur autem eadem, sedantque singultus*: ut ad singultus illini tantum credas. Quod scriptoris quidem sententiae plenissime adversatur, ac Dioscoridis, qui plane similia tradit, III, 151: Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα σὺν ὄξει καὶ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ', σπλῆνα τήκειν. Δεῖ δὲ καταπλάσσειν καὶ τὸν σπλῆνα τοῖς φύλλοις λείοις σὺν οἴνῳ. Βοηθεῖ καὶ στραγγουρίᾳ καὶ λυγμῷ, etc. H.

Non danda feminis, quoniam sterilitatem facit. Dioscorid. loc. cit. et Theophr. IX, 19. Hard.

XVIII. *Asclepias folia ederae habet*, etc. De huius forma ac viribus totidem verba ac placita leges apud Dioscor. III, 106: Ασκληπιάς, etc. Ab ederae folio nomen habet κισσίον et κισσόφυλλον in Noth. Dioscor. p. 456. Vincetoxicum a Matthiolo appellatur, a quo et scite effigiatur, pag. 809, qualem in horto Regio vidimus: item a Dodonaeo, pag. 402. Hard. — *Asclepias folia* etc. Nobis eodem nomine est *Asclepias Vincetoxicum* (*Pentand. monogyn.* gen. 624 Pers. sub *Cynancho. Apocyn.* Juss.). Habitat in montosis calcareis et in silvaticis. Ed. P.

XIX. *Aster.* Apul. cap. LX: *Graecorum aliqui asterion, alii asteriscon, alii astera atticon, quidam bubonion, alii hyophthalmum vocarunt, Latini inguinalem.* Nempe βουβών inguinem et tumorem inguinis sonat. Dioscor. IV, 120: Αστὴν Αττικός. In Noth. p. 470: οἱ δὲ ἀστερίσκος, οἱ δὲ ἀστέριον, οἱ δὲ βουβώνιον, οἱ δὲ ὑόφθαλμον, Ρωμαῖοι ἐγγίναλις. Genera amplius vicena vidimus in horto Regio: praecipua delineantur a Clusio Hist. Rar. plant. IV, pag. 43 sqq. Hard. — *Aster ab aliq. bubonion.* Βουβώνιον Galenus appellat, de Fac. simpl. med. VI, 79. Forte *Inula Bubonium* (*Syngenes. superfl.* gen. 1857 Pers. *Corymbifer.* Juss.). Habitat in Austria, Tauria, etc. Conf. Scop. Car.

quoniam inguinum praesentaneum remedium est. Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus: in cacumine capitula stellae modo radiata. Bibitur et adversus serpentes. Sed ad inguinum medicinam, sinistra manu decerpi iubent, et iuxta cinctus alligari. Prodest et coxendicis dolori adalligata.

XX. Ascyron et ascyroides, similia sunt inter se, et hyperico: sed maiores habet ramos, quod ascyroides vocatur, ferulaceos, omnino rubentes: capitulis parvis, luteis. Semen in calyculis pusillum, nigrum, resinosum. Comae tritae velut cruentant. Qua de causa quidam hanc androsaemon vocavere. Vsus

niol. tit. 58; Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, p. 205. Ed. P.

Bubonion appellatur. Alia haec quam inguinaria descripta, l. XXVI, cap. 9. Plinius multa et insignia tacet, quae a Dioscoride de hac planta traduntur. Dal.

Quoniam inguinum praesentaneum remedium. Florem recentem, atque adeo humidum inguinum inflammationi utiliter adhiberi docet Dioscor. loc. cit. Hard.

Cauliculus foliis oblongis. Sic fere Diosc. loc. cit. Hard.

Bibitur. Suffiri ad fugandos serpentes Cratevas ait in Dioscor. Noth. pag. 470. Hard.

Sinistra manu decerpi iubent. Diosc. loc. cit. Hard.

XX. *Ascyron et ascyroides.* Ascyron, inquit, de quo cap. 40 dictum, et escyroides, de quo nunc instituitur oratio, similia sunt inter se, et hyperici, de quo XXVI, 35. Ascyroides a Dioscorid. III, 172, iisdem adumbratur notis, quibus nunc a Plinio: Ἄσκυρον, οἱ δὲ ἀσκυροειδές, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον, καὶ τοῦτο εἶδός ἐστιν ὑπερικοῦ, μεγέθει διαφέρον, κλωσὶ μεῖζον, etc. A Matthiolo pingitur in Diosc. III, 637. In horto Regio vidimus. Vide Anguill. etiam, Part. XIII, pag. 243. Hard. — *Ascyron.* Nobis est *Hypericum Androsaemum* (*Polyand. pentagyn.* gen. 1338 Pers. *Hypericin.* Juss.). Habitat in Anglia, Gallia Narbonensi, Italia, etc. In humentibus. Conf. Column. Ecphras. I, 16; Spreng. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 185. Ed. P.

Ferulaceos omnino rubentes. Voss. eod. *omnia rubentes*, ut lib. XXIV, 8, *alia similis.* Tertullianus *cultum omnia candidatum.* Gron.

Semen in calyculis pusillum. Diosc. loc. cit. et Oribas. lib. XI, fol. 191. Hard.

Comae tritae velut cruentant. Veluti cruorem reddunt. Fructus attritu, inquit Dioscorid. l. c. digiti cruentantur. Καρπὸν δὲ . . . καὶ ἐν τῷ παρατριβῆναι οἱονεὶ αἱμάσσοντα τοὺς δακτύλους, ὡς διὰ τοῦτο ἀνδρόσαιμον καλεῖσθαι. Hard.

Vsus seminis ad, etc. Dioscoridi καρποῦ. Hard.

seminis ad ischiadicos, poti duabus drachmis in hydromelitis sextario. Alvum solvit, bilem detrahit. Illinitur et ambustis.

XXI. Aphaca tenuia admodum folia habet: pusillo altior lenticula est. Siliquas maiores fert, in quibus terna aut quaterna semina sunt nigriora, madidiora, et minora lenticula. Nascitur in arvis. Natura ei ad spissandum efficacior, quam lenti: reliquo usu eosdem effectus habet. Stomachi alvique fluxiones sistit semen decoctum.

XXII. Alcibion qualis esset herba, apud aucto-

Alvum solvit, etc. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Illinitur. Diosc. l. c. H.

XXI. *Aphaca*. Sic MSS. omnes hoc loco, etsi in indice varient, ut monuimus. Alia haec Theophrastea aphace, de qua XXI, 52. Describitur totidem fere verbis a Diosc. H, 178. Pingitur a Dodonaeo, pag. 635. Nondum occurrit nobis. H. — Ἀφάκη Theophrast. Histor. VIII, 5-8; Diosc. loc. laud. nobis eodem nomine est *Lathyrus Aphaca* (*Diadelph. decand.* gen. 1714 Pers. *Leguminos.* Juss.) Habitat inter segetes, in silvaticis. Ed. P.

Siliquas maiores fert. Diosc. loc. cit. Hard.

Natura ei ad spissandum. Ad adstringendum. Diosc. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ σπερμάτια στυπτικήν, etc. Hard.

Stomachi alvique, etc. Diosc. l. c. totidem verbis. Hard.

XXII. *Alcibion*, etc. Supra lib. XXII, cap. 31, onocheiles secundum anchusae genus alcibiadion vocatur, ut et Diosc. echion. Dioscoridi vocatur et doris, et alcibiadion. Nicandro vero alcibium, in Theriacis: Ἐσθλὴν δ' ἀλκιβίου ἐχίου περιφράξιο ῥίζαν. At mirum est, quod iam ait Plinius, apud auctores non reperiri qualis sit herba, quum eadem de foliis et radice tradat, quae Dioscorides de altera anchusa et echio. Dalec. — *Alcibion*. Aliud esse hoc alcibion ab eo de quo egimus XXII, 24, et ab echio, de quo XXV, 58, Nicander admonet; qui quum in Theriac. pag. 39, de utroque isto posteriore egisset, idem mox p. 47, Plinianum illud, nomine tantum appellato, facie non declarata, diversum esse pronuntiat: Ἄλλην δ' ἀλκιβίοιο φερώνυμον αἴρεο ποίην. Ubi Schol. pag. 31: Ἄλλην δ' ἀλκιβίοιο, τουτέστιν ἄλλην βοτάνην, ἄλλο εἶδος, ἄλλο ἀλκίβιον. Hard. — Ἄγχουσα ἑτέρα, ἣν ἔνιοι ἀλκιβιάδιον, Dioscor. IV, 24; item cap. 27: ἔχιον, οἱ δὲ δόριδα, οἱ δὲ ἀλκιβιάδιον, etc. Prior species, cuius etiam Galenus meminit de Fac. simpl. med. V, 71, nobis est *Anchusa tinctoria* (*Pentand. monogyn.* gen. 353 Pers. *Borragin.* Juss.); posterior, *Echium rubrum* (gen. 363 Pers.): de his iam alias actum. An ex his duabus speciebus unam Noster hic indigitaverit, in ambiguo est; sed utriusque vires consentiunt. Ed. P.

res non reperi. Sed radicem eius et folia trita, ad serpentis morsum imponi et bibi: folia, quantum manus capiat, trita cum vini meri cyathis tribus, aut radicem drachmarum trium pondere cum vini eadem mensura.

XXIII. Arectorolophos, quae apud nos crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristae, plura, caulem tenuem, semen nigrum in siliquis. Vtilis tussientibus cocta cum faba fresa, melle addito: et caligini oculorum. Solidum semen coniicitur in oculum, nec turbat, sed in se caliginem contrahit. Mutat colorem, sed ex nigro albicare incipit et intumescit, ac per se exit.

XXIV. (VI.) Alum nos vocamus, Graeci symphyton petraeum, simile cunilae bubulae, foliis parvis, ramis tribus aut quatuor a radice, cacuminibus thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, salivam ciens, radice longa rutila. Nascitur in petris,

Imponi et bibi iubent folia. Tò *iubent* nostri quinque omnes ignorant; iure: intelligitur enim *apud auctores reperi.* Gron.

XXIII. *Alectorolophos, quae apud nos crista dicitur.* Quorundam opinione allioria: aliorum vero cauda lupi: aliorum gallithricum, cuius semen eodem effectu, et eadem causa vulgus etiam oculis iniicit, praesertim quum culex illapsus est. Dalec. — *Alectorolophos.* Ἀλεκτοροφόλοφος, hoc est, crista galli. Pingitur a Dodonaeo, pag. 546. Vbique notissima: *cresta di gallo* Italis quoque, teste Anguillara, Part. XII, p. 219. Hard. — *Alectorolophos, quae apud nos crista.* Et hanc apud nos appellationem servat Rhinanthus *Crista galli* (*Didynam. angiosperm.* gen. 1457 Pers. *Pedicular.* Juss.). In pratis frequens. Confer. Hist. Rei herb. tom. I, p. 204. Ed. P.

XXIV. *Alum.* Nos, inquit, Romani; Graeci aliter. Nos autem id nomen a Gallis accepimus. Diximus de herba ea XXVI, 26: *Halus*, inquit ipse, *quam Galli sic vocant... similis est cunilae bubulae*, etc. Iisdem plane verbis a Diosc. describitur IV, 9. Hard. — Nobis *Symphytum officinale* (*Pentand. monogyn.* gen. 355 Pers. *Borragin.* Juss.), de quo iam egimus. Ed. P.

Surculosum. Hoc est, lignosum: ξυλῶδες Dioscor. l. c. Hard.

Nascitur in petris. Totidem verbis Diosc. l. c. Hard. — Symphytum petraeum Dioscor. Sprengelio idem esse videtur ac *Gypsophila fastigiata*, de qua sup. lib. egimus. Ed. P.

ideo petraeum cognominatum: utilissimum lateribus, renibus, torminibus, pectori, pulmonibus, sanguinem reiicientibus, faucibus asperis. Bibitur radix trita, et in vino decocta, et aliquando superlinitur. Quin et commanducata sitim sedat, praecipueque pulmonem refrigerat: Luxatis quoque imponitur, et contusis: lenit interanea. Alvum sistit cocta in cinere, detractisque folliculis trita cum piperis novem granis, et ex aqua pota. Vulneribus sanandis tanta praestantia est, ut carnes quoque dum coquuntur, conglutinet addita: unde et Graeci nomen imposuere. Ossibus quoque fractis medetur.

XXV. (VII.) Alga rufa, et scorpionum ictibus.

XXVI. Actaea gravi foliorum odore, caulibus

Renibus. Dioscor. l. c. Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 233, et Marc. Emp. c. XXVI, p. 176. HARD.

Pulmonibus. Scribon. Larg. Comp. LXXXIII: *Ad sanguinis eruptionem, sive ex arteriis, sive a pulmone, vel pectore ea fuerit; bene facit symphyti radix, quam quidam inulam rusticam vocant, quidam autem alum gallicum dicunt*, etc. Sic et Marcell. Empir. cap. XVII, pag. 124. Dioscor. IV, 9, decoctum ait in aqua mulsa, et potum, quae pulmoni haereant, excrementa repurgare. HARD.

Faucibus. Galen. l. c. H.

Quin. Diosc. l. c. H.

Convulsis, lenit, interaneis, (sic prius). Quomodo imponitur *interaneis?* Lege cum Vossiano: *Luxatis quoque imponitur et contusis: lenit interanea: alvum sistit cocta*, etc. *Contusis* et Chiffl. Pintiani quoque codex *lenit*, unde ille fecit *leviter*: GRON. — *Interaneis.* In scrotum delabentibus: enterocelis. Dioscor. DAL.

Alvum sistit cocta in, etc. Diosc. loc. cit. HARD.

Vulneribus. Plin. Valer. III, 22; Apul. cap. LIX, III. 4. Diosc. Καλῶς καὶ νεότρωτα... καὶ τὰ κρέα δὲ συμπήττει ἑψόμενον σὺν αὐτοῖς. Galenus denique loc. cit. HARD.

Unde et Graeci nomen imposuere. Σύμφυτον quia consolidat: unde et consolida appellata. Eadem conferva, a conferruminando, hoc est, conglutinando. Ferruminare enim est metalla coniungere et conglutinare. H.

XXV. *Alga rufa.* Cretica linctoria, quae purpurae colore inficit. DAL. — *Alga.* Φῦκος φοινίσσον, de quo XXVI, 66. HARD. — *Rufa.* Gron. et al. ante Hard. *rubra.* An *Fucus sanguineus?* ex *Cryptogam.* Linn. *Algarum* ordine Juss. *Thalassiophyt.* Lamouroux. Ed P.

XXVI. *Actaea*, etc. Videtur esse ea, quam christophorianam appellat Lobelius, a quo scite delineatur in Obss. pag. 389. Alii aconitum racemosum vocant. Vidimus in horto Re-

asperis geniculatis, semine nigro, ut ederae, baccis mollibus, nascitur in opacis et asperis, aquosisque. Datur acetabulo pleno interioribus feminarum morbis.

XXVII. Ampelos agria vocatur herba, foliis duris cineracei coloris, qualem in satis diximus, viticulis longis, callosis, rubentibus, qualiter flos; quem Iovis flammam appellavimus in violis: fert semen simile punici mali acinis. Radix eius decocta in aquae cyathis ternis, additis vini Coi cyathis duobus, alvum solvit leniter, ideoque hydropicis datur. Vulvae vitia et cutis in facie mulierum emendat. Ischiadicos quoque uti hac herba prodest, tusa cum foliis, et illita cum succo suo.

XXVIII. Absinthii genera sunt plura: santonicum

gio. Hard. — *Actaea*. Servat nomen: *Actaea spicata* (*Polyand. monogyn.* gen. 1250 Pers. *Ranunculac.* Juss.). Habitat in nemorosis montosis. Confer Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, pag. 201. Ed. P.

Interioribus feminarum morbis. Vteri doloribus et suffocationi: mensibus provocandis. Dal.

XXVII. *Qualem in satis diximus*. In volumine de medicinis, e rebus iis quae seruntur: nempe lib. XXIII, 14. Hard. — Ampelos agria Dioscor. IV, 183, nobis est *Tamus communis* (*Dioec. hexand.* gen. 2234 Pers. *Asparag.* Juss.), de quo iam saepe alias Ed. P.

Viticulis longis. Sarmentis longis, duris, rimoso cortice vestitis, flore capillaceo; fructu exiguis uvis simili, post maturitatem rubente: granis figura rotundis. Diosc. κόκκους. Plinius ad punici semina retulit oscitanter, et alias totam historiam corrupit. Dal.

Qualiter flos. Ex omnibus plantis, quae ad vicina scandunt, tres novimus, quarum caeruleus, sive purpureus, Iovis flori, nempe aquilegiae, colore similis sit; primam quidem, quam granum Nili vocant: alteram, quam dulcamaram: tertiam, quam pro clematide secunda pinxit Dodonaeus, et quam pothon caeruleum esse quidam putant. Quae de vite silvestri tradit hic Plinius, magis convenire videntur dulcamarae, quam salicastrum supra vocavit XXIII, c. 1, et viti silvestri similem esse dixit: eosdemque effectus habere. Dal.

Appellavimus in violis, etc. Lib. XXI, cap. 38. Hard.

Radix. Haec ipse totidem verbis XXIII, 14, caeteraque fere medicamenta, quae nunc iterum haud valde magno operae pretio revocat. H.

XXVIII. *Absinthii genera sunt plura*. Vulgo cognitum ἀψίνθιον; *de l'absinthe*. Absinthium ponticum, seu romanum officinarum, Dodonaeo la-

appellatur a Galliae civitate: ponticum a Ponto, ubi pecora pinguescunt illo, et ob id sine felle reperiuntur: neque aliud praestantius: multoque italicum amarius, sed medulla pontici dulcis. De usu eius convenit dicere, herbae facillimae, atque inter paucas utilissimae, praeterea sacris populi romani celebratae peculiariter. Siquidem Latinarum feriis

tifolium dicitur, pag. 23. Vulgare Lobelio in Obss. p. 441. H.

Santonicum. Diosc. III, 28: Εστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος ἀψινθίου, γεννώμενον ἐν τῇ κατὰ τὰς Ἀλπεις Γαλατίᾳ πλείστον· ὃ ἐπιχωρίως Σαντόνικον καλοῦσιν, ἐπωνύμως τῇ γεννώσῃ αὐτὸ Σαντονικῇ χώρᾳ. Galen. de Simpl. med. Fac. VI, 4, pag. 417: Τὸ μὲν Σαντονικὸν, ἀπὸ Σαντονείας χώρας ἐν ᾗ φύεται. Marc. Emp. cap. XXVIII, pag. 198: *Santonica herba, quae absinthium dicitur*. Santonica herba, Scribonio Comp. 141. Santonica virga Martiali lib. IX, epist. 95: *Santonica medicata dedit mihi pocula virga*, etc. Describitur a Lobelio in Obss. p. 436, quale vidimus in horto Regio. H. — Ἀψινθίου τρίτον εἶδος, ὃ ἐπιχωρίως σαντόνικον καλοῦσι, Diosc. III, 28; nobis item est *Artemisia santonica* (*Syngenes. superfl.* gen. 1237 Pers. *Corymbif.* Juss.) Σαρδόνιον legit Anguillar. pag. 166; sed refragatur Galenus, de Fac. simpl. med. V, 69, qui non semel σαντονικὸν appellat. Conf. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, p. 187. Ed. P.

Ponticum a Ponto. Apud Plaut. in Trin. IV, 2, 88: *stc. Omnium primum per Pontum advecti ad Arabiam terram sumus. ca. Eho, an Arabia etiam est in Ponto? stc. Est: non illaec ubi thus gignitur; sed ubi absinthium fit, atque cumila gallinacea*, Dalec. — *Ponticum*. De eo multa Diosc. III, 26. Hard. — Nobis *Artemisia pontica*. Habitat in apricis, siccis, montosis Galliae, Germaniae, Italiae, Thraciae, etc. Per absinthium italicum, vulgarem videtur speciem Noster intelligere, quae Recentioribus dicitur eodem nomine *Artemisia Absinthium*. Habitat in Europae ruderatis, aridis. Ed. P.

Et ob id sine felle. Vide quae diximus, XI, 75. Hard.

Neque aliud praestantius. Dioscor. loc. cit. Gratum esse stomacho ait Galenus, loc. cit. Santonicum, ob amarorem, eidem infensum. H.

De usu eius convenit dicere, herbae facillimae. Vossianus iubet deleri τὸ *dicere*. Neque est, cur ei adversemur. Gron.

Latinarum feriis. Quibus in Albano monte Romanis simul et Latinis visceratio dabatur: Vide Alex. ab Alex. lib. V, cap. 7. Dal. — *Latinarum*. Subintellige, supplicationum, aut religionum. Livius, V, 93; *Iam ludi Latinaeque instauratae erant*. Lib. XXII, pag. 208: *Latinis feriis actis, sacrificio, in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis*. Peragi consuevere eae aprili mense. Aliquando et iuniis Kalendis, teste Livio, XLII, pag. 540. Et ad tertium nonas maii, eodem auctore, XLI, pag. 526. Vide XXXIV, 18. Hard.

quadrigae certant in Capitolio, victorque absinthium bibit: credo, sanitatem praemio dari honorifice arbitratis maioribus. Stomachum corroborat, et ob hoc sapor eius in vina transfertur, ut diximus. Bibitur et decoctum aqua, ac postea nocte et die refrigeratum sub dio, decoctis sex drachmis foliorum cum ramis suis in caelestis aquae sextariis tribus: oportet et salem addi. Vetustissime in usu est. Bibitur et madefacti dilutum: ita enim appelletur hoc genus. Diluti ratio, ut (quisquis fuerit modus aquae) tegatur per triduum. Tritum raro in usu est, sicut et succus expressi. Exprimitur autem, quum primum semen turgescit, madefactum aqua triduo recens, aut siccum septem diebus. Deinde coctum in aeneo vase ad tertias, x heminis in aquae sextariis XLV, iterumque percolatum lente coquitur ad crassitudinem mellis, qualiter ex minore centaureo quaeritur succus. Sed hic absinthii inutilis stomacho capitique

Absinthium bibit. Potionis τῆς ἐξ ἀψινθίου meminit Varro in Quinquatribus: *Absinthium uti bibam grave et castoreum, levemque robur, (minuam vires corporis)* apud Nonium. Dal.

Credo, sanitatem praemio dari. Corporis bonam valetudinem praestare vinum absinthites, Veteres crediderunt, inquit Dioscorid. III, 26: Προπίνουσιν ἐξ αὐτοῦ... ὑγιείας τοκιστικὸν εἶναι νομίζοντες. H.

Sapor. Facto ex eo vino, quod absinthites vocatur, ut diximus, XIV, 19. Hard.

In vina transfertur. Vino ex eo facto, quod absinthites vocant. Dal.

Bibitur et madefacti dilutum. Τὸ ἀπόβρεγμα ἀψινθίου, Diosc. III, 26. Dilutum in quo absinthium maduit. H. — *Appellatur.* Gr. et al. *appellatur.* Ed. P.

Percol. lente. Gron. et al. *percol. herba lente.* Ed. P.

Sed hic absinthii inutilis, etc. Sed hic absinthii expressi succus, inutilis stomacho capitique est: quum sit ille antea explicatus decocti absinthii usus saluberrimus. Vocem hanc absinthii, quam libri omnes editi et manu exarati agnoscunt, supervacuam esse Dalecampius pronuntiat. Ioh. Latius in editione Elzevir. permutat vocis illius sedem, ac post *decocti* reponit: aliis perverti loci sententiam clamat. Ambo haud sane satis feliciter. Geminum absinthii succum Plinius secernit: alterum decocti aqua his verbis: *Bibitur et decoctum aqua, ac postea die ac nocte refrigeratum*, etc.

est, quum sit ille decocti saluberrimus. Namque adstringit stomachum bilemque detrahit, urinam ciet, alvum emollit, et in dolore sanat: ventris animalia pellit, malaciam stomachi et inflationes discutit cum sili et nardo gallico, aceto exiguo addito. Fastidia absterget: concoctiones adiuvat. Cruditates detrahit cum ruta, et pipere, et sale. Antiqui purgationis causa dabant, cum marinae aquae veteris sextario, seminis sex drachmis, cum tribus salis, et mellis cyatho. Efficacius purgat duplicato sale. Diligenter autem teri debet, propter difficultatem. Quidam et in polenta dedere supra dictum pondus, addito pulegio: alii pueris folia in fico sicca, ut amaritudinem fallerent. Thoracem purgat cum

Alterum expressi, quod in usu rarius: *Exprimitur autem, quum primum semen turgescit*, etc. Illum decocti succum saluberrimum esse in praesenti monet: istum expressi, inutilem. Sic ubi dilutum decoctumque absinthii Dioscorides approbavit, expressi succum idem improbat, III, 26: Ἔοικε δέ, inquit, καὶ τὰ τοῦ χυλίσματος ἔργα ποιεῖν τὰ αὐτά. Πλὴν εἰς τὰς πόσεις οὐ δοκιμάζομεν αὐτὸ, κακοστόμαχον καὶ κεφαλαλγές ὄν. *Existimatur expressi succus eosdem praestare effectus. Attamen potionibus improbatur, quod stomacho est inimicus, doloremque capitis ciet.* H.

Namque adstringit. Dioscor. III, 26; Galen. de Facult. simpl. med. VI, p. 161; Marcell. Emp. cap. XXX, p. 214. Hard.

Stomachum bilemque detrahit. Stomachique bilem detrahit. Dioscorid. bilem purgat, quae stomacho et ventri inhaesit. Dalec.

Urinam ciet, alvum, etc. Dioscor. l. c. Hard.

Ventris animalia, etc. Marc. Emp. cap. XXVIII, p. 198. H.

Et inflationes. Dioscorid. l. c. καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις δὲ ἁρμόζει, καὶ κοιλίας, καὶ στομάχου ἀλγήματα, πινόμενον μετὰ σεσέλεως ἢ νάρδου Κελτικῆς. Hard.

Fastidia absterget, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Alii contra paralysin, alii pueris folia in fico, sic ut amaritudinem fallerent (sic prius legebatur). Dele tria prima verba, ex antiquo codice, nec refragante Dioscoride; et *sicco* non *sic*, ibidem. Pint. — *Alii pueris folia in fico sic ut amaritudinem.* Nonnulli, *ut sic*, faciunt. Quatuor membranae, *fico siccat amaritudinem.* Praecipuus vero: *Alii pueris in fico sicca, ut amaritudinem fallerent.* Notum illud Lucretii: *Sed veluti pueris absinthia tetra medentes Quum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flavoque liquore.* Eam vicem hic praestant carieae. Lib. XV, 18: *siccandi haec in*

iride sumptum. In regio morbo crudum bibitur cum apio, aut adianto. Adversus inflationes, calidum paulatim sorbetur ex aqua: iocineris causa cum gallico nardo: lienis, cum aceto, aut pulte, aut fico sumitur. Adversatur fungis ex aceto: item visco: cicutae ex vino: et muris aranei morsibus, draconi marino, scorpionibus. Oculorum claritati multum confert. Epiphoris cum passo imponitur, suggillatis cum melle. Aures decoctum eius vaporis suffitu sanat; aut si manent sanie, cum melle tritum. Vrinam ac menses cient tres quatuorve ramuli, cum gallici nardi radice una, cyathis aquae VI. Menses privatim cum melle sumptum, et in vellere appositum.

sole aptissimo. Lib. eodem, cap. 29: *Detrahitur haec (antis) virentibus, ut putamen; eadem in siccis maximé placet.* Lib. XX, 15: *Decoquitur alias in mulsa aqua aut fico sicca.* Lib. XXIII, 7: *Siccae fici stomachum laedunt, gutturi et faucibus magnifice utiles.* Grox.

In regio morbo. Sic Reg. 2, et Chiffl. cum Colb. 1. In Reg. 1, *cum adipe.* In editis, *cum opta.* Vtrumque perperam. Arquatis simpliciter prodesse scribit Diosc. l. c. H.

Iocineris. Celsus, IV, 8, de iocineris morbo: *Neque alienum est, absinthium contritum ex melle et pipere, eiusque catapotium quotidie devorare.* Hard.

Lienis. Diosc. loc. cit. H.

Adversatur fungis ex aceto. Apul. cap. c, t. 1: *Ad periculum fungorum: Herbae absinthii succum ex aceto bibat. Hoc Serotinus vir. centenarius evasit, quum esset a fungis tentatus.* Sic et Dioscor. loc. cit. H.

Visco. Τῇ ἰξίᾳ, venenato chamaeleontis succo. Dal. — *Item.* Dioscor. Πρὸς ἰξίαν. Hoc est adversus chamaeleonis succum, quem ixiam appellarunt, tracto nomine a visco, quoniam ad eius radices viscum alicubi reperitur. Scribon. Larg. Comp. exet: *Ixin, quam quidam chamaeleonta vocant.. Potu mentem abalienat ... Adiuvantur autem laesi ab ea absinthio poto cum vino.* H. — *Visco.* Quod succum esse chamaeleonis diximus, sive *Carlinae acaulis*, de qua supra agimus lib. XXIV. Ed. P.

Cicutae. Diosc. loc. cit. Hard.

Epiphoris. Decoctum una cum passo dolentibus oculis adhiberi ait Dioscor. loc. cit. H.

Suggillatis. « Ad livores tollendos, inquit *Apul. cap. c, t.* 2, herbam absinthium in aqua et aceto decoctam, et inductam panno, impone: si corpus tenerum fuerit, ex melle imponito. Diosc. item loc. laud. Πρὸς δὲ ὑπώπια τῶν μέλιτι. Hard.

Aures. Dioscorid. loc. cit. Καὶ ὁ ὑπατμισμὸς δὲ αὐτοῦ τοῦ ἀφεψήματος, πρὸς ἀταλγίαν. *Quin et aurium dolores decoctum vaporis suffitu com-*

Anginis subvenit cum melle et nitro. Epinyctidas ex aqua sanat; vulnera recentia, priusquam aqua tangantur, impositum: praeterea capitis hulcera. Peculiariter ilibus imponitur, cum cypria cera, aut cum fico. Sanat et pruritus. Non est dandum in febri. Nauseam maris arcet in navigationibus potum: inguinum tumorem in ventrali habitum. Somnos allicit olfactum, aut inscio sub capite positum. Vestibus insertum tineas arcet. Culices ex oleo perunctis abigit: et fumo, si uratur. Atramentum librarium ex diluto eius temperatum, litteras a musculis tuetur. Capillum denigrat absinthii cinis, unguento rosaceoque permixtus.

XXIX. Est et absinthium marinum, quod quidam

pescit. Fumus e decocto eius exceptus in Chiffl. codice *decoctae eius vapor.* Hard. — *Aut si manent sanie:* Gronov. et al. ante Harduin. *aut si manat sanies.* Ed. P.

Anginis subvenit cum melle, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Epinyctidas ex aqua sanat. Diosc. l. c. Hard.

Peculiariter. Dioscorid. l. c. Κατάπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ὑποχόνδρια, καὶ ἧπαρ, καὶ στόμαχον ἐπαλγῆ καὶ χρονίως πάσχοντα, συνεκλεαινόμενον κηρωτῇ Κυπρίνῃ. Hard.

Cypria cera. Hoc est, cerato cyprio: nam ceram pro cerato omnes medici antiqui dicunt. H.

Nauseam maris arcet, etc. Schola Salernitana, de absinthio: *Nausea non poterit quemquam vexare marina, Antea commixtam vino qui sumpserit istam.* H. — *Nauseam.* Gronov. et al. *nauseas.* Ed. P.

In ventrali habitum. Ventralia, non *ventrali*, in apographo nostro; ut fortasse scribi potius sit, *in ventralia abditum.* Pint. — *Inguinum.* Vide quae diximus, XXVI, 59. Quid ventrale sit, diximus VIII, 73. H.

Vestibus insertum. Sic Diosc. loc. cit. cuius sententiam quum non satis perceperint Saracenus et Dalecampius, *inspersum* hoc loco emendant; ad absinthites vinum, non ad ipsum absinthium rati id pertinere. H.

Culices. Dioscorid. l. c. Schola Salern. *serpentes nidore fugat.* Serpentes de insectis dici, de culicibus, de pediculis, similibusque; monuimus VII, 52. Hard.

Atramentum. Dioscor. loc. cit. Τὸ δὲ μέλαν ᾧ γράφομεν, τῷ ἀποβρέγματι αὐτοῦ βραχὲν, ἄβρωτα μυσὶ τηρεῖ τὰ γράμματα. Hard.

XXIX. *Est et absinthium marinum.* Haec totidem fere verbis Dioscor. V, 27: Ἀψίνθιον θαλάσσιον, τινὲς δὲ καὶ Σερίφιον καλοῦσι, etc. Adde his quae dicenda sunt de eo, XXXII, 34. H. — *Absinth. mar. quod quidam Seriphium.* Absinthium marinum, sive seriphium Diosc. loc. laud. nobis est

Seriphium vocant probatissimum in Taposiri Aegypti. Huius ramum Isiaci praeferre solemne habent. Angustius priore, minusque amarum, stomacho inimicum, alvum mollit, pellitque animalia interaneorum. Bibitur cum oleo et sale, aut in farinae trimestris sorbitione dilutum. Coquitur, quantum manus capiat, in aquae sextario ad dimidias.

Artemisia fragrans; habitat in Armenia, etc. An et ad *Artemisiam maritimam*, aut ad *taurica*m Willd. referri aeque possit, dubitat Sprengel. Hist Rei herb. tom. I. pag. 187; Artemisiam certe maritimam habet Anguillara, pag. 165. Eo. P.

Taposiri.. Thaphosiri Stephanus. Sic ea dicta quod Osiridis sepulchrum ibi esset, quasi Osiridos τάφος. Dal. — *In*. Diosc. loc. cit. Ἐν Ταφουσίρει τῆς Αἰγύπτου. Alia tamen est Stephano. Ταπόσειρις, πόλις Αἰγύπτου, πλησίον Ἀλεξανδρείας. Al. Ταφόσιρις, πόλις Αἰγύπτου, ἐν ᾗ λέγεται Οσιρις τεθάφθαι. Vtraque Straboni Ταπόσειρις scribitur; cf. lib. XVII. II.

Huius ramum Isiaci praeferre, etc. Pro olivae ramo Diosc. quae in Aegypto vivere non potest: quamvis Theophrastus libris de causis olearum quoddam genus Aegyptium vocet. Caeterum in agro Cyrenensi Aegypto contermino id provenit. Plin. — *Huius ramum Isiaci praef. solemne habent*. Ἰσιακοί, Isidis sacri initiati. Id pro ramo oleae praeferre solemne habent, inquit Dioscor. loc. cit. Est ex aere minimo nummus perrarus, olim apud D. Foucault, nunc in Cimelio Serenissimi Ducis Parmensis, cum hac superscriptione: D. N. IVLIANVS NOB. CAES. *Dominus Noster Iulianus Nobilissimus Caesar*: capite nudo ·)(· ISIS FARIA. Cave hic dum cogites, nulla hic est; sed Solis caput iuvenile. Neque Pharus hic Alexandrina est: nam cur ab ea, quae tenuis fuit colonia Caesaris Dictatoris, nomen haberet numen Aegyptium, potius quam ab aliquo nobili oppido? Legendum omnino est: *Invicte Sol, Iulianum Sospitem Fac, Avitae Religionis Invictum Assertorem*. Precatio haec Ethnicorum fuit, pro salute Iuliani Caesaris. Confer nummum Aureliani Augusti, cuius est epigraphe, SOL DOMINVS IMPERI ROMANI; aliosque complures inscriptos, SOLI INVICTO. ISIS FARIA alibi nusquam in nummis antiquis occurrit, nisi sub Iuliano. Sed in his quos exhibet V. Cl. Du Cangius, in familiis Byzantinis, pro Iuliani vultu, varia effigies religionis, varae scilicet superstitionis est: cum ea superscriptione, ISIS FARIA. In parte aversa, VOTA PVBLICA. Hinc falsi arguas inscriptionem quae apud Gruterum est, EICIAI ΦΑΙΙΑ fictam utique ex nummis istis parve intellecti. Harp.

Angustius priore, min. amarum, etc. Diosc. loc. cit. Harp.

In farinae trimestris sorbitione, etc. Σὺν ἰξήματι, ἢ φακῇ. Dioscor. cum sapa, aut lenticula Plinius, quia ἴξημα etiam pultem aqua decoctam significat, *sorbitionem farinae trimestris* vertit. Ego magis sapam intelligo, quae sua dulcedine amaroremabsinthii, et ingratum saporem obscurat et temperat. Dal. — *In farinae*, in

XXX. (VIII.) Balloten alio nomine porrum nigrum Graeci vocant, herbam fruticosam, angulosis caulibus nigris, hirsutis foliis vestientibus, maioribus quam porri, et nigrioribus, graveolentibus. Vis eius efficax adversus canis morsus, ex sale foliis tritis impositae: item ad condylomata, coctis cinere, in folio oleris. Purgat et sordida hulcera cum melle.

XXXI. Botrys fruticosa herba est, luteis ramulis.

oryza, sive ptisana, alicave ex farina seminis trimestris. Quid his nominibus intelligendum sit; suis locis docuimus. Hard.

XXX. *Balloten alio nomine porrum n. Graeci*, etc. Hoc illud marrubium nigrum est, de quo diximus XX, 89. Sic MSS. omnes, Regg. Colbert. Ch. aliique, tum hoc loco, tum in Indice, in quo diserte scribitur, *Ballotes, sive porrum nigrum*. Libri hactenus editi, *Balloten alio nomine melamprasion Graeci vocant*, ex interpolatorum scilicet officina: et quod intelligerent balloten esse reapse marrubium nigrum, et quod scriptum scirent a Diosc. III, 117: Βαλλώτη, ἡ μέλαν πράσιον, etc. Perinde ac si quum Graecos appellat, Dioscoridem Plinius designaret. Quum sciamus et apud Diosc. ipsum in Noth. pag. 457, et apud Apulei. cap. 11, marrubium istud Νόσπρασον, etsi mendose, pro κυνόσπρασον, quod porrum caninum sonat, appellari. Nec tamen inficias ierim, id quod vidit iamdudum Ruellius de Nat. Stirp. III, 58, pag. 552, deceptum Plinium esse affinitate nominum, quum foliis quam porri maioribus balloten dixit, πράσου videlicet, pro πράσιον legentem: quando folia et porracea non sunt, sed marrubii, aut aplastri. Quae Salmasius hoc loco adversus Plinium coniicit, in praef. accepit ea a Nic. Leoniceno, cui facere satis conatus est olim Pandulphus Collinutius in defensione Plinii p. 206. H. — Βαλλώτη Dioscorid. loc. laud. Brot. est Marrubium nigrum, foetidum, C. Bauh. Pin. 230: nobis item *Ballota nigra* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1395 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in ruderatis, ad sepes. Ed. P.

Angulosis caulibus nigris, etc. Hoc est, quadrangulis. Καυλοὺς ἀνίσχει τετραγώνους, Diosc. l. c. H.

Foliis vestientibus, maioribus quam porri, etc. Rectius diceret, quam marrubii, ubi demonstrat ipsa herbae facies. Diosc. certe loc. cit. Φύλλα δὲ πρασίῳ ὅμοια, μείζονα δέ, etc. Sic etiam Oribas. lib. XI, p. 192. H.

Vis. Vsus omnino illius eosdem refert Diosc. loc. cit. H. — *Impositae*. Gronov. et al. ante Hard. *imposita*. Ed. P.

XXXI. *Botrys*. Totidem verbis Dioscor. III, 130: Βότρυς πόα ἐστὶν ὅλη μηλίνη. *Tota luteo*, etc. Pingitur a Lobelio in Obss. 113, et a Dodonaeo p. 34. Vidimus in horto Regio. Totidem, ut dixi, verbis a Diosc. tum eius facies, tum vires describuntur. H. — Βότρυς Dioscor. loc. laud. quibusdam *Chenopodium ambrosioides*. Nobis eodem nomine est *Chenopodium Botrys* (*Pentand. digyn.* gen. 657 Pers. *Chenopod.* Juss.). Habitat in arenosis Galliae meridionalis, Italiae, etc. Ed. P.

Semen circa totos nascitur: folia cichorio similia. Invenitur in torrentium ripis. Medetur orthopnoicis. Hoc Cappadoces ambrosiam vocant, alii artemisiam.

XXXII. Brabyla spissandi vim habet, cotonei mali modo: nec amplius de ea tradunt auctores.

XXXIII. Bryon marinum, herba sine dubitatione est, lactucae foliis similis, rugosa veluti contracta,

Semen circa totam nascitur (sic prius). Verior nostri apographi lectio, *Semen circa totos nascitur*. Dioscorides, *Semen totis ramulis adnascitur*. Pint. — *Semen*. Diosc. Τὸ δὲ σπέρμα ὅλοις τοῖς κλωνίοις περιπέφυκε. H.

Cappadoces ambrosiam vocant. Dioscor. loc. cit. Καὶ ταύτην ἀμβροσίαν Καππαδόκαι καλοῦσι, τινὲς δὲ ἀρτεμισίαν. Hard.

XXXII. *Brabyla*. Brabyla memorata Galeno, lib. II, cap. 38, de alimentis, et lib. VI, κατὰ τόπους, in medicamentis stomaticis, fructus pruni silvestris, spinosae, sive spodiadis, vulgo *prunelles*, ἀγριοκοκκύμηλον vero fructus pruni silvestris non spinosae, maturescens sero admodum, nempe augusto et septembri. Interpres Theocriti communia pruna sive Damascena interpretator, Idyll. VII, hoc versu: ... τοὶ δ' ἐκέχυντο Ορπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔρασθε. Et Idyllio XI: Οσσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσον μᾶλον βραβύλοιο ἄδιον. Seleucus apud Athenaeum ἦλα βράβυλα, μάδρυα κοκκύμηλα eadem esse tradit, dicique ἦλα, quasi μῆλα: μάδρυα quasi μαλόδρυα, βράβυλα, quasi τὴν βοράν ἐκβάλλοντα, nempe εὐκοίλια. Barbylos Constantino, lib. X, γεωπονίας, arbos ex osse persici nata: res a brabylo diversa. Dal. — *Brabyla*. Hoc est, adstringendi. Sed βράβυλα apud Graecos veteres aliud nihil esse invenio, quam κοκκύμηλα et Δαμασκηνά, pruna videlicet, et ut quidam volunt, silvestria. Vidit hoc Rob. Constantinus in Lexico: videre et alii, quorum e fontibus areolas suas irrigat Salmas. in praef. ad Plinium. Tamen Hesych. Βράβυλον est κακοῦ φυτοῦ εἶδος. Sed quale illud sit, non indicat. H. — Brabyla Graecis dicuntur damascena. Videtur esse Prunus silvestris, C. Bauh. nec inter herbas fuit adnumeranda. Illi pruno vis est spissandi, hoc est, adstringendi. Brot. — Brabyla nihil aliud videtur esse quam fructus *Pruni insititiae* (*Icosand. monogyn.* gen. 1226 Pers. *Rosac.* Juss.); σφοδιάδα Theophr. appellat Hist. III, 7; conf. Spreng. Hist. Rei herb. t. I, p. 92. Ed. P.

XXXIII. *Bryon*. Bryon Theophrasto nulla herba marina privatim traditur, sed inter genera τοῦ βρύου θαλαττίου, τοῦ φύκους, lactucaceum hoc is describit. Dalec. — *Bryon*. Haec descriptio ad verbum a Theophrasto traditur, Histor. IV, 7, nec multum abludit Dioscoridea delineatio IV, 99: Βρύον θαλάσσιον, φύεται ἐπὶ λίθων καὶ ὀστράκων, etc. *Muscus marinus in saxis testisque nascitur*, etc. De eo rursum inferius, XXXII, 36. H. — *Bryon*. Gron. et al. ante Hard. *Bryon, marina herba*, etc. Theophrasteam speciem iure, ut videtur, ad *Vivam Lactucam* Spreng. retulit; Dioscorideam vero ad *Fucum aculeatum* Turner. Vtraque planta ex *Cryptogam*.

sine caule, ab ima radice exeuntibus foliis. Nascitur in scopulis maxime, testisque terra comprehensis. Praecipua siccandi ei spissandique vis, et collectiones omnes inflammationesque coërcendi, praecipue podagrae, et quidquid refrigerare opus sit.

XXXIV. Bupleuri semen ad ictus serpentium dari reperio, foveriqne plagas decocta ea herba, adiectis foliis mori, aut origani.

XXXV. Catananchen Thessalam herbam, qualis sit, a nobis describi supervacuum est, quum sit usus eius ad amatoria tantum. Illud non ab re est dixisse ad tegendas magicas vanitates, electam ad hunc usum

Linn. *Algae*. ordine Juss. *Thalassiophyt*. Lamouroux. Ed. P.

Ab ima radice exeuntibus foliis: Ab una radice, ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς. Theophrast. lib. IV, cap. 7. Dal. — *Ab ima*. Hoc est, ab uno initio, ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, inquit Theophr. magis accurate: neque enim proprie radix ei musco inest. Hard.

Praecipua siccandi ei spissandique vis. Adstringendi. Στυπτικόν. Dioscor. I. c. qui easdem ei deinde vires ac facultates, quas Plinius, adiudicat, totidem verbis. Galenus de Facult. simplic. medic. VII, pag. 166, vim quoque refrigerandi ei adiicit, ἐψύχει. Hard.

Refrigerare opus sit. Ἀνάψυξιν ἐπέφερε Plinius legit ψύξεως. Haec et c. Diosc. de musco marino, quo tantum agitur de alga feniculacea, vulgo corallina, non autem de hac lactucacea. Dal.

XXXIV. *Bupleuri*. Disimus de eo, XXII, 35. Vide Nicandr. in Ther. p. 43. H. — Ex Anguillarne sententia p. 469, est *Bupleurum baldense*. (*Pentand. digyn.* gen. 678 Pers. *Umbellifer*. Juss.). Habitat in montanis subalpinis Croatiae, Carniolae, in monte Baldo, etc. Conf. Sprengel. Histor. Rei Herbar. tom. I, pag. 202. Ed. P.

XXXV. *Catananchen*. Κατανάγκης duo genera describit Dioscorides IV 114: unum foliis coronopi, radice iunci, etc. quod arescens se contrahit ad speciem unguium milvi exanimati. Nobis, auctore Sprengelio, est *Ornithopus compressus* (*Diadelph. decand.* gen. 1730 Pers. *Leguminos*. Juss.). Habitat in Gallia meridionali, Italia, Sicilia, Barbaria, etc. Brot. ad Chondryllam caeruleam, cyani capitulo, C. Bauh. Alii ad Plantaginem Lagopodi referre maluerunt; minus bene. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 183 sq. Alterum catananches genus folia habet oleae foliis similia, mollia, divisa, per terram strata; mali parvae, magnitudinem explet, etc. Nobis est *Astragalus pugniformis* (*Diadelph. decand.* gen. 1745 Pers. *Leguminos*. Juss.). Habitat in Oriente, etc. Vtrumque tradit graecus auctor in amatoria a Thessalis mulieribus expeti. Ed. P.

coniectura, quoniam arescens contraheret se ad speciem unguium milvi exanimati. Eadem ex causa et cemos silebitur a nobis.

XXXVI. Calsa duorum generum est. Vna similis aro. Nascitur in arationibus. Colligitur antequam

Quoniam arescens. Quod qui ea utuntur, amatas mulieres rapiant, etiam invitas, et veluti contractis unguibus retineant. Dat. — *Quoniam.* Diosc. totidem verbis: Κάμπτεται δὲ ξηραινόμενος ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἰκτίνου ὄνυξιν ὁμοιοῦται νεκροῦ. Sunt qui ob hanc causam coronopum seu pedem milvinum hanc esse existiment, de qua nos egimus XXI, 59. Ignotam alibi esse Anguillara confitetur, Part. XIV, p. 289.

Eadem ex causa, etc. Quoniam ad amatoria tantum utilis existimatur: quod et Dioso. prodidit. Cemos enim Pliniana videtur esse Diosc. Leontopodion: quum in Nothis occurrat id nomen inter caeteras eius herbae appellationes, pag. 471: Λεοντοπόδιον, οἱ δὲ ζωόνυχον, οἱ δὲ ἀστόνυχον, οἱ δὲ κῆμος, etc. Nempe Pilosella minor, *Pilosella*, a Dodonaeo delineata pag. 68. H. — *Cemos.* Ex Dioscoride, in Nothis, cemos est Leontopodium. Hoc autem nobis est Gnaphalium alpinum, magno flore et folio, C. Bauh. Bror. — Λεοντοπόδιον Dioscorid. IV, 131, duorum digitorum herbula est, foliola habens arcta, hirsuta, etc. Hanc tradunt amuleti vice alligatam ad amatoria prodesse, tuberculaque discutere. Nobis eodem dicitur nomine *Gnaphalium Leontopodium* (*Syngenes. superfl.* gen. 1840 Pers. *Corymbifer.* Juss.). Habitat in Pyrenaeis, Alpibus, etc. *Plantaginem creticam* habet Alpinus, Exotic. cap. 51; male: nam cum hac planta minime Dioscoridei leontopodii notae congruunt. Conf. Spreng. Hist. Rei herb. t. I, p. 187 sq. Ed. P.

Cemos. Κῆμος, capistrum, frenum, lupatum. Quidam cassuthiam nostram esse putant: alii leontopodium ad amatoria utile. Marcellus apud Dioscoridem scribit in optimis graecis codicibus, quos in potestate habuit, et in Lat. scripto litteris Longobardis, capiti de Leontopodio, praefixum titulum fuisse de *Cemo*: ut inde constet cemon Plinii esse Dioscoridis leontopodion; *leontopodium* vero Plinii multum discrepare a leontopodio Diosc. quod ostendunt utriusque vires collatae. Dalec.

XXXVI. *Calsa duorum*, etc. Lego, *Calix duorum generum est*, etc. Calicem Plinius alicubi legerat ario, sive arisaron vocari: et quoniam anchusa quoque calix dicitur, calicis duo genera Plinius statuit. Calicem arisaron vocatum fuisse arbitror, quod eius fructus calice convolvatur membranoso. Dal. — *Calsa.* Sic MSS omnes, tum hoc loco, tum in Indice: non *Calla*, ut vulgo editi. H.

Vna similis aro. Nec similem modo, sed et geminam prorsus et eamdem puto. H. — Nobis item videtur eadem esse cum *Aro italico*, vel *Aro Arisaro* (*Monoec. polyand.* gen. 2144 Pers. *Aroid.* Juss.), de quibus iam diximus lib. XXIV, c. 92 et 94; consentiunt certe virtutes, quas Noster calsae tribuit. Ed. P.

Antequam inarescat. In aro, ut tempestive colligatur, signum maturitatis est ab imo folium inarescens

inarescat, ususque eosdem habet, quos arum. Bibitur quoque radix huius ad eximaniendas alvos, mensesque mulierum: item caulis cum foliis in leguminibus decoctus, sanat tenesmon.

XXXVII. Alterum genus eius quidam anchusam vocant, alii rhinochisiam. Folia lactucae longiora, plumosa, radice rubra, quae ignes sacros cum flore polentae sanat imposita: iocineris autem vitia, in vino albo pota.

XXXVIII. Circaea strychno sativo similis est, flore nigro, pusillo, parvo semine, ut milii, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali, triplici

lib. XIX, cap. 5 ultim. Dal.

Quos arum. MSS. omnes, *quos arsa*, Forte, *quos aris*, vel, *quos arisarum*, de quo, XXIV, 94. H.

XXXVII. *Alterum genus.* Anchusa haec prior Diosc. IV, cap. 23. H. — Nobis, *Anchusa italica* (*Pentand. monogyn.* gen. 353 Pers. *Borragin* Juss). Habitat in campis meridion. Europae. Conf. lib. XXII, cap. 23. Ed. P.

Alii rhinochisiam. Sic index. At Reg. 1, hoc loco, *rhinoclinosiam*. Reg. 2, *rinodiam* Forte *quocleam* rectius legas ex Dioscoride loc. cit. Ἀγχουσα, ἣν ἔνιοι χάλυκα, οἱ δὲ ὀνόκλειαν καλοῦσι, etc. Hard.

Folia lactucae. Totidem verbis Dioscor. l. c. Hard.

Plumosa. Hirsuta, δασέα. Dioscor. Hard.

Quae ignes sacros. Diosc. loc. cit. Ἐρυσιπέλατα δὲ σὺν ἀλφίτῳ καταπλασθεῖσα θεραπεύει. H.

Flore polentae, etc. Constantinus legendum putat apud Dioscoridem, unde haec sumpta sunt, ἀνθη μήλινα, id est, flores, ut interpretatur, ex viridi cereos. Oribasii tamen descriptio cum littera Dioscoridis consentit, nec apud herbariorum veterum quempiam exstat in eius historia, quam integram proponit Dioscorides, mutandum quidquam esse. Dalec.

XXXVIII. *Circaea.* Diosc. III, 134: Κιρκαία, οἱ δὲ θιρκαίαν καλοῦσι· τὰ μὲν φύλλα ἔχει στρύχνῳ ὅμοια κηπαίῳ, etc. Sunt enim reliqua paene paria quae transcripsit et Oribas. XI, pag. 201. Circaeam Lutetianam appellat Lobelius in Obss. pag. 437, ab eoque ibi delineatur, qualem Lutetiae in horto Regio vidimus. H. — Κιρκαία Diosc. loc. sup. laud. Broterio item est *Circaea Lutetiana* (*Diand. monogyn.* gen. 45 Pers. *Onagr.* Juss.). Habitat in Europae et Borealis Americae nemoribus. Refragatur autem Sprengelius, cui eadem videtur cum *Asclepiade nigra* (*Pentand. monogyn.* gen. 624 Pers. sub *Cynancho. Apocyn.* Juss.), quae habitat in Galliae meridionalis collibus, Italiae, etc. Plantam huic similem, in Apulia inventam describit Anguill. pag. 229. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 163. Ed. P.

ferme, aut quadruplici, alba, odorata, gustus calidi. Nascitur in apricis saxis. Diluitur in vino, bibiturque ad dolorem vulvae et vitia. Macerari oportet in sextariis tribus quadrantem radicis tusae, noctem et diem. Trahit eadem potio et secundas: semine lac minuitur, in vino aut mulsa aqua poto.

XXXIX. Cirsion cauliculus est tener duum cubitorum, triangulo similis, foliis spinosis circumdatus. Spinae molles sunt. Folia bovis linguae similia, minora, subcandida, et in cacumine capitula purpurea, quae solvuntur in lanugines. Hanc herbam radicemve eius adalligatam, dolores varicum sanare tradunt.

XL. Crataeogonon spicae tritici simile est, multis

Nascitur in apricis saxis. Dioscor. l. c. Hard.

Diluitur. Diosc. l. c. H.

Semine lac minuitur. Diosc. γάλα ἀποστᾷ, confert ad lactis generationem, lacte mammas implet. Dal. — *Semine.* Verba graeci scriptoris repraesentasse nobis Diosc. videtur l. c. in hunc modum: Ο δὲ καρπὸς γάλα καταστᾷ ἐν ῥοφήματι λαμβανόμενος. Gal. de Fac. simpl. med. VII, p. 190, hanc vocem καταστᾷ sic interpretatur, ut lac attrahere, seu lactis ubertatem praestare id semen dicat. Plinius contra, quod verius puto, attrahi, vorari, absumi, minui, intellexit. Hard.

XXXIX. *Cirsion.* Diosc. IV, 119, totidem verbis: Κίρσιον καυλὸς ἐστιν ἄπαλος, etc. Est Cirsium Anglicum Lobelii in Obss. p. 314. Vidimus in horto Regio. H. — *Cirsion.* Brot. est Cirsium maius, singulari capitulo magno, vel incanum varie dissectum, C. Bauh. Nobis vero *Carduus parviflorus* (*Syngenes. aequal.* gen. 1802 Pers. *Cynarocephal.* Juss.). Habitat in subalpinis australibus. Ed. P.

Folia. Diosc. Τὰ δὲ φύλλα βουγλώσσῳ ἐμφερῆ, *buglosso similia*, quae herba nomen habet a similitudine foliorum cum bovis lingua. Hard.

Hanc herbam radicemve. Hoc Andreas medicus prodidit apud Apuleium, c. 68, et apud Diosc. loc. cit. Ταύτης τὴν ῥίζαν Ἀνδρέας ἀναγράφει ὑπὲρ τὸν ἀλγοῦντα τόπον ἀναδουμένην, παύειν κιρσῶν πόνους. Graecis κιρσοὶ varices sunt: inde herbae nomen. H.

Dolores varicum sanare tradunt. Andreas tradit. Dal.

XL. *Crataeogonon.* Diosc. III, 139: Κρατιόγονον, etc. in MSS. *crataegonon*: et Hesychius: Κρατάιγονον βοτάνη. Ita creditur appellari quod genitalem vim moveat, ἀπὸ τοῦ κρατεῖν ἐν τῇ γονῇ. Pingitur a Lobelio in Obss. p. 22. Alii Melampyrum luteum latifolium vocant. Vidimus in horto Regio. Hard. — *Crataeogonon.* Ex Pliniana descriptione crataeogonon idem Broterio videtur ac Persicaria urens, sive Hydropiper, C. Bauh. quibusdam item Melampyrum, purpurascente coma, eiusdem. Nobis vero est *Polygonum Persicaria* (*Octand.*

calamis ex una radice emicantibus, multorumque geniculorum. Nascitur in opacis, semine milii, vehementer aspero gustu: quod si bibant ex vino ante coenam, tribus obolis in cyathis aquae totidem, mulier ac vir, ante conceptum diebus XL virilis sexus partum futurum aiunt. Est et alia crataeogonos, quae thelygonos vocatur. Differentia intelligitur lenitate gustus. Sunt qui florem crataeogoni bibentes mulieres intra XL diem concipere tradant. Eadem sanant hulcera vetera nigra cum melle: explent sinus hulcerum, et atropha carnosiora faciunt: purulenta expurgant: panos discutiunt: podagras collectionesque omnes leniunt, peculiariter mammarum. Theophrastus arboris genus intelligi voluit crataegon, sive crataegona, quam Itali aquifoliam vocant.

trigyn. gen. 977 Pers. *Polygan.* Juss.). Habitat ad vias, in humidis. Hoc et Hippocr. habet πολυκάρπου nomine, de Morb. mulier. 1, 615: Galenus crataeogonon appellat, de Fac. simpl. med. VII, 94. Ed. P.

Nascitur in opacis, etc. Diosc. loc. cit. Harn.

Quod si bibant, etc. Totidem verbis Diosc. l. c. Hard.

Crataeogonos. Vulgo Persicaria. Melampyros Diosc. cap. de crataegono. Alia est thelygonos supra lib. XXVI, cap. 15 ull. Dal. — *Est.* Θηλυγόνος dicta, quod θηλυτοκεῖν faciat, hoc est, feminei sexus partum facere existimetur. Hard. — Conf. quae de *Thelygono Cynocrambe* dicta sunt lib. XXVI, cap. 91. Ed. P.

Eadem sanant hulcera. Haec omnia quae apud Dioscoridem legi et exstare notavimus cap. 2 de orchi, reperiuntur scripta l. XXVI, cap. 10. Dal.

Arboris genus intelligi. Fallitur Plinius. Aquifolia Latinorum, Graecorum ἀγρία est; crataegus vero Theophrasti, quem inepte *crataeogonon* sive *crataegona* vocat, herbariorum nostri saeculi torminelis sorbus. Vide supra lib. XV, cap. 20. Dal. — *Theophrastus.* Prius legebatur, *crataeogonon sive crataegona.* Ex Theophrasto Hesychioque locum sanavimus: aliud enim, utroque illo auctore, crataeogonon est, aliud crataegus. Hist. III, 15: Κράταιγος δ' ἐστὶν, inquit, ἣ δὲ κραταίγονα καλοῦσιν· ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ἔμοιον μεσπίλῃ τετανόν, etc. Iste, Κραταίγονον, βοτάνη, μεθ' ἧς πλέκουσι. Κραταιγός, δένδρον. H. — Κράταιγος Theophr. loc. laud. nobis eodem nomine est *Crataegus Azarolus* (*Icosand. digyn.* gen. 1226 Pers. *Rosac.* Juss.). Habitat in Gallia meridionali, Cerniolia, Italia, etc. Ab aquifolia Latinorum omnino diversus, quae Recentioribus dicitur *Ilex Aquifolium.* Conf. lib. XXIV, c. 72. Ed. P.

Itali. Sic ii aquifolium appellarunt (si tamen appellarunt) ut cum aqui-

XLI. Crocodilion chamaeleonis herbae nigrae figuram habet, radice longa, aequaliter crassa, odoris asperi. Nascitur in sabuletis. Pota sanguinem per nares pellit copiosum crassumque, atque ita lienem consumere dicitur.

XLII. Cynosorchin aliqui orchin vocant, foliis oleae, mollibus, ternis per semipedem longitudinis in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, duplici ordine: superiore, quae durior est, et inferiore, quae mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in vineis fere inventae. Ex his radicibus si maiorem edant viri, mares generari dicunt: si minorem feminae, alte-

folia altera, de qua diximus lib. XVI, cui armata aculeis folia tribuuntur, nihil commune haberet, praeter nomen. Est enim haec sorbus torminalis Plinii, de qua, XV, 23. In Theophrasti codice sic hodie legitur loc. cit. διόπερ οἷον ἀγρία δόξειν ἂν εἶναι. *Quare aquifolia videri possit.* Est enim ἀγρία ἀκυφόλια, ut diximus, XVI, 12. Verum ἀγρία ibi pro silvestri mespilo accipiendam esse, vel ipsam vocem μεσπίλη substituendam esse monet Athen. II, 50. Διόπερ, inquit ex Theopr. ἀγρία μεσπίλη δόξειν μᾶλλον εἶναι. Quod de oratagego sive torminali sorbo est sane verissimum. At ea cum ἀγρίᾳ, seu aquifolia, affinitatem habet omnino nullam. H.

XLI. *Crocodilion.* Totidem de ea verba facit Dioscor. III, 12: Κροκοδείλειον, etc. Pingitur a Lobello, in Obss. p. 481. Ruellius, p. 482; Carlinam esse putat, quam nos Leucacantham esse diximus sub loco. H. — *Crocodilion.* Κροκοδείλειον Dioscor. III, 12. Brot. est Carlina caulescens, magno flore albicante, C. Bauh. nobis vero eodem nomine *Centaurea Crocodilium* (*Syngenes. frustran.* gen. 1929 Pers. *Cynarocephal.* Juss.). Habitat in Oriente. Conf. Anguillar. pag. 441, qui Dioscoridis locum e Crateva desumptum testatur; Sprengel. Hist. Rei herbar. tom. I, pag. 189. Ed. P.

XLII. *Cynosorchin.* Dioscoridi, III, 141, ὄρχις; idem et κυνόσορχις. Latinis satyrion. Totidem plane verbis a Dioscoride describitur. H. — *Orchis pyramidalis*, de quo iam nobis dictum lib. XXVI, cap. 62. Ed. P.

Duplici ordine: superiore, quae durior est, et inferiore, quae mollior. Brevius et correctius in apographo nostro, *superioreque molliore.* Pint. — *Duplici.* Supra, XXVI, 62: *Radice geminâ ad formam hominis testium.* Dioscorides totidem verbis ac Plinius: Ῥίζαν βολβοειδῆ, ἐπιμήκη, διπλῆν, ἑτέρην ὡς ἐπὶ πλάγιος· τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κατωτέρω· καὶ τὴν μὲν σκληράν, τὴν δὲ μαλακήν, etc. H.

In vineis. Nascitur in petrosis et sabulosis. Diosc. Dalec. — *Inventae.* Gron. et al. ante Hard. *inventi.* Ed. P.

Ex is radicibus si, etc. Diosc. loc. cit. et Theophr. Hist. IX, 19. Harv.

rum sexum. In Thessalia molliorem in lacte caprino viri bibunt ad stimulandos coitus, duriorem vero ad inhibendos. Adversantur alter alteri.

XLIII. Chrysolachanum in pineto, lactucae simile nascitur. Sanat nervos incisos, si confestim imponatur. Et aliud genus chrysolachani traditur, flore aureo, foliis oleris. Coctum estur, ut olus molle. Herba hac adalligata morbum regium habentibus, ita ut spectari ab his possit, sanari id malum traditur. De chrysolachano nec satis dici scio, nec plura reperio. Namque et hoc vitio laboravere proximi utique herbarii nostri, quod ipsi notas velut vulgares, strictim, et nominibus tantum indicavere: tanquam coagulo terrae alvum sisti, stranguriam dissolvi, si bibatur ex vino aut aqua.

In Thessalia, etc. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Hard.

Viri bibunt. Mulieres bibendum dant. Diosc. Dal.

Adversantur alter alteri. Vnius potu alterius vires franguntur, ἀναλύεσθαι τὴν ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου πινόμενον, Diosc. loc. cit. Hard. — *Adversantur.* Gron. et al. ante Hard. *adversatur.* Ed. P.

XLIII. *Chrysolachanum.* Χρυσολάχανον, quasi aureum olus. Nusquam non in cultis et hortis sponte naturae olus id adolescit, inquit Ruellius, II, p. 446, quod frequentissime pauperum mensas implet, eorumque iuribus sonatat, non fastidiendam habens gratiam. Nostrum vulgus partim *Chrysolanum*, perinde quasi extrita syllaba chrysolachanum dicas; partim inversis litteris *chrysalinam* appellant: officinae *Crassulam minorem.* Lactucam tota facie aemulatur. H. — *Chrysolachanum.* Broter. post Ruellium, est sonchо affinis Lampsana domestica. C. Bauh. Nobis vero *Atriplex hortensis* (*Pentand. digyn.* gen. 656 Pers. *Atriplic.* Juss.). Habitat sponte in Tataria; colitur in hortis. Ed. P.

Pineto. *nasc.* Pinetum, locus est pinis consitus. Ovid. Met. XV: *succincta pineta.* Sic *arboretum* Seneca, Varro *ficetum*, *cupressetum* Tullius, Celsus *myrtetum*, aliique alia similiter dixere. Hard.

Et aliud genus. Atriplex illud est, de quo diximus, XX, 83. Vide Lobelium in Advv. p. 96. Hard.

Foliis oleris. Brassicae. Hard.

Coctum. Diosc. II, p. 145, de atriplice, λαχανεύεται δὲ ἑψόν. H.

Herba hac adalligata, etc. Semen ex aqua mulsa potum arquatis mederi Plin. et Diosc. ll. cc. aiunt. Hard.

Coagulo terrae. Quid illud sit, obscurum est: quum strictim ac solo nomine designetur, facie non indicata. Ariolantur, qui Lobelii abortivam orchin esse statuunt. Hard.

XLIV. Cuculi folia trita cum aceto, serpentium ictibus et scorpionum mederi. Quidam hanc alio nomine strumum appellant, alii graece strychnon: acinos habet nigros. Ex his cyathus succi cum mulsi duobus, medetur lumbis: item capitis dolori cum rosaceo infusus. Ipsa strumis illita.

XLV. Peculiaris est Alpinis maxime fluminibus conferva, appellata a conferruminando, spongia aquarum dulcium verius, quam muscus aut herba, villosae densitatis atque fistulosae. Curatum ea scio, omnibus fere ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circumdata universo corpori, aquam suam inspergentibus, quoties inaresceret: raroque, nec nisi deficientem herbam mutationis causa resolventibus, convaluisse vix credibili celeritate.

XLIV. *Cuculi.* Genus illud alsines est, bacciferum solani instar. Maior alsine repens a Clusio appellata, Hist. Rar. pl. VI, p. 183, visa a nobis in horto Regio. Sic et Lobelius in Advv. pag. 104. Ita rescripsimus admonitu Reg. cod. 1; et Marc. Emp. c. ult. p. 250: *Herba cuculus*, inquit, *trita in reliquam partem noctis imposita, mire dolores podagrae sanat.* Index tamen, *Cuculus, sive strumus, sive strychnos.* Quin et Reg. 2 et Chiffl. hoc loco, *Cuculi folia* prae se ferunt. Libri vulgati, *Cucubali folia.* Forte pro *Cacubali*, quasi malefici, ἀπὸ τοῦ κακὸν βάλλειν: Est enim solani genus, ut diximus. Diosc. in Noth. Στρυχνὸς κηπαῖος, οἱ δὲ ἥμερον, Ῥωμαῖοι στρούμονα; οἱ δὲ κακουβαλούμ, etc. Hard. — Στρυχνὸς κηπαῖος Diosc. loc. laud. nobis est *Solanum nigrum* (*Pentand. monogyn.* gen. 506 Pers. *Solanac.* Juss.), de quo iam Noster egit lib. XXI, cap. 105. Cuculus vero, Sprengelio teste, nihil aliud est quam *Silene baccifera* Willd. (*Decand. trigyn.* gen. 1117 Pers. sub *Cucubalo*, *Caryophyll.* Juss.). Habitat in nemorosis. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 203. Ed. P.

Medetur lumbis. A calida causa vexatis. Dalec.

Item capitis dolori. Marc. Emp. cap. 4, p. 35: *Herba strumus contrita, et cum oleo permixta, impositaque temporibus. . . capitis dolorem tollit*, etc. H. — *Dolori.* Gron. et al. ante Hard. *doloribus.* Ed. P.

Ipsa strumis illita. Vnde strumi nomen. Hard.

XLV. *Peculiaris.* Pingitur a Lobelio in Obss. p. 654. In lacu maiore Mediolanensis agri reperiri dicitur. H. — Nobis eodem nomine *Conferva glomerata* dicitur, ex *Cryptog.* L. *Algar.* ordine Juss. Cf. Spreng. Hist. Rei herb. t. I, p. 206. Ed. P.

A conferruminando. Hoc est, glutinando. Hard.

Deficientem herbam. In Vet. Cod.

XLVI. (IX.) Cocco gnidio color cocci, magnitudo grano piperis maior, vis ardens. Itaque in pane devoratur ne adurat, quum gulam transit: huic vis praesentanea contra cicutam.

XLVII. Sistit alvum dipsacos: folia habet lactucae, bullasque spinosas in dorsi medio, caulem duum cubitorum, iisdem spinis horridum, geniculа eius binis foliis amplectentibus, concavo alarum sinu, in quo

legitur, *Deficiente herba*, id est, disiecta, dissipata, consumpta, ut facile ob mollitiem exteratur. Dal. — *Deficientem*. Aspergine crebra dissolutam, dissipatam. Hard.

XLVI. *Cocco gnidio*. Granum gnidium, κόκκοι κνίδιοι Hippocrat. χαμέλαια Dioscor. IV, 172. Nobis *Daphne Gnidium* (*Detand. monogyn.* gen. 967 Pers. *Thymel.* Juss.). Habitat in Gallia Narbonensi, Hispania, Italia, etc. in locis aridis. Conf. lib. XIII, cap. 35. Ed. P.

Itaque in pane devoratur. Dioscor. IV, 173: Καίει δὲ τὴν φάρυγγα, διὸ μετὰ ἀλεύρου ἢ ἀλφίτου δοτέον, ἢ ἐν ῥαγὶ σταφυλῆς, ἢ μέλιτι ἑφθῷ περιειλημμένον καταπιεῖν. *Fauces adurit: atque idco cum farina, polentave, aut in uvae acino dari debet, aut cocto melle obducta devorari*. Theophr. Hist. IX, 22, ἐν ἄρτῳ. Hard.

XLVII. *Sistit alvum*, Immo vero ducit copiose, bilemque, pituitam, et aquas detrahit. Plinius hic foede lapsus est. Lego: *ciet*. Dal. — *Sistit alvum dipsacos*. Haec ante nos male divulsa distractaque sic legebantur, *Sistit alvum*. Vt ad coccum gnidium, de quo superiore capite, pertinere pars ea videretur. Mox nova instituta periodo: *Dipsacos*, etc. At alvum sisti gnidio grano et vetustis scriptoribus, et experientiae ipsi adversatur. Dioscoridi quidem disserte cieri eo alvum affirmanti, IV, 173; Galeno quoque de Fac. simpl. med. VII, p. 192. Theophr. item Hist. IX, 22: Διό καὶ ὅταν διδῶσι κατὰ ποτὸν (διδοῦσι γὰρ πρὸς κοιλίας λύσιν) ἐν ἄρτῳ ἢ σύκοις περιπλάττουσι. Dipsaci vero radicem exsiccandi vim quamdam habere, ξηραντικὴν εἶναι apud Galenum reperio de Fac. simpl. med. VI, p. 169. H. — Δίψακος Diosc. III, 43, nobis eodem nomine dicitur *Dipsacus fullonum* (*Tetrand. monogyn.* gen. 225 Pers. *Dipsac.* Juss.). Habitat sponte in Europa meridionali; apud nos colitur. Labrum veneremm Noster appellat, XXVI, 108. Ed. P.

Folia habet lactucae, etc. Totidem verbis a Dioscorid. III, 43, adumbratur. Labrum Veneris medici vocant. Diosc. in Noth. p. 452: Δίψακοι . . . οἱ δὲ Ἀφροδίτης λουτρόν, Ῥωμαῖοι λάβρουμ Βένερις. Pingitur a Matthiolo, p. 661, Gallis, fullonius carduus appellatur, vulgoque *prectorius carduus*, quod lanificia uncinatis verticibus aculeorum pectantur. *Chardon à carder* ou *de foulon*. Herbarii nostri Virgam pastoris nuncupant. Vidimus in horto Regio. Hard.

Bullasque. Tuberculа intus et extus spinosa. Hard.

substitit ros salsus. In cacumine capitula sunt echinata spinis. Nascitur in aquosis. Sanat rimas sedis. Item fistulas decocta in vino radice, usque dum sit crassitudo cerae, ut possit in fistulas collyrium mitti. Item verrucas omnium generum. Quidam et alarum, quas supra diximus, succum illinunt his.

XLVIII. Dryopteris filici similis, in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Vis ei caustica est. Ideo psilothrum est radix tusa: illinitur enim, usque dum sudores evocet; iterumque et tertio, ita ne sudor abluatur.

XLIX. Dryophonon similis herba est, cauliculis te-

Ros salsus Apud Dioscoridem est, imber aut ros, unde nomen traxit. Et quoniam salsa maxime sitim excitant, plantaque dipsacus tanquam sitibunda vocata est. Levi conjectura humorem in ejus foliis collectum Plinius salsum esse putavit, quum salsugine prorsus careat. Dal. — *Substitit.* Sic et Chiffl. *subsistit* Gron. et al. Ed. P.

Echinata spinis. Omittit Plinius, ea sicca candida spectari, et dissecta medulla tenus, vermiculos intus habere, qui brachio, vel collo alligati quartanis medentur. In Gallia fullones ἐργαλεῖα, nempe instrumenta, ex iis conficiunt, tractandis rudioribus pannis excitendisque lanarum villis, quae Graeci τοὺς στροβέας appellant. Dal.

Sanat rimas sedis. Medicinas easdem e dipsaco etiam petit Diosc. loc. cit. Hard. — *In fistulas.* Gron. et al. *in fistula.* Ed. P.

XLVIII. *Dryopteris.* Habet eadem Dioscor. IV, 189, δρυπτερὶς, etc. In quercuum musco nascitur, ἐν δρυσὶ, filici similis, τῇ πτερίδι. Inde nomen. Vulgus *Osmundam* vocat. Pingitur a Lobelio in Obss. p. 474. In horto Regio vidimus. H. — *Dryopteris.* Δρυοπτερὶς Diosc. IV, 189; Brot. est Filix ramosa, minor, pinnulis dentatis, Tourn. Filix quercus, C. B. nobis eodem nomine est *Polypodium Dryopteris*, ex *Cryptogam.* L. *Filicum* ordine Juss. Conf. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 192. Ed. P.

Illinitur enim. Oportet autem prius vulsis pilis, posteaquam calidae vapore madefacta cutis fuerit, recentem imponere Diosc. Dal.

XLIX. *Dryophonon.* Dryophonon Gordus esse putat Creticum thlaspi, quod pro draba Dioscoridis quidam monstrant: alii filicem florescentem. Dal. — *Dryophonon similis herba est.* Nempe filici atque dryopteri. Officinae nostrates, inquit Ruellius, II, 449, nemoralem myrtum appellant, quod foliis silvestrem myrtum, ut alterno situ filiculam imitetur: fructu est acri, quo rura subinde vescuntur. *Cusinos* vocant, quasi culinarios, baccas eas, quod iam venerint in ganeam, gratissimo ori mandentium cibo, praesertim si edomita sacari dulcedine acrimonia praesen-

nuibus, cubitalibus, circumdatis utrimque foliis pollicari amplitudine, qualia oxymyrsines, sed candidioribus mollioribusque, flore candido sambuci. Edunt cauliculos decoctos. Semine vero eius pro pipere utuntur.

L. Elatine folia habet helxinae, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis quinis senisve a radice statim foliosis. Nascitur in segetibus acerba gustu, et ideo oculorum fluxionibus efficax, foliis cum polenta tritis et impositis, subdito linteolo. Eadem cum lini semine cocta sorbitionis usu dysenteria liberat.

LI. Empetros, quam nostri calcifragam vocant,

tentur. Gaudet dryophonon caeduis silvis et quercetis: eo nostra scatent nemora, unde nomen duxit, quasi silvae caedem dixeris. A Dioscorid. II, 187, δράβη appellatur. Iconem exhibet ex horto Bononiensi Jac. Zanoni Hist. bot. c. 26, p. 55. H. — Δράβη Diosc. loc. laud. nobis dicitur item *Cochlearia Draba* (*Tetradinam. siliculos.* gen. 1551 Pers. *Crucifer.* Juss.). Habitat in Austria, Gallia, Italia, etc. Dryophonon Brot. habet *Lepidium* humile, incanum, arvense, Tournefort. Ed. P.

Amplitudine. Vel latitudine, vel longitudine. Latitudinem folius intelligo. Dal.

Semine. Hodieque piperis loco rusticorum cibos condit. H.

L. *Elatine.* Totidem verbis Diosc. IV, 40: Ελατίνη τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια τῇ ἑλξίνῃ, etc. Est Veronica femina Fuchsii, delineata a Dodoneo, p. 42; visa a nobis in horto Regio. H. — *Elatine* Brot. est Linaria segetum, nummulariae folio villoso, Tournefort. Nobis vero *Antirrinum spurium* (*Didynam. angiosperm.* gen. 1463 Pers. *Scrophular.* Juss.) Habitat in arvis Conf. Sprengel. Hist. Rei herb. tom. I, pag. 181. Ed. P.

Pilosa. Δασία, quod verti etiam potest *densa*. Dal.

Nascitur in segetibus. Diosc. loc. cit. eadem plane tradit, tum de natali solo, tum de viribus elatines. H.

LI. *Empetros.* Totidem verbis Dioscorid. IV, 181: Εμπετρον, etc. Feniculum marinum hodie vocant. Dodonaeus, pag. 693, crethmi, marini nomine delineat: Gallis *bacille*, *fenouil marin*, *perce-pierre*, quasi perforipetram, quod mediis erumpat saxis. Multi marinum cristam, quod montium iuga et scopulorum crepidines ea vestitae cristentur. Aceto ad sesquianum usque cadis servatur, ad acetariorum usus. H. — *Empetros.* Gron. et al. *empetron.* — Feniculum marinum nobis est *Crithmum maritimum*, de quo alias egimus. Empetros vero, teste Sprengelio, est *Salsola polycolonos* (*Pentand. digyn.* gen. 659 Pers. *Atriplicin.* Juss.).

nascitur in montibus maritimis, fere in saxo, quo propius mari fuerit, minus salsa est, potaque bilem trahit, ac pituitas, quo longius magisque terrena, amarior sentitur. Trahit aquam. Sumitur autem in iure aliquo, aut in hydromelite. Vetustate vires perdit. Recens urinas ciet decoctum in aqua vel tritum, calculosque frangit. Qui fidem promisso huic quaerunt, affirmant lapillos, qui subfervefiant una, rumpi.

LII. Epipactis, ab aliis elleborine vocatur, parva herba, exiguis foliis, iocineris vitiis utilissima, et contra venena pota.

LIII. Epimedion caulis est non magnus, ederae foliis denis atque duodenis, numquam florens, radice tenui, nigra, gravi odore. Nascitur in humidis,

Habitat in Hispaniae et Siciliae maritimis. Ed. P.

Minus salsa est. Magis salsa est. Dioscorid. Hanc describit Aloysius in Graecia visam. Dal. — *Minus.* Et quo terrae propius, magis salsa, sive amara. τὸ δὲ προσγειότερον, πικρότερον. Quem locum Saracenus et Dalecampius quum haud satis animadverterint, Plinio temere litem moverunt. H.

Trahit aquam. Aquosos humores per alvum deducit. Dioscor. loc. cit. Διδόμενον δὲ ἐν ζώμῳ ἢ ὑδρομέλιτι καθαίρει φλέγμα καὶ ὑδατώδη. Quae verbis totidem Plinius habet. H.

Urinas ciet. Haec de saxifrago audienda sunt, quod empetron nonnulli vocaverunt, sicut et Matthiolus adnotavit. Dal.

Qui fidem promisso, etc. Qui facultati et qua promittitur frangendos esse calculos eius herbae decocto, fidem volunt adstruere, illud quoque adiiciunt, etc. H.

LII. *Epipactis.* In Italia *centigrana* et *millegrana* vocatur: ab aliis heeniaria, sive herniosa, Anguillara, Part. XIV, p. 282. H. — *Epipactis.* Επιπαχτὶς ἡ ἐλλεβόρινη Dioscor. IV, 109. Nobis dicitur *Neottia spiralis* (*Gynand. digyn.* gen. 1984 Pers. *Orchid.* Juss.), de qua conf. lib. XIII, cap. 35. Ed. P.

LIII. *Epimedion.* Sic MSS. omnes, et Dioscor. IV, 49, Επιμήδιον καυλός ἐστιν, caeteraque, quae Plinius totidem verbis. Pingitur a Dodonaeo, p. 589, quale in horto Regio vidimus. Hasd. — *Epimedion* Gronov. et al. *epimenidion.* Epimedion Dioscor. loc. laud. Sprengelio idem videtur ac *Marsilea quadrifolia*, ex *Cryptogam.* Linn. *Filicum* ordine Juss. *Botrychium Lunariam* habet Fab. Columna, Phytobas. pag. 65. Conf. Hist. Rei herb. t. I, pag. 192. Ed. P.

Nascitur in humidis, etc. Dioscor. loc. cit. Hasd.

et huic spissandi refrigerandique natura, feminis cavenda. Folia in vino trita virginum mammas cohibent.

LIV. Enneaphyllon, longa folia novena habet, causticae naturae. Imponitur lana circumdatum, ne urat latus: continuo enim pusulas excitat: lumborum doloribus, et coxendicum utilissimum.

LV. Filicis duo genera; nec florem habent, nec semen. Pterin Graeci vocant, alii blechnon, cuius ex

Refrigerandique. Gal. de Fac. simpl. med. VI, p. 174. Hard.

Feminis cavenda. Quoniam et radix conceptum adimit, et folia trita quinis drachmis per quinque dies a menstrua purgatione pota; mulieribus praestat ne concipiant. Dalec. — *Feminis.* Quoniam ut Dioscor. ait l. c. ἀτόκιος ἡ ῥίζα, radix spem partus adimit; et folia pariter trita. Sic et Galen. loc. cit. H.

Mammas cohibent. Ne videlicet augescant. Diosc. loc. cit. Ταύτης τὰ φύλλα λεῖα μετ' ἐλαίου, κατάπλασμα μαστῶν εἰς τὸ μὴ αὔξεσθαι. H.

LIV. *Enneaphyllon.* Quidam genus batrachii esse volunt, quod folia fert murici fere similia, et a quibusdam hydropiper vocatur; alii dentellariam Monspessulanorum esse putant; alii pseudoelleborum herbariorum ubique in saxosis nascens, quod quidam consiliginem, Allobroges vocant *massitre*, enneaphyllum dictum, quoniam cauliculi summi in novem folia dispescuntur: alii elleborum adulterinum in hortis nascens, quod novembri florem herbaceum mittit, et folia in novem lacinias divisa. Dal. — *Enneaphyllon.* Suo se illa nomine representat, quod foliis novem longis constituitur. Vix putem esse dentariam enneaphyllon, pictam a Lobelio in Obss. p. 392, visam in horto Regio: neque enim folia ei novena sunt: sed idem novenis distinctum incisuris. Hard. — *Enneaphyllon.* Brot. est Helleborus niger, foetidus, C. Bauh. de quo alias egimus. Spreng. habet *Dentariam enneaphyllam* (*Tetradynam. siliquos.* gen. 1566 Pers. *Crucifer.* Juss.). Habitat in montanis umbrosis Austriae, Italiae, etc. Confert. Column. Ecphras. I, 307: Hist. Rei herb. tom. I, 205. Ed. P.

Ne urat latus. Qui in lumbagine et ischiade admovent, lana obvolvunt, ut discutiat quidem humores, qui eos morbos gignunt, non autem exurat. Dal.

LV. *Filicis.* Filix Gallis, *fougère* Marem feminamque Dodonaeus delineat, p. 459. Vidimus in horto Regio. Hard.

Pterin. Dioscorid. IV, 180: Πτερὶς, οἱ δὲ βλῆχνον, οἱ δὲ πολύῤῥιζον. Index et Reg. 2, cum Chiffl. *blachnon.* Sic etiam Nicandri Schol. H. — Pteris Dioscor. loc. laud. nobis est *Polypodium Filix mas*, ex *Cryptogam.* Linn. *Filicum* ordine Juss. Habitat in Europae silvis. Ed. P.

Blechnon. Nicander βλῆθρον. Ἐκ δὲ πολυσχιδέος βλήθρου περιβάλλεο χάρτην, interpres βλάχνον. Phanias

una radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore. Hanc marem existimant. Alterum genus thelypterin Graeci vocant, alii nymphaeam pterin. Est autem singularis, atque non fruticosa, brevior, molliorque et densior; foliis ad radicem canaliculata. Vtriusque radice sues pinguescunt. Folia utriusque lateribus pinnata, unde nomen Graeci imposuere. Radices utrique longae in obliquum, nigrae, praecipue quum inaruere. Siccari autem eas sole oportet. Nascuntur ubique, sed maxime frigido solo. Effodi debent Vergiliis occidentibus. Vsus radicis in trimatu tantum, neque antea, neque postea. Pellunt interaneorum animalia: ex his taenias cum melle: caetera ex vino dulci triduo potae. Vtraque stomacho inutilissima. Alvum solvit: pri-

apud Athaeneum, lib. II, filicem βλάχνον vocari scripsit. Dalec.

Complures. Plures filicis propagines, ἐκφύσεις ἴχνους πολλάς, Dioscor. loc. cit. H.

Alterum genus thelypterin. Nempe filicem feminam. Dioscorid. IV, 187: Θηλυπτερίς, οἱ δὲ συμφαίαν πτέριν ὀνομάζουσι. H. — Thelypteris Diosc. loc. laud. nobis est *Athyrium Filix femina*, ex *Cryptogam.* Linn. *Filicum* ordine Inst. Conf. Spreng. Hist. Rei herb. I, 197. Ed. P.

Est autem singularis, etc. Non multas a radice fundit propagines, uti mas filix. Dissidere a Plinio Dioscoridem hoc loco Daleampius falso existimat, ut saepe alias.

Vtriusque radice sues pinguescunt. Extremi Northmaniae populi, ut Abrincathes, ex iis panem conficiunt. Dalec.

Folia. Pinnas avium repraesentant, unde πτέρις Graeci dixere: Columella *Aviam*, VI, 14. H.

Pinnata. Pinnis, τοῖς πτεροῖς avium similia, unde πτέρυξ Graeci vocarunt, et Celsus in suis Geoponicis apud Columellam l. VI, cap. 14, *aviam.* Ad iumentorum collum in opere contusum, aviam cum sale tritam et impositam, remedium esse praesentissimum is scripsit, ad quem usum filicem feminam Dioscorides commendat, λέπος τῶν ὑποζυγίων ἰωμένην. Dalec.

Vergiliis. De Vergiliarum occasu, XVIII, 59. Hard.

Pellunt interaneorum animalia. Dioscor. l. c. cum Theophrast. Histor. IX, 20. Sic etiam Galenus de Fac. simpl. med. VIII, p. 22. H.

Alvum solvit. Recentis foliis olerum vice edi ad emolliendam alvum scribit Diosc. IV, 187: Scrib. Larg. Comp. 34: *Alvum mollientia*; comp. 136: *Biles purgat, et filicis radix lota et rasa, atque in minimas particulas concisa*, etc. Hard.

mo bilem trahens, mox aquam: melius taenias cum scammonii pari pondere. Radix eius duum obolorum pondere ex aqua, post unius diei abstinentiam bibitur; melle praegustato contra rheumatismos. Neutra danda mulieribus; quoniam gravidis abortum, caeteris sterilitatem facit. Farina earum hulceribus tetris inspergitur: iumentorum quoque cervicibus. Folia cimicem necant: serpentem non recipiunt. Ideo substerni utile est in locis suspectis: ustae etiam fugant nidore. Fecere medici huius quoque herbae discrimen. Optima Macedonica est, secunda Cassiopica.

LVI. Femur bubulum appellatur herba, nervis et ipsa utilis, recens in aceto ac sale trita.

LVII. Galeopsis, aut, ut alii, galeobdolon, vel ga-

Melius taenias, etc. Totidem verbis Diosc. IV, 186. Hard.

Neutra danda mulieribus. Apud Dioscoridem legitur, κἂν ἔγκυος διαδῷ ἐκτιτρώσκει. Emendat Lacuna ex fide vetusti exemplaris, κἂν ἔγκυος λάβῃ, id quod confirmat hic locus. Dac. — *Neutra.* De femina quidem adstipulatur et Diosc. IV, 178, et Theophr. loc. cit. In causa est, ut ait Galen. de Fac. simpl. med. VIII, 22, quod vivos partus enecat. Hard.

Farina. Totidem verbis Dioscor. loc. proxime citato. Hard.

Iumentorum. Diosc. loc. cit. Λόφους τε ὑποζυγίων ἰῶνται. H. — *Cervicibus.* Gron. *in cervicibus.* Ed. P.

LVI. *Femur bubulum*, etc. Oportuit hanc herbam dictam fuisse βούμηρον. Eam sic dictam puto, quod fracta boum femora, et crura solidet efficacius. Quidam cardiacam esse volunt. Dal. — *Femur.* Quum nemo scriptorum veterum herbae huiusce faciem delineet, quae nunc eo nomine censenda sit, velle proferre, arbitrari est. H. — *Femur bubulum.* Creditur esse cardiaca Dodon. Marrubium Cardiaca dictum, forte primum Theophrast. C. Bauh. *Fugripaume.* Brot. — *Leonurus Cardiaca?* (*Didynam. gymnosperm.* gen. 1396 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in ruderatis. Ed. P.

LVII. *Galeopsis.* Diosc. IV, 95: Γαλεόψις, οἱ δὲ γαλεόβδολον, caeteraque, quae Plinius, tum de forma, tum de viribus eius herbae, plane totidem syllabis. Lamium illud est, de quo egimus XXII, sect. 16, etsi aliam affert herbam Anguillara, Part. XIV, p. 278, in Graecia, ut ait, frequentem. H. — *Galeopsis.* Nobis *Lamium purpureum* (*Didynam. gymnosperm.* gen. 1388 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in cultis, etc. Qualem plantam hoc nomine describat Anguillar. loc. laud. nescire se fatetur Sprengel. Histor. Rei herb. t. I, p. 179. Ed. P.

Vel galion. Hoc inepte. Dalec. — *Galion.* In Indice ex MSS. omnibus, *sive gallio.* Sed *galion* scribi multo

lion, caulem et folia habet urticae laeviora, et quae gravem odorem trita reddant: flore purpureo. Nascitur circa sepes ac semitas ubique. Folia caulesque duritias et carcinomata sanant, ex aceto, trita et imposita: item strumas. Panos et parotidas discutiunt. Ex usu est et decoctae succo fovere. Putrescentia quoque et gangraenas sanat cum sale.

LVIII. Glaux antiquitus eugalacton vocabatur cytiso et lenticulae foliis similis: aversa candidiora. Rami in terram serpunt quini senive, admodum tenues ab radice. Flosculi purpurei exeunt. Invenitur iuxta mare. Coquitur in sorbitione similaginis, ad excitandam ubertatem lactis. Eam qui hauserint, balineis uti convenit.

LIX. (x.) Glaucion in Syria et Parthia nascitur;

satius videtur. Aliud enim gallion est, quod a Diosc. describitur IV, 96. Hard.

Decoctae. Gron. et al. ante Hard. *decocta succo*. Ed. P.

LVIII. *Glaux*. Dioscor. IV, 141: Γλαῦξ κυτίζει ἡ φακῷ τὰ φύλλα ὅμοια, etc. Sunt enim Plinianis omnino similia. Est ea Glaux exigua maritima, picta a Lobelio in Obss. p. 227, qualem in horto Regio vidimus. Frequens in Abruzzi Italiae et Pisano agro, in ora maritima, ut recte Anguillara Part. XIV, p. 290. Hard. — *Glaux antiquitus eugalacton vocabatur*, etc. Sprengelio item dicitur *Astragalus Glaux* (*Didelph. decand.* gen. 1745 Pers. *Leguminos.* Juss.). Habitat in Hispania, etc. Conf. Clus. Hist. Rar. pl. t. II, p. 240, tit. 241; Hist. Rei herb. I, 184. Alii *Glaucem maritimam* habent (*Pentand. monogyn.* gen. 593 Pers. *Salicar.* Juss.), sed ad similitudinem cum cytiso non satis respicere videntur. Habitat in Europae et Americae maritimis, salsis. Ed. P.

Aversa candidiora. Dioscor. loc. cit. Τῶν φύλλων τὰ κάτωθεν λευκότερα· ἄνωθεν δὲ χλωρά. *Quae superne virent: quae aversa, candidiora spectantur*. Hard.

Rami in terram serpunt. Dioscor. totidem verbis. l. cit. Hard.

Flosculi. Dioscor. l. cit. Hard.

Invenitur iuxta mare. Dioscor. loc. cit. Hard.

Coquitur in sorbitione, etc. Dioscor. loc. cit. et Galenus de Fac. simpl. med. VI, p. 166. Hard.

LIX. *In Syria*. Syriae Hierapoli. Dioscor. Dal. — *Glaucion*. Sic fere Dioscor. IV, 100: Γλαύκιον χυλός ἐστι βοτάνης κατὰ Ἱεράπολιν τῆς Συρίας γεννωμένης, etc. Syriacae plagae, non nostri soli caelive planta. Humilem herbam esse, quod Dalecampium latuit, etiam docet auctor libri de

humilis herba, densis foliis, fere papaveris, minonoribus tamen sordidioribusque: odoris tetri, gustus amari cum adstrictione. Granum habet crocei coloris. Hoc in olla fictili luto circumlitum, in clibanis calefaciunt: deinde exempto succum exprimunt eiusdem nominis: usus est et succi, et foliorum, si terantur, adversus epiphoras, quae universae uno impetu cadunt. Hinc temperatur collyrium, quod medici diaglaucion vocant. Lactis quoque ubertas intermissa restituitur. Sumitur eius rei causa ex aqua.

LX. Glycyside, quam aliqui paeoniam, aut pentorobon vocant, caulem habet duum cubitorum, comitantibus duobus aut tribus, subrutilum, cute lauri: folia qualia isatis, pinguiora, rotundioraque, et

simpl. med. ad Patern. tom. XIII Opp. Galeni, p. 991. H. — *Glaucion.* Apud nos servat nomen: *Glaucium luteum*, vel *phoeniceum* (*Polyand. monogyn.* gen. 1254 Pers. *Papaverac.* Juss.). Hab. in arvis arenosis australis Europae, etc. Cf. Spreng. Hist. Rei herb. tom. I, p. 177. Ed. P.

Humilis herba. Humilem esse herbam Diosc. non ait, sed habere folia χαμαίζηλα, in terram sparsa. Dal.

Sordidioribusque. Dioscor. loc. cit. λιπαρώτερα, pinguiora. Plinius *sordidiora*, quasi ῥυπαρώτερα: quod et alias usurpatum ab eo vidimus. Et sane pinguitudo foliorum, sordium quarumdam instar est. Hard.

Hoc in olla. Diosc. et auct. lib. ad Patern. ll. cc. Hard.

Usus est et succi, etc. Haec aliter Plinius, quam Diosc. Dal.

Adversus epiphoras. Hoc est, oculorum inflammationes, aliosque affectus. Diosc. loc. cit. Ἔστι δὲ ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐν ἀρχῇ, *in initiis.* Hard.

Diaglaucion. Διαγλαύκιον, vel potius διὰ γλαυκίων. Huius conficiendi modum edocet Scribon. Larg. Comp. 21: *Item compositorum collyriorum hoc maxime probo ad recentes epiphoras.* Et mox: *Quod nomine etiam quidam diaglaucium dicitur, probo in initiis. Glauci succi*, etc. Hard.

Lactis quoque ubertas, etc. De glauce haec Dioscorides, non de glaucio. Dalec.

LX. *Glycyside.* Totidem paene verbis a Dioscoride describitur, III, 157. H. — Γλυκυσίδη θήλεια Diosc. loc. laud. nobis est *Paeonia officinalis* (*Polyand. digyn.* gen. 1321 Pers. *Ranunculac.* Juss.). Habitat in montibus nemorosis: γλυκυσίδη ἄρρην, ibid. est *Paeonia corallina.* Habitat in Europa meridionali. Cf. l. XXV, cap. 10, Ed. P.

Duobus aut tribus. Ramulis videlicet, sive cauliculis. Diosc. Παραφυάδας ἔχων πολλάς. Hard.

Folia qualia isatis. Sic quidem ex vetere lectione correctores scripserunt;

minora: semen in siliquis, aliud grano rubente, aliud nigro. Duo autem genera sunt. Femina existimatur, cuius radicibus ceu balani longiores circiter octo, aut sex adhaerent. Mas plures habet, quoniam non una radice nixus est, palmi altitudine, candidaque. Ea gustu adstringit. Feminae folia myrrham redolent, et densiora sunt. Nascuntur in silvis. Tradunt noctu effodiendas, quoniam pico Martio impetum in oculos faciente, interdiu periculosum sit. Radix vero quum effodiatur, periculum esse ne sedes procidat. Magna id vanitate ad ostentationem rei fictum arbitror. Vsus in his diversus. Rubra enim grana ruben-

quum antea in excusis codicibus non *isatis* legeretur, sed *nucis*, sed verior hac in parte vulgata est lectio quam antiqua. Docet id Diosc. lib. III, de paeonia agens, quae eadem cum glycyside: *Duorum*, inquit, *generum est, mas, feminaque. Habet mas regiae nuci similia folia, femina vero Smyrnii modo secta.* Pint.

Femina. Diosc. loc. cit. Επὶ δὲ τῆς θηλείας παραφυάδας ὥσπερ βαλάνους ἔχουσα ζ' ἢ η', ὥσπερ ἀσφόδελος. *Feminae radicibus ceu glandes septem octove adhaerent, quales asphodeli radicibus adnascuntur.* Vide iconem a Matthiolo delineatam, p. 915. H.

Mas. Paullo aliter de mare Diosc. loc. cit. Plures habet in cacumine balanos, quasi nuces graecas; ut dictum est XXV, 10, quoniam in radice habet pauciores, immo nullas; est enim radice singulari, digitali crassitudine, altitudine palmi, gustu adstringens, candida: Ρίζα δὲ τῆς μὲν ἄρρενος, περὶ δακτύλου πάχος, μῆκος δὲ σπιθαμῆς, γευομένῳ στύφουσα, λευκή. Hard.

Ea gustu adstringit. Superfluit verbum *ea* ex nostro codice. Item verborum paullo post sequentium ordo luxatus est: legi enim debet, *quoniam interdiu periculosum sit, pico Martio impetum in oculos faciente.* Pint. — *Ea.* Voculam hanc ex Regg. codd. et edit. principe Brot. omittit. Ed. P.

Feminae. Smyrnii instar, quae herba nomen a myrrhae odore cepit: folia huius incisuris divisa esse Dioscorides prodidit: hoc tantum. H.

Tradunt. Hoc ipsum indicavit, XXV, 10. Hard.

Radix. Theophrast. IX, 9. H.

Rubra enim grana. Defenda conjunctio *enim* ex eodem; sequitur continuo: *Rubentis menses sistunt xv fere pota.* Legendum videtur, non xv, sed xii, ex Dioscoride, libro III: *Quin etiam, ait, semina rubentia grana x aut xii, in nigro austero vino pota rubentes muliebres fluxiones sistunt.* At idem auctor eodem loco, Grana nigra xv, pota mederi tradit, obmutescentibus strangulatu vulvae. Pint. — *Rubentes menses.* Hoc est, sanguinolentum fluorem muliebrem, Dioscor. III, 157: Τοῦ δὲ καρποῦ ἐ' ἢ ιβ' κόκκοι πυῤῥοὶ ποθέντες ἐν οἴνῳ μέλανι

tes menses sistunt, xv fere pota in vino nigro. Nigra grana vulvis medentur, ex passo aut vino totidem pota. Radix omnes ventris dolores sedat in vino; alvumque purgat: sanat opisthotonum, morbum regium, renes, vesicam: arteriam autem et stomachum decocta in vino; alvumque sistit: estur etiam contra malum mentis: sed in medendo quatuor drachmae satis sunt. Grana nigra auxiliantur et suppressionibus nocturnis, in vino pota, quo dictum est numero. Sto-

αὐστηρῷ, ῥοῦν ἐρυθρὸν ἱστῶσι. Hard. — *Rubentes.* Gron. et al. ante Hard. *rubentis.* Ed. P.

Nigra. Diosc. loc. cit. totidem fere verbis. Hard.

Vulvis medentur. Strangulantibus. Diosc. Dal.

Radix omnes ventris, etc. Dioscor. loc. cit. ad verbum. Hard.

Alvumque purgat. Vterum, feminis a partu non purgatis. Diosc. Dal.

Sanat opisthotonum, etc. Diosc. l. cit. Hard.

Matricem autem et stomachum decocta in vino (sic prius). *Arteriam*, non *matricem*, praefert nostrum apographon, ut nonnulli qui matricem in locorum significatione, vocem latinam censent, ab hoc Plinii loco sententiae suae confirmationem petentes Irustra conari videantur. Quare magis a Sipontino sto, quam vel a Theodoro, qui in tralatione librorum Aristotelis de natura animalium ea voce sic utitur, vel a Rhodigino, qui fretus auctoritate Solini, vilissimi scriptoris, latinam contendit: magis ipse in ea re sciolus, quam quos immerito reprehendit. Pint.

Stomachum decocta in vino. Acri humore commorsum. Dioscor. qui id tamen de granis, non de radice. Dal.

Alvumque. Decocta in vino, potaque alvum sisti ea ait Dioscor. l. c. Hard.

Malum mentis. Ἄνοιαν et μελαγχολίαν, amentiam, melancholiam. Dal. — *Estur etiam contra malum mentis*, etc. Contra insaniam. Huc pertinet quod habet Apuleius, cap. LXIV, tit. 1: *Ad lunaticos. Herba Paeonia si lunatico incenti ligetur in collo, statim se levat sanus. Et si eam secum portaverit, numquam ei hoc malum accidet.* Hard.

Sed in medendo, etc. Nam si quis hunc modum excedat, liberalius assumpta paeonia mentis alienationem facit. Quare Seleucus in Gloss. apud Athen. III, p. 76, feminas ait eo cibo abstinere, quod fatuitatem affert: φυλάττεσθαι τὰς γυναῖκας ἐσθίειν, διὰ τὸ ποιεῖν ματαίσμους. Hard.

Grana, Diosc. loc. cit. Οἱ δὲ μέλανες καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ ἐφιαλτῷ πνιγμοὺς. *Quae vero nigra sunt grana, auxiliantur suppressionibus nocturnis, quas ephialtas vocant*, seu Faunorum ludibria. Auctor libri qui Kirani Kiranidum inscribitur, p. 19, de paeonia: *Radix autem eius suffumigata, vel bibita daemones expellit, et phantasmata cuncta: gestata autem idem facit.* Hard.

machi vero erosionibus, et esse ea, et illinire prodest. Suppurationes quoque discutiuntur, recentes nigro semine, veteres rubro. Vtrumque auxiliatur a serpente percussis: et pueris contra calculos, incipiente stranguria.

LXI. Gnaphalion alii chamaezelon vocant, cuius foliis albis mollibusque pro tomento utuntur, sane et similia sunt. Datur in vino austero ad dysenteriam: ventris solutiones mensesque mulierum sistit. Infunditur autem tenesmo. Illinitur et putrescentibus hulcerum.

LXII. Gallidragam vocat Xenocrates leucacantho similem, palustrem et spinosam, caule ferulaceo, alto, cui summo capité inhaeret simile ovo. In hoc crescente aetate vermiculos nasci tradunt, quos py-

Stomacho vero et rosionibus (sic olim). *Stomachicis*, non *stomacho*, in vetusto exemplari, ut forte commodior lectio sit, *Stomachicis vero erosionibus*. Pint. — *Stomachi*. Ventriculi. Dioscor. loc. cit. Στομαχικοῖς τε δακνομένοις, ἰσθιόμενοι βοηθοῦσι. Hard.

Incipiente stranguria. Ἀρχὰς λιθιάσεως παραιτεῖται. Diosc. Dal.

LXI. *Gnaphalion alii chamaezelon*. Diosc. loc. cit. cap. 132, γναφάλιον, caeteraque, quae Plinius, totidem verbis. H. — *Gnaphalium*. Nobis auctore Sprengelio, est *Santolina maritima* (*Syngenes. aequal.* gen. 1833 Pers. *Corymbif.* Juss.). Habitat in maritimis. Cf. Hist. Rei herbar. tom. I, p. 186. Ed. P.

Pro tomento. Dioscor. Τούτου τοῖς φύλλοις ἀντὶ γναφαλίου χρῶνται. Inde nomen. H. — *Tomento*. Gron. et al. ante Hard. *tormento*. Ed. P.

Sane et similia sunt. Tormento, scilicet, quia sunt alba et mollia: λευκοῖς οὖσι καὶ μαλακοῖς. Diosc. loc. cit. Hard.

Datur in vino austero, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

LXII. *Gallidragam*. Forte tertia dipsacos Dodonaei, seu virga pastoris, picta ab eo pag. 723, visa a nobis in horto Regio. Hard. — *Gallidragam*. Gron. et al. ante Hard. *galedragon*. Nobis est *Dipsacus pilosus* (*Tetrand. monog.* gen. 225 Pers. *Dipsac.* Juss.). Habitat in silvis calcareis. Eadem est Virga pastoris, similis acanthae, Nicol. Myrepsic. I, 11. Conf. Anguillar. 142; Sprengel. Hist. Rei herb. t. I, pag. 201. Ed. P.

In hoc crescente aetate. In nostro apographo, *In hoc arescente aestate vermiculos nasci tradit*. Pint. — *Vermiculos nasci tradunt*. Et id quidem de libro Venereo antea indicatum, XXV, 108. Dissectis sane dipsaci scapis in medulla vermiculos inventos a se scribit Ruellius III, pag. 488. H. — *Crescente aetate*. Brot. ex Reg. 1, cre-

xide conditos adalligari cum pane brachio ad eam partem, qua dens doleat, mireque illico dolorem tolli: Valere non diutius anno, et ita si terram non attigerint.

LXIII. Holcus in saxis nascitur siccis. Aristas habet in cacumine, tenui culmo: quale hordeum restibile. Haec circa caput alligata, vel circa lacertum, educit e corpore aristas. Quidam ob id aristidam vocant.

LXIV. Hyosiris intubo similis, sed minor, et tactu asperior: vulneribus contusa praeclare medetur.

LXV. Holosteon sine duritia est, herba ex adverso

scente aestate. In Reg. 2 et edit. principe, *arescente aetate*; pessime emendatum, *crescente aetate.* Vermiculi illi a medio ferme mense augusto ad medium septembrem in capitibus dipsaci reperiuntur. Multis autem experimentis certa eorum vis adversus dentium dolores; de hoc usu silet tamen Geoffr. Mater. medic. tom. III, pag. 406. Ed. P.

Attigerint. Gron. et al. ante Hard. *attigerit*; et sic Brot. ex Regg. codd. et edit. pr. Ed. P.

LXIII. *Holcus.* Hordeum est spontaneum spurium, pictum a Lobelio In Obss. p. 18. Adstipulatorem habamus Aloysium Anguillara Part. XII, pag. 210. Ab ἕλκω, *traho*, quoniam educit aristas e corpore. Gramen hordeaceum alii vocant. Vidimus in horto Regio. Hard. — *Holcus.* Brotex. est Gramen spicatum, vulgare, secalinum, Tournefort. Nobis *Hordeum murinum* (*Triand. digyn.* gen. 196 Pers. *Gramin.* Juss.), ubique vulgare. Ed. P.

Tenui culmo. Gron. et al. ante Hard. *tenues, culmo.* Ed. P.

Hordeum restibile. Hordeum silvestre, quod et anno sequente regerminat. Hard.

Educit e corpore aristas. Quum a trahendo sic dicta fuerit, vim attractricem et epispasticam convenienter ei tribuunt. Dalec.

LXIV. *Hyosiris intubo similis.* Quibusdam iaces ignea. Dal. — *Hyosiris.* Sic libri editi, sic index: rectius *hyoseris*, ὑοσερίς. Nam ὑίρις intubum est, non ὑίρις. Nisi forte ὑὸς ἶρις quispiam interpretetur, quod vereor ut probari queat. In Reg. 1, *hyoseris.* Ex intuborum sive cichoriorum genere. Graphice pinxit Iac. Zanoni, ex horto Bononiensi, cap. 55, p. 105, Iaceamque creticam spinosam vocavit. Hard. — *Hyosiris.* Brot. *hyoseris.* Idem habet Carduum creticum, spinosum, rapi folio, Tournefort. Nobis vero hyoseris nihil aliud quam *Centaurea nigra* (*Syngenes. frustran.* gen. 1929 Pers. *Cynarocph.* Juss.). Habitat in pratis. Conf. Anguill. 216; Spreng. Histor. Rei herb. tom. I, p. 205. Ed. P.

LXV. *Holosteon.* Ὁλόστεον ex adverso, hoc est, per ἀντίφρασιν, ut

appellata a Graecis, sicut fel dulce, tenuis usque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen: foliis angustis, adstringens gustu. Nascitur in collibus terrenis. Vsus eius ad convulsa, rupta, in vino pota. Et vulnera quoque conglutinat; nam et carnes coguntur, addita.

LXVI. Hippophaeston nascitur in spinis, ex qui-

vocant, quasi ὅλον ὀστῶν, totum osseum, quoniam tenuis est, ac sine duritia, quae vulgo inest ossibus lisdem fere verbis describitur a Dioscorid. IV; 11. Serpentina omnium minima a Lobelio appellatur, in Obss. pag. 240, a quo et ibi delineatur, qualem in horto Regio vidimus. H. — *Holosteon.* Ολόστιον, seu potius ἀλόστιον, vel ἀλόστεον Diosc. loc. laud. Sprengelio iudice, est *Plantago Coronopus* (*Tetrand. monogyn.* gen. 286 Pers. *Plantagin.* Juss.). Habitat in Europae et Barbariae glareosis. Cf. Hist. Rei herb. I, 160. Iuncum palustrem, humiliorem, erectum, Tournefort. Broterius habet, minus bene. Ed. P.

Sicut fel dulce. Haec verba aliena esse suspicor, magis quam Plinii. Pint. — *Fel dulce.* Τὰ γλυκία, Graeci fella vocant, ut etiam Lugdunenses hodie fel vocant, *le doux.* Dalec. — *Fel dulce.* Coel. Aurel. Chron. III, 1, initio, *Multa*, inquit, *contrariae interpretationis vocabulum sumpserunt, ut fellea, quae Graeci γλυκία vocant, velut dulcia, quum sint amarissima.* Et nos vulgo sic diximus, *le fiel*, vel *le doux.* Hard.

Vsus. Diosc. l. c. Hard.

Vulnera. Diosc. loc. cit. Δύναται δὲ καὶ αὐτὴ κρία συνάγειν συνεψομένη, καὶ πρὸς ῥήγματα σὺν οἴνῳ ποτίζεται. *Carnes et haec herba cogit, atque conglutinat, dum coquuntur addita et ad rupta in vino propinatur.* Sic et Galen. de Facult. simpl. med. VIII, p. 214. H. — *Et vulnera.* Broter. ex Reg. 1, et edit. princ. copulam omittit. Ed. P.

Coguntur. In MSS. Regg. *coquuntur* vel *concoquuntur*, et sic Dioscor. loc. sup. cit. Ed. P.

LXVI. *Hippophaeston nascitur in spinis, ex quibus fiunt aeneae fulloniae*, etc. Plinius quod in Graecia reperisset, ἱππόφαιστον ἐν ᾧ τὰ ἱμάτια γνάπτουσι, inde ratiocinatus est nasci hippophaeston in ea spina qua vestes poliuntur. Atqui hippophaeston ipsa spina est fullonia. Salm. — *Hippophaeston.* Crescere hoc ait inter spinas, sive esse de spinarum genere, quibus implentur aeneae cortinae fulloniae, ad lavandas poliendasque vestes, ut iam diximus. Diosc. IV, 163: Ἱππόφαιστον, αἱ δὲ καὶ τοῦτο ἱπποφαὶς καλοῦσι... καὶ αὐτὸ γναφικῆς ἀκάνθης εἶδος ὑπάρχον. E narbonensi Gallia ad se delatum, quale a Dioscoride Plinioque describitur, Ruellius tastatur pag. 455. Nobis aliud videre non licuit. H. — Hippophaeston Dioscorid. loc. laud. nobis est *Cnicus stellatus* Willd. (*Syngenes. aequal.* gen. 1802 Pers. sub. *Carduo Cynarocephal.* Juss.). Habitat in Pedemontio, circa Nicaeam, etc. Conf. lib. XXIV, cap. 68. Ed. P.

bus fiunt aeneae fulloniae, sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus, et foliis parvis, multis, herbacei coloris, radiculas habens albas, molles. Succus earum exprimitur aestate, ad solvendam alvum, tribus obolis, maxime in comitialibus morbis, et tremulis, hydropicis. Contra vertigines, orthopnoeas, paralyses incipientes.

LXVII. (XI.) Hypoglossa folia habet figura silvestris myrti, concava, spinosa, et in his ceu linguas folio parvo exeunte de foliis. Capitis dolorem corona ex his imposita minuit.

LXVIII. Hypecoon in segetibus nascitur, foliis rutae. Natura eius eadem quae papaveris succo.

LXIX. Idaeae herbae folia sunt, quae oxymyrsi-

Cortinae fulloniae. Sic vet. sed incommode. Cortinae nempe vasa, in quibus fervent et coquuntur pannorum pigmenta: tinctorum et infectorum sunt, non fullonum: βαφίων, οὐ γναφίων. Lego: *Hippophaeston spina in maritimis nascitur hac implentur cortinae fulloniae: sine caule*, etc. ex Diosc. Dal. — *Aeneae*, etc. Sic libri omnes, etiam MSS. H.

Succus earum. Radicum videlicet, Diosc. l. c. Hard.

LXVII. *Hypoglossa folia habet*. Legend. *Hypoglossa folia habet, figura silvestris myrti, comas spinosas, et in his ceu linguas*, etc. Sarm. — *Hypoglossa*, Dioscor. IV, 132: Ὑπόγλωσσον, etc. sic enim legendum, non ἱππόγλωσσον. Vide Dalec. Hist. plant. II, p. 206 sq. ubi ea delineatur, qualis et a Plinio describitur. Galeno de Fac. simpl. med. VIII, p. 238, ὑπόγλωσσον. H. — Hypoglosson Dioscor. loc. laud. nobis item dicitur *Ruscus Hypoglossum* (*Dioec. monadelph.* gen. 230 Pers. *Asparagyn.* Juss.). Habitat in montibus umbrosis Hungariae, Italiae, etc. Conf. Column. Ecphras. I, 165. Ed. P.

Capitis dolorem, etc. Dioscor. l. c. Hard.

Corona. Coronam vertit, quod περίαμμα Dioscorides dixit his verbis, δοκεῖ δὲ ἡ κόμη περίαμμα χρήσιμον εἶναι κεφαλαλγοῦσι. Quidam appensa et alligata ea remedia vocant etiam περίαπτα et ἀποτροπαῖα. Dal.

LXVIII. *Hypecoon*. Totidem verbis Dioscorid. IV, 68: Ὑπήκοον, etc. Pingitur a Dodonaeo, p. 446, quale in horto Regio vidimus. H. — *Hypecoon*. Apud nos servat nomen; *Hypecoum procumbens* (*Tetrand. digyn.* gen. 334 Pers. *Papaverac.* Juss.). Habitat inter segetes, in Gallia, Archipelago, etc. Ed. P.

LXIX. *Idaeae herbae folia sunt*, etc. Legend. *Idaeae herbae folia sunt, quae oxymyrsinae, adhaerent velut pampini, in quibus flos*. Vbi notabis Plinio

nes: adhaerent his velut pampini, in quibus flos. Ipsa alvum, mensesque, et omnem abundantiam sanguinis sistit. Spissandi cohibendique naturam habet.

LXX. Isopyron aliqui phasiolon vocant, quoniam folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthii. Contra tussim, et caetera pectoris vitia, ex melle aut aqua mulsa: item iocineri utilissima.

pampinos. dici vitium claviculas et capreolos, qui intorquentur, quos ἕλικας Graeci appellant: alqui *pampinus*, τὸ φυλλάμπελον. Salm. — *Idaea.* Diosc IV, 44: Ἰδαία ῥίζα, ὀξυμυρσίνῃ τὰ φύλλα ἔοικε, παρ' αὐτὰ δὲ ὡς ἕλικες μικραὶ πεφύκασιν, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἄνθος. *Idaea radicis folia oxymyrsinen referunt: iuxta ipsa vero exigui sunt velut pampini, seu capreoli, ex quibus etiam flos erumpit.* Frequentem esse in Italia, sed vulgari carere appellatione, scribit Anguillara, Part. XIV, pag. 259. Hard. — *Idaea herbae.* Brol. est Ruscus angustifolius, fructu folio innascente, Tournef. Nobis vero, auctore Sprangelio, *Vvularia amplexifolia* (*Hexand. monogyn.* gen. 794 Pers. *Liliac.* Juss.). Habitat in Europae montibus et in silvis umbrosis Americae septentrionalis. *Vaccinium Vitis idaeam* (*Decand. monogyn.* gen. 1806 Pers. *Ericac.* Juss.) habet Fab. Columna et Anguillar. loc. sup. laud. Hist. Rei herb. tom. I, p. 168. Ed. P.

Ipsa. Dioscor. l. c. Hard. — *Ipsa.* Vocem hanc Gronov. et al. omittunt. Ed. P.

Spissandi. Adstringendi. Ἐπὶ στύψεως. Hard.

LXX. *Isopyronal. phaselion vocant* (sic prius). Scribo: *Isopiron aliqui phasiolon vocant, quoniam folium quod est aniso simile in phasioli pampinos torquetur.* Pint. — *Isopyron.* Dioscor. IV, 121: Ἰσόπυρον, οἱ δὲ φασίολον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ ἐοικέναι φασιόλῳ, τῷ κατ' ἄκρον τὸ πίταλον ἕλικα φέρειν. *Isopyron aliqui phasiolon vocant, quoniam ad phasioli similitudinem, in summo folio pampinarum, h. e. claviculam gerit, phaseolorum similem.* Interpres Oribasii, XI, 260: *Folium more phaseolorum in claviculas torquetur.* Herbariis perinde officinisque incognita. Anguillara, Part. XIV, p. 186. H. — *Isopyron.* Broter. iuxta Caesalpinum, est Ochrus folio integro, capreolos emittente, semine subluteo, C. Bauh. Nobis vero eodem nomine *Isopyrum fumarioides* (*Polyand. polygyn.* gen. 1365 Pers. *Ranunculac.* Juss.). Cf. Spreng. Histor. Rei herb. t. I, p. 178. Ed. P.

Quod est aniso simile. Dioscor. loc. cit. Hard.

In pampinos. Ἕλικας, claviculas, capreolos. Hard.

Seminis melanthii. Quae melanthii saporem imitentur, παραπλήσια μελαντίῳ τὴν γεῦσιν, Dioscor. loc. cit. Hard.

Contra tussim et caetera, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Item ioc. utilissima. Diosc. loc. cit. Hard.

LXXI. Lathyris folia habet multa lactucae similia, ut capparis: quae quum inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu. Haec vicena in aqua pura aut mulsa pota hydropicos sanant. Trahunt et bilem. Qui vehementius purgari volunt, cum folliculis ipsis sumunt ea: nam stomachum laedunt. Itaque inventum est, ut cum pisce aut iure gallinacei sumerentur.

LXXII. Leontopetalon, alii rhapeion vocant, folio

LXXI. *Lathyris.* Totidem fere verbis Diosc. IV, 167, λαθυρίς, etc. Haec cataputia vulgaris est, picta in horto Eistettensi, Ord. 12, f. 2, et apud Dodon. pag. 371, qualem in horto Regio vidimus. Nostris, *épurge.* Subscribit etiam Anguillara, Part. XIV, pag. 295. Hard. — *Lathyris.* Nobis item dicitur *Euphorbia Lathyris* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1190 Pers. *Euphorbiac.* Juss.). Habitat ad agrorum margines: vis ei drastica, ut fere congeneribus caeteris. Ed. P.

Similia. Gron. et al. addunt *similia, tenuiora germina multa in quibus semen luniculis continetur.* Ed. P.

Facilia purgatu. Aut corpus facile purgant, aut a suo cortice facile purgantur. Dalec. — *Facilia.* Quae sunt decorticatu facilia. Sic decorticata laudat Galen. loc. cit. Λεπισθέντα δὲ λευκὰ καὶ γλυκέα ἐν τῇ γεύσει. Sic XV, 25, castaneas laudat purgabiles maxime et sponte prosilientes. Nam quantum vis purgare facile corpora lathyridis granis scribat Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 201, animum tamen aegre induxerim, ut eam esse hoc loco Plinii mentem putem. Hard.

Trahunt. Ἄγει δὲ φλέγμα, καὶ χολὴν, καὶ ὕδωρ. Diosc. loc. cit. II.

Itaque inventum est. Diosc. loc. cit. Hard.

Vt cum pisce aut iure gallinacei, etc: Grana sea, aut septem, in catapotio aut cum fico, aut cum palmula, sumpta, alvum purgant: sed frigida postea sorbenda cum gallinae aut oleribus: folia coquuntur ad eumdem usum. Diosc. loc. laud. Dal.

LXXII. *Leontopetalon, alii rhapeion vocant.* Non *rhapeion* noster codex, sed *parapadion* habet, ut forte reponi possit pro *parapadion, pardalion*, ex Diosc. lib. III: *Leontopetalon*, inquit, *sunt qui leontopodium, qui leucarion, qui leonticon, qui doridion, qui dorictenda, qui agrestem lychnidem qui pardalion vocent.* Pint. — *Leontopetalon.* Diosc. III, 110, totidem fere verbis: λεοντοπέταλον, etc. Et in Noth. p. 557, οἱ δὲ λεοντοπόδιον, οἱ δὲ λευκήρον... οἱ δὲ ῥαπήϊον, etc. Ipsum est Leontopodium, de quo diximus anteriore lib. c. 34. Hard. — *Leontopetal.* Est leontopetalon foliis costae ramosae innascentibus, Tournefort. Illud vidit et in agro Smyrnensi Ant. Galland. Itiner. ined. quale a Plinio et Dioscoride describitur. Brot. — *Leontopetalon, alii rhapeion vocant folio*, etc. Nobis item dicitur *Leontopetalon* (*Hexand. monog.* gen.

brassicae, caule semipedali: alae multae, semen in cacumine, in siliquis, ciceris modo: radix rapo similis, grandis, nigra. Nascitur in arvis. Radix adversatur omnium serpentium generibus ex vino pota: nec alia res celerius proficit. Datur et ischiadicis.

LXXIII. Lycapsos longioribus, quam lactuca, est foliis, crassioribusque. Caule longo, hirsuto, adnatis multis cubitalibus, flore parvo, purpureo. Nascitur in campestribus. Illinitur cum farina hordeacea igni sacro. Sudores in febribus movet, succo aquae calidae admixto.

LXXIV. Inter omnes herbas lithospermo nihil est

848 Pers. *Berberid.* Juss.); habitat in Apulia, Etruria, Creta, etc. En. P.

Radix rapo similis, grandis, etc. Sic etiam Reg. 1. Sic et Dioscorid. loc. cit. ῥίζα μέλαινα ὥσπερ γογγύλη. Haan.

Radix adversatur. Dioscorid. l. c. Ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ. Haan.

Datur et ischiadicis. Dioscor. loc. cit. Haan.

LXXIII. *Lycapsos.* Totidem verbis et formam et virea lycopseos describit Dioscorid. IV, 26. Vidimus in horto Regio, qualem delineat Lobelius in Obs. pag. 312. Non est buglossia nostra, ut censuit Anguillara, Part. XIV, p. 254, caret enim rubro colore radix. Hermolaus *lycopsis* ex Dioscoride scripserat: quum libri omnes manu exarati, et impressi lycpis, ut Regg. Coib. tum hoc loco, tum in Indice, Parm. editio aliique *lycapsos* pertinaciter exhiberent. Ab Aegineta λυκαψός pariter dicitur. A Nicandro in Ther. pag. 60, λύκοψον pro λύκαψον. Dioscor. tamen, ut diximus IV, 26, λύκοψις. H. — *Lycapsos.* Lycopsis Dioscor. loc. laud. nobis est *Echium italicum* (*Pentand. monogyn.* gen. 363 Pers. *Borragin.* Juss.), var. γ. Lycopsis monspeliaca Morison. Histor. 284. Habitat in Anglia, Gallia, Pannonia, Italia, etc. in collibus siccis. Conf. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, p. 180. En. P.

LXXIV. *Lithospermo.* Dioscor. III, 158: Λιθόσπερμον, οἱ δὲ ἑξώνυχον, οἱ δὲ αἰγώνυχον, οἱ δὲ ἡράκλειαν, διὰ τὴν περὶ τὸ σπέρμα ἰσχύν, ὅθεν καὶ λιθόσπερμον ὠνόμασται. *Alii heraeleam vocant, propter seminis duritiam, a qua et lithospermi nomen accepit*, quod semina scilicet tamquam calculos ferat, candore et rotunditate margaritarum, duritia vero lapidea. Sunt qui lithospermum istud Plinii ac Dioscoridis arundinaceum milii generi adscribant: lacrymam Iobi Recentiores vocant, *larme de Job*; cuius seminibus nostri pro sphaerulis precatoriis, corollas texentes, utuntur. Pingitur a Dodonaen, pag. 497. Vidimus in horto Regio. Nos illud esse potius arbitramur quod lithospermi minoris nomine idem Dodonaeus exhibet pag. 83. In officinis milium solis, in Gallia, *gremil* appellatur, vel *herbe aux perles*. Huic

mirabilius. Aliqui aegonychon vocant, alii diospyron, alii heracleos. Herba quincuncialis fere, foliis duplo maioribus, quam rutae, ramulis surculosis, crassitudine iunci: gerit iuxta folia singulas veluti barbulas et earum in cacuminibus lapillos candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea. Ipsi, qua pediculis adhaereant, cavernulas habent, et intus semen. Nascitur et in Italia, sed laudatissimum in Creta. Nec quidquam inter herbas maiore quidem miraculo adspexi. Tantus est decor, velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis; tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. Iacere atque humi serpere auctores tradunt. Ego vulsam, non haerentem vidi. Illis lapillis drachmae pondere potis in vino albo

enim folia sunt rutae oleaeve, isti arundinacea: ramulos istud surculosos habet: illud plane nullos. Et hoc in horto Regin vidimus. Adstipulatur huic sententiae Anguillara, Part. XIII, p. 240. Hard. — *Lithospermo.* Nobis eodem nomine est *Lithospermum officinale* (*Pentand. monogyngen.* 354 Pers. *Borragin.* Juss.). Habitat in ruderatis, silvaticis. Ed. P.

Aliqui aegonychon vocant. Dinsc. libro III: *Aegonychon et exonichon vocari ait, lithospermon.* Sed hoc loco nostrum exemplar *exonychon* habet, non *aegonychon.* Dalec. — *Aegonychon.* Quasi caprinus unguis. Διόσπυρον, quasi Iovis triticum. Dioscor. in Noth. p. 460, οἱ δὲ διόσπορον, quasi a Iove satum. Hard.

Herba quincuncialis. Hoc est, altitudine fere semipedali: nam unciae duodenae pedem efficiunt. In nostris regionibus paulo altius assurgit. In quibusdam libris, *quinquecaulis* legitur, forte commodius: tot enim fere mittit ex radice surculos. H.

Quam rutae. Dioscorid. *quam oleae*, quod eodem recidit. Hard.

Ramulis surculosis. Lignosis. Κλώνια δὲ ... πάχος ὀξυσχοινου, ξυλώδη, inquit Dioscor. loc. cit. *Ramuli ... iunci crassitudine ... ligniosi.* H.

Cavernulas habent, et intus semen. Haec postrema verba herbarius Anglus intelligenda putat de lithospermo arundineo, quod lacrymam Iobi officinae vocant. Dalec. — *Lacryma Iob*, Recentioribus *Coix Lacryma.* Ed. P.

Aurificum. Aurifex, aurarius faber, *un orfèvre.* Hard.

Iacere atque humi serpere, etc. Lithospermum secundum describi hic volunt. Dalec. — *Iacere.* Falso. Nisi folia intelligas, quae in imo a terra exsiliunt, humi iacere: quod Dioscorides dixit: τὰ περὶ τὸν πυθμένα ἐπὶ γῆς κείμενα. Hard.

Illis lap. drachmae, etc. Dioscorid. loc. cit. Hard.

calculos frangi, pellique constat, et stranguriam discuti. Neque in alia herbarum fides est visu statim, ad quam medicinam nata sit. Est autem eius species, ut etiam sine auctore visa statim nosci possit.

LXXV. Lapis vulgaris iuxta flumina fert muscum siccum, canum. Hic fricatur altero lapide, addita hominis saliva: illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit, dicit, φεύγετε κανθαρίδες, λύκος ἄγριος ὕμμε διώκει.

LXXVI. Limeum herba appellatur a Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod ve-

Neque in alia herbarum fides est, etc. Scribo: *Neque in alia herbarum fides est visu statim ad quam medicinam nata sit, ut eius specie etiam sine auctore usus statim nosci possit*, ex scripto exemplari. Pint.

LXXV. *Impetigo.* Cantharidem, scarabaei genus, *impetiginem* vocat, ideo quod membra corporis erodat, ut frumenta cantharis. Supra lib. XVIII, cap. 17. Chiffl.

Φεύγετε, etc. Hoc est, *Cantharides fugite hinc: vobis lupus improbus instat.* Impetiginem cantharidis nomine appellat, quod ut frumenta cantharis, sic illa corporis membra erodit. Hard.

LXXVI. *Limeum.* Loemaeum, ἀπὸ τοῦ λοιμοῦ. Eamdem et belenium vocarunt, sive ἀπὸ τῶν βελῶν, sive quod Apollo Belis apud eos vocaretur. Eo saeculo Galli potissimum venerati sunt Belin, cuius mentio fit apud Herodianum in Maximinis, Hesum, Taranem, Onanam, Abellionem, de quo elogium exstat in convenis noveinpopulanise: DEO ABELLIONI MERICIA IVSTICIA V. S. L. M. Scaliger. in Ausonium. Vide supra lib. XIII, cap. 24. Auctor librorum de plantis, qui Aristotelis nomen praese ferunt, Perseam in Persidé venenatam belenium vocat, sive a sagittis nomine ducto, sive ab Apolline. Si a sagittis τοξικὸν graecum fuerit, Aristoteles venenum id a Celtis parari solitum ξενικὸν vocat. Galen. lib. de Ther. ad Pison. ἰλίνιον (pro quo lego βελίνιον) a Barbarisque vocari tradit *ninum* vel *nivon*. Idem scribit, Dalmatis et Dacis plantam esse, cuius succo sagittas suas efficiant lethales. Tingunt et Galli sagittas suas elleboro, lib. XXV, cap. 5. In Aethiopia radicem iis vicibus praedilam nasci Theophrastus scribit Histor. IX, 15. Dal. — *Limeum.* Hodie in Pedemontio nascitur limeum, *herba terra* ibi nuncupatum, cuius e radice succus elicitur, quem vocant *medicame*. Auctor Anguillara, Part. XII, pag. 213. Sed et elleboro sagittas tingere solitos esse Gallos dictum est supra, XXV, 25. Hard. — *Limeum.* Broler. est Ranunculus cyclaminis folio, asphodeli radice, maior, Tournefort. Nobis *Ranunculus Thora* (*Polyand. polygyn.* gen. 1363 Pers. *Ranunculus.* Juss.). Habitat in Alpibus; ei succus acris et fere venenatus. Cf. Sprengel. Histor. Rei herb. tom. I, pag. 204. Ed. P.

nenum cervarium vocant. Ex hac in tres modios salivati additur, quantum in una sagitta addi solet: ita offa demittitur boum faucibus in morbis. Alligari postea ad praesepia oportet, donec purgentur, insanire enim solent: si sudor insequitur, aqua frigida perfundi.

LXXVII. Leuce mercuriali similis, nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente; quare mesoleucon quidam vocant. Succus eius fistulas sanat: ipsa contrita, carcinomata. Fortassis eadem sit, quae leucas appellatur, contra omnia ma-

Venenum cervarium. Festus: *Toxicum dicitur cervarium venenum, quo quidam perunguere sagittas soliti sunt.* Cels. V, 27: *Venatoria venena, quibus Galli praecipue utuntur.* H.

In tres modios. Sic etiam MSS. codices: salivatum potionis genus fuit, quo veterinarii medici utebantur in aegrotantium animalium curatinne. Panacis et eryngii radices feniculi seminibus miscebantur: farina praeterea moliti tritici, miliive, aut hordei: eoque medicamine salivabatur aegrotum pecus. Vide Columellam, lib. VI, capp. 5, 10, 24. H.

Salivati additur. Salivatum medicata potio, quam boum faucibus infundunt, aut salubritatis custodiendae gratia, aut virium conservandarum, aut morbi pellendi. A sale dictum putant quidam, quoniam is pabulo mixtus bobus utilissimus est, quidam a salivar, quam largam et copiosam indita ori eiusmodi medicamenta evocant. Columella, lib. V, cap. 5: *medicamine salivare pecus aegrotum* ait, id est, tractare, sanare, curare, medicari. Inde quidam panem vino mersum cum asperso sale, quem recreandis fessis equis manducandum offerunt, *salade* vocant, quasi *salviatum.* Salivati potione utuntur veterinarii ac medici, ποτὰν vocantes. Dalec.

LXXVII. *Leuce mercuriali similis.* Mentha saracenica. Dal. — *Leuce.* Nondum herbariis nostris cognita. Anguillara, Part. XII, pag. 220. Alio nomine polium appellatur a Coel. Aurel. Chron. I, 4, de dolore dentium: *Leuces*, inquit, *quam etiam polium vocant.* Nisi forte leuce alterum sit polii, de quo nos alibi, nomen, quod, ut Plinius sit, XXI, 21: *folia sunt ei canis hominis similia.* H. — *Leuce*, Sprengelio iudice, est *Lamium maculatum* (*Didynam. gymnosperm.* gen. 1388 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in humidis. Folia saepe albo maculata, nonnumquam moschum redolentia. Cf. Histor. Rei herb. tom. I, p. 204. Ed. P.

Mesoleucon. Μεσόλευκον, albo distinctum in medio. Harn.

Leucas appellatur. Chamaedrys montana. Dalec. — *Quae leucas app. contra o. marina*, etc. Λευκὰς quam adversus serpentes et scorpiones Nicander commendat in Ther. pag. 60. Perinde ignota nobis: Περὶ δὲ τῆς

rina venena efficax. Speciem eius auctores non tradunt: nec aliud, quam silvestrem latioribus foliis esse efficaciorem, hanc semine acriorem.

LXXVIII. Leucographis qualis esset, scriptum non reperi: quod eo magis miror, quoniam utilis proditur sanguinem exscreantibus, tribus obolis cum croco: item coeliacis: trita ex aqua et apposita, profluvio feminarum: oculorum quoque medicamentis, et explendis hulceribus, quae fiunt in teneris partibus corporis.

LXXIX. (XII.) Medion folia habet iridis sativae, caulem tripedalem, et in eo florem grandem, purpureum, rotundum; semine minuto, radicem semipe-

λευκάδος ἀγνοεῖται περὶ ποίας φησίν, inquit Scholiast. in eum locum, pag. 39: Ἀντίγονος μέντοι τὸν λευκάδεσμόν φησιν. Hard.

Speciem eius auctores non tradunt. Totidem de leucade verba facit Dioscor. III, 113. Hard.

LXXVIII. *Leucographis.* Silybua lacteus est, quo de egimus XXVI, 25. Nec Anguillaram audio, qui Part. XII, p. 220, herbam scriptam, seu virgam auream vocat. Pinetus, et post eum Salmasius, gemmam lapidemque, cui idem nomen est, ut suo loco dicemus, in herbarum albo censuque a Plinio temere hic positam, temere pronuntiarunt. Hard. — *Leucographis.* Sprengelio eadem videtur atque *Carduus leucographus* (*Syngenes. aequal.* gen. 1802 Pers. *Cynarocephal.* Juss.). Habitat in Gallia, Italia, etc. Conf. Hist. Rei herbar. I, 205. Ed. P.

Coeliacis: trita ex aqua, etc. Legend. *Item coeliacis: trita et apposita profluvio feminarum.*

LXXIX. *Medion folia habet iridis sativae. Seridis* legendum esse, non *iridis*, ex Dioscoride notavit ante me Hermolaus. Pint. — *Medion.* Et a Dioscor. IV, 18, ita fere describitur: Μήδιον, etc. Quid vero ait, obscurum est: Lobelio in Advv. pag. 127, violam marinam interpretante: Dodonaeo negante, pag. 163. Dioscor. in Nothis, pag. 463, eamdem facit eum medica, de qua XVIII, 43: Μήδιον, οἱ δὲ μηδικὴ, οἱ δὲ τρίφυλλον... Ῥωμαῖοι τριφόλιουμ. ὀδοράτουμ. Ignotam sibi ait Anguillara, Part. XIV, pag. 253. Hard. — *Medion.* Apus nos servat nomen: *Campanula Medium* (*Pentand. monogy.* gen. 428 Pers. *Campanulae.* Juss.). Habitat in Germaniae, Italiae, etc. silvis apricis. Ed. P.

Iridis. Vel *seridis* potius. — Malim vero *seridis* cum Hermolao ac Pintiano legi, quam iridis. Nam qui silvestrem irin a sativa discriminaret, nondum vidi. Dioscor. IV, 10: Σίριδι μήδιον... ἔχει φύλλα ὅμοια σίριδι. Etsi quaedam exemplaria ἴριδι prae se ferunt: sed mendose scilicet. Oribasius enim σίριδι transtulit. Tamen in Plinianis MSS. *iridis.* H.

dalem. In saxis opacis nascitur. Radix drachmis duabus cum melle menses feminarum sistit, ecligmate per aliquot dies sumpto. Semen quoque in vino, tritum, contra abundantiam feminarum datur.

LXXX. Myosota, sive myosotis, laevis herba, caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus rubentibus, concavis, ab imo foliis angustis, oblongis, dorso acuto, nigris, per intervalla assidue geminatis, tenuibus cauliculis ex aliis prodeuntibus, flore caeruleo. Radix digitali crassitudine multis capillamentis fimbriata. Vis ei septica et exhulceratrix, ideoque aegilopas sa-

In saxis opacis nascitur. Dioscor. ἐν παλιοκλίοις τόποις καὶ πετρώδεσιν. Hard.

Radix drachmis duabus. Totidem verbis Dioscor. l. c. Hard.

Semen quoque in vino, tritum, contra, etc. Hoc est, ad pellenda menstrua, quae abundant, seu menses commorantes. Dioscor. loc. cit. Τὸ δὲ σπέρμα σὺν οἴνῳ πόδιν, ἄγει ἔμμηνα. Cui Galenus adstipulatur, de Fac. simpl. med. VII, pag. 207. ubi docet medii semen ac radicem contrario esse temperamento: illa, siquidem austera est, fluorem muliebrem cohiberi, isto cieri. Η ῥίζα μὲν ἐρεκτικὴ ῥοῦ γυναικείου· τὸ δὲ σπέρμα προτρέπει τὰ κατάμηνια. H.

LXXX. *Myosota.* Dioscor. II, 214: Μυὸς ὦτα, οἱ δὲ μυὸς ὠτίδα καλοῦσιν caeteraque, quae Plinius totidem plane verbis. Galenus item de Fac. simpl. med. VII, p. 210: Μυὸς ὠτὶς, ἔνιοι δὲ μυὸς ὦτα. Pingitur a Bauhino, tom. III, pag. 359, qualem in horto Regio vidimus. In officinis, *auricula muris*: sed non habeat ea omnes myosotidis Plinianae ac Dioscorideae notas. Scribon. Larg. Comp. 153, *auricula marina* nuncupatur, et prodesse dicitur calculosis. Hard. — *Myosota, sive myosotis, laevis herba, caulibus*, etc. Brot. est Lithospermum arvense, minus, Tournefort. Nobis autem eodem nomine *Myosotis scorpioides* (*Pentand. monogyn.* gen. 349 Pers. *Borragin.* Juss.). Habitat in Europae humidis, rivulis. Ed. P.

Multis capillamentis fibrata. In Vet. *fimbriata*, non *fibrata*; quam recte, censeant legentes. Pint. — *Fimbriata.* Sic MSS. non *fibrata*, ut editi, etsi utrumque perinde hic valet. Fibrae sunt herbarum arborumque minutiores radiculae, in quas velut extremas, crassiores effusae spargunturi. Hinc et appellatae fimbriae vestium extremitates, quod fibrum antiqui dicebant extremum, si Varroni credimus. Hard.

Vis ei septica, etc. Ignoranter Plinius septicam esse tradit. Est enim frigida et humida, ut helxine. Dal.

Aegilopas. Dioscor. loc. cit. Ταύτης ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα αἰγιλώπια ἰᾶται. Hard.

nat. Tradunt Aegyptii, mensis quem thiatin vocant die XXVII fere in augustum mensem incurrente, si quis huius herbae succo inungatur mane priusquam loquatur, non lippiturum eo anno.

LXXXI. Myagros herba ferulacea est foliis similis rubiae, tripedanea. Semen oleosum, quod et fit ex eo. Medetur oris hulceribus perunctis hoc succo.

LXXXII. Herba, quae vocatur nigina, tribus foliis longis intubaceis, illita cicatrices ad colorem reducit.

LXXXIII. Natrix vocatur herba, cuius radix evulsa virus hirci redolet. Hac in Piceno a feminis abigunt, quos mira persuasione Fatuos vocant: ego spe-

Quem thiatin vocant. Ita libri omnes, tum editi, tum manu axarati: non *Thoti*, ut in Chifflettiano codice legisse se Dalecampius dicit: quemadmodum et mox XXVIII, ubi caeteri omnes constantur habent XXVII. Incidit hic dies XXVII thiatis in diem tertium mensis augusti, more romano. Hard. — *Mensis quem thiatin.* Brot. ex Reg. Chiffl. *mensis quam thoti.* Mala in altara edit. Hard. *thiatin.* Is est *thot*, primus Aegyptiorum mensis. Et mox idem XXVIII, non XXVII, ut Hard. et edit. princeps. Dies 28 thot, incidit in diem 25 septembris. Ed. P.

LXXXI. *Myagros.* Dioscorid. IV, 47: Μύαγρος, δίπηχυς, φύλλα ἔχουσα ἐμφερῆ τοῖς τοῦ ἐρυθροδάνου. Galli *camelinam* vocant, officinae plerasque sesamum, plaeque huius utuntur pro sesamino. Ipsum arysimum est, de quo egimus XVIII, 22. Hard. — *Myagros.* Quae sit herba myagros nescira se fatetur Brotarius, quum Myagron monosparmum, latifolium, C. Bauhin. cum myagro Plinii et Dioscoridis minima congruat; nec satis feliciter divinant, qui ad erysimum referunt, de quo Noster, XVIII, 12. Sprengelio tamen myagros eadem videtur atque *Alyssum sativum* (*Tetradynam. siliculos.* gen. 1558 Pers. sub *Camelina. Crucifer.* Juss.). Habitat in agris, praesertim inter linum. Conf. Hist. Rei herb. tom. I, p. 182. Ed. P.

Semen oleosum. Planum pinguitudinis, ex qua exprimatur oleum. H.

Quod et fit ex eo. Subintelligé, quod oleum et ex eo fit. Hard.

LXXXII. *Herba, quae vocatur nigina.* In Indice *nyma.* Hoc loco MSS. *nygma*, *nima*, *nygam*, et *nuga* exhibent. Herbariis et officinis incognita. Hard. — *Nigina.* Broter. ex MSS. *nyma.* Ed. P.

LXXXIII. *Natrix.* Quam herbarii natricem Plinii nuncupant, delineatur a Lobel. in Obss. p. 493. Quibus varo argumentis hanc esse coniectent, ariolari non vacat. — *Natrix.* Brot. est Ononis viscosa, spinis carens, latea, maior, C. Bauhin. Nobis vero eodem nomine *Ononis Natrix* (*Diadelph. decand.* gen. 1694 Pers. *Leguminos.* Juss.). Habitat in silvaticis et inter sagetes. Ed. P.

Fatuos. Sic MSS. omnes. Faunus, fatuus, ἐφιάλτης, incubus, idem plane

cies lymphantium hoc modo animorum esse crediderim, qui tali medicamento iuventur.

LXXXIV. Odontitis inter feni genera est, cauliculis densis ab eadem radice, geniculatis, triangulis, nigris. In geniculis folia parva habet, longiora tamen quam polygonon: semen in alis hordeo simile, florem purpureum, pusillum. Nascitur in pratis. Decoctum cauliculorum eius in vino austero, quantum manus capiat, dentium dolori medetur, ita ut contineatur ore.

LXXXV. Othonna in Syria nascitur, similis erucae,

significant: nocturnos nempe genios, quibus qui mente sunt parum sana, premi se interdum putant. A Fauno Latii rege, Fatuaque coniuge, de quibus Iustinus, XLIII, nomen is datum. Qui viros aggredi existimati sunt, ii Fauni: qui mulieres, Fatui dici consueverunt. Vide Lactant. I, 22, et Servium in Aen. VI, ad eum versiculum, *Pometios, castrumque Inui*. Et in lib. VII, ad istum, *Hunc Fauno et Nympha genitum*, etc. Quin etiam in fragmento Festi Farnesiano Faunus dicitur appellatus. *Is*, inquit, (de Pico loquitur), *regem Fatuum, Faunum alii quem vocant, et Fatuam procreavit*. Hard.

Lymphantium. Hominum falso existimantium se ab eiusmodi incubis premi: qui homines tali medicamento invantur. Hard.

LXXXIV. *Odontitis*. Rectius fortasse ὀδοντίδης, inde nomen habens, quod decoctum in vino dolores dentium mitiget: nam ὀδοὺς dentem sonat. Hard. — *Odontitis*. Brot. est Lychnis pratensis, flore laciniato simplici, Moris. Caryophyllus pratensis, flore laciniato simplici, sive flos cuculi C. Bauh. Nobis vero eodem nomine *Euphrasia Odontites* (*Didynam. gymnosperm.* gen. 1454 Pers. *Pedicular.* Juss.). Habitat in arvis et pascuis. Ed. P.

LXXXV. *Othone in Syria nascitur* (sic prius). Scrib. *Othonia*, cum duplici n, et *a* in fine; ex Dioscoridis utraque editione graeca. Pint. — *Othonna*. Haec totidem verbis Dioscor. II, 213: Οθόννα... γεννᾶσθαι δὲ αὐτὴν καὶ ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον Αραβίᾳ· ἔχει δὲ τὰ φύλλα εὐζώμῳ ἐμφερῆ, πολύτρητα ὥσπερ σητόκοπα, etc. *Nasci aiunt in eo Arabiae tractu; qui ad Aegyptum spectat. Habet folia erucae proxima, crebro perforata, et tamquam a tineis pertusa*, etc. Ex eodem Diosc. Pintianus legit *cribro* pro *crebro*: quod nec Plinii stylum sapit, neque apud Dioscoridem exstare, si graece legisset, ipse intellexisset. Quid porro sit *Othonne* nec scit Anguillara, Part. XI, p. 181, neque alii sciunt. Lobelius in notis MSS. ad eum librum ait esse florem Africanum H. — *Othonna*. Sprangelio eadem videtur ac *Tagetes patula* (*Syngenes. superfl.* gen. 1872 Pers. *Corymbifer.* Juss.). Conf. Caesalpin. XII, 43. Sed haec tamen, ut congeneres fere omnes, ex America oriunda. Vid. Hist. Rei herb. I, 188. Ed. P.

perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonem vocaverunt. Succus eius oculorum medicamentis convenit. Mordet enim leniter et excalfacit, adstringitque siccando. Purgat cicatrices, et nubeculas, et quidquid obstat. Quidam tradunt lavari, atque ita siccatam digeri in pastillos.

LXXXVI. Onosma longa folia habet fere ad tres digitos in terra iacentia, tria ad similitudinem anchusae incisa, sine caule, sine flore, sine semine: praegnans si edat eam, aut supergrediatur, abortum facere dicitur.

Perforatis crebro foliis. Lego *cribro*, non *crebro*. Diosc. libro II, de Othonna: *Nascique herbam in Arabia etiam quae ad Aegyptum est erucae foliis cribri modo foraminibus multis.* Posuit ergo Plinius *cribro*, pro *tanquam cribrum*, quo loquendi modo usus est libro septimo de Iulio Caesare loquens, *celeritatemque quodam igne volucrem*, hoc est, tanquam ignem quemdam. Pind.

Flore. Diosc. loc. cit. Ἄνθος δὲ φέρει χρόκινον, πλατύφυλλον· ὅθεν εἴδοξαν ἀνεμώνης αὐτά τινες εἶδος εἶναι. Hard.

Succus. Diosc. l. c. Hard.

Mordet enim leniter. Dioscor. loc. cit. Hard. Gron. et al. ante Hard. *leviter.* Ed. P.

Quidquid obstat. Quidquid oculis offundit caliginem, πάντα τὰ ἐπιχεοῦντα ταῖς κόραις. Hard.

Quidam tradunt lavari. Quidam hunc succum, sive humorem, qui ex herba manat, elotum, semotis lapillis, in pastillos ad oculorum medicamenta digerunt. Hard.

LXXXVI. *Onosma.* Sic fere Dioscor. III, 147: περὶ ὀνόματος. Nihil porro aliud onosma esse censuerim, praeter anchusam degenerem: quae, ut in aliis quoque herbarum generibus accidit, viribus exhaustis biennio trienniove florem fructumve nullum edat. Hard. — *Onosma.* Apnes servat nomen. *Onosma echioides* (*Pentand. monogyn.* gen. 358 Pers. *Borragin.* Juss.). Habitat in Europae rupibus. Ed. P.

Ad tres digitos in terra iacentia, tria ad similitudinem anchusae incisa, etc. Si Dioscorid. audis, *quatuor digitos* leges, non *tres*; item falso additam putamus vocem illam *tria*. Pint.

Tria. In Dioscorid. historia nec *tria* legitur, nec *incisa*. Hippocrates eam ῥίζαν vocat. Galenus in Linguis eam describit, et habere tria folia tradit, non animadvertens eamdem esse cum onosmate Dioscorides vocari etiam δαμάδα, ὄνωνιν et φλομῖτιν, non ut vulgo legitur, φλονῖτιν, auctor est. Dal.

Ad similitudinem anchusae incisa. Totidem verbis Dios. l. c. H.

Praegnans si edat eam, aut supergrediatur. Dioscor. ad verbum loc. c. et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 215. Hard.

LXXXVII. Onopordon si comederint asini, crepitus reddere dicuntur. Trahit urinas et menses: alvum sistit: suppurationes et collectiones discutit.

LXXXVIII. Osyris ramulos fert nigros, tenues, lentos: et in iis folia nigra, ceu lini; semenque in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens. Smegmata mulieribus faciunt ex his. Radicum decoctum potum sanat arquatos. Eaedem, priusquam maturescat semen, concisae, et sole siccatae, alvum sistunt. Post maturitatem vero collectae, et in sorbitione decoctae, rheumatismis ventris medentur, et per se tritae ex aqua caelesti bibuntur.

LXXXIX. Oxys folia terna habet. Datur ad sto-

LXXXVII. *Onopordon si comederint asini.* Vetus exemplar non *Onopordon*, sed *Onopradon* habet: quod non minus probo. Nam ut a δέρκω, ἔδαρκον et ἔδρακον sic a πέρδω ἔπαρδον, ἔπροδον, ὀνόπραδον. Pinr. — *Onopordon.* Apud Hesychium ὀνόμορδον mendose, pro ὀνόπορδον, ἀπὸ τῆς ὄνου πορδῆς, a crepitu ventris. Carduum tormentosum appellat Lobelius in Obss. pag. 482. Coronam fratrum herbarii: Galli servata graeci nominis significatione, *pet d'âne.* Vidimus in horto Regio. Calabris, Siculisque etiamnum *Anapordo*, teste Anguillara, Part. VIII, pag. 145. H. — *Onopordon si comederint asini*, etc. — Ἀκάνθιον Diosc. III, 18; nobis est *Onopordum Acanthium* (*Syngenes aequal.* gen. 1800. Pers. *Cynaroceph.* Juss.). Habitat in ruderatis et collibus. Ed. P.

LXXXVIII. *Osyris.* Totidem fere verbis eadem certe sententia Dioscor. IV, 143: Οσυρις, φρυγάνιον μέλαν, etc. Scopae ex ea olim fieri solitae, et nunc plerisque locis fiunt: unde Linaria scoparia a nonnullis appellatur: a nostris Italisque, *Belvedere.* Patavii, *le scope di Padova*, teste Anguill. Part. XIV, p. 290. Vidimus in horto Regio, qualis a Dodonaeo pingitur, p. 101. Hard. — *Osyris ramulos fert nigros, tenues*, etc. Osyris Dioscor. loc. proxime laud. nobis eodem nomine *Osyris alba* (*Diocc. triand.* gen. 2188 Pers. *Elaeagn.* Juss.). Habitat in Europa australi. Ed. P.

Smegmata mulieribus faciunt ex his. Ex osyride κορήματα fieri Galenus tradit, lib de Simplic. med. Facult. VIII, quae alii interpretantur smegmata, ut Plinius, alii scopas, alii κόσμητρα καὶ καλλωπίσματα. Nam κορεῖν, κοσμεῖν et καλλωπίζειν significat. Dalec.

Radicum decoctum potum. Dioscor. loc. cit. Hard.

LXXXIX. *Oxys.* Οξύς. Pingitur a Lobelio in Obss. p. 495. Officinae Trifolium acetosum vocant, Galli panem cuculi, *pain de cocu*, et *alleluia.* Appellationum causas declarat Dodonaeus, a quo pariter delineatur, pag.

machum dissolutum. Edunt et qui enterocelen habent.

XC. Polyanthemum, quam quidam batrachion appellant, caustica vi exhulcerat cicatrices, et ad colorem reducit; eademque vitiligines concorporat.

XCI. Polygonon Graeci vocant, quam nos sanguinariam: non attollitur a terra, foliis rutae, semine graminis, succus eius infusus naribus supprimit sanguinem: et potus cum vino, cuiuslibet partis profluvium, exscreationesque eruentas inhibet. Qui plura

568. Vidimus in horto Regio. Hard. — *Oxys.* Nobis est *Oxalis stricta* (*Decand. pentagyn.* gen. 1144 Pers. *Geraniis affin* Juss.). Habitat in Europae cultis, Virginia, etc. Ed. P.

Dissolutum. Affluxu bilis aversum. Dalec.

XC. *Polyanthemum.* Ranunculus ipse est, quo de egimus, XXV, 109. Hard. — *Polyanthemum.* Nobis eodem nomine *Ranunculus Polyanthemos* (*Polyand. polygyn.* gen. 1363 Pers. *Ranunculae.* Juss.). Habitat in graminosis, silvis. Ed. P.

Et ad colorem reducit. Ad aequalitatem si nimis emineant. Dal.

Concorporat. Delet, et cutem corpori reliquo similem facit. Dalec. — *Vitiligines.* Vitiligines delet, redditque cuti suum colorem, reliquo corpori parem. Hard.

XCI. *Polygonon.* Haec totidem verbis Marc. Emp. cap. IX, pag. 80. Ipsa proserpinaca est, de qua dicemus iterum c. 104. Apul. c. XVIII, de proserpinaca, sive polygono: *Polygonon alii... polygonaton... Romani sanguinariam, Itali proserpinacam.* Cels. II, 33: *Herba sanguinalis, quam Graeci Polygonion vocant.* Sanguinalem pariter vocat Colum. VI, 12, pag. 213; sanguinariam; VII, 6, pag. 263. Et Diosc. in Noth. p. 462: Πολύγονον ἄῤῥεν... Ῥωμαῖοι σεμινάλις, οἱ δὲ στοπίνακα pro προσερπίνακα. Gallis, a frequentia nodorum, seu geniculorum, *renouée.* Hard. — *Polygonon.* Nobis eodem nomine est *Polygonum maritimum* (*Octand.. trigyn.* gen. 977 Pers. *Polygon.* Juss.). Habitat in littoribus Ed. P.

Semine. Semine cuiusmodi in gramine cernitur, nempe triangulari. Hard.

Succus. Marc. Emp. c. X, pag. 83. Scrib. Larg. Comp. 7: *Ad sanguinis eruptionem de naribus*; comp. 46: *Iniicere autem intus narem aut nares oportebit... herbam, quae quia multa est, et ubique nascitur, πολύγονον appellatur.* Hard.

Et potus cum vino, etc. Dioscorid. IV, 4. Apul. c. XVIII, de proserpinaca, l. 1: *Ad eos qui sanguinem reiiciunt: Herbae proserpinacae succum cum vino optimo austero*, etc. Polygonum ad eos usus commendat et Marc. Emp. c XVII, p. 124. Hard.

Exscreationesque. Cels. III, 22. H. — Gron. et al. ante Hard. *excretiones.* Ed. P.

Qui plura genera, etc. Primum genus est sanguinaria secundum herniaria: tertium, polygonon femina Dioscoridis: quartum, ut quidam volunt, casia lignea marina Monspes-

genera polygoni faciunt, hanc marem intelligi volunt, appellarique a multitudine seminis, aut densitate fruticis calligonon. Alii polygonaton, a frequentia geniculorum: alii teuthalida, alii carcinethron, alii clema, multi myrtopetalon. Nec non inveniuntur, qui hanc feminam esse dicunt: marem autem maiorem, minusque nigram, et geniculis densiorem, semine sub omnibus foliis turgescentem. Quocumque haec modo se habeant, vis earum est spissare ac refrigerare. Semina alvum solvunt, largius sumpta urinam cient, rheumatismos cohibent: qui si non fuere, non prosunt. Stomachi fervori folia imponuntur: vesicae dolori illinuntur, et ignibus sacris. Succus et auribus

silanorum. Plinius ὡραῖον, id est, pulchrum et venustum, montanum reddit, quasi legisset ὄρειον, vel ὀρεινόν. Ὡραῖον vocatum fuisse ab eleganti foliorum ambientium circuitu arbitror. Quidam legunt οὐραῖον, et sic dictum volunt, quod eius folia, quemadmodum et hippuridis, caudarum setis similia sint. Dal.

Marem. Recte illi quidem. Pingitur e Dodonaeo, p. 113, polygonum mas, quale in horto Regio vidimus. Hard.

Appellarique a multitudine seminis, aut densitate fruticis calligonon. Verius nostrum exemplar, *callipogona.* Pint.

A multitudine seminis. Scribonius, cap. 17, quia multa est, et ubique nascitur. Dalec.

Calligonon. In Reg. 2, fortasse sincerius, *callipogona*, καλλιπώγωνα, densitatem fruticum ex voce μεταφορικῶς indicante, ex similitudine barbae. Sic etiam Index in eodem cod. pro *thalassias*, quae vox ibi nihili esse videtur. Hard.

Alii polygonaton, etc. Vulgo herniariam dicunt. Mirum in modum has historias Plinius confundit. Dalec. — *Alii.* Diosc. in Noth. p. 462: Οἱ δὲ πολυγόνατον. .. οἱ δὲ χαρκίνηθρον, οἱ δὲ τευθαλίδα, οἱ δὲ κλῆμα, οἱ δὲ μυρτοπέταλον. Habet et haec nomina Oribasius, XII, p. 212. Apuleius quoque, carcinethron et myrtopetalon vocat, a foliorum myrti similitudine. H.

Alii carcinetron. Scribe cum aspiratione in ultimo, *carcinethron*, ex Dioscoride: et paullo post, *infractis*, ex codice antiquo. Pint.

Nec non. Dioscor. totidem verbis l. c. Hard. — *Qui hanc feminam esse dicunt.* Nobis *Polygonum incanum.* Habitat in agris. Hard.

Vis. Adstringere: Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικὴν, etc. Hard.

Semina. Has succo epoto vires Diosc. tribuit, loc. cit. Hard.

Stomachi. Diosc. l. c. Hard.

Et. Πρὸς ἐρυσιπέλατα. Diosc. l. c. Hard.

Succus. Marc. Emp. cap. IX, p. 75 et 80. Apuleius, c. XVIII, tit. 5: *Ad aurium dolorem: Herbae proserpinacae succus tepefactus, et auribus instillatus, mirifice dolorem tollit. Nos ipsi*

purulentis instillatur, et oculorum dolori per se. Dabatur et in febribus ante accessiones duobus cyathis in tertianis, quartanisque praecipue: item choloricis, dysentericis, et in solutione stomachi. Tertium genus oreon vocatur, in montibus nascens, arundini tenerae simile, uno caule, densis geniculis et in se fractis, foliis autem piceae, radicis supervacuae, inefficacius quam superiora. Peculiare ischiadicis. Quartum genus silvestre appellatur, paene arboris modo frutex, radice lignosa, stirpe cedri rubicundo: ramis sparti, binum palmorum, nigris geniculorum ternis quaternisve articulis. Huic quoque spissandi natura, sapor mali cotonei. Decoquitur in aqua ad tertias, aut aridi farina inspergitur et oris hulceribus, et attritis partibus. Propter gingivarum vero vitia commanducatur. Nomas sistit, omniaque quae serpunt, aut difficilem cicatricem habent. Privatim vero sanat a nive facta hulcera. Herbarii et ad anginas utuntur illa: et in ca-

experti sumus. Tamque potenter profieit, ut et hulcera quoque aurium sanet. Sic etiam Diosc. loc. cit. H.

Et oculorum dolori Apul. loc. cit. t. 4. Hard.

Dabatur. Diosc. l. c. et Apul. l. c. t. 7: *Ad quartanas.* Hard.

Item cholericis, dysentericis, etc. Diosc. l. c. Hard.

Tertium. Ὀρεῖον, montanum. Polygonon femina Dioscorid. est, IV, 5. Hard.

Et in se fractis, foliis, etc. In Reg. 2, *et in se infractis.* Genus hoc polygoni cum polygono femina Dioscoridis congruit, praeter solum natale, quod Plinius montuosum, Dioscorides, caeterique herbarii, et in his Dodonaeus, a quo delineatur, p. 113, quale vidimus in horto Regio, aquosum esse volunt. Sed aquosos colles Plinius haud dubie intellexit, quem situm poterit quoque c. 97, adindicat. Ex Dioscoridea porro descriptione effici id modo in rem nostram videtur commode posse, ut non *in se fractis*, sed *in se farctis*, vel *in se infarctis*, scribi oporteat: ut sententia sit, genicula alia, aliis tubarum modo, inseri et infarciri. Sic enim ille, IV, 5: Θαμνίον ἐστι καλαμοειδές, γόνατα συνεχῆ ἔχον ἐγκείμενα ἀλλήλοις, ὥσπερ σάλπιγγος. Frutex est exiguus, tener, arundini similis, geniculis densus, quorum alia aliis tubarum modo inseruntur, infarciuntur que. H.

Quartum. Demonstratum hoc sibi genus olim fuisse Ruellius testatur

pitis dolore coronam ex ea imponunt: et contra epiphoras collo circumdant. In tertianis quidam sinistra manu evulsam adalligant: adeo contra profluvia sanguinis, nec ullam magis aridam quam polygonum servant.

XCII. Pancration aliqui scillam pusillam appellare malunt, foliis albi lilii, longioribus crassioribusque, radice bulbi magni, colore rufo. Alvum solvit succo, cum farina ervi sumpto: hulcera purgat. Hydropicis splenicisque cum melle datur. Alii decoquunt eam, donec aqua dulcis fiat: eaque effusa radicem terentes digerunt in pastillos sole siccatos: et postea utuntur ad capitis hulcera, et caetera quae repurganda sunt. Item ad tussim, quantum tribus digitis apprehenderint in vino dantes: et ad lateris dolores, aut peripneumonicis ecligmate. Dant et propter ischiada in vino bibendum, et propter tormina, mensesque ciendos.

XCIII. Peplis, quam aliqui sycen, alii meconion,

p. 582. Caeteris herbariis prorsus ignotum. Forte hic legendum, *Peculiare ischiadicis quartum genus*, etc. H.

Et contra epiphoras. Oculorum videlicet. Vide Apul. loc. cit. tit. 4. H.

Adeo contra profluvia sanguinis. Legendum reor, *ut dextra contra profluvia sanguinis.* Pint.

XCII. *Pancration.* Totidem verbis Diosc. II, 203: Παγκράτιον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο, σκίλλαν ὀνομάζουσι, etc. Apul. c. XLII: *A Graecis dicitur scilla.... aliis pancration.., Itali scillam rubram, masculam, alii bulbum scillitem, sive scilliticum appellant.* Est haec scilla radice rubra, sive pancratium a Clusio delineatum, Hist. Rar. plant. II, p. 472. In Cephalenia vocatur *Cepolla canina*, ioquit Anguillara, Parl. VII, p. 420. Hard.

Scillam pusillam, etc. Apud Dioscoridem, οἱ δὲ καὶ τὴν σκίλλην ὀνομάζουσι. Plinius legit σκίλλην μικρὰν ὀνομάζουσι. Dal.

Alvum solvit succo, etc. Dioscorid. l. c. ad verbum. Hard.

Hydropicis. Dioscorid. l. c. et Apul. c. XLII; tit. 4. Hard.

Alii. Dioscorid. II, 202. Hard.

Item ad tussim, etc. Dioscor. loc. cit. Hard.

XCIII. *Peplis.* Sic MSS. tum hoc loco, tum in Indice. Diosc. tamen, IV, 168: Πέπλος, οἱ δὲ συκῆν, οἱ δὲ μήκωνα ἀγρώδη καλοῦσι, caeteraque, quae Plinius, totidem verbis: ut et Oribas. XII, p. 211. Egimus de eo, XX, 79. H. — Nobis eodem nomine *Euphorbia Peplis* (*Dodecand.* gen. 1190 Pers. *Euphorbiae.* Juss.), de

alii mecona aphrode vocant, ex una radice tenui fruticat, foliis rutae paullo latioribus, semine sub foliis rotundo, minore quam candidi papaveris. Inter vites fere colligitur messibus; siccaturque cum fructu suo, subiectis, in quae excidat. Hoc poto alvus solvitur, bilis ac pituita detrahitur. Media potio est acetabuli mensura, in aquae mulsae heminis tribus. Et cibis inspergitur obsoniisque ad molliendam alvum.

XCIV. Periclymenos fruticat et ipsa, ex intervallo duo folia habens, subcandida, mollia. In cacumine autem semen inter folia durum, et quod difficile vellatur. Nascitur in arvis ac sepibus, convolvens se adminiculis quibuscumque; semen eius in umbra siccatum tunditur, et in pastillos digeritur. Hi resoluti dantur in vini albi cyathis tribus tricenis diebus ad lienem; eumque urina cruenta, aut per alvum absumit: quod intelligitur a decimo statim die. Vrinam cient et folia decocta: quae et orthopnoicis prosunt. Partum quoque adiuvant, secundasque pellunt pota simili modo.

XCV. Pelecinum in segetibus diximus nasci, fru-

qua iam saepe egimus. Conf. Clus. Hist. Rar. Plant. II, 187. Ed. P.

Alii meconion aphrodes (sic prius). Lego, *alii mecona aphrode*, ex vet. apographo, iuxta ex Dioscoride, lib. IV, c. 148, Pint.

Inter vites, etc. Dioscorid. et Oribas. ll. cc. H.

Subiectis. Subintellige, tabulis, vel linteis. H.

Hoc. Dioscorid. loco citato. H.

Media potio. Iusta et moderata. Dioscorid. l. c. H.

XCIV. *Periclym.* Haec totidem verbis Diosc. IV, 14. Clymenos ipsa est, de qua egimus lib. XXV, c. 33. H. — *Lonicera Periclymenon*, de qua saepius alias. Ed. P.

Nascitur. Dioscorid. loc. cit. H.

Semen. Dioscorid. loc. cit. H.

Hi. Dioscorid. quadragenis. Sed idem a sexto die cruentam agi urinam monet, οὖρα ἄγει ἀπὸ τῆς ἕκτης ἡμέρας αἱματώδη. H.

Vrinam. Haec pariter Dioscor. l. cit. Hard.

Partum. Dioscorid. l. c. H.

XCV. *Pelecinum.* In tractatione segetum, XVIII, 44. Habet haec Oribasius totidem verbis, XI, p. 498, post Dioscorid. III, 146. Inter triticum et hordeum nascitur. H. — *Ple-*

ticosam cauliculis, foliis ciceris. Semen in siliquis fert, corniculorum modo aduncis, ternis quaternisve, quale gith novimus, amarum, stomacho utile. Additur in antidota.

XCVI. Polygala palmi altitudinem petit, in caule summo foliis lenticulae, gustu adstricto: quae pota lactis abundantiam facit.

XCVII. Poterion, aut (ut alii vocant) phrynion, vel neurada, large fruticat, spinis retorrida, lanugine spissa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo, herbacei coloris: seminis nulli usus, sed gustu acuto et odorato. Invenitur in aquosis collibus. Radices habet duas aut tres, binum cubitorum in altitudine, nervosas, candidas, firmas. Circumfoditur autumno: praeciso frutice dat succum gummi similem. Radix mira vulneribus sanandis traditur, praecipueque nervis vel

cinum in segetibus diximus nasci. Nobis eodem nomine *Biserrula Pelecinus* (*Diadelph. decand.* gen. 1746 Pers. *Leguminos.* Juss.). Habitat in Europa meridionali. *Coronillam Securidacam* habet Clus. Hist. II, 236 sq. Ed. P.

Additur. Dioscorid. Μέγνυται καὶ ἀντιδότοις. In antidotum certe Mithridaticam additur ab Antipatro et Cleophanto, apud Galen. de antid. II, pag. 898: Πελεκίνου ἀνὰ ∢ β'. H.

XCVI. *Palmi altitudinem*, etc. Scribend. reor; *palmi altitudine, spicata in caule summo, foliis lenticulae, gustu adstricto.* Pint. — *Polygala.* Diosc. totidem verbis, IV, 442: Πολύγαλον θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον, ἔχον φύλλα φακοειδῆ, γεύσει ὑποστύφον· ποθὲν δὲ καὶ τοῦτο γάλα δοκεῖ πλεῖον ποιεῖν. Sic et Galen. de Fac. simpl. VIII, pag. 222. H. — *Polygala amara* (*Diadelph. octand.* gen. 1661 Pers. *Polygal.* Juss.). Ed. P.

XCVII. *Poterion.* Vide eiusdem poterii historiam, supra lib. XXV, cap. 10. Dal. — *Poterion.* Totidem plane syllabis Dioscor. III, 17: Ποτήριον, Ἰωνες δὲ νευράδα καλοῦσιν, etc. *Masino da Greci* vocant in Cypro, inquit Lobelius in notis MSS. ad Anguillaram, Part. VIII, pag. 145. H. — *Astragalus poterium*, de quo alias actum. Ed. P.

Flore. Dioscorid. *flore exiguo*, ἄνθη μικρά. Hard.

In aquosis collibus. In aquosis et collibus. Dioscorid. ἐν ἑλώδεσι καὶ γεωλόφοις. Dal.

Radices. Diosc. l. c. H.

Praeciso. Dioscor. loc. cit. H.

Radix. Diosc. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 213. Hard.

praecisis illita. Decoctum quoque eius cum melle potum dissolutiones nervorum, et infirmitates, et incisuras iuvat.

XCVIII. Phalangites, a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemon, vel (ut in quibusdam exemplaribus invenio) leucacantha. Ramuli sunt ei numquam pauciores duobus, in diversa tendentes: flos candidus: lilio rubro similis, semine nigro, lato, ad lenticulae dimidiae figuram, multo tenuiore, radice tenui herbacei coloris. Huius folio vel flore, vel semine auxiliantur contra scorpionum, phalangiorumque, et serpentium ictus: item contra tormina.

XCIX. Phyteuma quale sit, describere supervacuum habeo, quum sit usus eius tantum ad amatoria.

C. Phyllon a Graecis vocatur herba in saxosis montibus, femina magis herbacei coloris, caule tenui, radice parva, semine rotundo, papaveris simili. Haec sui sexus facit partus: mares autem semine tantum differens, quod est incipientis olivae. Vtrumque bibitur in vino.

Decoctum. Dioscor. l. c. Hard.

XCVIII. *Phalangites.* Totidem verbis formam viresque phalangii describit Diosc. III, 122: Φαλάγγιον, οἱ δὲ φαλαγγίτην, οἱ δὲ καὶ ταύτην λευκάνθεμον καλοῦσι, etc. Ignotum herbariis ut Anguillara faletur, Part. XII, p. 222. Hard. — *Phalangites.* Nobis *Anthericum Liliastrum* (*Hexand. monogyn.* gen. 807 Pers. sub *Phalangio. Asphodel.* Juss.). Habitat in Alpinis Helveticis, Allobrogicis, etc. Ed. P.

Leucanthemon. A flore candido. Hard.

Semine nigro. Ὥσπερ φακοῦ, ἢ μείζονι *semine nigro, crasso, lenticulae, vel maiore.* Ex vet. nostro codice. Dal.

Radice herbacei coloris. Adde verbum *tenui*, ex cod. vet. *Radice tenui, herbacei coloris.* Pint.

XCIX. *Phyteuma.* A Dioscor. describitur, IV, 130, et ad amatoria pariter prodesse dicitur, Φύτευμα, etc. Antirrhinon silvestre illud est, quod Dodonaeus delineavit pag. 182. II. — Nobis eodem nomine est *Reseda Phyteuma* (*Dodecand. trigyn.* gen. 1468 Pers. *Capparidibus Affin.* Juss.). Habitat in humidis australis Europae et in Oriente. Ed. P.

C. *Phyllon.* Duo sunt huius genera, mas femineque: arsenogonon, et

CI. Phellandrion nascitur in palustribus, folio apii. Bibitur semen eius propter calculos et vesicae incommoda.

CII. Phalaris thyrsum habet longum, tenuem, ceu calamum, in summo florem inclinatum: semen simile sesamae. Et hoc calculos frangit, potum ex vino vel aceto cum melle et lacte. Idem et vitia vesicae sanat.

CIII. Polyrrhizon folia habet myrti, radices multas. Hae tusae dantur in vino contra serpentes: prosunt et quadrupedibus.

CIV. Proserpinaca herba vulgaris est, eximii adversus scorpiones remedii. Eadem contrita, addita muria et oleo e maenis, anginam eximie curari tra-

thelygonon vocant: de quibus egimus libro sup. cap. 91. Habet haec porro Dioscorid. totidem verbis, III, 140, etsi vitiatum Dioscoridis contextum existimat Anguillara, XIII, p. 302. Hard. — *Thelygonum Cynocramba* de qua supra egimus. Ed. P.

CI. *Phellandrion*. Est illud sic seu palustri apio affine, a Dodonaeo delineatum, p. 580: Apud nos nomen non habet: officinis ipsis incognitum. H. — Quibusdam Cicutaria palustris, tenuifolia, C. B. Ed. P.

CII. *Phalaris*. Dioscorid. φαλαρίς, III, 159. Gal. de Simpl. med. VIII, p. 239. φαληρίς. Pingitur a Lobelio, in Obs. pag. 26, qualem in horto Regio vidimus, triplicis modi: semine albo, nigro, et, ut vocant, grisen. Hard. — Nobis eodem nomine *Phalaris aquatica* (*Tryand. digyn.* gen. 151 Pers. *Gramin* Juss.). Habitat in Aegypto et ad Tiberim. Ed. P.

Semen simile sesamae. Magnitudine milii, ut Dioscor. ait. Hard.

Idem. Scilicet ex aqua potum, cochlearis mensura, inquit Dioscor. l. cit. et Galen. item l. c. II.

CIII. *Polyrrhizon*. Herbariis et officinis ignota. Cave enim cum aristolochiae genere eo confundas, quod polyrrhizon pariter nuncupatur, XXV 54. Hard.

CIV. *Proserpinaca*. Quae et polygonon, de qua cap. 91. Hard. — Subscribit Harduino Apul. cap. XVIII; sed Marc. Empir. cap. XV, *Arum Dracunculum* habet; eadem certe tradit, quae nunc Plinius, ad faucium remedia. Ed. P.

E maenis. Abest vox ea e *maenis* in libris ad hunc diem vulgatis. In Reg. 2, *hemina*: in Ch. *heminis* legitur. Quam vocem Plinii editores quum minus perciperent, ablegandam extarendamque censuerunt. Muriam seu garum e maenis commendari hic suspicati (post Dalecampium) haud temere sumus: atque ita se rem habere certus auctor exstitit ipse Plinius, qui hanc ipsam medicinam totidem fere verbis ante occupavit, XXVI, 11, quam nunc iterum revocat: *Proserpinaca*, inquit, *cum muria ex maenis et oleo trita, vel sub lingua habita*, anginae medetur. Hard. — *Eadem*

dunt. Praeterea et in quantalibet lassitudine recreari defessos, etiam quum obmutuerint, si subiiciatur linguae. Si devoretur, vomitionem sequi salutarem.

CV. Rhacoma affertur ex his, quae supra Pontum sunt, regionibus. Radix costo nigro similis, minor et rufior paullo, sine odore, calfaciens gustu et adstringens. Eadem trita vini colorem reddit, ad crocum inclinantem. Illita collectiones inflammationesque sedat: vulnera sanat: epiphoras oculorum sedat ex passo illita: insignita cum melle, et alia liventia

contrita addita muria, etc. *Polygonum maritimum*, de quo iam supra egimus. Ed. P.

Obmutuerint. Prae nimia lassitudine vocem amiserint. Dal.

CV. *Rhacoma*. Frequentius Rha Ponticum appellatur. Diosc. III, 21 Ῥᾶ, οἱ δὲ ῥῆον καλοῦσι, γεννᾶται ἐν τοῖς ὑπὲρ Βοσπορὸν τόποις; etc. Legitimum Rha Ponticum, iisdem insignitum notis, quas Dioscorides Pliniusque commemorant, pictum a Prospero Alpino, de plant. Exot. c. 5, p. 187, vidimus in horto Regio. An vero pro *Rhacoma* Plinius Rheucyma, Ῥηοῦ κῦμα, vel Ῥᾶ κῦμα, Rhacyma scripserit, hoc est, Rha Pontici teneriorem canticulum, haud vacat excutere scrupulosius. In Indice certe *Rhacoma*, unde unde vox ea fluxerit. H. — *Rhacoma affertur ex his, quae*, etc. Ῥᾶ, Dioscor. loc laud. qui nihil nisi describit radicem crassam, extus nigrescentem, intus subrufescentem, ἄοσμον, seu potius εὔοσμον. Venire credit e regionibus trans Bosphorum, ubi et Ammianus Marcellinus, XII, 7, a fluvio quodam hanc radicem nomen habere perhibet. Qui crediderunt *Centauream* esse *Rhaponticam* Dodon. 399, patriam non agnoverunt; namque in Helvetiae Italiaeque Alpibus provenit, nec vires habet quas graecus auctor suae ῥᾷ adscribit. Matthiolus optime, Comment. 476 seq. et Prosp. Alpin. Exotic. II, 17, 187 sq. differentias docuerunt inter hanc radicem et *Rhei barbari*, quod ab Alexand. Tralliani inde temporibus innotuit. Nostram speciem Scrib. Larg. Comp. CLXVII, radicem ponticam dicit. Nobis est eodem nomine *Rheum Rhaponticum* (*Enneand. trigyn.* gen. 1600 Pers. *Polygon.* Juss). Habitat in Thracia, etc. Conf. Spreng. Hist. Rei herb. tom. I, p. 173. Ed. P.

Radix. Centaurio maiori similem facit Dioscorides l. c. et foris nigram: Ῥίζα ἔξωθεν μέλαινα, κενταυρίῳ τῷ μεγάλῳ ἐοικυῖα, etc. H.

Calfaciens. Adstringens cum aliquo colore, inquit Diosc. loc. cit. Στυπτικὴ μετὰ ποσῆς θερμασίας. H.

Eadem. Diosc. loc. cit. H.

Illita. Diosc. loc. cit. H.

Insignita. Ἐγχυμώσεις et ὑπώπια. Apud Gellium, lib. X, cap. 3, Cato in verberatis a Q. Minutio Therino recenset insignita, iniurias, plagas, verbera, vibices, dolores, carnificinas. Dal. — *Insignita*. De hac voce diximus c. 5. Harb.

ex aceto. Farina eius inspergitur contra cacoëthe, et sanguinem reiicientibus drachmae pondere in aqua. Dysentericis etiam et caeliacis, si febri carent, in vino: sin aliter, ex aqua. Facilius teritur, nocte antecedente madefacta. Datur et decoctum eius bibendum duplici mensura ad rupta, convulsa, contusis, ex sublimi devolutis. Si pectoris sint dolores, additur piperis aliquid et mirrhae: si dissolutio stomachi, ex frigida aqua sumitur: sic et in tussi vetere, ac purulentis excreationibus: item hepaticis, splenicis, ischiadicis: ad renum vitia, suspiria orthopnoeas. Arteriae scabritias sanat ex passo, tribus obolis potis trita, aut decoctum eius. Lichenas quoque ex aceto imposita sanat. Bibitur contra inflationes, et perfri-

Et sanguinem reiicientibus, etc. Diosc. et Gal. ll. cc. Hard.

Dysentericis. Auctores proxime appellati. Hard.

Datur et decoctum eius, etc. Legend. *Datur et decoctum eius bibendum duplici mensura, ad rupta, contusa, convulsis, ex sublimi devolutis*. Salm.

Sive intus, sive extra purulentis exscreationibus (sic prius). Scrib. *Sic et in tussi vetere, ac purulentis exscreationibus*, ex apographo nostro, tuente etiam Dioscoride libro tertio, et paullo post, *splenicis*, non *spleneticis*, in eodem. Pint. — *Sive intus*. Voss. *sic et in tussi vetere a purulentis*. His male lectis monstrum illud vulgatae fecerunt iam in scriptis sequioris aetatis. Emenda: *Si dissolutio stomachi, ex frigida aqua sumitur: sic et in tussi vetere ac purulentis exscreationibus*. Lib. XXI, 19: *In tussi vetere radices eius tres quatuorve decoquunt*. Lib. XXII, 23: *Anhelatoribus et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur*: Lib. XXIII, 8: *Tussi quoque veteri tritae, in aqua mulsa potae*. Sic quoque Pint. Gron.

Item hepaticis, splenicis, etc. Dioscor. l. c. Hard.

Ad renum vitia, etc. Diosc. et Gal. ll. cc. Hard.

Lichenas quoque ex aceto imposita purgat. Scribo, *sanat*, ex eodem, non *purgat*. Dioscorides libro tertio: *Emendat Rha Ponticum livores impetiginesque*. Pint. — *Lichenas*. Diosc. loc. cit. H. — *Sanat*. Gron. et al. ante Hard. *imposita purgat*. Ed. P.

Bibitur. Haec omnia Dioscor. loc. cit. Ἠοιεῖ δὲ πινόμενον πρὸς ἐμπνευματώσεις, στομάχου ἀτονίαν, ἄλγημα παντοῖον, σπάσματα, σπληνικοὺς, ἡπατικοὺς, νεφριτικοὺς, στροφουμένους; καὶ τὰ περὶ κύστιν καὶ θώρακα, καὶ ὑποχονδρίων ἐντάσεις, καὶ τὰ περὶ ὑστέραν πάθη, ἰσχιάδας, αἵματος πτύσεις, ἄσθματα, λυγμοὺς, δυσεντερίας, κοιλιακὰς διαθέσεις, καὶ περιόδους, καὶ θηρίων δήγματα. H.

ctiones, febres frigidas, singultus, tormina, asperitates, capitis gravitates, melancolicas vertigines, lassitudinum dolores et convulsiones.

CVI. Circa Ariminum nota est herba, quam resedam vocant. Discutit collectiones, inflammationesque omnes: qui curant ea, addunt haec verba: Reseda morbos reseda, scisne, scisne quis hic pullos egerit? radices nec caput, nec pedes habeant. Haec ter dicunt, totiesque despuunt.

CVII. Stoechas in insulis tantum eiusdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyssopi, amara gu-

Perfrictiones. Horrores febrium, τὰ ῥίγη. Hard.

Asperitates. Interaneorum, seu hypocondriorum distensiones, ὑποχονδρίων ἐντάσεις. H. — *Singultus... capitis gravitates.* Legendum reor, non *asperitates*, sed *suspiria*, ex Dioscor. lib. III: *Facit*, inquit, *ad coxendicis dolores, crucenta sputa, suspiria, singultus, intestinorum tormina*, etc. Pint. — *Singultus, tormina, asperitates.* Voss. *herpetas.* Numquid, *singultus, tormina, herpetas, capitis gravitates?* Id est, ἕρπητας vel ἑρπήδονας, ulcera manantia, vel serpentia. Psellus: Ἑρπὴς, πάθος ἐξ ξανθῆς χολῆς καὶ τοῦ ἑτέρου χυμοῦ κατά τε μορίων συνιστάμενον. Gaor.

Convulsiones. Τὰ σπάσματα. Diosc. Hard.

CVI. *Resedam.* Nobis eodem nomine *Reseda alba* (*Dodecand. trig.* gen. 1188 Pers. *Cappar. affin.* Juss.). Habitat in Gallia australi, etc. Ed. P.

Reseda morbos reseda. O reseda, morbum seda, ac remitte, etc. H.

Quis hic pullos egerit? radices nec caput; nec pedes habeant. Codex noster, *Quis hic pullus egerit radices, nec caput nec pedes habeat.* Pint. — *Scisne quis hic p. egerit?* Forte rectius ex Regg. et Chiffet. *scisne quis hic pullus egerit radices? nec pedes, nec caput habeat* (Et sic iampridem ex vet. suo cod. legendum proposuerat Pintianus. Ed. P.). Pullum, credo, μεταφορικῶς collectionem seu apostoma vocat, cui reseda imponitur. Hard.

CVII. *Stoechas.* Totidem fere verbis Diosc. III, 34: Στοιχὰς γενέσθαι μὲν ἐν ταῖς κατὰ Γαλατίαν νήσοις ἀντικρὺ Μασσαλίας, καλουμένας δὲ Στοιχάδας, etc. Ab aliis στοιχὰς scribitur. De his insulis egimus in Geographicis, III, 14. P. Quiquerandus de Laud. Provinc. II, l. 59, ait turcicam classem, quum circa Massiliae littora superiore saeculo staret, hac herba quotidie triremes onerasse, exprobrantibus identidem Turcis, caecos indigenas esse qui sua bona non nossent. — Nobis eodem nomine *Lavandula Stoechas* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1379 Pers. *Labiat.* Juss.). Habitat in Gallia australi, Hispania, etc. Ed. P.

stu. Menses ciet potu: pectoris dolores levat. Antidotis quoque miscetur.

CVIII. (XIII.) Solanum Graeci strychnon vocant, ut tradit Cornelius Celsus. Huic vis reprimendi refrigerandique.

CIX. Smyrnion caulem habet apii, folia latiora, et maxime circa stolones multos, quorum a sinu exsiliunt pinguia, ad terram infracta, odore medicato, et cum quadam acrimonia iucundo colore in luteum languescente, capitibus caulium orbiculatis, ut anethi; semine rotundo, nigro, quod arescit incipiente aestate. Radix quoque odorata, gustu acri mordet, succosa, mollis. Cortex eius foris niger, intus pallidus. Odor myrrhae habet qualitatem: unde et nomen. Nascitur et in saxosis collibus et in terrenis. Vsus eius excalfacere. Vrinam et menses cient folia et radix. Semen alvum sistit. Radix collectiones et suppurationes non veteres, item duritias discutit il-

Antidotis. Diosc. loc. cit. Miscetur sane theriacae e viperis confectae, ab Andromacho iuniore ap. Galenum lib. I de Antidotis, cap. 7, p. 878: Στοιχάδος ἀνὰ > στ'. Hand.

CVIII. *Solanum Graeci strychnon vocant.* Mirum, Plinium in explicanda natura solani tam brevem et abruptum fuisse. Dalec. — Egimus de eo lib. XXI, cap. 105. Celsus lib. II, cap. 33, cui titulum fecit, *Quae res corpus aut erodant, aut reprimant, aut refrigerent*, etc. *Solanum*, inquit, *quam στρύχνον Graeci vocant.* H. — *Solanum nigrum* (*Pentand. monogyn.* gen. 506 Pers. *Solanac.* Juss.). Habitat in Europae ruderatis, etc. Ed. P.

Huic vis. Diosc. IV, 71: Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικήν. Hand.

CIX. *Smyrnion.* De eo pariter diximus lib. XIX, cap. 48 et 62. Tota haec porro smyrnii descriptio totidem plane verbis legitur apud Diosc. III, 79. Hand. — *Smyrnium perfoliatum* (*Pentand. digyn.* gen. 719 Pers. *Vmbellif.* Juss.). Ed. P.

Capitibus caulium. Supra caulem positam umbellam, ut anethum, gerit: σκιάδιον ἐπὶ τῷ καυλῷ ἀνηθοειδές. Hand.

Radix quoque odorata. Diosc. loc. cit. Hand.

Cortex niger. Diosc. l. c. H.

Nascitur et in saxosis collibus. Dioscor. l. c. Hand.

Vsus. Diosc. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα, καὶ ἡ πόα, καὶ ὁ καρπὸς θερμαντικήν. Hand.

Radix, etc. Diosc. l. c. Hand.

lita. Prodest et contra phalangia ac serpentes, admixto cachry, aut polio, aut melissophyllo, in vino pota; sed particulatim, quoniam universitate vomitionem movet. Qua de causa aliquando cum ruta datur. Medetur tussi et orthopnoeae semen, vel radix: item thoracis, aut lienis, aut renum, aut vesicae vitiis. Radix autem ruptis, convulsis. Partus quoque adiuvat, et secundas pellit. Datur et ischiadicis cum crethmo in vino. Sudores ciet et ructus: ideo inflationem stomachi discutit. Vulnera ad cicatricem perducit. Exprimitur et succus radici, utilis feminis, et thoracis praecordiorumque desideriis: calfacit enim, et concoquit, et purgat. Semen peculiariter hydropicis datur potu; quibus et succus illinitur, et malagmate e cortice arido. Et ad obsonia utuntur cum mulso et oleo, et garo, maxime in elixis carnibus. Sinon concoctiones facit, sapore simillima piperi. Eadem in dolore stomachi efficax.

Sed particulatim. Sed per partes ac separatim, non universum simul medicamentum sorberi oportet, ne vomitum cieat. Hard.

Sed particulatim, quoniam universa vomitionem movet. Universitate non *universa* in apographo nostro: rectius. Pint.

Medetur, etc. Diosc. loc. cit. H.

Item thoracis. Diosc. loc. cit. H.

Datur et ischiadicis. Dioscorid. de crethmo silet. Hard.

Sudores, etc. Diosc. totidem verbis, loc. cit. Hard.

Vulnera. Diosc. l. c. Hard.

Desideriis. Vitiis, morbis. In graeco fortassis ἐπιθύμασιν: pro quo legit Plinius ἐπιθυμήμασιν, remediis admovendis thoraci et praecordiis. Dalec. — *Thoracis ... desideriis.* De hac voce diximus alibi. Simile illud Martialis, lib. I, Epigr. cx: *Et desiderio coacta ventris*, etc.

Et malagmate. Forte, *et malagmata.* Hard.

Maxime in el. carnibus simul. Concoctiones fac. sapore (sic prius). Scribo: *maxime in elixis carnibus. Sinon concoctiones facit, sapore*, etc. ut *sinon* sit nomen herbae: tum etiam ex Dioscoride, libro tertio, et Paulo septimo, cuius verba sunt: *sinon calidus et subamarus est. Vrinam movet, concoctionem adiuvat. Menses educit, et viscera obstructa aperit.* Fugerunt haec Hermolaum in Corollario, qui in mentione sinonis Plinianum hunc locum praeterierit, Plinii alias maximus compilator; et Marcellum, qui in annotationibus in Dioscoridem nullum latinum scriptorem de sinone egisse ait. Pint. — *Sinon*, etc. Sive,

CX. Telephion portulacae similis est et caule et foliis. Rami a radice septeni octonive fruticant, foliis crassis, carnosis. Nascitur in cultis, et maxime inter vites. Illinitur lentigini: et quum inaruit, deteritur. Illinitur et vitiligini, ternis fere mensibus, senis horis noctis aut diei: postea farina hordeacea illinitur. Medetur et vulneribus et fistulis.

CXI. Trichomanes adianto similis est, exilius modo, nigriusque, foliis lenticulae densis, amaris, adver-

ut Diosc. vocat, Σίσων, lib. III, cap. 64. — *Sinon concoctiones*, etc. Abest haec voa *Sinon* a libris ad hunc diem vulgatis, atque in *simul* transformata superiori sententiae annectitur. Errorem deprehendimus, tum ex orationis ipso contextu: nam si haec ad smyrnii semen pertinerent, *simillimum piperi* dici ars postularet, et moa *idem*, non *eadem in dolore efficax*; tum vero ex Reg. 2 codice, atque ex Indice MS. Reg. Colbert. etc, in quo diserte legimus, *Smyrnium XXXII, Sinon II.* Σίσων, ut monuimus, a Dioscor. appellatur, III, 64; nigro semine id esse dicitur, apio simile, ferventisque gustus, quale nimirum non smyrnio inest, sed piperi. Galenus quoque de Facult. Simpl. med. lib. VIII, pag. 228, concoctiones eo iuvari ait, urinas mensesque cieri: οὐρητικός ἐστι, καὶ πεπτικός, ἐμμήνων τε προαλητικός, κ. τ. λ. Harn.— *Sison*. Legend. *sison*; nobis eodem nomine *Sison Ammi* (*Pentand. digyn.* gen. 700 Pers. *Vmbellif.* Juss.) Habitat in Italia, Lusitania, etc. Ed. P.

CX. *Telephion*. Τηλέφιον Nicandro in Theriac. p. 63. — Τηλέφιον Diosc. II, 217; nobis *Sedum Anacampseros* (*Decand. pentagyn.* gen. 1139 Pers. *Sempervir.* Juss.). Habitat in Galliis australi. Male Columna *Zygophyllum Fabaginem* habet. Ed. P.

Rami a radice, etc. Totidem verbis Diosc. II, 217. Hard.

Nascitur, etc. Diosc. l. c. Hard.

Illinitur lentigini. Sic etiam vitiligini albae illini Diosc. ait l. c. moxque ubi inarueril, abstergi: δεῖ μέντοι μετὰ τὸ ἀπαξηρανθῆναι αὐτὰ ἀποψᾶν. Vnde hoc loco *detergitur* forsan commodius legas. Hard.

Illinitur et vitiligini. Ei quam λεύκην vocant, ut diximus lib. XXI, cap. 75, Diosc. l. c. Hard.

CXI. *Trichomanes*. Sive callithrix, ut diximus lib. XXV, c. 86. Describitur iisdem plane notis a Diosc. IV, 137. Hard. — Trichomanes, nobis *Asplenium Trichomanes*; adiantum, item *Adiantum Capillus*; de quibus aliis iam dictum. Ed. P.

Adianto similis est. Iisdem locis nascitur adianton. Filici simile est, sed valde parvum. Dioscorid. Dal.— *Adianto similis*. Nempe minori. Duo enim adianti sunt genera, ut dictum est lib. XXII, cap. 30. Maius alterum, quod et callitrichon, et polytrichon, et trichomanes appellatur: alterum minus, quod adiantum. Vide quae ibi diximus. Hard.

sis inter se. Decoctum eius strangurias sanat in vino albo potum, addito cumino rustico. Illitum cohibet capillos defluentes: aut si effluxerint, reparat. Alopeciasque densat tritum et in oleo illitum. Sternumenta quoque gustatu movet.

CXII. Thalitruum folia coriandri habet, pinguiora paulo, caulem papaveris. Nascitur ubique, praecipue in campestribus. Medentur hulceribus folia cum melle.

CXIII. Thlaspi duorum generum est, angustis foliis, digitali longitudine et latitudine in terram versis, in cacumine divisis, cauliculo semipedali, non sine ramis, peltarum specie, semine incluso lenticulae effigie, nisi quod infringitur, unde nomen. Flos albi-

Decoctum. Diosc. l. c. Hard.

Illitum cohibet capillos defluentes. In libris hactenus editis, *succus cohibet*, etc. Verum sequitur mox, *densat tritum, et in oleo illitum*, quae ad succum referri, grammaticae leges vetant. In MSS. Reg. Colbert. Chifflet. *lesum cohibet.* Nos interim ex coniectura *illitum.* Dioscor. IV, 136, de adianto, cui vim parem trichomanes habet. Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτοῦ σὺν κονίᾳ καὶ οἴνῳ σμηχόμενον τρίχας ῥεούσας παρακρατεῖ. *Affrictum eius decoctum cum lixivio et vino defluentes capillos cohibet atque confirmat.* Hard.

Alopeciasque, etc. Dioscorid. loc. cit. Hard.

CXII. *Thalitruum.* Sic MSS. omnes, etiam in Indice. Galeno, lib. VIII de Facult. Simpl. med. p. 178, Θαλίκτρον. Eadem fere de eo narrat, Dioscoridem secutus. H. — Θάλικτρον Dioscor. IV, 98, nobis eodem nomine est *Thalictrum minus* (*Polyand. polygyn.* gen. 1359 Pers. *Ranunculae.* Juss.). Habitat in Europae pratis montosis. Ed. P.

CXIII. *Thlaspe.* Scribo potius *thlaspi*, ex Dioscoride, et Paulo, et caeteris. Pint. — *Thlaspi.* Primum hoc θλάσπεως genus a Dioscoride describitur, II, 186. H. — Thlaspi Galen. videtur esse *Cochlearia Draba*, de qua iam dictum. Ed. P.

Non sine ramis. Disci effigie, δισκοειδής, inquit Diosc. loc. cit. Pelta sane disci effigie est. Hard.

Nisi quod infringitur. Nisi quod fractum videtur, οἱονεὶ ἐντεθλασμένον, ἐξ οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχηκεν. Galenus similiter, lib. I de Antidotis, cap. 14, pag. 889: Ἔχον δὲ κατά τι μέρος ἑαυτοῦ καὶ οἷον ἔνθλασμά τι μικρόν, ἀφ' οὗ καὶ ὠνομάσθη θλάσπι. Alii inde deductum nomen volunt, quod calculos frangat, ὅτι λίθους θρύπτει, ut docet Galenus, lib. X κατὰ τόπους, cap. 1. H. — *Thlaspi campestre* (*Tetradyn. silicul.* gen. 1554 *Crucifer.* Juss.). Ed. P.

Flos albicat. Diosc. l. c. H.

cat. Nascitur in semitis et sepibus. Semen asperi gustus, bilem et pituitam utrimque extrahit. Modus sumendi, acetabuli mensura. Prodest et ischiadicis infusum, donec sanguinem trahat. Menses quoque ciet, sed partus necat. Alterum thlaspi, aliqui Persicum napy vocant, latis foliis, radicibus magnis, et ipsum utile ischiadicorum infusioni. Prodest et inguinibus utrumque. Praecipitur, ut qui colligit, dicat sumere se contra inguina, et contra omnes collectiones, et contra vulnera, unaque manu tollat.

CXIV. Trachinia herba qualis sit, non traditur. Credo et falsum esse promissum Democriti. Portentosum enim est adalligatam triduo absumere lienes.

CXV. Tragonis, sive tragion, nascitur in Cretae tantum insulae maritimis, iunipero similis, et semine, et folio; et ramis. Succus eius lacteus in gummi

Nascitur, etc. Diosc. l. c. H.

Semen asperi. Hoc est, acris. Dioscor. σπέρμα δριμύ. Haro.

Utrimque extrahit. Inferne ac superne purgat: vomitione, ac per alvum: *Ventrem sursum ac deorsum purgat*, inquit auctor libri de Simpl. med. ad Patern. t. XIII Operum Galeni, pag. 1002. Haro.

Modus. Diosc. loc. cit. Haro.

Prodest et ischiadicis infusum, donec sanguinem trahat. Diosc. II, 186, de thlaspi: Εγκλύζεται δὲ καὶ πρὸς ἰσχιαδικούς· ἄγει δὲ καὶ αἷμα πόδιν, κ. τ. λ. *Prodest et ischiadicis infusum: potu sanguinem educit*, etc. An festinatione nimia graeci scriptoris verba, quae Dioscorides repraesentat, praeposuere Plinius acceperit: an amanuensium potius vitio depravata latini auctoris verba fuerint, atque ita restituenda in integrum, *Prodest et ischiadicis infusum: potu sanguinem trahit*, aliis relinquimus aestimandum. Infundi certe clystere quidquam, donec eliciatur sanguis, non medicina nobis, sed poena haud levis videtur. Haro.

Alterum thlaspi. Totidem verbis haec Cratevas apud Dioscor. loc. cit. Ἱστορεῖ δὲ Κρατεύας καὶ ἕτερον θλάσπι, ὅ τινες Περσικὸν σίνηπι καλοῦσι, πλατύφυλλον καὶ μεγαλόῤῥιζον, etc. Sprengelio est *Lunaria annua* (*Tetradyn. silic.* gen. 1564 Pers. *Crucif.* Juss.). Habitat in montosis. Eo. P.

CXV. *Tragonis.* Hanc ipse supra attigit, lib. XIII, c. 36. Easdem fere eius herbae notas affert Dioscor. IV, 49: Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ, etc. Folia leotisco similia facit, ut et Galenus, lib. VIII de Facult. Simpl. med. pag. 236. Nobis adhuc ignota: neque enim fraxinella est, ut Dodonaeo aliisque placuit. H. — Nobis est *Hypericum hircinum*

spissatus, vel semen, impositione spicula e corpore eiicit: tunditur recens et cum vino illinitur, aut siccae farina cum melle. Eadem lactis abundantiam facit; mammisque unice medetur.

CXVI. Est et alia herba tragos, quam aliqui scorpion vocant, semipedem alta, fruticosa, sine foliis, pusillis racemis rubentibus, grano tritici, acuto cacumine, et ipsa in maritimis nascens. Huius ramorum x, aut XII cacumina trita ex vino pota coeliacis; dysentericis, sanguinem excreantibus, mensiumque abundantiae auxiliantur.

CXVII. Est et tragopogon, quem alii comen vocant, caule parvo, foliis croci, radice longa, dulci, super caulem calice lato, nigro. Nascitur in asperis, sine usu.

CXVIII. Et de herbis quidem memoria digna hactenus aut accepimus, aut comperimus. In fine earum admonere non ab re iudicamus, aliis alias virium aetates esse. Longissimo tempore durat elaterium, ut

(*Polyand. pentag.* L. *Hyperic.* Juss.). Eo. P.

Vel semen, imp. Dioscor. loc. cit. Ταύτης τὰ φύλλα, καὶ ὁ καρπός, καὶ τὸ δάκρυον, καταπλασσόμενα σὺν οἴνῳ, ἐπισπᾶται σκόλακας, καὶ πάντα τὰ ἐμπηγνύμενα. *Folia, semen et lacryma, impositione ex vino, spicula, omniaque corpori impacta evocant.* Hasd.

CXVI. *Est et alia.* Dioscorid. IV, 51: Τράγος, οἱ δὲ σκόρπιον, etc. Et hanc ipse Plinius delibavit antea, lib. XIII, c. 37. Asiatici caeli esse propriam Plin. sit, loco mox citato. H. — Nobis item *Salsola Tragus* (*Pentand. digyn.* gen. 659 Pers. *Atriplic.* Juss.). Eo. P.

Huius ramorum ... cacumina. Eamdem vim racemorum acinis decem e vino potis, tribuit Diosc. l.c.

CXVII. *Est et tragopogon.* Diosc. II, 173: Τραγοπώγων, ἢ τετραπώγων, οἱ δὲ κόμην καλοῦσι, etc. Vide Saraceni notas in Diosc. Plogitur a Lobelio in Obs. pag. 297, quisiem in horto Regio vidimus. Hasd. — Nobis est *Tragopogon crocifolium* (*Syngen. aequal.* gen. 1758 Pers. *Chicorac.* Juss.), de quo iam dictum. Eo. P.

Naso. in asperis. Immo potius in pratis et udis. Quin et herba esui apta est. Diosc. Daleg.

Sine usu. Nullus in medicina usus. Alioqui in cibis manditur, teste Dioscor. loc. cit. Hasd.

diximus: chamaeleon niger XL annis: centaureum non ultra XII. Peucedanum sex: et aristolochia ac vitis silvestris anno in umbra servantur. Et animalium quidem exterorum nullum aliud radices a nobis dictas attingit, excepta spondyle, quae omnes persequitur. Genus id serpentis est.

CXIX. Ne illud quidem dubitatur, omnium radicum vim effectusque minui, si fructus prius maturescant: item seminum, ante radice propter succum incisa. Resolvitur autem omnium vis consuetudine: et desinunt prodesse, quum opus est, quae quotidie in usu fuere, aeque quam nocere. Omnes vero herbae vehementiores effectu viribusque sunt in frigidis locis, et in aquiloniis item siccis.

CXVIII. *Vt diximus.* Lib. XX, c. 3: *Fuit iam ducentis annis servatum.* Hard.

Vltra XII. Quinque aut sex. Theophr. ex quo Histor. lib. IX, cap. 14, haec omnia. Dal.

Peucedanum sex: aristolochia ac vitis silvestris anno in umbra servantur. Hactenus legebatur *Peucedanum et aristolochia*, etc. Errorem detexit Theophrastus, a quo haec manarunt, Histor. IX, 14: Ο μὲν γὰρ ἐλλέβορος, inquit, καὶ τριάκοντα ἔτη χρήσιμος· κεστανρὶς δὲ δέκα καὶ δώδεκα. Παυκέδανον δὲ πέντε ἢ ἕξ. Ἀμπέλου δὲ ἀγρίας ἑκατόν, ἐὰν ἐν σκιᾷ ᾖ καὶ ἄπληκτος, κ. τ. λ. Hard.

Et animalium quidem exterorum. Libri omnes *caeterorum* praeferunt: mendose, ut ex Theophrasto discimus, quem Plinius nunc transcribit. Is enim loc. cit. τῶν δ' ἔξω θηρίων, inquit, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης οὐδεμιᾶς· ἡ δὲ σφονδύλη πασῶν. Hard.

Genus id serpentis est. Immo potius vermis, in terra saepe quam profundissime delitescentis: alvo candida, vetebrarum modo instar blattae flexuosa, ore nigro, dentibus firmis, quibus etiam arborum, praecipue vitis, nedum herbarum radices erodit. Lugdunensea rustici vocant *un Turc*, quasi Turcam. Hortensibus et satis herbis animalia tria potissimum infesta sunt: primum spondylis, vel spondyla hic memorata: alterum prasocouris, vulgo, *taillepié*, Lugdunensibus *courterole*; tertium mus exiguus, brevi corpore, quamobrem rustici vocant, *rate courte*, cauda curta, pilo fusco, rostro acuto, instar muris aranei, caecus ut talpa, eiusque modo terram suffodiens: in carduorum et cinararum magna pernicie, radices depascitur, olitoribus inimicissimus hostis et insidiator. Dal. — *Genus illud serpentis.* Insecti, odore ietri, de blattarum genere. Vide Constant. in Lexico, verbo Σφονδύλη. Hard.

CXIX. *Ne illud quidem.* Haec toti-

CXX. Sunt et gentium differentiae non mediocres: sicut accepimus de tineis lumbricisque, inesse Aegypti, Arabiae, Syriae, Ciliciae populis: e diverso Graeciae, Phrygiae omnino non innasci. Minus id mirum quam quod in confinio Atticae Boeotiaeque Thebanis innascuntur, quum absint Atheniensibus. Quae contemplatio aufert rursus nos ad ipsorum animalium naturas, ingenitasque iis vel certiores morborum omnium medicinas. Enimvero rerum omnium parens, nullum animal ad hoc tantum ut pasceretur, aut alia satiaret, nasci voluit: artesque salutares inseruit et visceribus, quippe quum surdis etiam rebus inseruerit. Tum vero illa animae auxilia praestantissima ex anima alia esse voluit, contemplatione ante cuncta mirabili.

dem verbis Theophr. Hist. Pl. IX, 14. Hard.

CXX. *Sunt et gentium.* Totidem plane verbia haec Theophr. Hist. IX, 15: Ἡ δὲ ἕλμινς σύμφυτον ἐνίοις ἔθνεσιν· ἔχουσι γὰρ ὡς ἐπίπαν Αἰγύπτιοι, Ἄραβες, Ἀρμένιοι, Σύροι, Κίλικες. Θράκες δὲ οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ Φρύγες. Τῶν δὲ Ἑλλήνων Θηβαῖοί τε οἱ περὶ τὰ γυμνάσια, καὶ ὅλως Βοιωτοί· Ἀθηναῖοι δ' οὔ. Sic peculiarea certia regionibus morbos novimus: phthisin Lusitania, strumam Hispania, Alpinisque: Narbonensi Galliae hydrocelen; omnes quidem ex aëris gravitate natos. Vide Fernelium, lib. II de abditis rerum Causis, cap. 11, pag. 74. Hard.

Tineis. Alii, *taeniis.* Iis omnibus complectitur etiam dracunculos Aegypto Arabiaeque peculiares, de quibus Paulus lib. IV, cap. 58, et l. VI, cap. 83. Dal.

Quippe quum surdis. Inanimis et ignobilibus, ut dictum est lib. XXII, cap. 3. Hard.

Tum vero illa animae. Illa vitae remedia ex alia vita peti natura voluit, hoc est, ex vivis pariter animalibus. Hard.

Auxilia praestantissima. Potior lectio, *praesentissima.* Pint.

TABVLA RERVM

QVAE IN HOC SEPTIMO VOLVMINE CONTINENTVR.

C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXI. 1
Excursus I. De Violis Veterum 137
Excursus II. De Asphodelis Veterum 145
Excursus III. De Homeri Nepenthe 153
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXII. 179
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXIII. 272
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXIV. 361
Excursus I. De Cocco et Gallis 471
Excursus II. De Galbano 477
Excursus III. De Hammoniaco 479
Excursus IV. De Styrace 483
Excursus V. De Fico 490
Excursus VI. De Resina et Pice 495
Excursus VII. De Mastiche 503
Excursus VIII. De Acacia 505
Excursus IX. De Sarcocolla 510
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXV. 513
Excursus I. De Elleboro 635
Excursus II. De Mandragora 650
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXVI. 656
Excursus I. De Ladano 760
Excursus II. De Hypocisthide 764
Excursus III. De Euphorbio 766
Excursus IV. De Scammonio 770
C. Plinii Secundi Naturalis Historiae lib. XXVII. 780

SEPTIMI VOLVMINIS FINIS.

Facultate obtenta

576052

NIOLA
Via G.
Digitized by Google